This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Digitized by Google

Digitized by Google

~~Scrin. 6. Arm. 2.~~

~~Scrin 4 Arm 6.~~

~~229~~

Scri 41. n. 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIARIVM SACRO-PROPHANVM.

IN QUO PER ANNI DIES FASTI, festaque Gentilium adducuntur: ritus, cæremoniæ, picturæque falsorum Deorum proponuntur, vertuntur ad sacra Christianæ Religionis præponuntur Fasti.

NUMERORUM MYSTERIA explicantur; multaque ex Mathematicis, & Pythagoricis referuntur, partim Christianizata, alia, vt Christianizentur á pio Lectore, ducuntur.

TOMVS II.

CVM TRIBVS COPIOSISSIMIS INDICIBVS.

1. Rerum, & Verborum. 2. Thematum, seu Idearum. 3. Tandem, Rerum Sacrarum in eo contentarum.

AUTHORE

A. R. P. F. PETRO POLO,

MINORITA VALENTINO ARENSI.

LECTORE JUBILATO, EX-DIFFINITORE, PROVINCIARUM Majoricensis, & Gotholoniæ Patre, & in Valentina Provinciali Ministro.

BARCINONE MDCCXXV.

Ex Officina Joannis Piferrer, in Platea Angeli.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

R 15.425

Digitized by Google

APPROBATIO ADMODUM RR. PP. Fr. JOSEPHI FERNANDEZ Lectoris Jubilati, & in Regio Valentino Conventu S. P. N. S. Francisci Guardiani: Fr. Joannis Baptistæ Todo, Lectoris Jubilati Propositi. fidei Censoris, Provinciæ Lalethaniæ Patris, hujusque antiquioris: Fr. Francisci Brotons Lectoris Jubilati, & actualis Diffinitoris.

IN publicum Orbis Theatrum; ad publicam Humanarum Litterarum Professorum vtilitatem, prodit desideratus ille Liber, jam diù à Rev. Admodum P. N. Fr. Petro Polo, Lectore Jubilato, Ex-Diffinitore Recolecto, Provinciarum Majoricæ, & Gotholoniæ Patre, ac in Valentina Provincia Minorum de Observantia Provinciali Ministro, in primo suo Tomo titulato: (*Mansiones Hebræorum Litteraliter descriptæ, Moraliter, Mysticè, & Encomiasticè expositæ, cum Diario Sacro, &c.*) promissus. Ex superiorum mandato hunc perlegimus librum: pro titulo habet: *Diarium Sacro-Prophanum, in quo per anni dies festa Gentilium adducuntur, picturæ, & ritus proponuntur, vertuntur ad sacra, Christianorum præponuntur fasti.* Anni totius spatia omnia percurrit, & vt varietate delectet, festa vetusta, ritus Gentilium, atque picturas, fastis Christianis diariè illustrata, comprehendit: tanti enim ingenii vbertas vno nescit spatiari campo. Omnibus scribit, vt de plenitudine ejus accipiant vniversi Meritò illi Solis adaptatur titulus, siquidem; primo non contentus Libro, hunc novum in lucem profert: sed quis Solis comprimet radios? Qualis ex istis præstantior Liber? Legat Mundus, & judicet. Nobis, aut dubia de primatu victoria, aut in hoc levavit se supra se; nam ita celeberrimè scribit, vt de illo moduletur alter:

Percelebrem faciet plus te scriptura per Orbem,
Namscriptor sacræ plus celebrandus erit.

In toto igitur isto volumine relucent indefessa studii diligentia, aptissima, & compta styli fœlicitas, summaque doctrinæ præstantia. Istic veterum dicta plusquam aurea patescunt: illic ex cursus subtiles exurgunt: istud moralitates salubres avolant; atque vndique veterum monumenta novitate illustrantur; obscura claritate patescunt; dictaque antiquorum dubia, fide, gratia, authoritate, & natura firmantur; quod maximè per arduum videbatur Plinio, in Præfat. hist. nat. ad Vespasianum Imper. *res ardua, vetustis novitatem dare, novis authoritatem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem: omnibus vero naturam, & naturæ suæ omnia.* Hunc librum doctus, & pius Lector inoffenso pede proculdubio legere poterit; non enim hæresis spina pungit, nec lapis scandali contra bonos mores lædit: ideoque dignissimum judicamus, in communem Verbi Dei concionatorum vtilitatem, typis mandari. In hoc Regio Valentino Conventu S. P. N. S. Francisci, die vigesima secunda mensis Februarii anno MDCCXXIV.

Fr. Joannes Baptista Todo Ex-Provincialis.

Fr. Josephus Fernandez,
Lector Jubilatus.

Fr. Franciscus Brotons,
Diffinitor actualis.

Digitized by Google

Fr. JOANNES DE SOTO LECTOR JUBILATUS, CATHOLICÆ *Majestatis pro Immaculatæ Conceptionis Regali Congressu Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. S. Francisci in hac Cismontana Familia, & Indiarum Commissarius Generalis, & servus, &c. Dilecto nobis plurimum in Christo R. P. Fr. Petro Polo, Lectori Jubilato, Provinciæ nostræ Valentiæ Ministro Provinciali, salutem in Domino sempiternam.*

PRæsentium litterarum vigore, & quatenus ad officii nostri jus attinet tuæ R. Paternitati, nostra cum benedictione licentiam elargimur, & facultatem facimus, Librum à te compositum, cujus titulus est: *Diarium Sacro-Prophanum, &c.* Typis, & in lucem edendi: Eo quod excommissione nostra à Gravibus Patribus nostri Ordinis Theologis revisum, & approbatum existit; Servatis in reliquo cœteris, quæ super hoc tàm de jure, quàm ex Ordinis nostri Constitutionibus opportunè sunt cauta, & sancita. Dat. in hoc nostro Conventu S. Francisci Curiæ Matritensis, die 1. mensis Martii anno Domini 1724.

Fr. Joannes de Soto Commissarius Generalis, & Indiarum.

LOCUS SI ✠ GILLI.

De mandato suæ Reverend.

Fr. Antonius Lopez Guadalupe, Secret. Generalis Ordinis.

Reg. Tit. Prov.

AUTHOR

Digitized by Google

AVTHOR LECTORI.

BEnevole Lector, iterum in 2. Tomo, tuam interpello benignitatem, & humanitatem, vt errores Typothetarum quos Author emendare non potuit ob nimiam distantiam à Typo, tu excusare digneris. Quamquam lynceis oculis correctores sint prædicti, sæpe contingit in Typo irrepsere errores, aut præter opinionem Typothetarum, aut putantes Typographi sensum à littera, & intellectu Authoris non aversum. Irrepserunt igitur in hoc Tomo errata aliqua, jam *Minora*, aut deviantia à genuino sensu Grammaticali, aut ob litteras inversas mutatas antepositas, vel postpositas, aut à Typographo prætermissas, quæ tamen non mutant sensum; eaque non adnotamus: quia diligens Lector, ex antecedentibus, & subsequentibus facile assequetur genuinum sensum, nec à recta intelligentia aberrabit. Jam *Majora*, quæ sensum mutant, & hæc solum duximus (quantum tot occupationibus distenti adverti potuimus adnotanda; & sunt sequentia, quamquam & inter hæc *Minora* inserantur, non pauca.

FOl. 4. n. 16. Tanum, leg. Faunum. Fol. 6. n. 23. XXIX. leg. XXVIII. Fol. 7. n. 27. ducb, leg. ducti. Fol. 9. n. 41. Romani, leg. Roman. Fol. 12. n. 49. die 26. 8. Kalendas, leg. 4. Kalendas. Fol. 15. n. 59. Jononti, leg. Junoni. Fol. 17. n. 65. Jæno, leg. Jano. Fol. 18. n. 69. Tempio, leg. Templo. Ibid. n. 70. Merita, leg. Merito. Fol. 24. n. 90. qui, leg. cuius. Fol. 29. n. 111. Rerius, leg. Pererius. Fol. 31. n. 121. Cameniæ, leg. Carmentæ. Fol. 32. n. 122. fontitudnis, leg. fortitudinis. Fol. 33. n. 127. impgines, leg. imagines. Fol. 42. n. 154. congderandæ, leg. considerandæ. Fol. 52. n. 200. cedens, leg. sedens. Ibid. n. 201. in divum, leg. in clivum. Ibid. n. 203. Vestalius, leg. Vestalibus. Fol. 53. n. 206. dœmonoriem, leg. dœmonem. Fol. 58. n. 217. Fastaus, leg. Fastus. Fol. 61. n. 228. hominom, leg. hominum. Fol. 63. n. 236. Bauho, leg. Baccho. Fol. 81. n. 261. sydera, leg. sydere. Fol. 83. n. 266. simul iucto, leg. simul juncta. Fol. 84. n. 269. ad corpus, leg. at corpus. Fol. 89. n. 288. trilicum, leg. triticum. Fol. 98. n. 327. strium, leg. Arrium. Fol. 110. n. 334. Patres, leg. Patrenses. Fol. 113. n. 389. Sanctos, leg. Sanctus. Fol. 114. n. 392. Thesel, leg. Thesei. Ibid Javonii, leg. Favonii. Fol. 118. n. 408. præidum, leg. præsidum. Fol. 125. n. 434. progenia Jacobo, leg. progenie Jacobi. Fol. 147. n. 513. & hos, leg. ad hos. Fol. 148. n. 517. Civitas, leg. Civitatis. Fol. 155. n. 547. Tord, leg. Ford. Fol. 168. n. 604. Opus, leg. Opis. Fol. 186. n. 680. nurcupatus, leg. nuncupatus. Fol. 194. n. 715. conjectos, leg. conjector. Fol. 203. n. 753. assencialis, leg. essentialis. Fol. 217. n. 818. æternam, leg. æternam. Fol. 218. n. 822. flammigero, leg. flamigero. Fol. 222. n. 839. særa, leg. sacris. Fol. 257. n. 987. quà, leg. quæ. Ibid. n. 988. Ita, leg. In. Fol. 265. n. 1020. locatur, leg. locatur. Ibid. n. 1023. conquasatorem, leg. conquasatorem. Fol. 267. n. 1028. feliciter, leg. faciliter. Fol. 273. n. 1056. *Venit*, leg. Veni. Fol. 278. n. 1071. coronavit, leg. coronatus. Fol. 288. n. 1109. Eastis, leg. Fastis. Fol. 312. n. 1199. eratam, leg. effosam. Fol. 342. n. 1306. earnea, leg. carnem. Fol. 352. n. 1338. vellet, leg. nolet. Fol. 384. n. 1456. Græci, leg. Græciæ. Fol. 389. n. 1478. Mysticorum, leg. Mysteriorum. Fol. 406. n. 1537. teansivere, leg. transivere. Fol. 413. n. 1558. caput, leg. caput. Fol. 423. n. 1596. compellam, leg. compellam. Ibid. cluo, leg colo. Fol. 440. n. 1641. exeruciati, leg. exeruciati. Fol. 441. n. 1644. nulnum, leg. nullum. Fol. 459. n. 1694. à ferra, leg. à terra. Fol. 483. n. 1749. pimum, leg. primum.

DE orden del Señor Marquès de Torrehermosa, he visto este Libro intitulo: *Diarium Sacro-Prophanum*, su Autor el muy Reverendo P. Fr. Pedro Polo, Provincial actual de la Provincia de Valencia, del Orden de los Religiosos Menores del Padre S. Francisco de Assis; y con la Fee de Erratas corresponde fielmente con su original; y no contiene cosa, que se oponga à la Regalia, por lo que no ay inconveniente corra, y salga à luz para vtilidad, y provecho, que de èl se espera. Barcelona, y Julio en 29. de 1725.

Dionysio Plana de la Compañia de Iesus.

TIene licencia el Reverendo P. Fr. Pedro Polo, Provincial de San Francisco de la Provincia de Valencia, segun la Censura sobre dicha del Reverendissimo Padre Dionysio Plana de la Compañia de Jesus, Cathedratico de Prima de Theologia, para que pueda hazer correr, y vender el sobre mencionado Tomo *Diarium Sacro-Prophanum*, &c. como mas largamente consta de su original. Dado en Madrid al primero de Deziembre 1724.

El Marquès de Torrehermosa.

PROTE-

Digitized by Google

PROTESTATIO AVTHORIS.

CVm S. D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martii 1625. in Sac. Congregat. Sac. Rit. & vniverſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii 1634. quo inhibuit imprimi libros Hominum, qui ſanctitate, aut Martyrii fama celebres è vita migravèrunt, geſta, miracula, revelationes, extaſes, ſeu quæcumque beneficia, tamquam ipſorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine approbatione Ordinarii. Idemquè Sanctiſſimus die 5. Julii anno 1631. explicaverit, vt ſcilicet non admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & ea quæ cadunt ſuper perſonam, benè tamen ea, quæ cadunt ſuper mores, & opinionem, cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantum ſit penes authorem. Huic decreto, ejuſque confirmationi, & declarationi, obſervantia, & reverentia, qua par eſt, inſiſtendo, & obtemperando profiteor, me non alio ſenſu, quidquid in hoc Tomo ſcribo, aut refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quam quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat authoritate, non autem Divina, aut Catholicæ Romanæ Eccleſiæ nituntur. Cujus S. Romanæ Sedis judicio omnia humillimè ſubjecta volo, quæ in hoc Diario Sacro-Prophano continentur. Etſi quid præter animum, ex ignorantia, aut inconſideratione humana irrepſiſſet contrarium ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, id totum velim expunctum, annullatum, & ex animo retractatum, vt verus filius ejuſdem S. Romanæ Eccleſiæ, & S. P. Franciſci, qui Eccleſiæ Romanæ fidem teneri docuit.

Sic ex animo ſentio

Fr. Petrus Polo Minorita.

LECTO-

Digitized by Google

LECTORI PIO.

P.F. PETRVS POLO MINORITA.

OPtabam (erudite Lector) vt per Diarium haberes gesta sacra, & Sacro-Prophana: eo ductus desiderio, tibi obtuli in Tomo I. *Diarium Sacrum*: nunc autem offero tibi Diarium *Sacro-Prophanum*, sic expressum: *Diarium S-P.* Varia hic damus, Sacra-Prophanis admiscimus, prophana sacris, vt illa deserviant istis. Vtriusque Scholæ monumenta voluimus, sparsa collegimus, & chartis pet *Diarium* damus. Gentilium Fastos, Festa, Ferias, Ritus, ac Picturas adducimus, eaque ad Christianam pietatem, quantum fieri potuimus flectere conavimus. Gentium varios Ritus, varioſque mores damus, quorum aliqui ad probos mores informandos accomodantur, alii vt à pio Lectore ad sacra vertantur proponuntur: nec enim omnia prophana nos vertere ad sacra judicavimus expediens, ne tomus nimium excresceret. Numerorum mysteria, etiam adducimus, eo fine, vt ad manus habeas singularia, & ad tuum propositum pie accommodes. Ad hunc ipsum propositum inservimus Kalendarium Astronomicum, Siderum *ortus*, & *occasus*, vt pro veris mysticis sideribus Sanctis accommodes, vti & sæpissimè facimus.

In sermone à cultu omni abfuimus. Fucus omnis debebat exulare à volumine isto, quod tanta, tamque varia rerum copia refertum est. Vniversè in sermonis vsu debent quæri, non dulcia, sed salutaria; sicut & cibis. Ad quem propositum Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum ajebat, *Honestus non est ille cibi apparatus, qui plura habet condimenta: nec est bellus, vrbanusque orationis vsus, qui auditores magis potest delectare, quam juvare.* Hæc eadem mihi, Lector, mens, quæ semper mihi proba fuit visa: quare claro, planoque stylo in volumine loquor.

Fuit autem ab initio institutum sapienter, ac piè, vt Veterum superstitioni opponeretur nostra Religio, ac falsorum Deorum celebritatibus festa Cœlitum; quo spectat illud Theodoreti, dicentis: *Deos gentium cassos gloria, vanosque Deus reddidit; suis autem Martyribus honorem illorum dedit, pro Pandiis, Dasiisque, ac Dionysiis, hoc est Iovis, liberique patris solemnitatibus; Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonio, Mauritio, aliisque Sanctis Martyribus solemnitates peraguntur, proque illa veteri pompa, pro turpi obscœnitate, & impudentia, fiunt modestæ, castæ, ac temperantiæ plenæ celebritates.* Hinc etiam illa Tertuliani paranæsis; *habes*, inquit, *tuos census, tuos Fastos, nihil tibi cum gaudiis sæculi, &c.* Sic fecit S. Augustinus in Libris de Civitate, duas proponens Civitates; alteram Diaboli, fastosque Gentilium marrando, eosque respuendo: alteram Dei, Ecclesiam Christi, Fastosque Cœlitum præponendo, quòd & alii fecére. Sunt enim nostratum Fasti veré præponendi: quia verè triumphantium, verè victorum, & in æternum regnantium cum Christo in Cœlis. Concludo verbis Sancti Petri Damiani lib. 6. Epist. 10. Illius verbis mentem meam profero, & inclamo. *Nostra*, inquit, dictationis Opuscula sollicitè perlegentes, si quid reperiatur absurdum, vel funditus amputate, vel elimatiori stylo dirigere sustinete: non enim timendum est, ne si manus corrigentis accedat, scriptoris articulus decorem genuinæ veritatis amittat; sed hoc potius admitendum, vt dum stylo currentis vrbanitati non paretur, sobrii intellectus regula inviolabiliter conservetur. Si quid in illis Opusculis reperitur, quod à tramite veritatis exorbitet, per vos ad normam rectitudinis, & ad plenam eruditionem, & legendi authoritatem Liber examinationis vestræ diligentiâ *convalescat.* Hæc ille de suis operibus, quæ potiori jure ego de meis effero, & ex corde sentio. Cœlitesque omnes, in quorum laudem Volumen conscripsi, præcor pro me Minoritarum minimo intercedant; teque Lectorem pium, vt digneris pro me ad Dominum orare. Vale.

IN

Digitized by Google

IN AVTHORIS LAVDEM D.S.C. QVIDAM MINORITA HOCCE

EPIGRAMMA.

QValiter eloquii peperit, quem Græcia Princeps
Præstitit ingenii signa decora sui.
Qualiter, & latiæ vindex, & gloria linguæ
Exulit ad rutilum verba soluta Polum.
Encomia haud aliter decantas, erudite POLO,
Quæ doctus meruit gloria nostra PETRVS.
Ingenium namque est pariter facundia tanta
Nullus, vt attonitus non tua sensa legat.
Prætereaque fluit verborum gratia talis,
Vt sapiant labris dulcia mella tuis.
His lectis, animum, LECTOR, recreare licebit;
Plurimaque in paucis, hic reperire vales.

Digitized by Google

TRACTATUS.

DE

DIEBVS FASTIS

ANTIQVORUM ROMANORUM,

ALIORUMQUE GENTILIUM IN QUO ADFERTUR Calendarium Prophanum.

CAPVT I.

DE DEO VNO, ET TRINO, VIVO, & Vero.

1 ANTEQVAM de cæca, perfidaque Gentilitate agã, ſupponenda eſt veritas Catholica; ſinequa non eſt aditus in æternam vitam. Quare ſuppono eum tota Catholica, Romanaque Eccleſia, Deum vnicum, Vivum, & Verum, Vnum in eſſentia, & Trinum in Perſonis: dicente Joanne Evangeliſta: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & hi Tres Vnum ſunt.* Quare ipſe mediator, & Redemptor noſter Chriſtus Jeſus præcepit Apoſtolis dicens: *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Quare dicendo in nomine ſignificatur Vnitas Deitatis in Tribus Divinis Perſonis; ſicque Deum eſſe Vnicum in eſſentia, Triumque in Perſonis, vti aiunt SS. PP.

S. Ioan. epiſt. 1. cap. 5. v. 7. Matth. 28. v. 19.

2 Et quamvis Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium, non adverſetur rationi naturali, eam tamen ita prætervolat, vt adhuc ſuppoſita fide, nullum adſit medium naturale per quod valeat demonſtrari hoc Myſterium, ſtans, in tribus realiter diſtinctis *Perſonis* cum vna *eſſentia*. At Deum eſſe Vnicum, Vivum, & Verum eſt veritas naturaliter aperta, & manifeſta, vti docet Apoſtolus Epiſt. ad Romanos, inquiens: *Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis*: Deus enim illis manifeſtavit: nam monet Sapiens: *Vani ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt; neque operibus attendentes agnoverunt quis eſſet Artifex.* Viſibilis enim creatura ſcala quædam eſt per quam ad Dei cognitionem aſcendimus, cum qua demonſtrativa ſcala non ſtat ignorantia poſitiva exiſtentiæ vnius Dei. Quare recte dixit Tertulianus: *Summa eſt delicti nolentium recognoſcere, quem ignorare non poſſunt.*

Epiſt. ad Rom. cap. 1. v. 19.

Sapient. cap. 13. v. 1.

Tertul. lib. 1.

3 Phyloſophus igitur lib. 8. Phyſicorum, Deum nuncupat primum ens, cauſam primam, primum movens, quod cætera omnia movet; Vnde ipſe morituru, dicitur ſic Deum invocaſſe: *Nudus in hunc Mundum veni, miſer vixi, dubius morior, quò venturus ſim, neſcio: attamen tu ens entium, cauſa cauſarum miſerere mei.* Lumine igitur naturæ agnoſcitur vnicum eſſe Deum cauſam, & principium omnium creaturarum.

Alapide in Sap. 13. v. 1.

4 Vt enim, ait Apoſtolus: *Vnus eſt Dominus, una Fides, unum Baptiſma*, id eſt, *vnus Dominus* omnium creaturarum conditor. Rurſus: *vnus Dominus* noſter Mediator, & Redemptor Chriſtus Jeſus: *una Fides vera*, quæ eſt recta ad ſalutem via, quæ Fides eſt in Eccleſia Catholica Chriſti; Catholica, & Apoſtolica, cujus Eccleſiæ caput viſibile eſt Summus Pontifex, Chriſti Vicarius, & Petri ſucceſſor. *Vnum Baptiſma*

Vnus Deus, vna Fides, vna Eccleſia, vnum Baptiſma.

Digitized by Google

illud, scilicet quod & à Christo fuit institutum, & datum Ecclesiæ.

5 Hæc prisca Ecclesiæ Christi fides amplectenda. Qua propter Valerianus sponsus S. Cæciliæ, ab ea missus ad S. Vrbanum Pontificem, vt ab illo baptizaretur, cum eundem adiret, vidit seniorem niveis indutum vestibus, qui hunc titulum aureis literis scriptum manutenebat. *Vnus Dominus, una Fides, vnum Baptisma, vnus Deus, & Pater omnium, qui super omnia, & in omnibus est.* Additque: *Credis ita esse?* Respondit Valerianus. *Non est aliud quod verius possit sub Cælo credi.* Mox S. Vrbanus eum baptizavit. Est ergo hæc sententia fidei orthodoxæ tessera. Sic ex actis S. Cæciliæ res narratur ab Antonio Bosio J. V. D. ex antiquissimis exemplaribus Romanæ Bibliothecæ.

6 Hæc Fidei nostræ tessera asserta, hoc veræ Fidei stabilito fundamento; transeamus ad notandum, quod in libro Sapientiæ triplex species assignatur idolatriæ. Prima qua elementa, sydera, vel alia corpora Cœlestia colebantur pro diis. Secunda qua animalia viva, & inter hæc *miserrima*, ideſt, vilissima, turpissima, & hominibus in festa, vt muscæ, serpentes, crocodili. Tertia qua colebant Imagines & Idola; de quo vide lib. Sap. à cap. 13. vsque ad 16. & ibi Haye, Cornelium, & alios Expositores. *Infelices autem sunt* (ait Sapiens) *& inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum, & argentum: artis inventionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiqua;* quibus verbis, & idolatria reprobatur, & idolorum cultorum infelicitas perbelle exprimitur.

Triplex Idolatria.

Menoch. in lib. Sap. cap. 16. v. 18.

Suppositâ igitur veritate Catholica, hoc Capite stabilita, vt multiplicitas Deorum Gentilium irrideatur, perpende caput sequens de divisione Deorum Gentilium, vbi invenies quanta cum ridiculitate, & amentia Deos putavere Gentiles. Lege S. Augustinum, lib. 4. de Civitate Dei, cap. 22. & verba, quæ ex ipso Sancto, lib. 5. cap. 9. adduco infra num. 9.

CAPVT II.

DE DIVISIONE DEORVM Gentilium.

GEntiles creaturas, vt Deos colentes, & nedum in vno Idolo, sed in magna caterva Idolorum *errantes, & insanientes*, Deos dividebant, sive distinguebant in plures differentias Deorum. Cicero secundo Nomothesiæ suæ libro, adducens leges de Religione, tres Deorum classes distinguit. *Prima*, eorum qui Cœlestes semper sunt habiti. *Secunda*, eorum, quos merita in Cœlum vocarint. *Tertia*, Divarum, propter quas detur ascensus in Cœlum.

Rosinus de Antiquit. Rom. lib. 2. cap. 17.

7 Ex tanta caterva, alios vocabant *Selectos*: alios *Indigetes*, & *Semideos*: alios *Lemones*: alios *Rusticos*: alios *Miscellaneos*; & alios *Peregrinos*, de quibus agit Rosinus lib. 2. de Antiquitatibus Romanorum per totum librum *Dixi de tanta Caterva*: nam in tantum dementiæ pervenerunt Gentiles, vt solummodo hic in terra ponerent Deorum triginta millia. Ita S. Augustinus, S. Clemens Alexandrinus, & Eusebius Cesarienſis ex Hesiodo in Teogonia, de quo Victoria tom. 1. Theatri Deorum in Prologo.

Rosin. lib. 2. cap. 1.

S. August. lib. de Civit. Dei.

S. Clemens Alex.

8 *Selectos* Deos vocabant præcipuos, & majores aliis Diis; quare vocitabant eos consentes, seu præcipuos, quibus veluti consiliariis Jupiter in maximis rebus agendis vtebatur, & quorum Imagines auratæ apud forum stabant, sex mares, & sex fœminæ, de quibus faciunt mentionem S. Augustinus, Vives, Varro, Rosinus, & alii; quos duodecim *Consentes* Ennius hoc distichо complexus est,

S. August. lib. 4. Civit. cap. 23. Vives hic.

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars.
Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Appollo.

quos consentes, quasi consentientes in eo quod gerendum esset appellarunt. Vives ex Pomponio læto singulis eorum Deorum *Consentium* suum mensem esse à Gentilibus sacratum, refert.

Vives in lib. 4. Civit. S. August. cap. 23. Tamayo tom. 1. fol. 5.

Ianuarium, Iunoni.	Februarium. Neptuno.
Martium, Minervæ.	Aprilem. Veneri.
Majum. Appollini.	Iunium. Mercurio.
Quintilem. Iovi.	Sextilem. Cereri.
Septembré. Vulcano.	Octobrem. Marti.
Novembré. Dianæ.	Decembré. Vestæ.

Addit Diodorus, quod Chaldæi dixerunt triginta astra Deos *consultores*, & duodecim signa, *significros*.

Diod. lib. 3. apud cit. Vives.

Alia fuit classis eorum Deorum, quos *Indigetes* vocavere; Quare autem sic eos nominarunt, varias assignarunt rationes, quas referunt Rosinus, & Gyraldus: vel secundum Lucretium: *quia nullius rei egerent*, quasi *nihil indigæ curæ*: vel *quia in Diis age-*

Rosin. lib. 2. Antiquit. Rom. cap. 17. Gyraldus syntag. 1.

rent,

rent, qui ex hominibus ad divinitatem perveniſſent: vel quaſi *degentes, & magis propitii* patriæ loco, & civibus, hoſque putaverunt fuiſſe eos, in quorum cuſtodia eſſent Vrbes, & gentes, & inter hos Deos indigetes inter Gentiles antiquos Romanos fuerunt *Heracles, Taunus, Carmenta, Evander, Caſtor, Pollux, Æſculapius, Acca, Laurentia, Quirinus*, de quibus late agit Roſinus citatus cap. 17. & in Paralipomena ejuſdem capitis, cum pluribus Scriptoribus.

9 Altera fuit claſſis Deorum, ſive Dearum Gentilium, propterque datur aſcenſus in Cœlum, ait Cicero, & hi dixerunt eſſe *Mentem, Virtutem, Honorem, Pietatem, Fidem, Spem, Puditiam, Concordiam, Pacem, Quietem, Salutem, Felicitatem, & Libertatem*, quibus, & Templa, & Saera dicarunt, vt cum S. Auguſtino, Gyraldo, & aliis dicit Roſinus lib 2. Antiquitatum Romanorum cap. 18. per totum. Hucuſque ſummatim actum de Diis *Selectis* primo, *ſecundo* de Indigetibus, *tertio* de Iis propter quos datur aſcenſus in Cœlum, quas tres claſſes, ſeu ſpecies Deorum finxerunt Gentiles, & eos finxerunt Deos majores.

Cicero cit. lib. 2. Nomotheſiæ.

Deos Semones, ſeu Minores vocarunt alios, quos nec Cœlo dignos putabant ob meriti ſcilicet paupertatem, ſicut *Priapus, Hippona, & Vertumnus*: nec terrenos eos diſputare volebant, propter gratiæ venerationem, ſicut Varro ait in lib. Miſtagogorum. Hi dii dicebantur *Semones*, quaſi *hemi hemones*, id eſt *ſemi homines*, & dicebant eos pertinere non ad ipſum hominem, ſed ad ea, quæ ſunt hominis, ſicut ſunt victus, veſtitus, & quæcumque alia, quæ huic vitæ ſunt neceſſaria, ad quod dixerunt diverſos fuiſſe Deos, ſeu Deas, ſecundum diverſa officia: vt *Natio* Dea, quæ naſcentibus præeſſet: *Vaticanus* dictus Deus, qui in vagitu os aperit, vel qui infantium vagitibus præſidet. *Levana*, quæ de terra levat infantes: *Cunia*, quæ præeſt cunis: *Rumina*, quæ mammam immulgeat parvulo: quia rumam dixerunt Veteres mammam. *Potina*, quæ potionem miniſtrabat. *Oſſilago*, vt Dea ſolidatrix oſſium. *Mundina* Dea dicta à nono naſcentium die, quo infantes luſtrabantur, & nomen eis imponebatur, ait *Macrobius*. *Paventia*, vt averteret ab infantibus pavorem, & alios, ac alias. *Inter* hos Deos *Semones* collocabant *Nuptiales*, & admittebant plures, ob plura officia, quæ tribuebant ipſis, & hi fuerunt *Iugatinus, Domiducus, Domitius, Manturna, Viriplaca*, &c. Alios ex ſemonibus Diis dicebant præſſe parturientibus, vt *Mena, Lucina, Latona, Bona, Nixis*, &c. Alteros ex ipſis Diis ſemonibus colebant, vt præſidentes, aut juvantes ad alias hominum actiones; ſic colebatur *Murcia*, Dea, vt faceret hominem murcidum, id eſt nimis deſidioſum: *Strenua* vt impelleret hominem, ad hoc vt ſtrenuè quid ageret: *Stimula*, vt ad agendum ſtimularet: *Agenoria*, vt ad agendum excitaret: *Horta*, vt ad honeſtas actiones hortaretur, quæ, vt ait Plutarchus in quæſt. Romanis poſt. fuit appellata *Hora*, Dea agilis, & multis intenta negotiis, & alios, vt videri poteſt apud Roſinum per totum cap. 19. lib. 2. Civitatum, qui omnia hic relata adducit. Sed tu Chriſtiane Lector perpende Gentilium dementiam, vt ad tot officia, tot fingerent Deos. *Nonne ſcurrilitati* (loquor verbis S. Auguſtini) *mimicæ magis quam divinæ conſonat dignitati? Si duas quiſnam nutrices adhiberet infanti: quarum una nihil niſi eſcam, altera nihil niſi potum daret, ſicuti iſti ad hoc duas adhibuerunt Deas, Educam*, aut *Edulicam & Potinam*. Vide & S. Auguſt. lib. 4. cap. 11.

S. Auguſt. lib. 4. cap. 16.

Roſin. lib. 2. cap. 29. fol. 184.

Plutarch. in quæſt. Roman. q. 46.

S. Auguſt. lib. 5. de Civit. cap. 9. in princip.

Deos *Ruſticos* vocaverunt eos, quos cenſebant & eſſe præſides agrorum, & agriculturam promovere: Et quemadmodum ex Diis *Selectis* duodecim vocabant conſentes, & Vrbanos, ac quaſi conſiliarios *Iovis*, ſex mares, & ſex fœminas, quorum Imagines ad forum auratæ ſtabant, vt dixi ſupra loquendo de Diis *Selectis*; Pariter ex Diis *Ruſticis* alios duodecim conſentes vocabant, eos, ſcilicet, qui maximè agricolarum duces habebant.

Roſin. cit. lib. 2. cap. 20.

10 Ex his Diis *Ruſticis conſentibus*; *Primo*, colebant *Iovem*, & *Tellurem*: quia dicebant, omnes fructus agriculturæ Cœlum, & terra continent: quare hos vocabant duos parentes magnos, *Iovem* appellantes Cœlum, & Patrem, & *Tellurem* terram matrem. *Secundo*, colebant *Solem*, & *Lunam*, quorum tempora obſervabant, cum ſererent, & conderent. *Tertio*, colebant *Cererem*, & *Liberum*; quia horum fructus maximè neceſſarii ad Victum. Cererem habebant pro Dea Frumenti, & liberum pro Deo Vini. *Quarto*, colebant *Robigum*, ac *Horam*, vt iis propitiis; neque rubigo frumenta, aut arbores corrumperet, neque intempeſtivè florerent. *Quinto*, venerabantur illi *Minervam*, & *Venerem*, vt illa ad oliveta, hæc ad

Roſin cit. lib. 2. cap. 20.

Gyrald. cit. Syntag. 1. fol. 23. Roſin. cit. lib. 2. cap. 19.

S. Auguſt. lib. 4. cap. 8. Arnob. lib. 4.

Macrob. 1. Saturn. cap. 16. S. Auguſt. cit. lib. 4. cap. 11.

Digitized by Google

hortos eis adiuvaret. *Sterc*, colebant *Lymphas*, & *Bonum eventum*; quia sine aqua misera, & arida omnis agricultura: sine successu, ac bono eventu frustratio est, non cultura. Hæc ferè ad litteram refero ex Varrone, & Rosino; prosequendo relationem deliriorum Gentilium.

S. August. lib. 4. Civit. cap. 21. *Robigus* autem, vt dicit S. Augustinus, *Robigo*, putabatur avertere rubiginem à segetibus: cui festa *Robigalia* dicabant, quæ festa refert Rosinus lib. 4. cap. 8. de diebus festis Aprilis cum Plinio ad diem 25. Aprilis. Ipse Rosinus in Kalendario ad diem 26. sed in 25. tale festum fuisse celebratum, ex Numa constitutione adfert Vives.

Plin. lib. 18. cap. 29.

Vives in S. Aug. cit.

Rosin. lib. 2. cap. 20. Gyrald. syntag. 2. fol. 51.

11 *Bonus Eventus*, vt Deus Rusticus colebatur ab Antiquis, cujus Simulacrum, dextera pateram, sinistra spicam, ac papaver tenebat, aiunt ex Plinio, Rosinus, & Gyraldus, addens fuisse Romæ, & Templum, & in Capitolio, hujus Idòli Simulacrum.

Inter *Rusticos* Deos colebatur Dea *Pales* à Gentilibus, vt Dea Pastorum. *Flora*, vt præposita floribus, & frumentis: *Pomona*, vt pomis præposita. *Vertumnus*, vt præeret rebus contrahendis, & vertendis. *Hippona*, vt equarum Dea. *Mellona*, vt Dea mellificationis. *Iugatinus* Deus, vt præsidens jugis montium. *Collina*, collibus; *Vallonia*, vallibus. *Rusina*, vt ipsi rura commissa *Terminus*; sic dictus quod in ejus tutela putarent esse agrorum fines. *Pan* Deus Græcè dictus omne, vt sub ipso vniversa natura coleretur, quem Romani colebant mense Februarii, ait Rosinus. *Sylvanus* colebatur vt Deus pecorum; & agrorum. *Priapus* vt obscenus, de quo alibi, quos, & alios vt Deos *Rusticos* cæca colebat Gentilitas.

Rosin. cit. fol. 892. S. Aug. libi 6. & 15.

12 Coluerunt & Deos *Miscellaneos*. Ita fuerunt culti *Pavor*, & *Pallor* de quibus S. August. lib. 4. Civit. cap. 23. vbi etiam de *Cloacina*, & *Febri*, sic & colebantur ab Etnicis. *Tempestas*, *Fornax*, *Fugia*, *Cacia*, *Lucinices*, *Ridiculus*, & alii, de quibus, vt de *Miscellaneis* agit Rosinus lib. 2. cap. 21.

Rosin. lib. 2. cap. 22.

Coluerunt & Deos *Peregrinos*; ita à Rosino appellatos: quia ex aliis gentibus in Romam adducti, ibi recepti, & culti fuerunt, vt *Fidius*, *Isis*, *Osiris*, & *Serapis*, de quibus agit Gyraldus. Coluerunt & Deos *Topicos*, *Novensiles*, & alios, de quibus agit Gyraldus syntagma prima.

Gyrald. syntag. 1.

Gyrald. syntag. 6.

13 Coluerunt & Deos *Manes*, quos (vt cum Ælio ait Gyraldus) Deos inferi vocitarunt, & ex iis quasi summus Manium *Summanus*, qui & *Orcus*, & *Pluto* fuit dictus: cui *Orco*, seu *Plutoni* destinarunt tres *Parcas*, & tres *Furias*, de quibus agunt Rosinus, & latè Gyraldus in 6. Syntagmate.

Rosin. lib. 2. cap. 15.

CAPVT III.

DE TEMPLO, ET ÆDIBVS SACRIS Gentilium.

14 NOn omnibus Gentilibus placuit templa dicare suis Diis, sive Idòlis: quia sicyonii nullum templum, nullamque statuam dicarunt suæ Deæ *Coronidi*: quare inquit Arnobius: *Non omnibus diis templa devota*; quod exemplum sequuti Athenienses aliquando nullam statuam habebant suæ Deæ *Clementiæ*, vt statius dixit his versibus.

Arnob. lib. 5. contra Gentes.

Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma Deæ, mente habitare, ac pectore gaudet.

Stat. lib. 12.

15 Persæ nulla Fana admittebant, eo quod putarent quod Majestas Solis, quem venerabantur, nullis festorum angustiis esset coercenda, ait Rosinus, quod fuit dogma Zenonis, & aliorum Barbarorum, tradit Gyraldus. Romani, qui suos Deos colebant maximis sumptibus, ipsis constituebant *Templa*, *Fana*, & *Delubra*. Varro dixit *Templum* dici à templando, vel tuendo, & triplicem habere significationem. 1. significare Cœlum. 2. certa loca *augurii* in aere, vel in terra. 3. vero significare loca sub terra.

Rosin. lib. 2. Parad ad cap. 2. Gyrald. syntag. 17. fol. 398.

Varr. lib. 6. de ling. Latina.

Ædes autem sacræ fuerunt dicta Templa, quod essent Ædes Deorum, sicut Cœlum etiam, quod domicilium Deorum esset. *Ædicula* diminutivum, quasi parva Ædes sacra, sicut sacellum.

16 *Fanum* dicebant à fando, quod dum Pontifex dedicat, certa verba fatur, ait Varro, Mos fuit Gentilium, quod Pontifices in sacrando fati fuissent finem, & inde Templa dicebant *Fana*. Festus voluit Fana dici à fando, quod fando consecrarentur, vel à *Fauno*, quod totum ex festo dixit Gyraldus. Quem *Taunum* dixerunt primo sacraviisse certis numinibus loca, ædificia, ac lucos, & post mortem à Gentilibus honoratus, & cultus tanquam vnus ex Diis indigetibus, advertit Rosinus: & festum Tauni celebrabant die 13. Februarii. Martia tamen ait *Fana* dicta à Fatuis, quæ & Fantuæ, &

Varr. lib. 5. de ling. Latin.

Gyrald. syntag. 17. fol. 400.

Rosin. lib. 2. cap. 17. Gyrald. citat.

Fanæ

Digitized by Google

Fanæ dicantur sylvestribus Diis, à quibus Fana dicta.

Serv. lib. 3. Satur. cap. 4. Virgilius.

17 Circa *Delubrum*, variè fuerunt opiniones Antiquorum. Servius appellavit *Delubrum*, quod sub vno tecto plura complectebatur numina. Virgilius accepit *Delubrum* pro Templo. Alii apud Varronem acceperunt *Delubrum* pro illa parte Ædis, quæ esset Deo sacrata. Alii pro illo loco in quo esset Dei, sive Idòli Simulacrum; sicut locus in quo ponitur candela, dicitur candelabrum. Alii Delubrum putant dictum à diluendo, & esse locum ante Templum vbi aqua currit. Ita Rosinus, & Gyraldus.

Rosin. lib. 2. cap. 2. Gyrald. syntag. 17. fol. 401.

18 *Asylum* etiam admittebant in Templo, & vocabant *Asylum* locum ex quo nullus posset extrahi, si ad asylum confugisset. Hoc autem non fuit in omnibus Templis, nisi quibus consecrationis lege concessum esset, vt Templum *Apollinis*, *Delii*, & alia, vt videri potest apud Gyraldum.

Gyrald. citat. synt. 1. fol. 400.

19 Cæterum non omnibus Diis solebant promiscue ædificare Templa omni loco. Aliis enim intra Vrbem; aliis extra eam; aliis in montibus; aliis in foro; aliis alibi Templa construebant. Nec enim omnium Templorum forma erat eadem. Aliis enim Diis dicabant Templa rotunda; aliis tecto perforato. Templa dicata Diis cœlitibus, & superis volebant esse à terra erecta: dicata Diis inferis sub terra ponebant: & terrestribus Diis dicata Templa media sub terra, media ponebant supra terram, de quo Rosinus, & latè. Gyraldus cum Victruvio lib. 1. 3. & 4.

Rosin. cit. lib. 2. cap. 2. Gyrald. synt. 17. latè. Victruvius lib. 1. 3. 4.

20 Notat Polletus, quod Templa Veterum in aliquibus, nostris fuerunt similia; constabant enim *cella* sacra, nos chorum vocamus, quæ cella à Basilica, & porticibus distinguebatur. *Pluteo* alto, nos vocamus Pulpitum. *Porticus*, *Simulacra*, & *Aras*, & has sic vocabant, vel ab ardendo, vel à similitudine arcarum. Habueruntque Gentiles, & Sacerdotes, & varia sacrificia, ac cæremonias, quibus superstitiosè suos falsos Deos colebant; de quo agunt plures. Vide Alexand. ab Alex. Rosinum, Gyraldum, & alios.

Pollet. lib. 1. Histor. Roman. cap. 3.

CAPVT IV.

DE TRIPLICI ROMANORVM anno.

21 DIversis temporibus vsi fuere Romani triplici anno, 1. Romuli, 2. Numæ, 3. Julii Cæsaris. Primus annus à Romulo ordinatus, habuit decem menses, & dies 304. Voluitque vt annus inciperet à Martio, & quod dies ita distribuerentur, vt quatuor menses haberet vnusquisque 31. reliqui sex menses 30. dies, tantum vnusquisque haberet: quodque ex his 10. mensibus. *Martius*, *Majus*, *Quintilis*, & *October* haberet vnusquisque dies 31. reliqui sex menses: puta *Aprilis*, *Junius*, *Sextilis*, *September*, *November*, & *December* 30. tantum dies; ita Macrob. lib. 1. Saturnalium cap. 12. Rosinus lib. 4. Antiquitatum Romanorum cap. 1. Chaves in repertorio temporum tract. 1. titulo 29. & plures alii. Vtque hoc clarius percipiatur, sequentem addo tabellam anni Romuli Fundatoris Romæ.

ANNVS ROMVLI DIERVM CCCIV. MENSES HABET DECEM.

Martius.	dies habuit.	XXXI.
Aprilis.		XXX.
Majus.		XXXI.
Junius.		XXX.
Quintilis.		XXXI.
Sextilis.		XXX.
September.		XXX.
October.		XXXI.
November.		XXX.
December.		XXX.

22 Secundus annus Romanorum fuit ordinatus à *Numa Pompilio*, qui videns quod ea Romuli ordinatio, neque Solis cursui, neque Lunæ, conveniret, ipse Numa, quantum in impolito, & rudo illo sæculo potuit, vel solo ingenio Magistro, vel Græcorum observatione instructus, annum voluit extendere ad cursum Lunæ in duodecim menses Lunares, addendo ad annum Romuli *quinquaginta dies*, & his quinquaginta diebus addit *sex alios dies retractos* ex illis sex mensibus, quibus Romulus assignavit dies xxx; singulo ex his sex mensibus vno die retracto, & hos 56. dies in duos divisit menses, quos addidit ad annum Romuli; & primum nuncupavit *Ianuarium*, in honorem Jani (*vt aiunt Plutarch. in quæst. Roman. quæst.* 22. *& Macrob. lib.* 1. *Saturn. cap.* 13.) ac secundum vocavit, *Februarium*, dicavitque *Februo*. Deo, qui lustrationum potens credebatur. Paulo post ipse Numa in honorem imparis numeri adiecit anno vnum diem, quem

Digitized by Google

quem dedit *Ianuario*, quem constituerat primum anni mensem, sicque mansit annus constans 12. mensibus, & diebus 355. sic distributis, *Ianuario* 29. *Februario* 28. Martio, Maio, Quintili, & Octobri 31. reliquis sex mensibus 29. Ita ex Rosino, Chaves citatis, & aliis, & sequenti in tabella constat.

ANNVS NVMÆ DIERVM CCCLV.
MENSES HABET DVODECIM.

Januarius.	dies habuit.	XXIX.
Februarius.		XXIIX.
Martius.		XXXI.
Aprilis.		XXIX.
Majus.		XXXI.
Junius.		XXIX.
Quintilis.		XXXI.
Sextilis.		XXIX.
September.		XXIX.
October.		XXXI.
November.		XXIX.
December.		XXIX.

Firmicus lib. 8.

23 *Tertius* Romanorum annus fuit ordinatus à *Iulio* Cæsare, qui vti ait *Firmicus* in Mathematica fuit doctus. Hic enim videns confusionem in ordinatione anni *Romuli*, & *Numæ*, & cum habuisset ab Ægyptiis quantitatem anni Solaris, adjutus à suo scriba, Marco Flavio vocato, & à quodam magno Astrologo nuncupato *Sosigene*, ordinavit Romanis annum Solarem constantem diebus 365. & quadranti: quare ordinavit, vt in posterum quislibet annus quartus foret intercalaris, seu bisextilis. Huic anno Julii Cæsaris, addo sequentem tabellam.

ANNVS CÆSARIS DIERVM CCCLXV.
MENSES HABET DVODECIM.

Januarius.	dies habuit.	XXXI.
Februarius.		XXIX.
Martius.		XXXI.
Aprilis.		XXX.
Majus.		XXXI.
Junius.		XXX.
Quintilis.		XXXI.
Sextilis.		XXXI.
September.		XXX.
October.		XXXI.
November.		XXX.
December.		XXXI.

Hæc igitur distributio anni solaris constantis 365. diebus hucusque servatur. Ita tamen, vt annus Solaris contineat dies 365. & ferè sex horas. Tanto enim spatio Sol Zodiacum perlustrat. Quæ sex horæ non sunt integræ cum ad earum complementum aliqua minuta deficiant: Quare in correctione Gregoriana statutum est, vt quolibet quarto anno foret *Bisextillis*, etiam in centesimis, vt in dicta correctione Gregoriana statuitur. Habetque Bisextus annus dies 366. Quater enim sex horæ sunt 24. diemque constituunt, & in Bisexto ponitur in Februario.

24 Noto hic, quod Acarnanes in Græcia annum diviserunt in sex menses: apud *Archadis* populi de Archadia in tres menses fuit annus divisus: apud Agiocios in quatuor: & apud alios Barbaros vno tantum mense constabat annus, referentibus *Pluth.* in Numa, *Macrobio* 1. Satur. cap. 13. *Plinio* lib. 7. cap. 48. & *Chaves* in Reportorio tempor. lib. 1. tit. 29. Multiplicem aliam divisionem, & acceptionem: Alia plura de varietate computationis anni vide apud S. August. de Civitate Dei lib. 12. cap. 10. & lib. 5. cap. 14. & apud Rosinum lib. 4. Antiq. Roman. cap. 4.

CAPVT V.

DE DISCRIMINE DIERVM APVD Romanos.

Suppositâ acceptione anni Solaris constantis diebus 365. etsi Bisextilis 366. vno addito die in mense Februario: accedimus ad discrimen dierum Romanorum.

25 NVma igitur cum annum in duodecim mensibus distribuisset, eundem in varios divisit dies, ita vt alii essent *Festi*, alii *Profesti*, alii *Intercisi*. Dicebantur dies *Festi* qui diis dicati erant: Vocabantur *Profesti*, qui concessi erant hominibus administrandam rem privatam, aut publicam. Fueruntque dicti Profesti (ait Festus) quòd procul forent à religione Numinis Divini: Nuncupabantur *Intercisi*, qui erant communes, & diis, & hominibus: ex quibus diebus, in quibusdam horis jus dicere *erat fas*, in quibusdam *nefas*. Nam cum hostia cædebatur, fari nefas erat, intercisa, & porrecta, fari licebat: Rursus cum adolebatur, jus dicere non licebat. Ideoque hi dies vocabantur *Intercisi*, seu *Endo Tercisi*: quasi divisi ad *fas*, & *nefas*, resque humanas, & divinas in diversis horis. Et hæc de

inter-

Rosin. lib. 4. cap. 4. fol. 252.

intercisis diebus ex Rosino. Pergo ad *Festos*, & *Profestos*.

26 Festi dies dicebantur à Romanis illi dies, qui diis sacrati erant, quos dividebant in *sacrificia, epulas, ludos, & ferias*; *sacrificiis variis* superstitiose colebant sua falsa Numina, de quibus sacrificiis plura apud veteres. Quodque festa dividebant in sacrificia, epulas, ludos, & ferias, traditur à Macrobio

Macrob. lib. 1. Satur. cap. 16.

citato, & Rosino.

27 *Epulas* significant *convivia*. Gentiles igitur sua cæcitate duch *Iovi*, aut aliis Diis apparabant convivium, seu *Epulum*, alio nomine *Lectisterium*. Moris enim erat apud Romanos vt nonnumquam, placandæ alicujus Dei iræ causa, apparerent convivium in Templo illius, Diisque sternerentur lecti, aut ponerentur sellæ tamquam epulaturis cubituris, aut sessuris. Quas *epulas*, autquæ *lectisteria* juxta Deorum aras statuebant, cum aliis ornamentis, sternebanturque frondes virentes, &

Rosin. lib. 4. Antiqui. Rom. cap. 15. & in lib. 5. cap. 30. fol. mihi 421. Gyrald. syntag. 17.

odoriferæ, ac flores omnis generis ante Templa, & in Templis; ipsique Gentiles delibuti vnguentis, crinesque perunctí, & *coronati* sedentes epulabantur, *sed præsertim nardo, rosa, vngueuto se cingebant*, vt ait Rosinus cit. lib. 5. Vide & Gyraldum syntagma 17.

28 *Ludis* etiam suas superstitiosas celebritates agebant Gentiles. Ludos dictos fuisse à *lydis*, qui inter cæteros ritus suarum superstitionum, ludorum spectacula instituerunt, ait Tertullianus,

Tertulian. lib. de Spectaculis.

à quibus *lydis* hunc morem ludorum acceperunt Romani, cæterum vocabuli ludi variæ sunt significationes. Sumitur

Rosin. lib. 5. Antiquit. Rom. cap. 1.

aliquando *ludus* pro facto aliquo joco so; aliquando pro loco exercitationis; sic antiqui dicebant ludum gladiatorium: ludum matutinum, *Ludos* etiam accipiebant antiqui *pro publica celebritate* facta, *vel ad Deum placandum*; vel *pro salute populi*: vel *ad meritum alicujus gratiæ pro populo*: qui ludi erant, vt quædam religio, qua Gentiles opinabantur esse rem gratam, & religiosam suis falsis diis; illos ludos exhibere: Tum & fiebant pro voluptate populi, Regum, & Imperatorum.

29 Ludi igitur dividebantur primo in *circenses*, sic dicti, aut quia facti

Cicero lib. 2. de Legib.

in circo: aut quia in circuitu efecti: & in *scenicos*: hi dicti fuerunt *scenici*, eo quod in *scena*, hoc est in vmbra, agerentur, & hi ingeniorum acumine, atque actionis agilitate, seu arte constabant. Et hæc fuit divisio velut generica ludorum, quæ divisio fuit sumpta à forma, vt ait Rosinus; qui amplius cum Tertuliano subdividit ludos quadrifariam, ita vt alios appellent *Sacros*: alios *Votivos*: alios *Funebres*: alios *Ludicros*.

Rosin. cit. cap. 2. & cap. 12. Tertulian. lib. de Spectac.

30 Ludi *Sacri*, (vt dixi) dicebantur qui fiebant in Deorum honorem, quales erant *Megalenses*, quos consecrabant magnis diis: *Cereales* sacratos cereri: *Floreales* dicatos Floræ: *Martiales*, qui peragebantur in honorem Martis: *Apollinares* celebrati in honorem Apollinis: *Capitolini* in honorem Jovis: *Romani*, qui & magni dicti, dicati Conso: *Plebei*; *Consuales*, & alii instituti in honorem diversorum Deorum, de quo Tertulianus citatus lib. de Spectaculis, Salvianus, & Rosinus.

Tertulian. cit. Salvian. lib. 6. Rosin. cit. lib. 5. à cap. 12.

31 Ludi *Votivi* dicebantur, qui fiebant ex voto, vel pro victoriis, vel pro bona valetudine. Ludi *Funebres* dicebantur, qui exhibebantur in honorem Defunctorum. Hi tres *Ludi Sacri*, scilicet, *Votivi*, & *Funebres*, alii erant *Stati*, aut annui: quia annis singulis peragebantur; & hi erant ferè omnes ludi Romanorum, in honorem Deorum acti. Alii erant non *Stati*, aut non *annuales*, & hi erant *Funebres*, & *Votivi*, de quo Rosinus.

Rosin. cit. cap. 12.

32 Ludi *Ludrici*, qui & *Troiani*, & *Castrenses*, appellabantur, erant illi, qui exercitationis causa fiebant, celebrabanturque in circo à pueris minoribus, & majoribus: tùm & à militibus manentibus statione in castris, quod notant Rosinus de Antiquitatibus Romanis; & Lazius de Republica Romana.

Rosin. lib. 5. cap. 25. Lazius lib. 10.

33 Dixi supra num. 26. quod & in Ferias dividebant Romani dies sacros. *Feriarum* autem aliæ erant *publicæ*, aliæ *privatæ*. Quatuor autem erant genera Feriarum publicarum, scilicet, *Stativæ*, *Conceptivæ*, *Imperativæ*, & *Nundinæ*. Et erant Feriæ Stativæ communes vniverso populo, certis, & determinatis diebus, ac mensibus, & in fastis, statis observationibus annotatæ, in quibus præcipuè servabantur *Agonalia*, *Carmentalia*, & *Lupercalia*.

Rosin. lib. 4. cap. 3.

34 Feriæ *Conceptivæ* erant, quæ à Magistratibus, vel Sacerdotibus instituebantur in dies certos, vel etiam incertos, vti fuerunt *Latinæ*, *Paganalia*, *Sementinæ*, & *Compitalia*. Feriæ *Imperativæ* erant, quæ Consules, & Prætores pro arbitrio potestatis indicebant. *Nundinæ* erant Feriæ rusticorum, quibus ipsi rustici conveniebant ad merces, & propria negotia. Hæc quatuor genera Feriarum publicarum indicebantur,

Digitized by Google

bantur, & proclamabantur singulis mensibus à Rege sacrorum, & à Prætore: ab illo, vt rite sacra peragerentur; ab isto, vt vacarent à forensibus negotiis. Quæ omnia tradunt Varro, & Rosinus. Addit Cicero, quod Gentiles in Feriis vacabant, etiam filii, & famuli ab operibus servilibus; vitabant jurgia; instruebantur in mores, certasque fruges, certasque baccas, Sacerdotes publicè libabant. Additque Macrobius, quod Sacerdotes Gentiles affirmabant Ferias pollui, quoties iis inductis, conceptisque, opus aliquod fieret. Præterea non licebat, sacrorum Regem, & flamines videre Feriis, opus fieri: quapropter per præconem nunciabant, nequid tale ageretur, & præcepti negligens multabatur. Præterea multabant eum, qui in talibus diebus imprudens aliquid egisset.

Varro lib 5. de ling. Latina. Rosin. cit.

Cicero lib. 2. de Legib.

Macrob. lib. 1. Satur. cap. 16.

35 Accedo ad *Profestos* dies ex Numa divisione positos in initio capitis num. 25. *Profestos* dies quadrifariam divisérunt, ita vtalii fuerint *Fasti*, alii *Comperendini*, alii *Stati*. Fueruntque dies *Fasti*, quibus licebat fari Prætori tria verba solemnia: *Do, Dico, Abdico*; quibus contrariis erant *Nefasti* dies. His enim non licebat Prætori tria illa verba solemnia fari: Fuerunt dies *Comitiales*, quibus Vadimonium licebat dicere, sive agere res judicii, & contentionis: Vnde differre Vadimonium, erat differre diem contentionis ex Calepino, & Rosino. Hinc, & hi dies fuerunt dicti *Comperendini*, quibus licebat Vadimonium dicere. Fueruntque dies *Stati*, qui judicii causa cum peregrino, fuerant instituti. Vnde omnes hi dies erant negotiosi, qui hominum causis fuerant destinati, vt Rosinus tradit.

Rosin. lib. 4. cap. 3. fol. 253.

Calepino verbo Valimonium.

Rosin. lib. 9. cap. 12.

Rosin. lib. 4. cap. 3. fol. mihi 253. & 254.

36 Hinc Paulus Man. tria distinguit Fastorum genera. *Primum*, eorum dierum, quorum toto die licebat Prætori dicere *jus*, & fari, & hi propriè erant fasti. *Secundum*, eorum, qui & si propriè fasti erant, sed non propriè: quia & si fari licebat, sed non toto die: sed in aliquibus diebus licebat fari, & jus dicere in horis *matutinis*, in aliis in vespertinis. Hi dies vocabantur *Endoterciſos*, vel *Interciſos*, & notabantur in Calendario ac cifra *En*. Illi dies in quibus non licebat Prætori fari, & jus dicere in horis matutinis, vocabantur *Nefasti primò*, & notabantur in Calendario hac cifra N. P. in quibus diebus, horis vespertinis jus dicere licebat, & fari. His erant contrarii alii dies *Fasti primo* vocati, & hac cifra notati F. P. in quibus fari, & jus dicere licebat Prætori in horis matutinis tantum. Erant & dies Intercisi, qui in Calendario notantur his literis Q. R ex C. significantibus: *quando Rex Comitiavit*, & aliis his literis notati: Q. ST. D. significantibus: *quando Stercus defertur*.

Rosin. lib. 4. cap. 3.

37 Alii erant dies *Præliares*, alii non *Præliares*. Vocabantur dies *Præliares*, in quibus licebat repetere, & hostem lacessere: non *Præliares* autem dicebantur, in quibus non licebat res petere, & hostem lacessere. Alii dies dicebantur *Justi* & hi erant dies triginta continui, quibus, vexillum *rufi* coloris in arce erat positum, exercitui imperato. Erantque alii dies *Fausti*, aliique *Infausti*, & *Funesti*, de quibus Rosinus citatus, Agellius lib. 5. cap. 17. & alii, quos vide, & infra num. 190.

38 Dies est spatium 24. horarum. Apud Romanos est spatium à media nocte ad proximam mediam noctem. Romani enim à media nocte diem suum inceperunt: Athenienses ab occidente Sole: Babylonii ab eodem Oriente: Vmbri à meridie diem inceperunt. Diei autem partes primùm duæ apud Romanos erant, ante meridiem, & post meridiem. Alii postea diem in quatuor partes, & noctem similiter divisérunt, sumpta denominatione à similitudine militari, cum dicitur: Vigilia 1. & 2. & 3. ac 4. Tandem notarunt plura diei, & noctis tempora propriis discreta nominibus. Diei, seu lucis partes Manè, seu Aurora ad Meridiem, Meridies; De Meridie, sive tempus occiduum, quod & vesper appellari solet. Noctis partes sunt Vesper; Prima Fax; Concubium; Nox intempesta; Ad mediam noctem; Media nox; Mediæ noctis inclinatio; Gallicinium; Conticinium. *Manè* dicitur à manando, quòd tunc manaret dies ab Oriente: *Aurora* ab ortu Stellæ sic vocatæ, aut ab avium hora: *Ad meridiem* quòd tunc dies ad id tendat: *Meridies* est ipsa medii diei pars; sic juxta aliquos dicta, quòd merus, idest purus; nam meridies est purior diei pars ob Solem rutilantem in medio Cœli. *De meridie*, sive tempus occiduum dicitur, quia tunc Sol tendit ad Occasum; quare ea pars diei, & vespera appellatur. *Vesper* dicitur ab ortu tunc Stellæ *Hesperia* vocatæ. *Prima fax*, eo quod lumina tunc accendebantur, quæ pars noctis ab Horatio prima lumina; & à Livio primas tenebras appellatur. *Concubium*, quia ea parte noctis itum est cubitum. *Nox intempesta*, idest

Rosin. de Antiq. Rom. lib. 4. c. 3.

Horat. lib. 2. epist.

ideſt muſcæ: quia nihil agit, eſt intempeſtivum. *Ad mediam* noctem, quod tunc nox ad id tendat. *Media nox* eſt ipſa mediæ noctis pars. *Media* noctis inclinatio, cum de media nocte nox tendit in diem. *Gallicinium* ob galli tunc cantus. *Conticinium*, quòd & galli conticeſcerent. Ac *Diluculum* enim incipit dignoſci dies. Hæc ex Roſino, & aliis. Vide dicta num. 1533. primi tomi.

CAPVT VI.

DE SACRIFICIIS GENTILIVM.

Gavat. diſp. 1. q. 1. fol. 565. S. Iſidor.

39 SAcrificium ſecundum nominis ethymologiam explicatur *ſacrum factum*, & vt S. Iſidorus inquit, eſt victima, & quæcumque in ara cremantur, ſeu ponuntur. Victimæ verò, ait idem Sanctus, ſunt ſacrificia, quæ poſt victoriam, devictis hoſtibus, immolabantur: ſic dictæ, quòd vi ictus caderent percuſſæ, aut quòd vinctæ ad aras ducerentur. Erant autem victimæ majora ſacrificia, quam hoſtiæ: plerumque tamen confunduntur hæ voces, vt Roſinus advertit.

Roſin. lib. 3. cap. 39.

40 Hoſtiarum multæ erant differentiæ apud Gentiles: aliæ erant *Præcidaneæ*, quæ ante ſolemnia ſacrificia pridie mactabantur, & ſic vocabantur, quia ea immolare erant ſoliti, antequam novam inciderent. Aliæ vocabantur *Succidaneæ*: quia luendi piaculi gratia ſubdebantur, & ſuccedebant. Aliæ vocabantur *Ambegnæ*, cum bos, & verues in ſacrificium ducebantur, & circum, aliæ hoſtiæ conſtituebantur. *Aruinga*, vel *Aringa* dicebatur hoſtia, cujus adherentia inſpiciebantur *exta*. *Caviares* hoſtiæ dicebantur, cum pars hoſtiæ, cauda tenus ducebatur, & ponebatur in ſacrificio pro Collegio Pontificum quinto quoque anno. *Eximiæ* hoſtiæ erant, quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximebantur à grege, vel quòd eximia ſpecie, quaſi offerendæ numinibus eligerentur. *Prodigiæ* hoſtiæ appellabantur, quæ conſumebantur. *Bidentes* quæ cornigeræ eſſent, & duos dentes eminulos haberent. *Amburbales*, quæ circum terminos Vrbis Romæ ducebantur. *Ambaruales* hoſtiæ dicebantur, quæ pro frugibus, à duodecim fratribus ſacrificabantur circum arua. Romulus enim inſtituit *Aruales* fratres 12. Sacerdotes, quorum officium erat *Cereri*, & *Baccho*, pro vbertate frugum, & vini hoſtias mactare, quæ *Ambarua-*

Præcidaneæ.

Succidaneæ.

Ambegnæ.

Aringa.

Caviares.

Eximiæ.

Prodigia. Bidentes.

Amburbales.

Ambaruales.

les dicebantur, & à Sacerdotibus cum *infulis albis*, & *ſpiceis coronis*, antequam mactarentur, *ter* circum *aruæ* ducebantur. *Injuges* hoſtiæ dicebantur, quæ nunquam domitæ, aut jugo ſubditæ fuerunt. Quæ omnia tradunt Roſinus, & Gyraldus; qui cum Trebatio addunt, fuiſſe duo hoſtiarum genera: alterum quo voluntas Dei per *exta* diſquirebatur: alterum quo ſola anima Deo ſacrabatur. Vide dicenda à num. 700.

Roſin. citat. Calepin. verbo *Aruales*. Gyrald. Synt. 17. Trebatius Macrob. 3. Saturnal. cap. 5. *Injuges*.

41 *Aræ* aliæ (apud Gentiles) erant altæ, cum Diis ſuperis ſacrificabant; vt *Iovi*, *Iunoni*, *Marti*, &c. Aliæ in terra, & ipſo fundo elaborato, ad ſacrificandum diis terrenis, vt *Pani*, *Priapo*, & aliis. Aliæ ſub terra ad ſacrificandum, in foſſis diis inferis, vt *Plutoni*, & *Furiis* de quo Romani in Republica Gentilica.

Roman tom. 2. lib. 2. cap. 1.

42 *Sacrificia* peragebantur ſic. Sacerdos victimam ad *aram* adducebat, & ſtans, manu aram prendebat, & fundebat preces, ſumendo principium precationis à *Iano*, & *Veſta*, quæ in omnibus ſacrificiis præcipua erant numina; quia opinabantur per ea aditus ad cætera. In precatione obſervabant, vt *Iupiter Pater* Optim. Maxim. cæterique dii, *patres* advocarentur; & ne quid verborum omitteretur, precatio deſcripta præoculis tenebatur ab vno. Rurſus erat alter *Cuſtos* vocatus, & ſedulo attendens, ne quid omitteretur. Alter qui moneret Tibicines, & Citharœdos, vt præcinerent. Alius, aut alii, qui cæteros adſtantes monerent, vt quiſque in ſuo loco quietus ſtaret, & ſilens: monerentque ne aliud ageretur, ne vt exaudiretur, præcipuè infauſtum. Si autem precans errabat in precatione, repente *extis* capita adimebantur, vel corda. *Tibiæ* verò quibus in ſacris vtebantur erant ex *buxo*; quæ autem in ludis, ex oſſe aſinino, aut ex argento confectæ erant. Hoſtia ſi erat major plerumque immolabatur auratis cornibus.

Roſin. Roman. & Gyrald. cit.

43 His peractis, Sacerdos indutus tunica alba, lineaque, ac diſcalceatus, veloque delicatiſſimo, cooperto capite, & fronte, redimitus corona florum, & ramorum, ad Orientem verſus preces fundebat, quibus fuſis ſacrum inchoabat ſic. Ritus.

44 In capite victimæ deponebant *fruges*, aut molam ſalſam, addito thure, qui ritus vocabatur *immolatio*, quaſi collocatio mollæ in caput victimæ. Deinde aſpergebat vinum, ſed priuſ-

Digitized by Google

quam id effunderet, & scyphulo parvo ligneo, aut fictili, ipse Sacerdos leviter degustando libabat, & astantibus gustandum deferebat, vt ipsi pariter libarent: qui ritus vocabatur *libatio*. Quo facto *pilos* inter cornua victimæ manu evulsos, tamquam prima libamina projiciebat in ignem, conversusque ad ortum, obliquum cultrum à fronte victimæ, ad caudam dutebat; tandem victimam diis exhibitam, & dedicatam jubebat jugulare ministros. Hi eo quod mactarent victimas vocabantur *Cultrarii*, *Victimarii*, & *Agones*, ac aliquibus *Popæ*. Reliqui *partim* admotis vasculis excipiebant emanantem sanguinem: *partim* victimam excoriabant, & abluebant: *partim* ignem accendebant.

45 Purgata victima mox *Sacerdos*, qui & vocabatur *Aruspex*, & *Flamen*, viscera victimæ cultro ferreo rimabatur, & attente explorabat, an perlitatum foret: non autem licebat contrectare viscera, ne qua offensa pollutis sacris intercideret. Inspectis singulis, partes certas decisas ex omni viscere, & membro, involuebant farina fartis, & in calathis sacrificanti offerebant, ac Sacerdos impositas *aris*, foculo incenso, conburebat. Quod erat litare, aut placare Deos sacrificiis. Vbi conflagrasset quòd Deos distribuebant, ipsi convertebantur ad epulas, & convivia. Inter vescendum, diis laudes canebant, & circum aras complodentes, seu strepitum edentes collisione pedum, psallebant, & pulsantibus cymbalis chorcas agebant. Quòd totum adducunt Rosinus, & alii.

46 Antiqui vocabant hostiam à nomine *hostio*, per quod intelligebant *Ferire*, & feriens dominus campi manebat, idque ab ipsis vocabatur *hostia*: sicque & ab ipsis vocabatur sacrificium, factum pro bono eventu. Eratque inter ipsos differentia, inter *hostiam*, & *victimam*; quia sacrificabatur à quocumque Sacerdote *hostia*; at *victima* sacrificabatur à Duce victore, redeunte ex bello.

47 Romanorum Gentilium sacra, partim erant *diurna*, partim *nocturna*, diemque dinumerabant à media nocte, ad proximam mediam noctem, vt observant Macrobius lib. 1. Saturnalium cap 3. & Cæsar Calà de Feriis, quæst. 4. num. 385.

48 Dixi quòd in sacrificiis adhibebant Gentiles sonos musicos, qui apud alios *Lyra*, & *Cythara*: apud nonnullos *Tybiis*, aliisque musicis instrumentis fieri solebant, canendo hymnis falsorum suorum numinum, metro *strophe*, aut *antistrophe*: vt per *strophem* indicarent rectum motum orbis *stelliferi*, & per *antistrophem* regressum diversum vagarum, ait Macrobius in Somnium Scipionis lib. 2. cap. 3. fol. mihi 122. Et hæc de sacrificiis Gentilium in genere. Erantque peculiaria sacrificia Gentilium, peculiaribus diis oblata, de quibus quamplura in *Diario Sacro-Prophan.* Tum & habebant *Mensalia* sacra: quare sit.

CAPVT VII.

DE MENSALIBVS SACRIS Gentilium.

49 MOs fuit Gentilium in vnoquoque mense anni; aliquibus falsis numinibus aliquos sacrare dies. Tum & quotidie aliquibus sacrare, ac centurias celebrare; quod totum in capite tangemus.

1 Diem 1. vniuscujusque mensis Romani sacrabant *Ianoni*, ex Tamayo: *Iano* ex Roman; & Alex. ab Alexandro; qui addunt hunc diem & sacratum. *Soli* à Lacædemonibus, & à Græcis *omnibus* diis. Tamayo fol. 4. Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18.

Fuitque mos apud Lacedæmonios, vt singulis Calendis totius anni, *quartarius* vini, ac *medimnus* farinæ, & *pecora* singula Regibus, velut Ministris sacrorum darent, mox immolanda *Apollini*, vt Alexander ab Alex. citatus advertit, qui & lib. 2. cap. 22. addit. In *Kalendis*, *Idibus*, & *Nonis* fuisse morem Gentilium sacrificandi *Lari familiari* indita in foco *corona*. Quæ sacra fieri, ex hordeacea *pulte*, *libo*, *farre*, *vino*, & *thure*; cum *sale*, & *salino*: cui *Lari*, & particulas cœnarum, & singulorum fructuum *primitias* sacrarint. Fuitque Gentilium mos, vt profecturi, viam *sive simulacrum Dei* tamquam *Larem familiarem*, & fortunæ comitem secum ferrent, cui diebus festis *thure*, & *mellè* nota effundebant, & supplicabant: vt citatus Alexander refert. Alex. cit. & lib. 2. cap. 22.

In Kalendis: *Senatus legitimus Romæ*, decreto Augusti, vt Tranquillus, in Augusto, & Bungius tradunt. Bung. de Num. fol. 84.

2 Diem 2. cujusvis mensis sacrarunt *Semideis*, ac varonibus heroicis, qui ob ipsorum gesta à Gentilibus fuere relati inter Deos. Ita Roman. Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18.

Quem diem 2. cujusvis mensis, religiosum, ominalem, ac infaustum puta-

putaverunt, & *Diis Manibus* sacrarunt, quemadmodum, & postridiè *Nonas*, & *Idus*: propterea quòd maximis cladibus, & contumeliis, populus Romanus tunc fuerit affectus, vt, ex Alexandro, ait Bungius, vt dicam die 16. Julii, & die 2. Augusti.

Alex. lib. 4. cap. 20. Bung. de num. Binario, fol. 84.

Dies *Ludorum Olympicorum*, ex dicendis die 30. cum Cæsare Calà.

3 Dies 3. mensis cujusvis dicatus *Minervæ* ab Ægyptiis, ex Pierio Valeriano.

Pier. lib. 33. Hier. fol. 292.

Fuit & mos Romanorum *tertio quoque die nundinas facere*, ex Alex. ab Alex.

Alex. lib. 3. cap. 10.

4 Diem 4. sacrabant *Mercurio*, ex Platone & Joanne Baptista Agnaro, apud Bungium, ac ex Roman.

Bung. de Num. fol. 241. Roman cit.

5 Diem 5. seu *Nonarum* habuerunt, ex Macrobio, & Bungio, *Faustum*, *Feriatum*, & agendis rebus *Felicem*.

Macrob. 1. Sat. cap. 15. Bungius fol. 84.

Quo die sacrificabant *Lari familiari*, vt ex Alex. ab Alex. dixi die 1.

Diebus *Nonarum*, & *Iduum* colebant *Lares*, ritu quem adfert Roman lib. 2. cap. 17. & nos infra, die 12. Januarii, remissive à num. 113.

6 Diem 6. putaverunt *religiosum*, *ominalem*, & *infaustum*; quem sacrarunt *Diis Manibus*, ex dictis die 2. cum Alexandro, & Bungio.

Addit Alexander marginatus, quòd dies *Atros*, & *Infaustos*, nuncuparunt *Hordales*, in quibus jussu Pontificum, super sedebant à sacrificiis Deorum.

Alex. lib. 4. cap. 26.

7 Diem 7. mensis cujusvis sacrabant *Soli*, cui festum agebant, ex Roman citato, & Alexandro ab Alex. lib. 3. cap. 18.

Roman. Alexand.

8 Diem 8. cujusvis mensis Græci sacrabant *Neptuno*, cui dicabant solemnitatem, aut celebritatem, ex Plutarcho in Theseo, Gyraldo Synt. 5. fol. 140. Bungio de n. 8. A. fol. 31. & aliis.

Gyrald. Plutarch. Bungius.

Quem diem, ex Roman, & Alexandro ab Alex. ipsi Græci dicabant *Theseo*, & ex Masculo *Vulcano*, præsidi elementi ignis putato, sed re fœdissimo Deorum Gentilium.

Roman citat. Alex. lib. 3. cap. 18. Masculus fol. 5.

9 Diem 9. mensis cujusvis Gentiles destinarunt *vrbanis rebus*, & *nundinis*, ex Alexandro ab Alex.

Alex. lib. 3. cap. 11.

Nonum quemque diem Thusci vocabant *Nonas*, quo die regem suum salutabant, & de propriis negotiis consulebant, vt cum Alciato, ait Cæsar Calà.

Calà quæst. 4. à n. 1047.

10 *Decenos* dies, in singulis mensibus, Græca juventus agebat *Ludos Olympicos*, extensosque per *dies quinque* à *cursu*, *saltu*, & *disco*, ac victor *oleastro*, & *olea* coronabatur, quòd & repetebant à die 30. Ita Calà de Feriis quæst. 1. à n. 46. ad 53. & latius dicam die 30.

Calà cit.

11 Diem 11. mensis *Luctui* sacratum à Pytagoricis: quare horum Sacerdotes die 11. non sacrificabant *Diis superis*, nec accendebant ignes, nec se ornabant nobiles, & nuptæ à viris suis secubabant: quia putabant die 11. vmbras errare, & ob id agebant funebre convivium vocatum *Silicernium* (de quo *Silicernio* vide die 11. Maii, & Gyraldum Synt. 17. fol. 444. à num. 40.) quia silentio funebri manducabant, & à convivio recedebant, se salutando, quasi amplius non se essent visuri. Ita cum Bungio, & Licurgo, Alexander lib. 3. cap. 7. De quo convivio agam die 11. Maii.

Alexand. citat.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die præcedenti cum Cæsare Calà.

12 Dies 12. dies 3. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Calà die. 10.

13 Diem *Iduum* (scilicet 13. præter menses *Martii*, *Maii*, *Iulii*, & *Octobris*, in quibus 15.) *Faustum*, *Feriatum*, & agendis rebus *Felicem* habuerunt Gentiles, ex Macrobio, & Bunglo.

Macrob. 1. Sat. cap. 15. Bung. fol. 84.

Diem 13. dicatum *Iovi statori*, ex Beyerline in Theatro Vitæ Hum.

Beyerline cit.

Dies *Iduum* dicatos *Laribus* ex Roman citato. Dies *Ater*, ex Macrob.

Roman cit. Macrob. 1. Sat. cap. 15.

Insuper, omnes dies *Iduum* dicatos *Iovi*, cui in singulis Idibus à Flamine diali immolabatur *bos*, ex Alexandro, addente, & in peculiaribus dictis *Iduum alia festa* acta à Gentilibus.

Alex. lib. 3. cap. 18.

Decreto Augusti bis in mense *Senatus legitimus Romæ*, scilicet *Kalendiis*, & Idibus. Ita Tranquillus in Augusto, apud Bungium.

Bung. cit. fol. 84.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die. 10. cum Cæsare Calà.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. cum Cæsare Calà.

14 Diem 14. (in mensibus in quibus erat *postridie Idus*) putabant *religiosum*, *ominalem*, & *infaustum*, dicabantque *Diis Manibus*, ex Bungio, & ex dictis die 2. Sentit idem Macrobius de postridie *Kalendas*, *Nonas*, & *Idus*.

Bungius citat. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 15.

15 Diem 15. diem *Iduum*, in mensibus *Martii*, *Maii*, *Iulii*, & *Octobris*: quare & festum solemne dicatum *Iovi*, cui immolabatur *bos*, ex relatis die 13. Calendas Nonas, & Idus censuerunt *religiosas*, ideft, *devitandas*, ait Macrobius.

Macrob. 1. Sat. cap. 15.

16 Diem 16. postridie Iduum, in

Digitized by Google

mensibus relatis; putarunt *religiosum, ominalem,* & *infaustum*, ex dictis die 2.

Tiraquell. & Bung. cit. fol. 84. Item ab antiquis Romanis dicatus *Diis Manibus*, ex Tiraquello, & Bungio.

17 Diem 17. festum habuerunt *Quinquatrum* appellatum in mensibus in quibus, Idus sunt 13. die. Diem enim *quintum* post Idus, festum habuerunt, & ideo tale festum *Quinquatrum* appellaverunt: quòd esset *quintus dies post Idus*, & festus, & feriatus. Quo die, & festo ad ædem *Minervæ* solemniter conveniebant, ipsasque minusculas quinquatras appellarunt, ex Alexandro, qui hæc tradit. Vide dicenda die 19. Martii, vbi & de origine hujus festi.

Alex. lib. 2. cap. 22. & lib. 3. cap. 18.

18

19 Diem 19. in mensibus *Martii, Maii, Iulii*, & *Octobris* festum habuerunt *Quinquatrum* appellatum, ex dictis cum Alexandro die 17.

20 Diem 20. cujusvis mensis feriatum, & solemnem dicatum *Epicuro*, ab Epicuriis putantibus eo die natum Epicureum, quem in tantum habuerunt, coluerunt, vt nedum in singulis mensibus, ipsi dicarent festum, hoc die, sed & illius imaginem in *annulis*, & *ferculis* ferrent insculptam, ex Roman, & Alexandro.

Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18. Alex. lib. 3. cap. 18.

21 Diem 21. habuerunt Chaldæis *Funestum*, ob pueros castratos, & in Persidem missos, à Præfecto Darii. Ita Alexander.

Alex. lib. 4. cap. 20.

22

23

24

25

26 Hic dies in Februario 8. Kalendas Martias. Quare *Ater*, & innominatus habitus: quia ex Macrobio, & Masculo, ita habitus quisque dies *quartus* ante Kalendas, Nonas, & Idus, ob cladem passam 4. Nonis Augusti. Vide dicenda num. 1074. die 2. Augusti.

Macrob. Masculus in Fastis die 2. Aug.

27

28 Hic dies in Februario dies vltimus mensis, & à Gentilibus dicatus *Demetrio*, ex dicendis die 31. In Mensibus *Aprilis, Iunii, Septembris*, & *Novembris* dies *Ater*, ex dictis die 26.

29 Hic dies 4. Kalendas, & *Ater* in mensibus habentibus dies 31. ex dictis die 28. cum Masculo, & Macrobio 1. Sat. cap. 16. fol. mihi 247.

30 Die 30. seu *triceno* cujusvis mensis Græca juventus se exercebat in *Ludis Olympicis, cursu, salru*, & *disco*, idque per spatium *quinque dierum*. Est enim *Discus*, quædam moles rotunda, saxea, plumbea, vel ferrea, cujus jactu inter se certabant, victoresque evadebant, qui altius *in sublime*, aut longius *in tractu* vltra metam projecissent. Idque in Palestra decenti motu, gestu, agitatione: quæ Feriæ *quinque dierum spatio* terminabantur, & Victor coronabatur *Oleastro*, & *Olea*, & tanto honore dignus putabatur, vt in patriam veheretur *sublimi curru*, & non per portas, sed per murorum ruinas opere factas ingrederetur. Idem fiebat *decennis* diebus, vt Cæsar Calà observat. Vide infra num. 1059.

Calà de Feriis, quæst. 1. à num. 46. ad 53. fol. 20.

Diem 30. cujusvis mensis *Desumptis* sacrorum à Gentilibus, vt cum Suida Bungius observat.

Bung. de n. 30. fol. 483.

31 Victimum cujusvis mensis diem Athenienses dicarunt *Demetrio*, optimè de ipsis, merito, & Macedonis máximè victoriis claro, cui tot statuerunt statuas, quot anni dies, vt ferunt Alexander, & Masculus.

Alexand. & Masc. in Fastis die 31. Iulii.

In mensibus habentibus dies 31. hic dies 2. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 30. Et hæc de mensalibus sacris, aut festis Gentilium. Qui & habebant sacrificia *quotidiana hebdomadis*, ac *centuria*: vt jam refero.

Quotidiana.

Solebant Gentiles per totum annum *ter quotidie colere solem*, ipsique litare, *resinam sub ejus ortum, myrrham quando medium tenet æthera circa obitum Cyphi appellatum*, inquiunt Plutarchus, & Novarinus. Vide num. 594. die 29. Aprilis, vbi hæc Christianizantur, & Sanctis adaptantur. Addo ex Calepino, quòd *Cyphi* erat compositio *Thymiamatis* dicata Diis, qua abundè vtebantur Sacerdotes Ægyptii, quæ compositio constabat, ex *melle, vino, uvapassa, cypero, resina, seselli, aspalato, myrrha, bitumine, iunco, bryone, calamo*, vtroque *iunipero, cardamomo*, & *lapatho*. Rationemque componendi tradit Dioscorides lib. 1. cap. 24. fol. mihi 31.

Plut. lib. de Iside, & Oside. Nova. in Sched. lib. 4. cap. 5. à n. 25. Calepin. in Dictionar. verbo *Cyphi*.

Græci jussu Regis *Palamèdis* per totum annum, quotidie ad ortum Solis sacrificabant *Apollo* equum album, ex Roman. Alii, ex Cœlio Rhodigino, circa meridiem sacrificabant *Soli*. Persæ *Solem* appellarunt *Mithram*, ipsique sacrificabant in *spelæis*, & obscuro tenebrarum squalore, ex Julio Firmico de errore prophanæ Religionis, lib. 5. Ritus autem Gentilium circa cultum *Solis* talis erat: vt ejus solemnitatibus non gestarent *aurum*, nevè asino præberent pabulum, darent *Soli* donum ob

Roman tom. 2. lib. 2. cap. 9. Cœlius lib. 29. cap. 4. Firmicus lib. 5. Ritus. Novarin. cit. n. 24. R. Beniam. in Itiner.

Ægyp-

Digitized by Google

Ægyptum acquisitam: colerentque *Solem*, extra Vrbes aris maximis, ad similitudinem Orbis Solaris, in circuitu ipsarum magno strepitu sonando, habentes singuli, singulas aeerras in manibus, tàm fœminæ, quàm viri, omnesque thura Soli adolendo, vt marginati observant. Syri quotidie *Orientem Solem salutabant*, ex Corn. Tacito, & ibi Scoto.

Corn. Tacit. lib. 3. Hist. Anibal. Scotus ibi fol. mihi 537.

Quotidie Gentiles sacrificabant *Laribus Præstitibus*, ex dicendis cum Ovidio, Gyraldo, & aliis die 1. Maii. num. 601. Et *Belo*, ex dicendis, die 16. Decembris, num. 1710.

Hemdomadis.

Sacrificia erant apud Gentiles: enim Feria 6. cujusvis hebdomadis sacrificabant *Neptuno*, ex dicendis cum M. Varrone, Gyraldo, & Roman. num. 93.

Centurialia.

Sacrificia *centurialia* habuerunt Gentiles, ex dicendis de *Hecate*, significante *centum*, die 27. Februarii, & die 1. Junii. Tum & ex dicendis die 19. Julii, à num. 1002. *sæcularibus*, sic nuncupatis à *sæculo*, & actis anno *centesimo*, vbi plura adduco de centuriis Gentilium, Christianizanda, & adaptanda Christianorum centuriis.

Mascul. in Prolog. Fastor.

50 Cum de Gentilium sacris menfalibus, hebdomadalibus, quotidianis, & centurialibus egissem, & tetigissem, quòd Athenienses in tantum habuerunt *Demetrium*, cui se plurimum debere dicebant, vt annum integrum ei dedicarent: quamobrem, tot ei statuas Athenis statuerunt, quot tunc ea natio numerabat dies anni, trecentos scilicet, & sexaginta, ne quis dies tanti Ducis memoria, & gloria vacare videretur; tanta igitur vanitate abiecta, nunc nos vero Deo, Ducique nostro Christo Jesu, cœlitibusque, ac veris Sanctis festa dicemus, celebremus sacra, prædicemus encomia, ac imitemur gesta. Quare pergimus ad *Diarium Sacro-Prophanum*, in quo proponuntur Fasta Gentilium, & Christianorum, vt Veterum superstitioni opponatur Christiana, Catholicaque religio, & appareat quantum hæc emineat, atque præcellat, vt piè, sapienterque fecere S. Augustinus, Clemens Alexandrinus, & alii. Sumamus igitur initium à *Ianuario*, & ejus diebus.

JANVARIVS.

51 PRIMVS occurrit mensis Januarius, anni clavis, temporum janua, & ætatum initium. *Dictus à Iano cui à Gentilibus consecratus, vel quia limen, & janua sit anni*, ait S. Isidorus, idem putat Anglicus: quem *Ianum* Macrobius, & alii putarunt *Solem*, ideo geminum, qui vel *Oriens* aperiat diem, vel *Occidens* claudat: quare à Græcis *Sol* est dictus *Apollo*, & *Ianua*. Olim Januarius appellatus fuit *Pater*, (Iuida teste) & à Vate, *Pater futuri sæculi*, & ab Athenienſibus *Demetricus*, quòd hujus opera liberati fuissent à Macedonica servitute, vt totum Masculus observat. Hic mensis Romanorum primus, ex Numæ Pompilii institutione, habuit dies 31. & nomina plura à diversis Nationibus ipsi attributa. Ab Hebræis nuncupatus *Sabath*: à Chaldæis *Schebat*: ab Ægyptiis *Tubi*, aut *Tobi*: à Palestinis *Lindeneus*: ab Athenienſibus *Gamelion*, propter *Iunonem*, quam appellabant *Gameliam*: apud Jonios, & Boëtios erat vocatus *Leneus*, *Leneonus*, & *Lermeus*, propter nundinas, quæ hoc mense peragebantur, eo quod dicabantur *Baccho*, qui & *Leneus* fuit dictus: à Cypris vocabatur *Æstius*, aut propter vestam Jani vxorem, aut propter novas in Magistratibus adsumptas vestes: à Macedonibus vocatus fuit *Audinæus*: ab Italis *Genaro*: ab Hispanis *Enero*, &c.

S. Isid. lib. 5. Ethim. Tamayo fol. 1. tom. 1. Macrob. 1. Sat. cap. 9.

Mascul. in Fast. fol. 1. Chaves in Rep. Temp. tract. 1. tit. 24. fol. 36. B. Maxim. rom. 18. Tamayus fol. 4.

52 Fuit hic mensis dicatus *Iano*, qui fuit Latinorum Rex, & Princeps, cui Ethnici inter falsos suos Deos relato, cultus adorationem tribuerunt. A quo *Iano* nomen desumpsit *annus*, relicta litera I. & addita in medio litera N. ait Guillermus Stuch. de Sacrificiis Gentilium. Pluribus pictutis *Ianum* expressêrunt Gentiles, apud Macrobium, & alios. Phœnices expressêrunt *Ianum* per Draconem in orbem redactum, caudamque suam devorantem, vt appareret, & ex se ipso ali, & in se revolvi.

Ianus.

Stuch. fol. 17. Macrob. 1. Sat. cap. 9. Tamayo fol. 2. Rosin. lib. 2. cap. 3.

Pictutæ. 1.

Item depixerunt *Ianum* manu dextera CCC. & sinistra LXV. numeros tenentem, quod faciebant, (Macrobio teste) ad denotandam *anni dimensionem*. 2.

Item ipsum depixerunt manu dextera tenentem *clavem*, & sinistra *virgam*, 3.

Digitized by Google

gam, vt temporis *principium, ac anni recluſorem, Ianitoremque* indicarent.

4. Tandem, vt alias picturas ipſius *Iani* omittam, *quadrifontem* ipſum pingebant & delineabant, vt adumbrarent quatuor anni tempora, quæ ſunt *Ver, Æſtas, Autumnus*, & *Hiems*, vt tradit Roſinus, qui delineavit quadrifontis Templum Jani, & ipſius numiſma. Vide num. 66. & 67.

DIES I.

A. D. 1. Calend. Maff.

53 HIc dies, qui & Kalendis Januarii *Faſtus* notatur in Calendario Maffeiano.

Roſin. lib. 2. cap. 2. & 4. Ovid. 1. Faſtorum. Gyrald. cit. fol. mihi 609. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 15.

Dies ſacratus *Junoni*, ex ipſis Calendariis Maffeiano, Roſino, ac ex Ovidio, & Gyraldo lib. de annis, & menſibus: *Kalendæ* enim, ſeu dies 1. cujuſcumque menſis totius anni *Junonis tutelæ ſubmittebantur*, *olim* Junoni ſacræ, ideo hæc dies ſacra olim apud Romanos, ex Ovidio, & Macrobio.

Theat. Vitæ Hum. lit. D. fol. 124. Suet. in Auguſt. Calend. Rom. Cartag. lib. 4. de Circunc. hom. 3. Ovid. in Faſtis.

Quo die *Iano* ſacra fiebant Romæ. *Templa dicata Iovi*, & *Æſculapio* in Inſula Tiberina, ex citatis Ovidio, Beyerlinc, Gyraldo, & aliis: quare hic dies, ex Suetonio, & Calendario fuit Romæ *feſtus, religioſus, ſolemniſque ſtrenis dandis*, vnde mos fuit antiquorum, hoc die, *ſe mutuo homines ſalutare, & bonos annos augurare*: Interrogatuſque Ovidius: cur id facerent? Reſpondit per ſequentes verſus.

Omnia principii ineſſe ſolent,
Proſpera lux oritur, linguis animiſque favete.
Nunc dicenda bono, ſunt bona verba die.

Hoſpin. de Origine Feſtor. cap. 8. fol. 55.

Nedum hiſce *Kalendis* ſacrificabant *Iano*, & *Iovi*, verùm & aſcendebant in Capitolium *novis induti veſtibus*, cum conſulibus novum Magiſtratum inituris, & immolabant *juvencos albos*. Erat dies *ſolemnis*, *Lætus*, & *Faſtus*. Vltro mittebant *ſtrenas*, & *munera*, ac augurabantur annum felicem, vt Hoſpinianus de Origine Feſtorum obſervat.

Alex. lib. 1. cap. 20. Hoſpinian. citat.

Hoc & die *ſolemne ſacrum* quotannis, à militibus in caſtris celebratum. Et Coſſ. Paulo Æmilio, & Terentio Varrone, tunc primo inſtitutum, vt hoc die Imperator, Legati, Tribuni, Centuriones, Decuriones, Præfecti caſtrorum, & tandem milites *ſolemniter jurarent* per Deos, in acta Principum, & juſſu Conſulum conventuros, nec è caſtris receſſuros. Ita cum Alexand. Hoſpinianus.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæſare Calà n. 49. die 30.

Alia Gentilium ſacra hujus diei vide citato num. 49. die 1. & in fine hujus diei.

Hoc die, populus offerebat Magiſtratibus *folia lauri*, *una cum caricis*, pro omni gratia ſalutari (Pierio Valeriano teſte.)

Pier. Valer. lib. 50. cap. 21.

54 Tandem in his Kalendis multas ſuperſtitiones obſervabant Gentiles aſſumentes formas monſtruoſas, alii ex pellibus pecudum; alii ex capitibus beſtiarum; alii veſtientes tunicas muliebres; alii auguria obſervabant, dantes, vel recipientes diabolicas ſtrenas; alii menſas lautè præparatas tota nocte manere ſinebant, putantes totum anni ſpatium convivia talis cibi abundantia perdurare, vt Durandus in Rationali. cum S. Auguſtino obſervat. Gentilium-que vana religio hujus diei cauſa videtur fuiſſe, (Hoſpiniano teſte) quare cum in primordia Eccleſiæ naſcentis, omnibus diebus ſine diſcrimine perſequerentur Chriſtianos, hac vnica tantum die, *à cæde eorum abſtinebant*, vt eſt autor S. Hieronymus, inquiens; præter Kalendas Januarii diem nullum eſſe, toto anni tempore, quo non afflicti ſupplicio è Chriſtianis quingenti Martyres numerentur. Hæc Hoſpinianus.

S. Aug. ſer. 26. Durand. in Ration. lib. 6. cap. 15. Hoſpin. citat. fol. 56.

55 Cumque & hic dies 1. ſit anni *primus*. Noto, ex Macrobio, quòd ab Antiquis *vnum, vnitas*, aut *mona*, dicitur mas, & fœmina, par, & impar, non numerus, ſed fons & origo numerorum, quam retulerunt & ad ſummum Deum, & ad animam (Macrobio teſte). Plura de vnitate, & vertendo ad ſacra, die 1. Februarii tradam. n. 193. Pergo nunc ad *Kalendas*, *Junonem*, *Jovem*, & *Ianum*, ac *Æſculapium*.

Vnitas.

Macrob in Somn. Scip. lib. 1. cap. 6.

56 Hic dies 1. *Kalendis Januarii* vocatus, ſicut & omnium menſium dies primi vocantur *Kalendæ*, & interpretantur, (Cæſare Calà teſte) *quaſi colendæ*: quia erant *in magna veneratione*. Dictæque fuerunt *Kalendæ* à verbo Græco ſignificante idem ac *voco*. Ratio fuit, ex Macrobio: quia cum primum aſpectum novæ Lunæ obſervarent Antiqui, idque diligentia Pontificis minoris, ab hoc viſa nova Luna, id nunciabat Regi, & oblato ſacrificio à Rege, & minore Pontifice, idem Pontifex *Kalata*, ideſt, *vocata* plebe in Capitolium, pronuntiabat quot dies eſſent à *Kalendis* ad *Nonas*; Ideoque Pontifex in die 1. menſis, *Kalendiſque*, numerum dierum, qui ad *Nonas* ſuper eſſent *Kalendæ* prodebat;

Kalendæ.

Calà de Feriis q. 5. n. 1015.

Macrob. 1. Sat. cap. 15. Tamayo fol. 41.

Digitized by Google

debat: quid in Nonarum die populares, qui in agris erant, tenebantur confluere in Vrbem, vt à Rege sacrorum scirent causas feriarum, quidque in eo mense esset faciendum. Hinc ab ea vocatione facta die 1. mensis, hæc dies vocata *Kalendis*. Erantque *Kalatores* ministri, & minores Pontifices.

57 In his *Kalendis* Ianuarii inchoabant omne genus operis, quisque in sua arte, vt sic prima anni die industri & solertes essent, de totius anni diligentia augurarentur. Ex quo hic dies *Auspicalis* vocitabatur; & amicis latis precationibus faustum sibi invicem ominabantur. Item munera sibi invicem mittebant, boni ominis causa, scilicet *caricas, cariotides, & mella*, vt dulces anni dies à dulcibus rebus auspicarentur, simulque mittebant nummum signatum, appellatum *Stipem*, quæ omnia appellarunt *Strenas* (ita dictas à Dea *Strenia*, vel *Strenua*, à strenue faciendo denominata, vt Gyraldus cum S. Augustino advertit) significando *strenas* deberi esse strenuis viris, & dari die religioso omnis boni gratia, à numero quo significabatur alterum, tertiumque venturum similis commodi. *Strenam* vocarunt veluti *Trenam*, præposita litera S. Origo autem *strenarum* fuit à strenis, quas Pueri quando vacabant Magistro offerebant. Et est dubio procul, ab iisdem emanasse vsum dandi strenam: quæ quotannis Augusto Cæsari etiam absenti iis Kalendis Ianuarii conferebantur. Quod hodie apud nos vbique, etsi diverso modo servatum est. Itali enim summi viri dant infimis, (quod & in Hispania video in vsum) in Anglia vero inferiores deferunt superioribus strenam: & Regi cuncti Principes, qui tamen dantibus aliquid contra donant, vt Calà observat. Quarum *strenarum* vsus, & apud nos Catholicos, ablata superstitione, viget in amoris, & recognitionis signum; nomine *Aguinaldo*.

58 Dixi quòd hic dies fuit à Gentilibus sacratus *Iunoni*, quæ fuit dicta filia *Saturni*, & *Opis*; credita soror, & conjux Jovis; putata *Tellus*, seu terra, *Aer*, *Luna*, & *Lucina*; appellata *Bona*, *Maximaque*, ac teste Rosino, à *juvando* nominata *Iuno*. Quæ in tanta Deorum caterva, quos sibi finxit stulta Gentilitas: *vnam omnium illorum matrem Iunonem esse asserit*, ait Pierius, & Cartagena cum ipso lib. 5. de Annuntiatione, hom. 18. fol. mihi 458. addens, quòd, *in hac Iunone Deorum Matre, vera Dei Mater est adumbrata*.

59 Causa, & origo quare dies *Kalendarum* sacrabantur *Iunoni*, traditur à Plutarcho: quia cum Jupiter instar *Solis*, & *Iuno* instar *Lunæ* crederetur, ac *Kalendas* conficiat Luna, ideo Gentilitas sacravit Kalendas *Iunoni*, quæ *Iuno Kalendaris* vocabatur: quoniam omnes Kalendas ipsi attributas existimabant. Junonem putaverunt *Lunam*, aut *Lucinam*, & hoc fuit principale nomen ipsius, vt Catulus Veronensis Poeta; per hæc verba. *Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis*. Alebantur in sacello Junonis *anseres*, aves notæ, Hispanicè *patos*, & in arca lapidea servabantur libri Sybillini, (teste Rosino citato cap. 5.) Fuitque Juno habita pro Dea *pacifica*, & *divitiarum*, cui sacrificabant *pavonem*, vt Cartarius observat.

Pingebatur *Iuno* variè: 1. fœmina *pulchra*, in throno *sedens*, diademate *coronata*, gestans supra diadema *nubem*, in dextera *sceptrum* regium, per circuitum *cincta iride*, & ad pedes ejus *pavones* stantes: quos Jononti, vti Deæ divitiarum dicabant: quia divitiæ instar caudæ pavonis sunt deauratæ, & oculis plenæ cum oculos mortalium ad se trahant, ait Minorita Cartagena, cum Plinio, addens quòd Antiqui solùm fiebant Junonis simulacrum, ex Cypresso: *eo quod tinea numquam corrodit eum*: quare ipse Minorita applicat præfatam picturam Conceptioni Deiparæ, absque tinea originalis maculæ concepta, imò cumulatæ gratiis, plenæ divitiis, cœlestibusque charismatibus ornatæ.

Secundò pingebatur, ex Gyraldo, & Cartario: *Pulcherrima* fœmina, *sedens* in throno, *gestans* radiatam coronam, in *dextera sceptrum*, & sinistra *forcipem* (Hispane tenazas) cum hac inscriptione: *Fortunæ P. R.* Fuitque vocata *Amabilis*.

Tertiò pingebatur: Fœmina aureo fune pendens inter Cœlum, & terram, ex cujus pedibus duo gravitabant pondera, quorum vnum altius elevabatur, quam alterum. Qua pictura ex Cartagena, adumbratur B. Virgo *Mediatrix* inter Deum, & homines: & pes duo *ponderà* pedum *Iunonis*, adumbratos duos affectus amoris Virginis Matris, vnum *majorem* amoris in Deum, alterum minorem amoris in homines. Quòd si dicebant Junonem locare pedes super terram, & aquam, & id congruenter adaptatur *V. Matri*, quæ & in maris procellis, & in terræ periculis præsto succurrit suis clientibus.

Per-

Auspicalis. Ovid. in 1. Fast. Rosin. lib. 4. cap. 5. Tamayo fol. 7.

Strena. Strenia. Gyraldus Synt. 2. fol. 150. Cartag. tom. 1. lib. 5. col. 43.

Origo. Vsus.

Calà. cit. quæst. 1. n. 144.

Iuno.

Rosin. lib. 2. cap. 6. Gyraldus Synt. 3. à fol. 105. Cartario fol. 16. Pier. fol. 576. Cartag. lib. 5. hom. 18.

Origo.

Plut. quæst. 76. Roman. Gyrald Synt 3. à fol. 100. Pier. lib. 44. cap. de *Luna*.

Cat. in Theat. Deor. tom. 2. lib. 3. cap. 4.

Cartar. fol. 19. *Pictura.* 1.

Rosin. cap. 6. Cartag. lib. 1. de Concep. hom. 16. fol. 75.

2. Gyrald. Synt. 3. fol. 105. Cartario fol. 102.

3.

Pier. Val. & Cartar. citati. Cartag. lib. 5. de Annunt. hom. 18. fol. mihi 458.

Digitized by Google

Iovis. Ritus. Ovid. 1. Fast. Rosin. cit. Gyrald. synt. 17.

60 Pergo ad *Iovem*, cui, hoc die Romani Gentiles Romæ dicarunt Templum; & qui designati erant Consules in Capitolium comitante populo ascendebant, & Jovi mactabant *injuges juvencos*, multaque odorem facientia, in Templo, & pro foribus Templi cremabantur. Ex quo solemnis fuit hic dies apud Romanos, *novo Magistratu, novis manusculis tot superstitionibus*, vt Car. Neap. fol. 7. n. 32. Carol. Neapolitanus advertit. *Iovem* putarunt Gentiles rectorem mundi, sicut anima rectrix corporis. Latini vocabant Jovem *à juvandis rebus*: Græci existimarunt eum vitæ auctorem; & *Patrem* divum, hominumque dixerunt, ac nomen *Iovis*, à nomine Hebraico *Iehova* ortum voluerunt. Tres finxerunt Joves, alterum patre Æthere, ex quo ferunt natam *Proserpinam*; & *liberum*: alterum patre Cœlo, quem putarunt genuisse *Minervam*: tertium Cretensem filium Saturni, & *Rheæ*, sivè Opis, in Ida natum, & nutritum, commendatum Nymphis, lacte capræ, quæ *Amathea* vocata, educatum; & post *Saturnum* accepisse regnum, coërcuisse improbos, composuisse lites, exhortasse bonos ad virtutem, conculisseque plurima, & maxima ad hominum vitam, legesque introduxisse putarunt, ac sepultum in Insula Cretensi, ibique ostendi sepulchrum ipsius dixerunt. At Varro, & alii, non tantum tres, sed trecentos memorant Joves. Adeò in fingendis Diis fuit cæca Gentilitas fœcunda, quæ *Iovi* plura, maximaque attributa tribuit, & ipsum variis picturis depinxit, vt marginati, & alii tradunt.

Gyrald. synt. 2. fol. 70. Rosin. lib. 2. cap. 5.

Picturæ. 1.

61 Orpheus attribuit *Iovi* figuram vniversi, eumque depinxit, ita vt *Caput* sit ipsum Cœlum consperſum fulgentibus stellis: *Cornua* aurata sint Oriens, & Occidens: *Oculi* Sol, atque Luna. *Pectoris* lati instar sit ei aer: *Humeri* ejus sint præditi duabus alis magnis: *Pedes* infima pars Orbis terrarum, quæ mundi centrum appellatur, & ita, quamvis fatuè, voluerunt exprimere magnum Jovem Cœli regem, & mundi effectorem.

Cartario fol. 88. & 89.

2. Pausan. Gyrald. synt. 2. fol. 72. Cartar. fol. 106. Macrob. 1. Saturn. cap. 23.

Secundò à Pausania, & aliis pingebatur: *Sedens* in solio aureo, ex ebore facto: *Coronatus* corona oleaginea frondis: *Dextera* manu gerens victoriam: *Læva* sceptrum affabrè expolitum, & omnium metallorum varietate distinctum: Palio aureo, & in eo cælata animalia diversa, lilia, ac florum diversa genera; *Solio* ipso, fulgente auro, & prætiosis lapidibus: *Calceis* aureis calceatus: *Aquila* sedente in sceptro quòd gerebat in læva, idque quia fingebant aquilam Iovi subministrasse arma in bello contra Titanes.

3. Tertiò, simulacrum *Iovis* Cretenses effingebant *carens auribus*, & iis mutilum.

4. Quartò, Lacedemonii, è contra, eum depingere solebant cum quatuor auribus.

5. Quintò, Heliopolitæ Iovis simulacrum effingebant *aureum*, *imberbi specie*, *dextera* elevata cum *flagello*, tenente *læva fulmen*, & *spicas*.

6. Sextò, alii depingebant *Iovem* tenentem manibus *tres sagittas*, vt marginati tradunt, apud quos, & alios, plures alias Jovis picturas omitto videndas. Aliquas addam num. 197.

Æsculapius. Gyrald. synt. 7. à fol. 217. Rosin. lib. 2. cap. 17. Macrob. 1. Sat. cap 20.

62 *Æsculapius* tres enumerat Cicero: Primum Apollinis filium, quem dixerunt invenisse *specillum* (instrumentum parvum, quo vtuntur Medici ad vulnerum, & fistularum profunditatem tentandam), & primum vulnus obligavisse. Secundum Mercurii fratrem, qui interiit percussus fulmine. Tertium Arsippi, & Arsinoes filium, quem dixerunt, primum invenisse purgationem, dentisque evulsionem. Alii dixerunt Æsculapium fuisse filium Apollinis, & nuncupatum *Apollinem*, & *Coronidem*. Alii dicunt natum ex incertis parentibus, expositum, à venatoribus inventum, canino lacte nutritum, didicisse Medicinam, & quia istam adhuc rudem subtilius excoluit, plurima valetudini mortalium invenit, & in curatione ægrotorum excelluit, & à Gentilibus habitus Medicinæ præses, & in numero Deorum Gentilium receptus. Fuit & habitus præses *auguriorum*, & *divinationum*, putatusque ipse Æsculapius *Sol*, & *vis salubris*, teste Macrobio.

Origo.

63 Ferunt causam, quare à Romanis Gentilibus cultus, & coli cœptus. Cum pestilentia Vrbem, & ægrotos infestaret, in libris Sibyllinis quæsitum, quisnam finis, aut remedium ejus mali daretur à Diis; inventumque in libris, *Æsculapium* ab Epidauro Romam, accersendum; quod factum sic: Missi legati in Epidaurum, & ab incolis accepti, ac in Templum Æsculapii perducti anguem, quem Epidauri, pro Æsculapio coluerant, sponte ad Romanorum navem pergentem, Romam vexerunt, ibique coluerunt in Templo extructo in Insula Tiberina (& hoc die dedi-

Digitized by Google

dedicato; vt dixi num. 53.) vt cum pluribus tradit Rosinus; addens quòd in hoc Templo incubabant ægroti valetudinis causa. Templo ejus adhibebantur canes: quia canis vberibus putabatur nutritus. Tribuebant *Æsculapio* nodosum *bacillum*, quod difficultatem significat artis. *Laurea* coronabatur, quod ea arbor plurimorum sit remedium. Cognominarunt Æsculapium *Phabigenam*, vt filium Phæbi, *Salutiferum*, *Coronidem*, pluraque alia ipsi tribuerunt cognomina, ex Gyraldo, quem variè depinxerunt, ob plura, quæ de ipso fabularunt, in tantum vt (Pierio Valeriano teste) ipsum appellarent *Sanctum*, & *Salubritatis Deum*.

Rosin. cit. & alii. Cartarius à fol. 57. Macrob. cit. Pier. Val. lib. 16. cap. 1.

Picturæ. 1.

64 Primò pingebatur specie *Draconis subflavi*, involuti virga, & ad denotandam *vigilantiam*, & *medicinalem* virtutem; ac quòd, vt serpentes renovantur, & homines cum infirmitate, velut senescant; sanitate velut *juvenescant*: tum & ad denotandam relatam fabulam Æsculapii specie serpentis subflavi, advecti Romæ, ex Epidauro, & dispellentis pestem.

Pier. cit. & cap. 4. Cartarius cit. à fol. 57.

2. Secundò, pingebatur *sedens* in Solio; *Tenens* manu dextera baculum nodosum elevatum; *Premens* manu læva caput Draconis, (quod est animal vigilantissimum), & *coronatus* lauro.

3. Tertiò, effingebatur marmoreo simulacro, *Indutus* subucula græcanica; *Succinctus* amiculo; *Tenens* læva in amiculi laciniis quosdam fructus; *Gestans* dextera duos gallos, ob vigilantiam, qua medicus debet esse præditus.

4. Quartò à Peloponensibus colebatur *Imberbis*, in simulacro ex *auro*, *eboreque* confecto, gerens dextera *sceptrum*, & sinistra *pomum pinni*: quas picturas Cartarius marginatus adducit.

5. Quintò, alii depinxerunt Æsculapium *Barbatum*, gerentem *Pallium* magnum pendens ex humeris, habentem *Dexteram* vacuam, & demissam, & *Lævam* levatam cum virga, & in ea implicatum serpentem, eundemque respicientem.

Ianus.

65 Pergo ad *Ianum* cui hoc die, vti dixi, & Templum *dicatum* Romæ, & sacra ipsi fiebant. Plura de *Iano* tetigi supra num. 52. Dictis addo dictum *Janum* ab *eundo*, ad denotandum quod Cœlum, & tempus semper eant, vel quia *Ianus* præsit *Ianuis*, vt aiunt Ovidius, & Gyraldus; addens quod Janus Latinè idem est quod Græcè *Chaos*: quia cum Chaos, apud Gentiles, principium omnium rerum putaretur, hinc & hominum; & Deorum originem fuisse Janum suspicabantur, ait Tamayus cum Poeta Septimio, & aliis. Cui *Iano* plura attributa, & cognomina tribuerunt.

Ovid. & Cicero. Gyrald. synt. 4. fol. 135. Tamayus fol. 1. & 2.

66 Fuit *Ianus* appellatus *Pater*, *Mundus*, *Annus*, & *Sol*, vt ait ex Arnobio, Gyraldus; putatusque vetustissimus omnium Deorum, *ideo initiis præesse creditus est*, observat Vives. Fuit vocatus *Initiator*, ex S. Aug. *ab inciendo*. Ferunt Janum Cœlo, & Hecate procreatum, in Italia primum regnasse, Janniculi oppidi conditorem, patrem Fonti, Vulturni generum, Iturnæ maritum, & in cunctis precibus antepositum, vt refert Gyraldus, addens quòd Janus fuit *coronarum* inventor existimatus, *bifrons*, *quadrifons*, & *claviger* dictus, à conferenda propagine *consuvius* vocatus; *Quirinus*, quasi bellorum potens; & *matutinus*, quasi diei Dominus nuncupatus. Quæ, & alia, apud citatum Gyraldum, de *Iano* finxit stulta Gentilitas.

Arnob. & Gyrald. citat. Vives in 4. de Civ. cap 11. & S. Aug. ibi.

67 Pluras *Iani* picturas adduxi supra *num.* 52. quibus addo, quod Janus *bifrons* pingebatur habens vnam faciem ante, alteram à tergo: quo simulacro adumbrabant Principem debere scire præterita, & conjectare futura. In fonte Hebraico *Iaiin* significat *vinum*, & ab Hebræo *Iaiin* dictum *Ianum*, idest *vitiferum*, aut *viniferum*, putat Berosus, censens *Noë idem esse cum Iano*, quod etiam opinatur Pineda. Quare ex Cornelio, *Ianus pingitur bifrons*: *quia Noë vidit tàm sæculum quod erat ante diluvium, quàm quod fuit post illud.* Insuper & effingebant Janum *bicipitem*, sed *absque manibus* & *pedibus*, in quadrato lapide ab exili base in latum exurgente. Qua pictura (Pierio teste) indicabant Dei vim, cui, neque pedibus, neque manibus opus est ad ea, quæ jusserit efficienda.

Picturæ. 1. Cartar. fol. 30. Berosi. lib. 2. Pineda in Iob cap. 1. v. 13. Alap. in Gen. 11. v. 20. 2. Pier. Val. lib. 35. cap. 28.

68 Fuere apud Gentiles *Ianitrices* potestates, vt *Ianus*, *Cardea*, *Foculus*, *Libentinus*, dicunt SS. PP. Cyprianus, & Augustinus, per quas symbolizantur cœlestes Throni, Principatus, & alii Angelorum ordines, provocando vt se se attollant, & disponant ad excipiendum triumphatorem, vt ad illa verba: *Attollite portas*, *principes*, *vestras*, Lorinus observat. Hinc & S. Petrum adumbratum in Jano discurrimus: cum Christus Petro tradidisset Claves Regni Cœlorum: quare vere *Claviger* est S. Petrus.

Ianitrices. S. Augustin. de Civit. S. Cyprian. de Idolat. vanitat. Gyrald. synt. 1. fol. 53. Psal. 23. v. 3. Lorin. hic.

69 Janus colebatur à Gentilibus, vt Deus *pacis*, & *belli*, cujus insignis

Digitized by Google

Templi portæ, tempore belli aperiebantur, & adveniente pace claudebantur, scribit Plutarchus. Constat clausum Romæ Jani Templum, vsque ad Christi adventum: 1. regnante Numa: 2. tempore Consulatus Marci Atilii: 3. tempore Augusti Cæsaris, quando natus est Christus, *toto Orbe in pace composito*. Apertio autem Januarum Templi Jani tempore belli, ortum habuit à fabulosa narratione, quam affert Macrobius, vt quòd Sabinis gerentibus bellum Romanis, & iis inopinatis, ingredientibus illis, januas, statim copia abundans aquæ calidæ, exivit de Templo Jani reprimendo Sabinos: ob quod Romani statuerunt vt tempore belli januæ Templi essent apertæ. *Ianum* posuit Mundus Symbolicus pro emblemate, *viri prudentis, ingenii efficacis, & Prophetarum, ac judicii extremi.*

Plin. l. 35. Hist. nat. Plut. in Numa. Suet. in Augustum. Gyr. cit. fol. 138. Macrob. 1. Sat. cap. 9. Mundus symb. lib. 3. cap. 23. à num. 69.

70 Fuit hic dies Romæ auspicatissimus tribus triumphis: nam & C. *Marius* de *Iugurtha* Rege Numidarum: & *Antonius* Cos. de *Alpibus*: & M. *Censorinus* de *Macedonia* triumpharunt. Sed multo nobilioribus triumphis apud nos est exornatus, præcipuè *Basilii*, & *Fulgentii* præsulum, fulgentium triumphis de Ario, & aliis religionis hostibus. Nec caret triumphi gloria, is martyr, qui nomen ipsum sortitus est *Magni*, cui ad eandem martyrii lauream associantur fortissimus vir *Almachius*, & *Corona* militum triginta iis ad concordiam gloriæ adjungitur *Concordius* martyr illustris, cum præclarissimis Confessoribus *Eugendo*, & *Odilone*, integerrimisque Virginibus *Martina*, & *Euphrosina*. Cumque in his Kalendis & *Iovi*, & *Iano* fierent sacra, ipsisque Sol attributus (vt supra dixi), ac sibi invicem auguraſſe bonos annos, &c: nos hæc respuentes cum fas sit, ex tenebris discere lucem splendescere, discamus felix augurium totius anni, ex *Circumcisione* Domini conditoris solis, assumentis *IESV* nomen, quod est super omne nomen. Nomen (inquam) *Excellentia*, *Honoris*, & *Salutaris*, vt latè Cartagena cum scriptura, & Patribus: vnde habes Thema pro Sanctissimo Nomine Jesu encomiando.

Masculus in Fastis, fol. 2. Martyrol. Roman. Ad Phil. 2. Cartag. lib. 5. Thema. 1.

Literæ nominis *Iesu* multis scatent mysteriis, vt cum Clemente Alexandrino, & S. Epiphanio, observat Cartagena. Prima litera hujus sacratissimi nominis Græcè est *Iota*, & significat *decem*, eo mysterio, vt hujus nominis merito, & virtute decem præcepta *servemus*: preces *fundamus*: peccata, si salutí animarum expediant, *abstineamus*: quare Sancta Mater Ecclesia preces suas hoc sanctissimo nomine terminat dicens: Per D. N. *Iesum* Christum, &c. Cartag. citat. hom. 7. 2.

Græcè literæ nominis Jesu, juxta Græcorum numerandi rationem faciunt numerũ octingentesimum octuagesimum octavum, vt ex Sibylla Cumana observant Sixtus Senensis, Beda, & alii. Triplicatus igitur numerus octavus nominis *Iesu* significat Jesum Christum esse *Principium* Testamenti novi, *Dominum* æternitatis, *Auctorem* salutis, *Datorem* gloriæ, vt marginati observant. Sixt. Sen. lib. 2. Beda in Luc. 2. Cartag. citat. 3.

Numerus octavus symbolum est resurrectionis: quare nomen *Iesus* conflatum ex triplicato numero octavo, triplicem significat resurrectionem, quam Jesus operatur: 1. Resurrectio corporis ad *vitam*: 2. animæ ad *gratiam*: & 3. ad *gloriam*. 4.

Magnus Tamerlanus hunc diem 1. Januarii celebrare solebat, jubens vt Sacerdos nomen ipsius Principis inscriptum tabula, coram omni populo alta voce pronuntiaret: quodcunctí audientes *ingenua procumbebant*, vt cum multis observat Minorita Cartagena. Ita S. Mater Ecclesia, vt primum hunc anni diem religiosè celebret, & *jubet* cantare lectionem Evangelicam continentem *Iesu Nomen*, & hoc extollunt Divini Verbi præcones; Et merita: quia (Bernardo citat. teste) Sacratissimum Nomen *Iesu perpetuæ salutis mysterium vedolet*: Cujus salutis, Salvator noster, hoc die, nobis contulit *strenam*, in sui prætiosissimi Sanguinis effusione. Cumque de sanguine humano (testibus Pictavienſi, & Holchot), dicatur, quòd *hebetet acutiem gladii, fœcundet lignum aridum, causetque cementum solidum*. Hæc conveniunt pretiosissimo Sanguini *Iesu*, per quem hebetatur, seu detinetur acuties gladii Divinæ Justitiæ, fœcundatur lignum rationale hominis, causatur solidum cementum virtutis: vnde in verbis *Hebetat*, *Fœcundat*, *Causat*, offero 5. Thema, piumque augurium ob effusum, pro nobis Christi Sanguinem. Cartag. cit. lib. 5. hom. 8. col. 43. S Bernard. cit. Berchor. V. *Sanguis*. Holchot. in Sap. c. 11. lect. 136. 5.

Item dictis num. 53. addo: *Saturnalia* in Decembri acta, ab hoc die *repetita*, & extensa per *septem dies*. Ita Lazius de Rep. Romanor. lib. 10. cap. 9.

Item dies 6. *Ludorum Palatinorum*. Ita Lazius citandus die 27. Decembris, num. 1772.

DIES

Digitized by Google

DIES II.

A. D. 2.

71 HIc dies 2. qui, & Latinè dicitur, postridie Kalendas, & 4. Nonas, dies *Faustus* fuit Romanis, ex Kal. Maffeiano.

Kalend. Maff.

Dies *Ater*, & *Nefastus* ipsis Romanis, ex Kal. Rosini, & ex Masculo, idque ob horribilem illam cladem, quam à Gallis, apud fluvium *Ailiam* acceperunt postridie Idus Julii: quare Pontificum decreto cautum fuit, vt dies postridiè *Kalendarum*, *Nonarum*, & *Iduum* dicerentur, & haberentur vt *Atri*, præsertim cum Senatores affirmarent se recordari, quoties iis diebus belligerendi causa supplicatum esset, proximum bellum calamitosum fuisse Reipublicæ. Quæ superstitio, & reprehensa est à S. Ambrosio, & irrisa ab ipsis Idolorum cultoribus: nam L. Lucullus *Atro* die contra Parthorum copias duxit exercitum asserens, se ex atro, & lugubri, felicissimum, & candidissimum illum diem facturum victoriâ. Ita Masculus citatus cum aliis. Dies 2. *Saturnaliorum*, ex dictis die 1.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Mascul. fol. 3. cum Macrob. & Gyrald.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà, numer. 49. die 30.

Dies *Compitalitius*, quo celebrabant *Compitalia* dicata *Laribus*, ad eos placandos. Ita Hospinianus de Origine Festorum, cum Cicerone, Rosinus, & Gellius, addens iste Compitalitia repeti die 9. Januarii.

Hosp. cap. 8. fol. 55. Rosin. lib. 4. cap. 9. fol. mi. 389. Gell. l. 10. c. 24.

Fuit & hic dies, quemadmodum & omnium mensium dies 2. dicatus à Gentilibus, *Semideis*, & Diis *Indigetibus*, vt cum Roman. dixi num. 49. Quo die, ex ipso Auctore, fiebat à Gentilibus *commemoratio* omnium *Semideorum*.

Roman. com. 2. lib. 2. cap. 18.

Ipse hic dies, quemadmodùm & omnium mensium dies 2. fuit apud Romanos *Diis Manibus* attributus, quod ex Tranquillo tradit Bungius, inquiens. *Qui Kalendis, & Idibus proximè sequuntur dies, Diis Manibus attributi*, à Romanis, qui existimarunt, exitiale fore iis diebus aliquod opus incipere: quare in iis, nec legere, scribere, pugnare, aut quidquam publicæ, vel privatæ rei moliri volebant, vt marginati tradunt. Dies 7. Ludorum Palatinorum, ex num. 1772.

Tranquill. in August. Bunge. Binario, fol. 84. Rosin. cit.

Cum hic dies 2. sit anni, & mensis, veniunt dicenda de numero *Binario*, sed de hoc dicam die 2. Februarii, num. 206. De Festis *Compitaliis* dicam die 2. Maii, num. 610. & de *Laribus* die 12. hujus à num. 113. nunc dicam de *Manibus Diis*.

Numer. 2.

72 *Manes* Deos, Deasque & *Furias* putabant Gentiles, quosque credebant, ab inferis; ad superos manare; dicebantque esse filios, aut nepotes *Maniæ*, quos *Manes* vocabant, & invocabant: quia credebant omnia manare per eos, quos & *Larvas* nuncupabant. Hæc differentia, vt tradit S. Aug. quòd constituebant *Manes* bonos, & malos: *bonos* vocabant *Lares*, *malos* autem *Lemures*, & *Larvas*. Dicebantque inferiorem partem mundi consecratam *Diis Manibus*, seu inferis: quibus sacrificabant *Coronam florum, & herbarum*, totque *fabas* quot servi, & liberi erant in domo, idque fiebat, ne à præfatis Diis nocerentur: quibus in festis servi, & liberi æqualiter epulabantur, mandabantque in mensa, vt Gyraldus, & Roman referunt. *Manes* fuisse *Furias* tradit Cartarius, & sic depingit.

Manes.

Larvæ. S. Aug. l. 9. de Civit. cap. 11. Vives ibi. Gyrald. syntag. 6. fol. 185. Roman. lib. 2. cap. 17.

Ritus.

Furiæ.

Pictura *Manium* & *Furiar.*

Veste *nigra* ad talos vsque demissa, indutas, *cinctas* fascia, & serpentibus: *gestantes* manibus serpentes, aut faces ardentes, aut baculum fraxineum tenentes. Qui Cartarius cum Lactantio addit tres fuisse Furias significantes tres coërcendos malos affectus *Iræ*, *Avaritiæ*, & *Libidinis* à Christiano, ne incidat in potestatem Dæmonum, furiarumque infernalium. Vide dicenda infra num. 1421.

Cartar. fol. 193.

73 At, hic dies quamquam *Ater* Gentilibus: nostris certè maximè felix, & *Faustus* fuit: quia & Diocletiani audacia de sacris libris evulgandis edictum proferentis, superata est, & adepti sunt nostri lauream. Quo item eventu faustissimè pugnarunt *Argeus*, *Marcellus*, & *Marcellinus* adhuc tiro. Decorantque hunc diem, cum viridis infulis pontificatus, illustres præsules *Martinianus*, & *Isidorus*, quibus ad infulas gloriæ associatur *Macarius*. Quare, Gentilium prophanitate abiecta, hodiernis Sanctis adapta *Coronas florum*, vt infra die 25. Julii, num. 1039.

Martyrol. Rom. Masculus fol. 3.

Thema, 1.

Amplius, & ipsis adapta tres *Coronas*, scilicet *Ferream* fortitudinis: *Auream* charitatis: & *Argenteam* decoris, famæque virtutum, aut miraculorum.

DIES III.

A. D. 3.

74 HIc dies, qui & 3. Nonas Januarii Latinè dictus, *Comitialis* notatur in Kalen. Maffeiano. Dies 3. *Saturnaliorum*, ex n. 70. in fine.

Kal. Maff.

Digitized by Google

Rosin. lib. 4. cap. 4. Mascul. citat. Pier. l. 30. c. 43.

Dies sacratus *Minervæ*, ex Rosino, & Masculo, ac Pierio Valeriano addente, quòd *apud Ægyptios tertius uniuscujusque mensis dies Minervæ sacratus.*

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà, num. 49. die 30. Dies 8. *Ludorum Palatinorum*, ex num. 1772.

Dies *Nundinarum* apud Romanos, ex dictis citato num. 49.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Quo die *Cancer* occidit, ex Kal. Astronomico Rosini.

Numer. 3.

Cum igitur hic dies 3. sit, & anni, & mensis, de numero *ternario* noto, quod huna numerum, quemadmodum & figuram *triangularem* sacrant Gentiles *Iustitiæ*, *Palladi*, & *Minervæ*, hanc dixerunt ortam tertia die, vt totum Pierius advertit. Alia de hoc num. dicam die 3. Februarii. Hic addo fuisse numerum *sacratum defunctis*, vt dicam num. 173.

Pier. Val. lib. 39. cap. 43. Vide n. 212.

Minerva.

75 Fixerunt Gentiles *Minervam*, ita dictam à *minuendo*, *minando*, vel *monendo*, quam coluerunt pro Dea *providentiæ*, *sapientiæ*, & *belli*. Dixeruntque virginem fuisse praditam multis ingeniis. Primam *lanificii* vsum monstrasse, telam ordisse, lanas coloraisse, fuisse quoque *olivæ* inventricem; fabricæque & multarum artium repertricem; ideoque illi, vulgò opifices, supplicasse. Rosinus, ex Ciceronequinque recensèt *Minervas*: 1. matrem *Apollinis*: 2. ortam ex Nilo: 3. natam ex capite *Iovis* scisso à Vulcano, quam fabularunt sic natam absque matre: & inventricem quadrigarum: 4. filiam *Iovis*, & *Oceani*: 5. filiam *Pallantis*, de qua narrant interemisse patrem conantem suam violare virginitatem.

Rosin. lib. 2. cap. 9. Gyrald. synt. 11. S. Isid. lib. 8. Etim. cap. 11.

76 Minerva adumbrat, ex Cartario, & Bungio, *sapientiam*, & vitam *contemplativam*: cui Deæ dicarunt *Oleam* arborem semper virentem, & *pacis* symbolum, ipsique (Gyraldo teste) sacrarunt numeros *quinarium*, & *septenarium*. Variè Gentiles pinxerunt Minervam.

Gyrald. citat. fol 290. synt. 11. Cartar. fol. 240. Albr. lib. de Imagin. Bung. fol. 162.

Picturæ.

1.

Primò, Virginem progredientem, ex capite Iovis scisso adamantina securi à Vulcano, indutam veste ex triplici colore *aureo*, *purpureo*, ac *cæleste* præcinctam, ac gestantem dextera *hastam*, læva *clypeum* crystallinum, capite *galeam auream*, sicque armatam depingebant.

2.

Secundò, effingebant Minervæ simulacrum, ex *auro*, & *ebore* obarmato capite *galea*, in qua eminebat *Sphinx*, species belluæ cùm alis, & in vtraque galeæ parte sculptæ *Sphinges*, erant.

3.

Tertiò, eam depingebant *indutam* veste ad talos demissa, gestantem dextera *hastam*, & juxta hastam draconem: in pectore gerentem caput *Medusæ* eboreinsertum, & manu tenentem *Victoriam* quatuor cubitorum.

4.

Quartò, pro *Minerva* (Valeriano teste) pingebant *Noctuam supra aram*: quia putabant Noctuam Minervæ hieroglyphicum: sivè propter acutiem oculorum hujus avis, præcipuè tempore nocturno: sivè propter cæsium oculi colorem quo putarunt adumbrari munus lucubrandi, & contemplandi: quare Athenienses Minervæ sacrarunt *Noctuam*, *Draconem*, & *Populum*. Vide Palladis alteram picturam die 3. Martii, num. 370.

Pier. Val. lib. 20. cap. 13.

77 Si hic dies olim sacratus fuit Minervæ, quam Deam sapientiæ fabularunt, abiecta, sepultaque vanitate Gentilium: nunc religiosè sacratur *Antero* Papæ, qui ex Cathedra S. Petri, cujus, & successor, veram sapientiam orbi Christiano docuit, & martyrii lauream, sub Maximino obtinuit: quare si antiqua Roma, (Pausania teste) hoc die celebrabat natalem principis eloquentiæ, spreta hac vanitate, nova Roma meritò celebrat *Auteri* natalitium in cœlis. Cui ad martyrii eandem lauream associantur *Petrus*, *Primus*, *Cyrinus*, *Athanasius* & alii, cum *Florentio*: quibus ad coronam gloriæ adjunguntur *Germanus* præsul virtutibus, & miraculis clarus, ac *Genovefa* præclarissima virgo. Quod si Minervam pingebant indutam, veste *aurea*, *cæleste*, & *purpurea*, Christianizando picturam, eam hodiernis Sanctis adapta, eos encomiando *Aureos* charitate, *Cælestes* vita, virtutibus, exemplo, *Purpureos* martyrio, puritate, regiaque dignitate in cœlis.

Martyrol. Rom. Masculus fol. 4.

Thema 1.

Cumque & hoc die, ex num. 741 *Cancer occidat*, quod signum descriptum dabo die 5. Martii, n. 391. cum tribus faciebus *Lunæ*, *Martis*, & *Veneris*, & compactum *novem* stellis: per cujus imaginem ostendere voluerunt Antiqui, Pierio teste, *Solis cursum*. Hic hoc die occasus, & natalis hodiernorum Sanctorum in Cœlis, per tres facies Cancri eos encomia: vt Lunam *Pulchros*; vt Martem *Bellatores* Christi; vt Venerem *Splendentes*, hic Christiana vita, circa solem justitiæ Christum, & post felicem occasum, gloria.

Pier. Val. lib. 28. cap. 44.

DIES

DIES IV.

A.D. 4.

78 HIc dies, qui & pridie Nonis *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano, citato.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Muscul. fol. 4.

Quo die erat *Votum pro salute Principis*, ex Kal. Rosini, & Gyraldo de Mensib.

Dies *Præclarus* apud Gentiles: quo *Cæsar* collatis signis, & explicatis aquilis expeditionem suscepit contra *Pompeium*.

Dies sacratus *Mercurio*, ex Platone, & dictis num. 49. die 4.

Dies 4. *Saturnaliorum*, ex dictis cum Lazio die 1. num. 70. in fine.

Mercurius. Rosin. lib. 2. cap. 9. Gyrald. synt. 9. fol. 254. Cicero lib. 3. de Natur. Deorum. Cartarius à fol. 208. Bung. de nu. 4. fol. 241.

79 *Mercurium* putarunt Gentiles & Deum *sermonis*, & Deorum *nuntium*, quem Veteres præposuerunt *nuntiis*, & *lucris*: fuitque nuncupatus *Mercurius* à mercibus, quibus putabatur præesse; aut quasi *medicurrius*, aut *medius currens*, aut à *mercium cura*. Cicero quinque enumerat *Mercurios*: 1. Natum cœlo Patre, & die Matre: 2. Valentis, & Phoronidis filium: 3. Genitum à Jove, & Maia: 4. Natum ex Nilo, quem Ægyptii coluerunt, & eum nominare nefas habuerunt: 5. Coluerunt Phœneatæ, quem *argentum* invenisse, *Argum* interemisse; ob idque Ægypto præfuisse, Ægyptiisque literas, ac leges tradidisse dicunt. Inter quos celebratissimus ille à Gentilibus, quem Jovis, & Maiæ filium finxerunt. *Mercurioque tanquam cuidam animarum præfecto, & custodi. Quaternarium omnium consecravit Gentilitas, multosque opinari natum die 4. mensis*, ait ex Platone Bungius.

S. August. 1. de Civit. cap. 14. Alap. in Act. Apost. cap. 14. v. 11. & cum aliis.

80 Hic *Mercurius* filius Jovis, & Maiæ, filiæ Atlantis, fuit habitus, & opinatus Deus sermonis, & facundiæ Græcè dictus *Hermes*, & *Trismegistus*, ac *termaximus*, & annuntiatio appellatus. Vnde & *Iris* dicta, quasi nuntia Deorum cœli, & pluviæ. Fuitque *Mercurius* dictus Deus *oratorum*, *mercatorum*, *negotiorum*, *palestræ*, *viarum*, & itinerum Dux: vnde eum *Alitem*, *Alipedem* vocant. Denique dictus fuit cordis, & sermocinationis dominus, rationis, & veritatis Deus. Hinc victimarum linguas offerebant Mercurio, ex Homero, & Pierio Valeriano; qui addit Mathematicos docere linguam regi à stella Mercurii. Addunt Aristedes, & alii Mercurium invenisse non tantum *Literas*, sed & *Musicam*, *Palestram*, *Lucam*, ac *Geometriam*: quare à Galeno vocatur *animum animum parens*, & à Laertio: *quæstor animarum*, quòd eas post mortem suscipiat, quasi potestatem habens tàm in Cœlum, quàm in Infernum. Hinc & *Nomius*, idest *Legifer*, quod leges ferret, fuit appellatus, ac Græcè nuncupatus *Gratiæ dator*. Quæ omnia cum Gyraldo, Pierio, & aliis tradit Cornelius. Alia de Mercurio adducam die 14. Julii à num. 978. Pergo ad picturas.

Pier. lib. 33. cap. 40. & 42.

Galen. in Suasor.

Pictura. 1. Cartar. fol. 209. Rosin. lib. 2. cap. 9.

Pingebant Mercurium *Imberbem*, & *Nudum* præterquam quod in dorso habebat paliolum; continentem dextera *marsupium*, sinistra tenentem *caduceum* cum duabus alis, & implicatos duos angues cum pedibus alatis, ad pedes habentem gallum, & hircum, habentemque & ad aures affixas *alas*, qua pictura significabant *Mercurium pacis*, præmque adumbrabant in caduceo, vt marginati tradunt.

2.

Secundò pingebant Mercurium addendo simulacro *canem*, in signum *custodiæ*, & *salutis*, vt Pierius tradit. Alias picturas vide num. 979.

Pier. Val. lib. 33. cap. 40.

81 Hoc igitur die, quo delirabat stulta Gentilitas in suo *Mercurio*, vocato, & *Hermete*, & ter *maximo*, nobis veniunt venerandi præclarissimi cœlites, inter quos Heroinæ præclaræ *Benedicta*, & *Dafrosa*: præsules illustres *Titus*, *Gregorius*, & *Rigobertus*: ac fortissimi martyres Christi, vt *Aquilinus*, *Geminus*, *Eugenius*, *Martianus*, & alii cum *Hermete*, qui pro Christi fide certantes laureati, choro Martyrum hoc die associati sunt: quare eos *ter maximos* encomia *Fide*, *Virtute*, *Gloria*. Iis adaptare poteris alia Themata adducenda infra num 980.

Martyrol. Rom.

Thema.

De Numero 4. vide dicenda die 4. Februarii, num. 215.

Numerus. 4.

DIES V.

A.D. 5.

82 HIc dies 5. Nonis Januarii Latinè dictus *Faustus* notatur in Kal. Maffeiano. Dies 5. *Saturnaliorum*, ex dictis die 1. in fine.

Rosin. lib. 4. cap. 4. & 5. cum Ovidio.

Dies *Tacitus* notatus in Kal. Rosini, Fortasse quia Nonæ in nullius Dei tutela erant, ex Ovidio dicente: *Nonarum tutela Dea caret.*

Dies quo *prohibebatur celebritas nuptiarum*, ex Macrobio, & Bungio, addentes. *Fuerunt in universum quidem Romanis Nonæ Idus, & Kalendæ fastis, & agendis rebus felices dies.*

Bung. de numeris. fol. 84. Macrob. 1. Sat. cap. 15.

Quo die & colebant *Lares*, & sacrificabant *Lari familiari*, ex dictis num. 49.

Fuit

Fuit hic dies Romæ veteri insignis *ob triumphum* C. Junii *Bruti* Consulis de Lucanis, & Brutis, vt Masculus suis in Fastis observat. Mascul. fol. 4.

De numero 5. dicam die 5. Februarii.

At magis insignis merito novæ Romæ præsens sit dies, ob triumphum partum à *S. Telesphoro* Papa, & M. de Antonino Pio nomine, impio re, & impiè in religionem sæviente: parem triumphum de Dioeletiano tyranno in Thebaide reportarunt plurimi *Martyres*. Triumphavit, & pœnitentia in *Simeone* stylita, qui sibi victori columnam erexit: pudor in *Eduardo* Rege Anglorum: virginitas in *Æmilia*, & *Apollinare* virginibus sacris, illa S. Gregorii Papæ amita, hæc filia Anthemii Consularis viri religiosissimi. Quòd si hic dies fuit apud Veteres Triumphalis, apud quos distinguebantur quatuor Factiones, seu Classes Triumphantium, distinctæ à distinctis coloribus, quibus insigniebantur, & decorabantur (Rosino marginato teste) scilicet *Albo*, *Coccineo*, aut *Russo*, *Viridi*, & *Cæruleo*: quare vertendo hæc ad sacra, per Classes triumphantium veterum, hodiernos Sanctos encomia *Albos* puritate, *Coccineos* charitate; *Virides* spe firma in Deum, *Cæruleos* vita cœlesti. Martyrol. Rom. Baronius hic. Rosin. lib. 5. cap. 5. Thema. 1.

Insuper, *Albos* castitate, *Rufos* constantia, fortitudine, martyrio *Virides* formositate virtutum, *Cæruleos* puritate cœlica. 2.

De numero *Quinario* vide dicenda die 5. Februarii, vbi & sacratum *Minervæ* à Gentilibus, aliaque plura invenies. Numerus. 5.

DIES VI.

A. D. 6.

83 Hic dies, qui & postridie Nonas Januarii, & octavus Iduum Latinè dictus, *Fastus* notatur in Kal. Maffeiano. Kalen. Maff.

Dies *Festus*, item & *Ater* notatur à Rosino lib. 4. cap. 5.

Hoc die *Lyra oritur, & tempestatem significat*. Ita Kal. Astronomicum. Rosin. lib. 4. cap. 4.

Dies religiosus, ominalis, & infaustus, ex dictis cum Alexandro, & Bungio num. 49. die 2.

Quo die Festum *Isidis*, ideſt, accessus; quod festum Græcorum plures referunt ad sequentem diem. Mascul. cit. fol. 4.

Dies *Triumphalis*, ex Paulo Orosio, & Masculo; enim hoc die Octavius Cæsar fuit Vrbem ingressus cum triplici triumpho, devicta, scilicet, Dalmatia, Macedonia; atque Ægypto, quo & die soliti fuere Imperatores, ac Reges *inaugurari*, vt totum Masculus observat.

Cum hic dies sextus sit anni, noto, ex Bungio, quòd Martianus Capella *numerum sextum tribuit Veneri*. De quo senario numero alia adferam die 6. Februarii, num. 224. Dies 6. *Saturnaliorum*, ex dictis cum Lazio die 1. Januarii in fine. Numer. 6. Bung. fol. 267. *Saturnalia*.

84 *Isidem* colebat hoc die stulta Gentilitas. Quare *Isidem* putarunt filiam *Saturni*, & *Rheæ*, sororem, atque vxorem *Osiridis*: primam inventricem *tritici*, & *hordei* hominibus prius incognita, putaruntque quòd Leges statuerit, quibus Justitia æquè omnibus servaretur: quare *Iris* a Gentilibus *Legifera* fuit appellata, tamquam prima legum inventrix. Cui columnam dicarunt in quâ scriptum erat. *Isis.* Diodorus Sicul. lib. 1. rer. Antiq. Rosin. lib. 2. cap. 22. Gyrald. syntag. 12. à fol. 327.

„ Ego *Isis* sum Ægypti Regina, à „ Mercurio erudita: quæ ego Legibus „ statui nullus solvet. Ego sum Osiri„ dis, ego sum prima Legum inven„ trix. Ego sum Hori Regis mater. „ Ego sum in astro canis refulgens: mi„ hi Bubastia Vrbs condita est. Gaude „ Ægypte, gaude, quæ me nutristi.

Isidem putaverunt *Lunam*, *Cererem*, & *Iò*, ac *inventricem* frugum, grammaticæ, musicæ, sapientiæ, & providentiæ; eognominaruntque *nutricem*, ac *susceptricem*, ob lineas vestes Sacerdotum ejus. Quæ *Isis* & *Atmis*, & *Pelagia*, *Lanigera*, *Inachis*, ac *Patricia*, & ob nominum diversitatem, *Myryonimas* nuncupata fuit, vt marginati tradunt, apud quos plura vide.

85 Sacerdotes *Isidis* induebant vestes lineas. Qui in Ægypto, *Isidi* sacrificare volebant, per *decem dies*, ante sacrificium jejunabant, advertit Bungius cum Apulcio. Ipsique *Isidi* sacrificabant *vaccam* selectam, abstracta pelle, purgato ventre, & in eo collocatis panibus coctis cum *melle*, *ficis*, *passis*, *thure*, aliisque aromatibus, *oleo*, & *vino*; sicque eremebatur sacrificium, & quousque esset peractum nemò poterat manducare, & plures dum sacrificium eremabatur se crudeliter verberabant, vt Romàn advertit. Post epulabantur, & nedum in hortis, sed & in Templo turpissima adulteria perpetrabant. Sacerdotesque *Isidis* rasis capitibus incedebant, & in sacris aliquando manu, aliquando asino. Idòlum Isidis gestabant quam Isidem *Iò* à Græcis vocatam, & à Jove in *vaccam* conversam, ac dela- *Ritus.* Bung. fol. 371. Roman. lib. 3. cap. 5. Rosin. lib. 2. cap. 22.

tam

tam in Ægyptum, Isidem vocatam dixerunt.

Pictura. 1. Primò pingebatur *Isis* mulier pulchra, induta veste lucida, & ornata colore *albo*, *croceo*, & *roseo*, capite redimito *Corona florum*, & *herbarum*, gestans super frontem *cornutam Lunam*, manu dextera *navem*, & sinistra *spicam*; qua pictura adumbrabant Isidem navigantium patronam tempestates sedasse, mareque in summam tranquillitatem reduxisse, & idoneum, ad navigandum reddidisse, vt Cartarius marginatus tradit. Quam picturam Christianizando facilè adaptare poteris *Virgini Mariæ* de bona via piscatorum, navigantiumque Patronæ. Cartar. fol. 80.

2. Secundò Isidem pingebant indutam veste *alba*, *luctea*, seu *nigra*, atque *rubea*, totaque veste *stellata*, ac cornuta, splendentique Luna ornata: capite redimito *Corona* spicarum, herbarumque, in qua & videbantur serpentes: sinistra gestantem *amphoram*, velut effluentem aquam: dextera tenentem *sistrum aneum*, aut *argenteum*, vel *aureum*, quod sistrum erat instrumentum lætitiæ, vt tradit Cartarius, apud quem alia de *Iside* videre poteris; & apud Macrobium putantem: *Isidem*, *Solem*, & *Tellurem* idem esse. Cartar. fol. 85. Macrob. 1. Sat. cap 20.

86 Dixi num. 83. quod hoc die *Oritur Lyra*: quare noto quod est Lyra & *instrumentum* musicum, & *signum* cœleste. *Lyra* instrumentum musicum, nuncupatum à *varietate vocum*, eo quod diversos sonos efficiat. Dixerunt Lyram primò à Mercurio fuisse inventam hoc modo: Dum regrediens Nilus in suos meatus varia in campis animalia reliquisset, relicta fuit etiam & *testudo*, quæ cum putrefacta esset, & nervi ejus remansissent, extensi infra concham, percussa à Mercurio sonum dedit, & ad ejus speciem *Lyram* fecit, & tradidit Orpheo, qui hujusmodi rei maximè fuerat studiosus. Fabularuntque Orpheum *Lyra* modulatione feras reddidisse mitiores, silvas & saxa movisse, fluviorum cursum prohibuisse. Quam *Lyram*, & fabularunt mortuo Orpheo, à Musis fuisse collocatam in Cœlo, vt tradunt marginati. Est & *Lyra signum* cœleste, quod Græci vocant *Lyram*, & nostri *Fidem*, vt cum Varrone Calepinus observat. *Occasus* autem *Lyræ* ad diem 1. vel 2. Februarii refertur ab ipso Calepino cum Higino. *Lyram* item his lemmatibus insignivit Mundus Symbolicus. *Allicit*, *Oblectat*, *Pectora Mulcet*. Vide num. 144. *Lyra*. Anglicus lib. 19. cap. 43. cum S. Isidoro. Calepinus V. *Orpheus*, & V. *Lyra*. Varro lib. 2. cap. 5. Mundus Symb. lib. 23. n. 28.

87 Quamquam apud Antiquos hic dies *triumphalis*, & ipse multo clarior nostratum triumphis; vti fuere plurimi *Martyres*, qui igne consumpti de tyranno Severo triumphantes evolarunt in Cœlum: *Macra Virgo*, quæ præcipitata in ignem permansit illæsa, variisque tormentis superatis pro Christo, orans migravit ad Dominum. Melanius præsul, qui post innumerabilia signa virtutum in Cœlum conscendit. His adapta Christianizando picturas *Isidis*, eos encomiando *Albos* puritate, *Croceos* humilitate, *Roseos* charitate, aut martyrio. Martyrol. Rom.

Insuper, & Christianiza ipsis adaptando *Vestem stellatam* virtutum, *Spicam* meritorum, *Navem* protectionis. Thema. 1. 2.

Tandem & ipsis adapta Sistrum *Æneum* fortitudinis, *Argenteum* bonæ famæ, *Aureum* charitatis. 3.

Etsi hic dies clarus ob ortum *Lyræ*, quam vocant *Fidem*, vt dixi numero præcedenti, multo clarior fuit, ob syderis ducentis SS. Reges Magos, accessum, ad Bethlehemiticum stabulum, vt puerum *Iesum* verum hominem, Deumque adorarent. Quòd si *Lyra Allicit*, *Oblectat*, *Mulcet* pectora, hæc præstitit Stella ex Jacob puer *Iesus* sua in Epiphania *Allicions* Magos ex Oriente, super montem *Victorialem* visa Stella in Cœlo, & Virgo pulcherrima, filium tenens inter brachia, qui Crucem super caput gestabat, & alloquuta fuit illis se in ducem offerens: *Oblectans* suo aspectu: *Mulcens* ipsorum Magorum pectora gratiis, & charismatum donis. 4. S. Chrif. sup. Matth. cap. 2. Cartar. lib. 6. hom. 1. col. 5.

DIES VII.

88 Hic dies, qui & septimus Iduum Latinè dictus, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 7.

Quo die, ex Plutarcho, Gyraldo lib. de annis, & mensibus, & Rosino cum Kalendario, *Festum Isidis*, idest, *accessus*. De qua Iside egimus præcedenti die à num. 84. Gyrald. cit. fol. 609. Rosin. lib. 4. cap. 4.

Ipso hoc die, *Festum in Typhonis ignominiam* actum ab Ægyptiis, apud Hermopolim: quia Osiridem interfecerat. Et eo ritu, vt contumeliosè tractarent rufos, asinosque præcipitarent, eo quòd rufus, & colore asinino esset *Typhon*. Ita Hospinianus marginatus tomo de Festis. Hosp. de Festis, cap. 7. fol. 54. & 55. *Rivus.*

Dies sacratus *Soli*, ex dictis cum Roman, & Alexandro, num. 49.

Quo die, ex Senatus consulto, *Lentulus*, *Marcellus*, & *Pompeius* Consules clas-

Digitized by Google

Mascul. fol. 5. classicum sumpsère belli Civilis contra Cæsarem. Ita Masculus. Dies 7. *Saturnaliorum*, ex dictis cum Lazio die 1. Januarii in fine.

Numer. 7. Sumus in die 7. anni: quare de numero hoc noto; quòd Antiqui *numerum* 7. nominarunt *Minervæ*, attribuerunt *Apollini*, accomodarunt *Saturno*, vt Bungius obsérvat. Addit Macrobius, quod septenarius numerus *Virgo*, & *Pallas* fuit nuncupatus. Plures tradit causas perfectionis hujus numeri, de quo aliqua addam die 7. Februarii, num. 127.

Bung. fol. 283. & 567. Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 6.

Martyrol. Rom. 89 Hoc igitur die quo Vrbi adhæsit fax funesta belli Civilis, effulsit, apud nostrates felix, & præclara fax belli Christiani: quo in bello pugnasse memorantur *Theodorus Monachus* magna sanctitate florens, *Crispinus* præsul illustris, *Nicetas* pariter præsul Dacorum, qui gentes immanitate barbaras, ac religionis expertes, bello Christiano Evangelicæ prædicationis, mansuetas reddidit. *Canutus* rex adversus impietatem fortiter dimicans, purpuram suo cruore fecit dibapham, seu bis tinctam; huic, præter alios fortissimos, in bello Christiano, commilitones, associantur ad martyrii lauream *Ianuarius*, *Felix*, & *Lucianus*, qui quasi navalem egerunt triumphum, visique fuere veste aspersa sanguine, pro Christi fide effuso: quare abiecta Gentilium obscœnitate, cœcitateque, de sua, putata Sole, *Isíde* culta hoc die; ipsius *Isidis* picturas

Thema. 1. adductas num. 85. Christianizatas applica ad tantos Mœcenas Christi, veros Soles, ipsis tribuendo vestem *Stellatam*, *Lucteam*, & *Rubicundam*.

2. Insuper & *Coronam florum*, virtutum, *Sistrum* fortitudinis, *Navem* protectionis, *Amphoram* beneficiorum effusorum in suos vere clientes.

3. Etsi hoc die Ægyptia Gentilitas delirabat in viventia coloris rufei, qui color ex *albedine*, *nigredine*, & *ignei luminis claritate resultat* (Anglico teste), & hæc Christianiza hodiernos Sanctos encomiando *Albos* puritate, *Nigros* humilitate, *Claros* sanctitate, *Igneosque* charitate.

Anglic. lib. 19. cap. 13.

DIES VIII.

A.D. 8. 90 Hic dies, qui & 6. Iduum vocatus, Comitialis notatur in Kal. Maffeiano, & à Rosino lib. 4. cap. 5.

Dies sacratus *Neptuno* apud Athenienses, qui Neptuno dicabant celebritatem. *Neptuni celebritatem octavo quoque die mensis agunt*, aiunt Gyraldus lib. de mensibus, & Bungius de num. 8. cum Plutarcho.

Gyrald. fol. mi. 609. Bung. à fol. mi. 31.

Quo die, *Sacrificium Iani*, ex Vet. Kalendario, Gyraldo citato, & Rosino lib. 4. cap. 4.

Rosinus citat.

Dies dicatus *Vulcano* à Græcis: enim (Masculo teste) *Dies quisque mensis octavus apud Græcos sacer fuit Vulcano, ignis elementi pulcherrimi præsidi, sed fœdissimo Deorum*, vt & dixi num. 49. die 8. cum Alex. ab Alex. Dies 7. & vltimus *Saturnaliorum*, ex dictis cum Lazio die 1. in fine.

Mascul. fol. 5.

Numer. 8. Cum hic dies sit octavus anni, de numero octavo noto. Hunc numerum 8. fuisse dicatum *Cibeli*, adsignatum *Baccho*, seu Dionysio, ex Bungio. Qui *octonarius* numerus (Macrobio in Somnium Scipionis teste) & à Pythagoricis fuit vocatus *justitia*, quia primus omnium in numeros solvitur pariter pares, hoc est in *bis quaterna*: ita tamen vt divisio in numeros æquè pariter pares solvatur, in *bis bina*: & sit octonarius numerus *plenus*, *solidus*, atque *perfectus*, & ad ipsam *harmoniam Cœli*, ideſt concinentiam magis aptus, cum sphæræ ipsæ octo sint. De quo numero alia adferam die 8. Februarii, num. 136.

Bung. fol. 234. Macrob. lib. 1. cap. 5.

Neptunus. 91 Fuerunt, apud Gentiles, hoc die sacra *Iano*, *Neptuno*, & *Vulcano*: eumque jam de Jano egissem, num. 52. & à num. 65. nunc dicam de *Neptuno*, post de *Vulcano*. Fuit *Neptunus* à Gentilibus creditus maris Deus, & Neptunus dictus *à nubendo*, quòd, ex Varrone terras aperiat, aut *à natando*, ex Cicerone, aut *à quatiendo*, & *vinculando*, quod mare natantium pedes impediat, & quasi vinciat; aut *à potione*, quòd *Neptunus* symbolum ferat aquæ, quæ mortalium potio est notissima. Fuit Neptunus opinatus *Saturni*, & *Rheæ* filius, qui eum navigandi artem inveniſſet, classemque instituisset, præfectus aquarum, & navigantium à Saturno factus fabulatur. Quare Gentiles opinarunt imperasse mari; & navigantes sacra *Neptuno* offerebant. Putaruntque equos primùm Neptunum domasse, & artem equitandi tradidisse. Fuitque & cultus à Troianis, qui dicebant eis feciſſe muros, cui sacrabant *Taurum*, vt omnia marginati tradunt. Vide dicenda die 22. Julii, num. 1023.

Gyrald. syntag. 3. fol. 139. Rosin. lib. 1. cap. 13. Bung. fol. 185. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 4.

92 Neptunum fabularunt patrem prodigiorum omnium, filiosque habuisse feroces, & ab omni humanitate alienos,

Gyrald. cit. fol. 140.

Digitized by Google

Cartarius à fol. 173. Roman. lib. 2. cap. 9.

alienos, tamquàm è mari genitos. Et quemadmodum Gentiles sacrabant *portas* Junoni, *arces* Minervæ, & *mœnia*, atque *fundamenta* Neptuno, à quo dixerunt fieri terræmotum: quare & *motor*, & *stabilitor* terræ ab ipsis fuit appellatus.

Sacrificia.

93 Feria 6. cujusvis hebdomadis, & die 8. cujusvis mensis *Neptuno* sacrificabant, ex Varrone, Gyraldo, & Roman citatis: quæ festa *Neptunalia* vocabantur, & communiter sacrificabant *Taurum nigrum* ad significandum strepitum, profunditatemque maris, ex Homero. Alii sacrificabant *Asphalacos* Hispane *Topos*, vt significarent, & *stabilitatem* terræ, & terræmotum ipsius à Neptuno provenire. Trezeni Neptuno *primitias* frugum: Græci *crura taurorum*: Vilisses *arietem*, *aprum*, & taurum: Athenienses multiplici generis victima sacrificabant: & Eginenses omnia sacrificia, quæ aliis Diis obtulerant, sacrificabant Neptuno læti cecinendo, & saltando, vt omnia tradunt Roman, & Gyraldus.

Homer. in Odis. Macrob. 1. Sat. cap. 17.

Roman. citat. Gyrald. syntag. 5. fol. 140. & syntag. 17. fol. 433.

Pictura.

1.

94 Variè pingebant *Neptunum*: interdum *vultu pacato*, & tranquillo, interdum *vultu turbato*: nunc *nudus stans in concha*: nunc *veste cærulea indutus*, vt observant marginati. Gyraldus, & Cartarius; apud quos vide plura.

Gyrald. fol. 140. Cartar. à fol. 162.

2.

Secundò pingebatur, *Pulcher*, *Stans* in cōcha velut curru, qui per mare ducebatur ab alatis equis, *Nudus* præterquam quod ad humerum lævum propendebat amictus; dextera, *Veste armigera*, vocata *scutica*: læva elevata tenens *Tridentem*: in capite gestans *Coronam*.

3.

Tertiò pingebatur cum *aratro*, & *curru*, dextera gestans *Tridentem*, læva applicata ad arattrum, & pedes habens in modum ambulantis. Qua pictura incolæ innuebant, se terræ fruges Neptuno acceptas referre; & ne eum tantum terrestrem viderentur colere, *aratro* aptarunt *navim*, vt innuerent Neptunum & navigantem, & terram arantem, sicque maximo cultu ab agricolis gentilibus venerabatur.

4.

Quartò, Neptunus effingebatur *Nudus*, *Rectus*, sinistra elata tenens *Tridentem*, dextera porrigente *Delphinem*. Aptarunt, ex Bungio, Neptuno *Tridentem*, ob aquæ triplicem virtutem *liquidam*, *fœcundam*, *potabilem*; aptaruntque ei Delphinum: quia putabant ipsi gratissimum. De tot nugis irride, & opportunè verte ad sacra. Vide num. 1023.

Cartar. fol. 173. Bungius fol. 135.

Vulcanus.

95 Pergo ad *Vulcanum*, cultum à Gentilibus hoc die, quem fabularunt genitum à *Iunone*, subventaneo conceptu gravida, citra virilem congressum puerum edidisse Vulcanum, Cœlo natum, sed deformem, ob quòd à matre de Cœlo ejectum, effectum claudum è ruina. Hunc claudum, & Deum, & *luminis* præsidem à Gentilibus existimatum, vocarunt Vulcanum *ab incendendo*, aut quasi præsidem, & inventorem ignis: fabularuntque fuisse *excursorem*, & *fabrum ærarium* perpetuo versantem in igne, vel fumo, scintillis oppletum, ac artem in fornacibus exercentem, claudum, & bellicosum, ac Regem Ægypti, & maritum Veneris.

Gyraldus Synt. 13. fol. 351. Rosin. lib. 2. cap. 12. Cartar. à fol. 260.

Vulcanalia.

96 Romani Gentiles die 23. Augusti Vulcanalia celebrabant dicata *Vulcano*, in cujus honorem populus, pro se, animalia mittebat in ignem, & in totum cremabant, in igne accensō, juxta aram Vulcani. Quod festum, ex Suida, & Diodoro, fiebat ab Athenien-sibus, & vocabatur *Festum luminum*, & *lampadarum*, in quo, vt cum marginatis refert Roman, *multiplicatis luminibus* sacra offerebant Vulcano, quem putabant inventorem ignis. Fabulabantque fulmen cecidisse de Cœlo, & arborem, indeque montem cremasse hiberno tempore; minorato igne, accessisse *Vulcanum* ad se calefaciendum, & additis lignis ignem conservasse, etiam sub cineribus, hoc non intellecto ab Ægyptiis, quibus dedit intelligere, se extitisse illius ignis inventorem: quare eum vt Regem susceperunt Ægyptii, tradunt marginati. Quòd, occasione festi Vulcani hic traditum, & notandum pro præfato die 23. Augusti, cum dicendis sequenti numero.

Festum Luminum.

Origo.

Roman. lib. 2. cap. 9. Gyraldus Synt. 13. fol. 352. Suidas. Diodor. lib. 1. cap. 12.

97 Pausanias, & cum eo Cartarius tradunt, quòd Athenis erat *ara* dicata *Prometheo*, ad quam statis temporibus confluebant homines, ibique accendebant faces, quas gestantes, interdū equis, interdū pedibus currebant versus Civitatē, serie quadam se sequentes: qui accensam vsque ad ingressum Vrbis cōservabant facem, *palmam* ferebant: qui præcedebant, si intercurrendum contigisset vt faces extinguerentur, cedebant locum iis, qui proxime sequebantur. Quod & fieri solebat ita, vt tantum esset vna *fax* communis omnibus, quam currentes sibi mutuo tradebant, per quandam successionem, iis qui in eorum locum se ponebant. Qui ritus, sive ludi dicabantur *Vulcano*, *Prometheo*, & *Minervæ*. De Prometheo dicam die 10. Maii, quo die & agam

Prometheus.

Ritus.

Cart. de Imag. Deor. fol. 10.

Digitized by Google

de festo *Luminum*. Pergo ad picturas Vulcani.

Pictura. 1. 98 Primò pingebant Vulcanum *claudum, nigrum, & turpem*, quales fabri ferrarii esse solent.

2. Secundò, *nudum, pannosum, & semi indutum* laceris vestibus, gestantem in capite *pileum*, ac manu *murem*, ad latus *canem*.

3. Tertiò, *femineum* absque pileo, manibus tenentem *forcipem*; & ad pedes *Leonem*.

4. Quartò pingebatur Vulcanus *discalceatus*, veste talari *indutus*, læva gestens *murem*, dextera hanc inscriptionem: *A me pietas discatur, & religio*, ac in capite *coronam*. Quas picturas, Cartar. fol. 250. apud Cartarium, vide.

Dicabant Vulcano *canes*, & *Leones*, ipsique tribuebant *mures*: quia fabulabantur, quondam, pro Ægyptiis, maximum murium numerum immisisse contra Arabes, eaque plaga exercitus Arabum invadens Ægyptum regredi compulsus. Vide num. 808. Vulcanus, Mund. Symb. lib 3. cap. 59. ex Mundo Symbolico, est emblemma peccatoris, filique degeneris.

Martyrol. Rom. 99 Hic dies in quo tantum deliravit Gentilitas, meritò apud nos sacratus hodiernis cœlicolis, vt *Theophilo*, & *Helladio*, qui pro vera Christi religione in ignem conjecti, vbi ipsum sprevere Vulcanum, & perignem consummato martyrio, animas Deo reddiderunt. *Luciano, Maximiano, Victoriano*, & aliis, qui parem martyrii palmam hodierno die assequuti: quibus cum *Maximo* præsule, & aliis, ad coronam gloriæ associatur præsul quoque *Patiens*. Quare si Gentilitas, hoc die, in igne, & facibus delirabat, Gentilium prophanitate abjecta per *Facem*, & *Ignem* habes infra num. 940. & 941. Themata hodiernis Sanctis adaptanda:

Thema. 1. Amplius: quia si Vulcano tribuerunt pietatem, religionem, canem, & 2. Leonem. Hæc christianizando hodiernis Sanctis adapta, eos encomiando, *Religiosos* vero cultu in Deum: *Fortes* contra vitia, & tyrannos: Vigilantes in Dei obsequio: *Pios* in suos vere devotos. Fortitudo enim in Leone, vigilantiaque in cane adumbratur.

3.

DIES IX.

A. D. 9. 100 HOc die, Latinè dicto quinto Iduum, celebrabantur *Compitalia*, ex Macrobio 1. Saturnalium cap. 4. in fine, & Gellio lib. Hospin. de Fest. fol. 57. 10. cap. 24. & Hospiniano.

Ipso die *Agonalia*, sivè *Agonia* festa ita, & Romæ celebrata: quæ festa ex instituto Numæ acta in honorem *Iani*, juxta Macrobium, & Hospinianum marginatum: aut juxta festum, Rosinum, & alios, acta in honorem *Agonii Dei*, qui rebus agendis præesse putabatur. Quæ *Agonalia* repetebantur 13. Kalendas Maias, ex Ovidio 5. Fastor. & Hospiniano citato. Macrob. 1. Sat. Rosin. lib. 4. cap. 4. & 5. Alex. lib. 6. cap. 8.

Hoc die Rex sacrorum immolabat *arietem*, vt cum Varrone lib. 5. de lingua Latina Hospinianus marginatus observat.

Delphinus oritur. Ita Kal. Astronomicum, & cum eo Rosinus lib. 4. cap. 4.

Nonum quemque diem Thusci vocabant *Nonas*, suum Regem salutabant, & de propriis negotiis consulebant, ex dictis num. 49. die 9.

Novendiale festum actum spatio *novem dierum*. Ita Tito Livius, & Cæsar Calà de Feriis quæst. 1. à num. 61. Tit. Liv.

Cum simus in die 9. anni. de numero 9. & novenario, noto. Hunc numerum à Gentilibus sacratum *Saturno, Jovi, Marti, Soli, Veneri, Mercurio*, ac *Lunæ*. De quo numero quam plura trado die 9. Februarii à num. 239. De Compitaliis agam die 12. hujus, ac 2. Maii. Pergo nunc ad *Agonia*, aut *Agonale festum*. *Numerus 9.*

101 *Agonia* festa sic vocabantur, vel à Græcorum certaminibus; vel quia dicata *Agonio Deo*; vel ab agone, metu, & tripidatione hostiarum, die quo mactabantur; vel quia dicata *Iuno*, à Numa instituta, & non solum *Agonalia*, verùm, & varios ludos, variaque spectacula edita, & communi nomine, Agonem denominata, quo nomine appellant Græci cujuslibet generis spectacula, vt Calà advertit. Eruntque duplicia *Agonia*, sive *Agonalia*, & altera hoc die, & altera die 20. Aprilis, vt Vet. Kal. & alii tradunt. *Agonia*, sivè *Agonalia*, ex Ovidio, & aliis, dicta fuerunt ob quinque rationes. Prima *ab agone*, ideſt, *ferione*? Ita namque rogabat Rex sacrorum, sivè victimarius, cultrum manu tenens, atque hostiam feriturus, qui nisi jussus hostiam non percutiebat. Secunda *ab agendo*, quòd pecudes non sponte ad sacrificium veniant, sed agantur. Tertia quod *ab agnis*, quasi agnalia nomen habeant, etsi Rex sacrorum arietem immolaret. Quarta *à metu hostiarum* viso cultro, quo erant feriendæ. Quinta à *Lidis* Græcorum, qui vocabantur *Agones*. Ab hac quo- *Agonia.* Macrob. 1. Sat. cap. 4. Hosp. cit. Mascul. fol. 6. Calà q. 1. n. 130. fol. 36. Vet. Kal. Gyraldus Synt. 17. fol 417. Ovid. 1. Fast. Rosin. lib. 4. cap. 5. & alii.

Digitized by Google

quòque voce *Agon* dicta fuere *Agonia*, & *Agonalia*, feriæque *Agonales*, mons *Agonus*, Quirinalis; & porta Collina porta *Agonensis*, vt Gyraldus advertit, fol.443. addens, & morem fuisse Gentilium, vt si Diis superis immolarent, caput victimæ ita disponerent, vt aspiceret Cœlum; si inferis Diis, respiceret terram. Vide num.695.

Ritus.

Vt sæpè dicunt Rosinus, & Gyraldus, à Gentilibus venerabantur *Agonus*, & *Agonsi*, vt præsidentes rerum agendarum, quibus falsis numinibus arietes mactabantur, & agebatur festum, *Iano* dicatum ex Calà, Rosino, & Gyraldo, à Rege, Civitate, aut à Principe gregis. Fiebantque *Agonia* in monte Quirinali, vocato *Agonio*, quo in monte erant *Fana*, *Statuæ*, & *Signa*; ipsequè mons tres habebat colles vocatos, alterum *Martialem*, alterum *Lateralem*, alterumque *Salutarem*. Quo in monte celebris hic dies erat, Agonali festo, vt marginati tradunt.

Agonus.

Calà cit. Rosin. lib. 2. cap. 5. Roman. lib. 2. cap. 18.

102 Actumque, & fuit à Gentilibus *Novendiale festum* (aut ferias) per *novem continuos dies* extensum, & inde *Novendiale* festum, aut saerum nuncupatum, & à Romanis antiquis actum, institutumque à Tullio sexto Romanorum Rege. Quod festum non erat *statum*, sed *inditum* (& hic de eo ago occasione diei noni) à Pontifice Max. vel à Prætore. Origo hujus festi fuit: quia Tullio fuit nuntiatum in monte Albano pluisse lapides, quòd cum vix credi posset, missis ad visendam rem, & ita inventum, ac audita ingenti voce in summi cacuminis loco, idque renuntiatum Tullio, mandavit, vt novem dierum spatio feriæ celebrarentur; quòd, & fiebat cum *prodigium aliquod accidisset*; vel cum aliquod *immineret periculum*; vel cum *defunctis parentabant*; *seque lustrabant*, quod faciebant die nono obitus defuncti, quo ab ipsis sepeliebatur. Hoc novendiale festum à cæca Gentilitate agebatur, eo ritu: vt se, Vrbemque lustrarent *tædis*, *sulphure*, *aqua*, *victimis*, quæ sacrabant *Veneri*, aut aliis falsis numinibus, vt marginati tradunt.

Novendiale. Gyraldus Synt. 17. fol.411. Rosin. lib. 4. fol. mihi 415. cap. 17. Calà quæst. 1. à num.61.

Origo.

Ritus.

At si celebris hic dies apud cæcos antiquos, celebrior sit apud nos: quia hoc die non solum sine trepidatione, & metu, sed summa cum exultatione pro vera religione litatum est, à quam pluribus martyribus, vti fuere *Iulianus*, Antonius Presbyter, & *Anastasius*, hic per Julianum à mortuis suscitatus lauream martyrii cum ipso accepit: quam lauream; & consequutus *Celsus* puer cum matre sua Marcionilla, & septem *fratribus*, aliisque plurimis: quibus ad eandem coronam associantur *Felix*, *Fortunatus*, & alii, *Martiana*, & *Basilissa* virgines, illa & martyr; hæc vxor *S. Iuliani*, quæ cum viro suo virginitate servata in pace vitam finivit. Chorusque Confessorum auctus hoc die præfulibus illustribus *Petro*, *Marcellino*, & aliis. His igitur Christi Martialibus adapta (vertendo prophana ad saera) nomina Agonalis montis, eos encomiando *Martiales* pugna contra vitia, & Tyrannos: *Salutares* doctrina: *Laterales* protectione.

Martyrol. Rom.

Thema. 1.

Insuper, & Agonalis montis statuas, Templa, & signa verte ad sacra, encomiando hodiernos Sanctos statuas, seu *Imagines* virtutum: *Templa* mystica Dei vivi, & veri: *Signa* sequenda, & à nobis imitanda, vt cum ipsis æternam consequamur salutem. 2.

Tandem si antiqui, & sua Novendialia agebant se lustrando aqua, sulphure, tædis, ac victimis, & hæc ad sacra vertendo Christianè lustra Sanctos hodiernos, eos encomiando per *Aquam* laborum toleratorum pro Christo; per sulphur amoris, per *Tædam*, aut *Facem* exemplorum; vt *Victimas* Christo sacratos. 3.

DIES X.

103 Hic dies, qui & quarto Idus Januarii, Endotercisus, sivè *Intercisus* notatur in Kalend. Maffeiano. De quibus diebus *Intercisis* vide adducta num.36. A.D. 10.

Media hyems notatur in Kalend. Rosini, & Gyraldi, citatis.

Græca juventus agebat *Ludos* Olympicos *cursu*, *saltu*, & *disco*, idque per quinque dies, & victor *oleastro*, & *olea* coronabatur; erantque hi Ludi ab hoc die vsque ad 14. inclusivè, ex dictis cum Cæsare calà num.49.

Soli, & *Laribus* sacrificabant ex dictis supra num. citato. Item sacrificabatur *Carmentæ*, cum *dedicatione* ædis Juturnæ in capo. Ita Lazius lib. 11. cap. 3. Alii hoc referunt ad diem 11. *Carmentæ.*

Cum simus in die 10. annni, de Denario numero noto: quod *Denarius*, & *Decas* dictus, variè fuit ab antiquis significatus, vt tradunt Pier. Valer. lib. 37. cap. 26. & Anglicus lib. 19. cap. 123. Selectiora hujus numeri adducemus die 10. Februarii à num.244. *Numerus* 10.

104 Fuit hic dies apud Gentiles *Endotercisus*, sivè *Intercisus*, ita dictus, *Dies End.*

Digitized by Google

Macrob. 1. Sat. cap. 16.

quia communis Deorum, & hominum, quo die (sicut in aliis hujus differentiæ) in quibusdam horis, scilicet cum hostiam cædebant, & adolebant, *jus dicere erat nefas*, aliis autem horis, *fas erat jus dicere, & intercidere*, vt Macrobius, & alii observant. Cumque hoc die, certis horis, fas fuisset Gentilibus jus dicere, & justitiam administrare: noto, quod & coluerunt *Justitiam*. Hanc fabularunt Jovis, & Themedis filiam, alii Astræi, & Hemeræ, ideſt, *dii filium* putavere: quam nuncuparunt *Astræam*, Deam *mansuetudinis*, & primam reddentem homines *mansuetos*: quam variè pinxerunt.

Justitia. Gyraldus Synt. 1. fol. 30. n. 30.

Picturæ. 1. Primò, *Pulchram Virginem* manu dextera gestantem *fascem* virgarum, læva tenentem *stateram*.

2. Secundò, *Formosa* fingebatur mulier, *fœda facie*, sinistra manu quemdam Leonem *trahens* obstricto collo, dextera ipsum *cædens* fuste. Cartar. fol. 310. Gyrald. cit. Pier. lib. 42. cap. 61. & lib. 1. cap. 30.

3. Tertio, ex Cartario pingebatur *Pulcherrima* virgo, *Discalceata*, tenens *Sinistra* fascem virgarum, eminente securi, *Dextera* gestans stateram, aut bilancem.

4. Quartò pingebatur *Nuda Virgo* super lapidem quadratum *Sedens*, altera manu *Tenens* bilancem, altera sub ala, ensem.

5. Quintò, mulier *Nuda*, *Sedens* supra dorsum Leonis, *Discalceata*, *Corona* insignita, cum manu *dextera* applicata ad capullum ensis, *sinistra* extensa super caput ipsius Leonis, quasi ipsum regens, & gubernans. Quas omnes picturas marginati tradunt, quibus adumbrantur justitiæ, & judicum qualitates.

Martyrol. Rom. Mascul. Baron. Mundus Symb. Laurctius.

105 Præsens dies insignis est apud nos, in primis *Agatone* hierarcha conspicuo sanctitate, & doctrina, qui contra Monotelitas Antistitum, aciem instruxit: *Nicanore* Spiritu Sancto, & sapientia pleno, vno ex septem Diaconibus: *Bono*, & *Paulo*, illo Præsule, isto Eremita, cujus anima visa ferri ad Cœlum inter Choros Apostolorum, & Prophetarum: *Marciano*, qui opulentissimum patrimonium Christi amore profudit in pauperes. Quòd si hoc die delirabant Gentiles in Ludis Olympicis *Cursu*, *Saltu*, & *Disco* certando, vt victores evaderent, & hæc christianizando verte ad hodiernos Sanctos veros victores, eos encomiando, per *Cursum* obedientiæ, *Saltum* bonarum operationum, & perfectionum, *Discum*, aut *Pilam* paupertatis Apostolicæ, aut contemplationis.

Thema. 1.

Amplius i quia si in præfatis Ludis, *Discus* erat pila rotunda *Plumbea*, *Saxea*, vel *Ferrea*, & hæc ad sacra vertendo; hodiernos Sanctos Victores encomia: quia *Plumbeos* humilitate, *Ferreos* fortitudine, *Saxeos* constantia. Vide num. 1059.

DIES XI.

106 HIc dies, & tertius Iduum dictus *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 11.

Carmentalia Romæ celebrata, ex Vet. Kal. Gyraldo de Mensibus fol. mihi 609. Ovidio 1. Fastor. & Hospiniano fol. 56.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis num. 103.

Dedicatio templi *Inturnæ*, in campo Martio propè ductum aquæ virginis. Ita Ovid. 1. Fastor. & Hospinianus citatus, ac Rosinus lib. 4. cap. 5.

Dies sacratus *luctui* à Pytagoricis, quo & ipsi agebant *Silicernium*, ex dictis num. 49. die 11. Dies quo sacrificabant *Soli*, *Igni*, *Laribus*, & *Belo*, ex dicendis die 23. Februarii.

Cum simus in die 11. anni, de numero *undenario* noto: quòd ab Ægyptiis denotabatur indice, ac pollice circulatis pro decem, vt Pierius Valerianus observat, lib. 37. cap. 37. De quo numero plura dicam die 11. Februarii, num. 247. *Numerus.* 11.

107 *Carmentalia* hoc die celebrata à Gentilibus dicata erant Deæ *Carmentæ*, quæ fuit Nympha quædam Archadiæ, dicta à Gentilibus Græcis *Themin*, & plena numine, vocataque *Nicostrata*, & *Themis*, quam seducti, & Deam, & Cœli filiam opinarunt, ac *Carmentam* à carmine vocitarunt: ex qua fabularunt natas *Justitiam*, *Legem*, & *Pacem*. Hanc Carmentam affirmarunt correptam spiritu Dœmonis solitam præcinere populo futura, fatidicam Nimpham fuisse, & à quibusdam putatam *Parcam*, & Carmentam, quasi carens mente, ob instinctus quibus fuerat impulsa ad fatiloquia fundenda carmina. Romani eam coluerunt, eique aram dicarunt sub Capitolio, & ad forum Romanum Templum à Matronis ipsi Carmentæ dicatum. Causa fuit, ex Rosino, ob evitatum probrum, ac dedecus, quo se putabant affectas, decreto Senatus, interdicto vsu vehiculorum, cum jussæ essent per Vrbem incedere pedestres, & inhonoræ: quare in se conspirarunt, vt neque vellent gerere in vtero, neque pare- *Carmenta.* Rosin. lib. 2. cap. 17. Gyraldus Synt. 15. fol. 380.

Digitized by Google

Origo. parere ; atque ita de viris vleiſci, idque fecerunt donec mutata ſententia vſus vehiculorum fuit ipſis conceſſus. Exinde cum fœcundarentur, parerent, & liberos procreaſſent dicarunt templum *Carmentæ*, quæ & vocata *Canens*, cognominata *Conciliatrix*, & *Inſpectrix*, ac opinata *Patrona*.

Pictura. 108 Pingebatur Carmenta *Virgo* pulcherrima, vt altera ex Nimphis, *Alata*, manu *Geſtans* muſicum inſtrumentum, *Redimita* corona *Florum*, & interdum palma.

Iuturna. 109 Fuit *Iuturna* (cui ædes in campo Martio hoc die dicata) Nimpha à Juvando appellata, quam dixerunt in lacu ſubmerſa, ei locum nomen dediſſe. Cumque *Iuturna* diceretur à *Juvando*, propterea ſolitos aquam petere è fonte Juturna nominato, & ſalubberrimo, ſito in Italia juxta fluvium Numicum : de quo fonte conſueverant aquam afferri Romani ad ſacrificia. Ipſaque Iuturna fuit habita Deus fluviorum, Præſidens in fontibus, & ſtagnis, & à Juvando vocata Juturna.

Gyraldus Synt. 1. fol. 50. & Synt. 5. fol. 159 Roſin. l. 2. cap. 13. Varro de L. L.

110 Hic igitur dies prophanè à Romanis Matronis honoratus, ob reſtitutum ſibi honorem vehiculorum: potius apud nos religioſè honorandus ob plures Sanctos, qui gloriæ æternæ honorem hoc die acceperunt. Hic fuere *Hyginus* Papa, & Martyr, duo *Salvii*, *Petrus*, *Severus*, & alii qui parem martyrii lauream acceperunt ; cum his ad honorem gloriæ pervenère *Leucius* præſul, Theodoſius cœnobiarcha, & *Honorata* virgo. Hos encomia chriſtianizando, & ſic ad ipſos vertendo picturam Carmentæ, vt *Pulcherrimos* puritate, *Alatos* amore Dei, & proximi. *Redimitos* corona virtutum, *Honoratos* palma gloriæ. Alia Themata aducta præcedenti die, iis adaptanda.

Martyr. Rom.

Thema.

1.

2.

DIES XII.

A.D. 12. 111 Hic dies, & pridie Idus dictus *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. num. 103.

Compitalia per Vrbem agitabantur. Ita Gyraldus de Menſibus Folio citato 609. & Maſculus in Faſtis fol. 7. ac Roſinus lib. 2. cap. 4. Dies quo ſacrificabant Soli, *Igni*, *Laribus*, & *Belo*, ex dicendis die 23. Februarii.

Numer. 12. Cum ſimus in duodecimo die anni, de *Duodenario* noto : quod hic numerus ab Ægiptiis numerantibus per manus, & digitos ; ſignificabatur Duodenarius, firma circulatione denarii adjecto annullari ad auricularem, vt Rerius obſervat lib. 37. cap. 27. Alia plura de hoc numero adducam die 12. Februarii à num. 251.

Compitalia. 112 *Compitalia* hoc die acta erant *Ludi* dicati *Laribus Diis*, ac *Maniæ*, id eſt *Inſaniæ* matri *Larum*. Parum enim viſum fuit priſcis inſanire in cultu Deorum niſi etiam Inſaniam ipſam facerent Deam, cui cum antea innocentes pueri mactarentur, poſtea inſtitutum eſt à Junio Bruto, vt papaverum capitibus placarentur. Ipſam vero *Maniæ* effigiem pro domorum foribus ad familiæ ſoſpitatem appendebant, vt marginati tradunt. Laribuſque dicabant feſtum diebus Nonarum, & Iduum, in vnoquoque menſe. Vide dicenda n. 610.

Gyraldus Synt. Roman. lib. 2. cap. 17. Maſculus fol. 7.

Mania Lares. 113 De hac *Mania*, & Laribus plura dicam die 2. Maii, num. 611. Nunc noto, Fabulatum de *Mania*, fuiſſe putatam Nympham Tiberinam, quam Mercurius juſſit ad inferos deferri, ſed iter eundum ipſe Mercurius forma puellæ illectus, rem cum ea habuit ; vnde nati gemini *Lares*, quos habuerunt Deos *domorum*, *vicorum*, atque *itinerum*. Ipſam autem *Maniam* & colverunt, vt Deam, & in periculis familiarum pro foribus ſuſpenſam ponebant effigiem Maniæ, & magna cum crudelitate ſacrificabant *pueros*, poſtea crudelitate omiſſa, eam placabant *capitibus papaverum* ; quo ſacrificio & *Lares* placabant. Fuit origo hujus feſti, & ſacrificii : ex more Antiquorum ſapeliendi in domibus parentes, liberos, & amicos, vt præter alios S. Iſidorus advertit : ex quo more, Roſino teſte, profluxit in Gentilitate cultus Larium, quos putarunt Deos *cæleſtes*, *terreſtes*, *ſubterraneos*, & *inferos*, Præſides, & cuſtodes *familiarum*, *domorum*, atque *itinerum*, quibus in locis eorum ſimulacra collocabant, quibus prius ſacrabant pueros, poſt capita papaverum, & ipſis offerebant *arma*, *donaria*, ac quidquid *charum* videbatur, pro ipſorum ornamento. vt cum Ovidio, & aliis tradit Roſinus lib. 4. in fine, qui & de ludorum pompa agit lib. 5. cap. 18.

Gyraldus cit. Roman. lib. 2. cap. 14.

Ritus.

Origo.

S. Iſidor. lib. 5. Etym. cap. 11. Roſin. lib 4. fol. mihi 423. & 387. Cartarius à fol. 297.

114 *Pilæ*, & *effigies* viriles, & muliebres, ac tot pilæ, quot capita ſervorum, tot effigies, quot eſſent liberi dicabant *Laribus*, quibus tribuebant *Coronas*, *flores*, *thus*, & *Thymiama*, vt ſibi, ſuiſque propitii eſſent & vivis parcerent, eſſentque pilis, & ſimulacris contenti.

Ritus.

Cartarius & Gyrald. citati.

Effin-

Digitized by Google

Pictura.

Cartarius fol. 298. Rosin. lib. 2. cap. 39. & 17.

115 Effingebantur *Lares*, vt duo, *Iuvenes* super aram, *Vestiti* pelle canina *Obuoluti* toga super humerum sinistrum, & sub dextro, quibus ad pedes assistebat *canis*. Qua pictura indicabant eos esse domorum fidelissimos custodes, domesticis familiares, & blandos, externis formidabiles, quales solent esse canes, & ad id munus custodiendi expeditos. Ad latus aræ erant arbores, in quibus pendebant *pueri*, *simulacra*, & *pilæ*, vt Cartarius tradit. *Gallum* dicabant *Laribus*, ex Roman marginato.

Martyr. Rom.

116 Tantæ obscœnitati, dementiæque Gentilium opponimus virtutes, gestaque hodiernorum sanctorum, vt fuêre *Corona* militum quadraginta cum *Modesto*, *Rogato*, & *Castulo*, quibus ad martyrii lauream associantur Tigrius, & *Eutropius*, ac *Satyrus*, hujus ex sufflatione in idòlum corruit: quare decollatus, martyrio laureatus obiit. Eandem palmam assequuta *Tatiana* triumphans de tyranno, bestiis, & igne à quo nihil læsa, & demùm percussa gladio migravit in cœlum. His, aliisque martyribus adjunguntur ad coronam gloriæ illustres præsules *Ioannes*, & *Probus*, ac *Benedictus* confessor. Quòd si Gentiles hoc die delirabant in suis Laribus, ipsis tribuendo thus, thymiama, flores, & coronas; vertendo hæc ad sacra hodiernos Sanctos encomia per *Thus* orationis, *Thymiama* virtutum, *Flores* exemplorum, & *Coronas* gloriæ.

Thema.

1. 2. 3.

Insuper per *Thymiama* alterum dabo Thema die 29. Aprillis, num. 594.

Tandem per *Thus* dabo & alterum Thema hodiernis Sanctis accomodandum die 1. Maii, num. 605.

DIES XIII.

A. D. 13.

117 Hic dies, & Idus Ianuarii Latinè dictus, *Endotercisus*, ac *vitiosus* ex S.C. notatur in Kal. Maffeiano.

Dies *Nefastus primo* nuncupatus, ex Rosino lib. 4. cap. 5.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà die 10. hujus, ac supra num. 49.

Dies sacratus *Iovi*, vt & omnes dies Iduum. Hæ tamen Idus celebriores factæ: quia Cæsar *Octavius* his Idibus *Augusti* nomine fuit appellatus, & Provinciæ in formam redactæ. Ita cum Ovidio Gyraldus de Mensibus fol. mihi 609. & Hospinianus. fol. 57.

Hoc & die Tibicines habitu muliebri *Vrbem lustrabant*, ex Plutarcho, & Giraldo citato cum ipso. Quòd fiebat *tridno* vagando per vrbem, cum *cantu*, & *tibia* incedendo ab hoc die vsque ad diem 15. inclusivè. Ita Alex. ab Alex. lib. 13. cap. 18. Vide 20. Decembris.

Senatus legitimus Romæ, ex dictis supra num. 49. die 13, Vbi de hoc die vide alia.

Quamquam *Endotercisus*, & *vitiosus* hic dies, vt dixi, fuit item & *Faustus*: quia *Octavius* Imperator dictus fuit *Augustus*. Ita Rosinus lib. 4. cap. 5

Cum simus in die 13. anni venient dicenda de *Ternario supra denarium*, de quo vide die 13. Februarii, num. 254.

Numerus 13.

Idus.

118 Omnes Idus sacræ erant *Iovi*, ideoque ipsi *Iovi* mactabatur ovis, quæ ob id, (ovidio teste) *ovis idulis* dicebatur: quia mactabatur Idibus. Sunt quiputant Idus dictas ab ove Iduli, quam sic vocant Thusci, & omnibus Idibus ovis immolabatur. Idibus autem Ianuarii vervecem immolatum Iovi, ex Rosino cum Ovidio dicente.

Ovid. in 1. Fast. Rosin. lib. 4. cap. 5. Macrob. 1. Sat. cap. 15.

Idibus in magni Castus Iovis ade Sacerdos,
Semimaris flammis viscera libat ovis.

At si in antiqua Roma hic dies felix, & Faustus, potius sit felix, & Faustus in nova, ob tot Sanctos, quot hoc die Catholica veneratur Ecclesia, inter quos efloruit in *Glaphyra* virginitas, in *Hilario*, & *Leontio* præsulibus zelum catholicæ fidei, constantiaque in religione tuenda; in *Corona* militum quadragiata, *Potito*, *Hermylo*, & aliis fortitudo, & constantia in patiendo, & moriendo pro Christo. Quod si hoc die vetus Roma Lares colebat tribuendo ipsis, pilas, effigies, & coronas florum, ac herbarum; vertendo hæc ad sacra, hodiernos Sanctos encomia per *Pilas* paupertatis, & contemplationis: *Effigies* virtutum, *Coronas* exemplorum. Aliaque Themata ex num. 116.

Martyr. Rom.

Roman. lib. 2. cap. 17.

Mund. Symbolicus.

Thema. 1.

Aries nuncupatur vervex à *viribus*, *quasi virtuosus*, & est, (testibus S. Isidoro, & Anglico) *placidus*, *mansuetus*, *fortis*, & *dux* ovium. Cumque iis in Idibus vervècem Iovi sacrarent Gentiles vertendo, & hæc ad sacra hodiernos Sanctos encomia per vervècem: quia *Placidos* hilaritate in Dei obsequio, *Mansuetos* pace, & tolerantia in adversis, *Fortes* contra adversarios Christi, & animæ, *Duces* nostratum exemplo, *Tutores* patrocinio, meliori modo quam vervex ovium.

S. Isidor. lib. 12. cap. 1. Angl. lib. 18. cap. 2.

2.

DIES

DIES XIV.

A.D. 14. 119 Hic dies, qui & 19. Kal. Februarii *Endoterciſus* notatur, ex Kalendario, quod foret ex Senatus conſulto vitioſus. Ita Roſinus lib.4. cap.5.

Quo die *Carmentalia* celebrabantur, (in honorem matris Evandri, ex Hoſpiniano citato fol. 57.) Item in honorem *Porrimæ*, & *Poſtuertæ*, ex Gyraldo de Menſibus fol. mihi 609. Quamvis hæc Carmentalia Hoſpinianus referat ad ſequentem diem, ſed ad præſentem Kal. & Roſinus, citati.

Dies 5. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæſare Calà, die 10. hujus.

Dies 2. quo Tibicines habitu muliebri, cantu, & tibia incedendo vrbem luſtrabant, ex dictis cum Alexandro ab Alex, die præcedenti.

Bungius fol.84. Dies à Romanis habitus *Ater*, atque *Diis Manibus* attributus, ex Bungio cum Tiraquello.

Numer. 14. Sumus in die 14. anni: quare de numero *Quarto decimo* plura vide die 14. Februarii num.262. De *Carmenta*, *Porrima*, & *Poſtuerta* dicam die ſequenti.

Martyr. Rom. Quamquam hic dies Ater, & infamis antiquis Romanis; ac nobis Fauſtus, & Felix, ob memoriam *Felicis Nolani*, quem maximè nocum fecit illud quod ab Angelo fuerit ſolutus, quodque ab aranearum telis occultatus: quem diem ex atro fecère purpureum, & in Sina 38. *Monachi*, ac in Ægipto *Monachi* 40. qui ob Chriſti fidem martyrium ſubierunt: ipſum candidarunt diem *Datius*, & *Euphraſius* præſules: *Julianus*, qui fidem catholicam Antiochiæ penè colapſam, virtute miraculorum erexit: ac *Macrina* avia S. Baſilii, quem educavit in fide. Cumque hoc die in *Ludis Olympicis* Gentilitas deliraret, vertendo ad ſacra, vt die 10. hujus, habes num. 105. Themata hodiernis ſanctis accomodanda. Inſuper & cum *Carmentalia* agerentur alia Themata ipſis adaptanda habes num. 110.

Themata. 2.

DIES XV.

A.D. 15. 120 Hic dies, qui & 18. Kal. Februarii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Carmentalia Romæ à matribus familias, iterum celebrata, in honorem *Porrimæ*, & *Poſtuertæ*. Ita Gyraldus de Menſibus fol. 609. Hoſpinianus de Feſtis fol. 57. Alex. lib. 6. cap. 8. & Roſinus lib. 4. cap. 4. quamquam cap. 5. ad præcedentem diem referat, vt ibi dixi.

Dies 3. feſti Tibicinorum, acti in honorem *Iovis*, quo vrbem luſtrabant habitu muliebri incedendo, *cantu*, & *tibia*, ex Alexandro adducto, num. 117.

Feſtum *Concordiæ*, & *reparatio* templi antiquiſſimi ipſius facti à Camillo, & reparati hoc die per Liviam Auguſtã, Ita Beyerlinch hoc die in Theatro V.H. Lit. D. At Vet. Kal. Roman, & communiter authores hoc referunt ad ſequentem diem. De quo ibi.

Numer. 15. Sumnus in die 15. anni: quare de numero *Quindenario* nota plura videnda die 15. Februarii num. 266. vbi latè agam de hoc numero.

Carmenta. Proſa Poſtuerta. 121 *Carmentalia* erant hoc die dicata *Carmentæ*, quod feſtum etſi actum die 11. hujus, iterabatur hoc die: enim die 11. egèrunt feſtum Cormentæ *ob receptum honorem vehiculi*, vt ibi dixi, hoc autem die iterebant feſtum *pro pueris*, & *virginibus*, vtque *pariùs* forent felices, vt his verſibus dixit Ovidius. Vet. Kal. Ovid. in Feſt.

Roſin. lib. 4. cap. 4. & lib. 2. c. 19. Gyraldus Synt. 15. fol. 381.

Bina, quæ nunc pariter Tegeæa Sacra petemi,
Pro pueris fieri, Virginibuſque jubent
Scorteæ non illi fas inferre ſacello.

Quare nec meretrices, nec ipſarum ſectatores licebat ingredere templum Carmentæ. Fueruntque à Romanis Carmentis veneratæ duæ ſorores, & comites, altera *Proſæ Proſſa*, aut *Porrima* dicta: altera *Poſtuerta* vocata, quæ colvetunt vt Deas celebratas, quibus aræ, & ſacra fuerunt conſtituta ob pariendi diſcrimina: quia *Proſam* putabant præeſſe partibus rectis, & ad id juvare: *Poſtuertam* infirmis, & tranſuerſis, ac in his juvare; amabaſque ob id colebant, & vocabant *Carmentas*. Præfatas falſas Deas, & Vates opinarunt, & quòd intelligerent, & vaticinando canerent de præteritis, & futuris: *Proſa*, quæ & *Anteverta* de præteritis: *Poſtuerta* quæ & *Porrima* de futuris. *Carmentam* & dixerunt matrem Evandri, à carminibus, ita nuncupatam; quia mulierem fatidicam carminibus reſponſa dantem, cum antea fuiſſet nuncupata *Nicoſtrata*. Calà quæſt. 1. num. 18.

Martyr. Rom. 122 His opponimus veros vates *Michæam*, & *Habacuc*, quos hoc die ſancta veneratur Eccleſia, de quibus egi ipſo hoc die in *Diario Sacro*: *Ephiſium*, & *Secundinam* cum martyrii Laurea; *Bonitum*; & *Maximum* illuſtres præſules, & alios, inter quos *Iſidorum*

vita,

Digitized by Google

vita, & miraculis clarum, ac *Maurum* Abbatem, quem inceſſio pedibus ſuper aquas oſtendit ſanctitate celebrem. Picturam Carmentæ adduxi num. 108. per quam picturam chriſtianizatam habes Thema hodiernis Sanctis adaptandum num. 110.

Thema. 1.

Carmenta & fuit opinata patrona, & cognominata canens: cumque perfectio cantus, & vocis, ex Minorita Anglico, conſiſtat in eo quod ſint *Clara*, *Alta*, *Fortis*, & *Suavis*: quare & vertendo hæc ad ſacra per proprietates vocis, & cantus perfecti hodiernos Sanctos encomia *Claros* puritate; *Altos* contemplatione, virtute, merito; *Fortes* pugna contra hoſtes Chriſti, & animæ; *Suaves* patrocinio in clientes.

Angl. lib. 19. cap. 132. 2.

Quattuor ſunt cantica, ex S. Bonaventura. Primùm *Fontitudinis* Secundum *Victoriæ*: Tertium *Letitiæ*: Quartum *Adhortationis*, per quæ cantica & hodiernos Sanctos encomia *Fortes*, *Victores*, *Lætos*, & *Adhortantes* exemplo.

S. Bonav. in Pſal. 149. 3.

DIES XVI.

A. D. 16.

123 Hic dies, qui & 17. Kal. Februarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Ad hunc diem refert Beyerline ex quodam vet. Kalend. feſtum *Porrimæ*, & *Poſtuertæ*, habitæ, & cultæ, vt Deæ prænuntiæ futurorum, de quibus egi die præcedenti.

Dedicatio templi *Concordiæ* factum ex voto à Camillo. Ita Gyraldus de Menſibus fol. 609. Hoſpinianus cit. fol. 59. Roſinus in Kal. lib. 4. cap. 4. & alii.

Sol in Aquario. Ita Roſinus in Kal. Aſtronomico lib. 4. cap. 4.

Iulius Camillus vovit, & erexit templum *Concordiæ*, quæ erectio ob ſedatam populi ſeditionem facta, & hoc die conſummata; Quod templum cum præ vetuſtate eſſet colapſum, reparavit Livia Auguſta, & hoc die dedicavit, ex Roſino lib. 4. cap. 4. & aliis.

Numer. 16.

Sumus in die 16. anni: quare de hoc numero *decimoſexto* noto, quod Ægyptii hunc numerum ſignificabant per digitum *medium molliter inflexum*, & *indicem*, *ac pollicem circulatos*, cujus numeri ſignificatio magni momenti fuit apud ipſos Ægyptios. Quem numerum dicarunt *Veneri*, & *Mercurio*. Ad hunc vſque annorum numerum protraxerunt pueritiam, & à ſextodecimo, vſque ad quadrageſimum ſextum adoleſcentiam. De quo numero plura alia tradam infra à num. 1747.

Pier. Val. lib. 47. cap. 28. ad. 30.

124 Fuit *Concordia* à Gentilibus culta, & ita nuncupata: quia putabant dare concordiam, ſedare ſeditiones, cohibere bella, dare gentibus fœdera. Fueruntque Romæ plura templa erecta (quinque enumerant Roſinus, & Gyraldus) Concordiæ; jam ex voto, jam ex prophana devotione, jam ex pecunia privata, jam ex publica: Cui Sacrificabant, *Ciconiam*, *Merulam*, & *Cornicem*.

Roſin. lib. 2. cap. 18. & lib. 4. c. 5. Gyraldus Synt. 1. fol. 33. & 34. S. Aug. de Civitate.

Sacrificia.

Pictura.

Depingebant Antiqui ad ſignificandam Concordiam duas *Cornices* in medio cujuſdam ſceptri erecti, vt ſignificarent ſceptra, & regna tamdiu duratura, quamdiu Concordia.

Cartarius fol. 212. Gyraldus Synt. 1. fol 34. Cart. lib. 5. de Ann. fol. 406.

Secundò Concordiam indicabant, in numiſmate Neronis, per duas tantum dextras manus interſe junctas. 2.

Tertiò, & duabus imaginibus dextram dextræ jungentibus. 3.

Quartò & Concordiam ſignificabant per *mala punica*. 4.

Quintò per *Ciconiam* cum *ſceptro*, ex quo pendebant *fructus*, quibus picturis Concordiam indicabant. 5.

Sextò concordiam pingebant Rhodienſes *Decoram*, *Compactam*, *Benecoloratam*, *Gratioſam*, & vndique per omnia ſibi quadrantem, & congruentem, quam dixerunt ante Iovem fuiſſe generatam, fuiſſeque *decus* deorum, ac hominum, deorumque benignitate, ac diligentia in terram delapſam. 6.

Septimò, & vltimo effingebant Concordiam *Decoram*, *Cinctam*, *Diſcalſeatam*, dextera tenentem *Cratem*, læva *cornucopiam*. Quas Concordiæ picturas vide apud marginatos (& præcipue Cartarium à folio 212.) qui addunt plura Gentiles tribuere Concordiæ, vt quod *obſignaret* cuncta, *confirmaret* horas, *exornaret*, agros, *gereret* res vrbanas pro voto, *educaret*, atque eruditet liberos 7.

Prophanæ Concordiæ, ac irreligioſæ dedicationi templi ipſius opponimus *S. Marcellum* Hierarcham, Papamque, qui & Templum Chriſto dedicavit, extans hodie titulo Cardinalitio decoratum, in quo concordi animo orabant, & ipſe S. Marcellus prædicabat, ac multa alia pro Chriſti religione agebat: cui etiam ſuccurrerunt poſtea *Accurſius*, & *Adjutus*, cum *Berardo*, *Petro*, & *Othone*, qui concordi, conſtantique animo fidem Chriſti contra Saracenos in Affrica prædicarunt, Marrochii obieruntglorioſo martyrio, quo (adhuc vivente Franciſco Patriarcha Seraphico,) Ordinis Minorum initia con-

Martyrol. Rom. & Franciſc.

Mundus Symb.

Digitized by Google

consecrata fuerunt. His ad decus se adjungunt *Honorati* duo, alter Arelatensis Vrbis, alter Cœnobii præsul, & alii, qui hoc die cœlitibus sunt associati in concordia æterna. Cumque Concordiæ Gentiles sacrarent *Cornicem*, Ciconiam & *Merulam*, ex quibus Cornix adumbrat concordiam, & vitam solitariam; Ciconia; quæ adversus viperas antipathiam habet, & pullos suos calore fovet, triumphum & protectionem adumbrat. Merula æstate canens symbolum sit Martyrum, & pœnitentium; ex Mundo Symbolico. Hinc, quæ Gentiles ad prophana, tu verte ad sacra, & hodiernos Sanctos encomia mysticas *Cornices* vera concordia, & vita solitaria à terrenis affectibus abstractos: *Ciconias* adversus viperas infidelium, & contra peccata: *Merulas* pœnitentia, lætè tolerando adversa, & canendo æternaliter in gloria.

Mundus Symb.

Thema. 1.

2. Secundò, & Concordiæ picturam 6. christianiza, & verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Decoros* puritate, *Compactos* adunatione virtutum, *Benecoloratos* exemplo, *Gatiosos* servitio, Deo, patrocinio, hominibus.

3. Tertiò, & Concordiæ 7. picturam christianiza, & verte ad ipsos hodiernos Sanctos, eos encomiando *Decoros* puritate, *Cinctos* obedientia, & virtutibus; *Discalceatos* terrenis affectibus, *Crateros* receptione laborum pro Christo: *Cornucopios* exemplo.

DIES XVII.

A.D. 17.

125 Hic dies, qui & 16. Kal. Februarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Concordiæ templum à L. Camillo structum, ait ex Ovidio, Beyerline hoc die. Nos autem cum aliis id retulimus ad diem præcedentem.

Hoc die quinto post Idus festum celebrarunt appellatum *Quinquatrum*: quia actum quinto die post Idus. Hoc festum dicabant *Minervæ*; & ad hujus ædē solemniter conveniebant, ipsasque minusculas quinquatras appellarunt. Ita Alex ab Alex. lib. 2. cap. 22. & lib. 3. cap. 18. De quo festo agam die 19. Martii.

Ludi Palatini.

Quo die, *initium Ludorum Palatinorum*, extensos, juxta Iosephum per *tres dies*, juxta alios per *septem*, & juxta alios per octo dies. Hos ludos instituit Augustus Cæsar. Is enim, constituto Imperio, & Hos Ludos instituit Augustus occiso Cæsare Dictatore, in ejus memoriam, & honorem, in parvo rotundo templo quod fuit in Palatio, hos Ludos instituit. Vltimo die horum Ludorum, scilicèt 24. hujus, interfectus fuit caligula Cæsar à conjuratis, vt ait Suetonius in ejus vita. Ita Hospinianus citatus de Festis fol. 59. De Ludis, & eorum pompa in communi dicam die 28. Februarii, à num 341. Vide & Rosinum lib. 5. cap. 20.

Lazius lib. 10. cap. 15. scribit hos Ludos *Sexto Kalendas Ianuarias per dies octo* celebratos. Forsan est mendum, & pro 6. Kal. Ian. legendum. 16. *Kal.* Ian. vt Hospinianus citatus advertit.

Terminalia. Numer. 17.

Octavius Cæsar à Senatu, & populo Romano, ob illustres res gestas acclamatus *Imperator*, ex Oros. lib. 6. cap. 20. Beyerline citato, & Masculo fol. 9. *Terminalia* hoc die, & 20. Februarii, Vide ibi.

Bung. de n. 17. à fol. 416.

Sumus in die 17. anni: quare de numero 17. noto, quod *Decimus septimus* dies, ac numerus, apud nos significatur his characteribus XVII. quibus ex Bungio nulla dictio significativa componi potest præterquam *Vixi*. Quare per præsentem numerum mortem significabant. Fuitque & Pythagoricis numerus *Infaustus*, vt Bungius tradit. Alia de hoc numero vide die 17. Februarii num. 282.

Martyr. Rom.

126 Dixi quòd hoc die à Gentilibus, Octavius Cæsar Imperator acclamatus. At apud nostrates hanc laudē occupant hodierni Sancti, vt *Speusippus*, *Eleusippus* & *Meleusippus*, cum avia sua *Leonilla* coronati martyrio: quibus, inter alios, ad coronam gloriæ associantur *Merulus*, *Ioannes*, & duo *Antonii*, alter Romanus Monachus, alter Ægyptius, & is magnus Cœnobiarcha, religionis quasi quidam Imperator, & Dux, nobilitatus innumeris pugnis; vita, & miraculis, præclarissimus. Quòd si hoc die habebant initium Palatini Ludi, & in Ludis Gentilium (vt latè Rosinus lib. 5.) erant *Pugna*, *Victoria*, *Pompa*, & *Acclamatio*, Christianizando verte hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Pugnatores* Christi, *Victores* hostium, *Pompa* ritè celebratos ab Ecclesia, *Acclamatos* magnos apud Deum, & homines.

Thema. 1.

127 Pugna in Ludis vtebantur Antiqui, & sane magnus Cœnobiarcha *Antonius* nobilitatus fuit innumeris pugnis, atque victoriis partis de terribilissimis *Hostibus Dæmone Mundo*, & *Carne*.

2. *Antonii* impgines variis signis exornata dignoscuntur, vt litera. T. vesti appicta, *Tintinabulo*, *Baculo*, *Libro*, ac ad pedes *Sue*, & *Igne*, quæ om-

Digitized by Google

dia, symbola sunt indicantia magni *Antonii* magnitudinem, vt breviter noto. Litera *Thau* hoc expressa signo T. apud Ægyptios, vt litera sacerdotalis habita, & in templo Serapidis reperta, apud nostrates est species, *Crucis*, & nota *Victoriæ*, *Salutis*, ac *Vitæ æternæ*; quæ omnia per Crucem obtinuit Antonius: quare per *Thau* eum encomia *Victorem*, *Salutarem*, *Laureatum* gloria, seu æterna vita.

3.

Tintinabulum est symbolum *Famæ*, vmbra *Tutelæ*, ac *Tesseræ* insignis gloriæ: quare ex Tintinabulo habes Thema pro eodem Sancto, per *Famam*, *Tutelam*, & *Tesseram*.

4.

Baculus adumbrat Monachos, perfectosque viatores, ac horum firmam *Fidem*, erectam *Spem*, & *Temperantiam* carnis. Tum virum *Modestum*, *Humilem*, *Thaumaturgum* potenter, ac quietè commutantem cubilia venenatorum in habitacula Sanctorum.

5.

6.

Liber in manu S. Antonii adumbrat: *Primò* visibiles res creatas, ex quibus Antonius sumebat documenta ad conficiendam *Scalam* ad Deum: *Secundò* ipsum Sanctum cœlesti sapientia eximiè *instructum*, ad Ethnicos, & Hæreticos convincendos: *Tertiò* ipsum Sanctum mysticum librum fuisse exaratum vitalibus literis virtutum, vt omnes qui in eo libro ritè legant, & imitentur gesta, inde percipiant sempiternam vitam.

7.

Sus ad Sancti viri pedes jacens adumbrat *Triplicem victoriam* hominum porcinorum à Sancto postratorum, scilicet *Ethnicorum*, *Hæreticorum*, ac *Christianorum* voluptuariorum, qui omnes jure in suibus adumbrantur.

8.

Amplius, in eo sue ad pedes Sancti significatur *Triplex* victoria de triplici sapientia *Ethnica*, *Terrena*, & *Diabolica*.

9.

Tandem & præfato sue adumbratur S. Antonii *Victoria* de Dæmone: *Triumphus* de carne: *Tutela* porcorum, aliorumque animalium.

10.

Ignis appictus ad magni Antonii pedes, plures hujus Sancti prærrogativas adumbrat: vt *Avertendi* ignem infernalem: *Restingendi* ignem luxuriæ: *Sanandi* contactos igne sacro: *Vlciscendi* delinquentes in ipsum, aut asportantes res ipsi Sancto dicatas, vt pluribus historiis Theophilus Raynaudus comprobat.

11.

Tandem ipse ignis Sanctum Antonium designat *Igniferum* charitate: *Auspicem*, & Principem vitæ monasticæ: *Virginem* anima, & corpore: *Feruentem* in exercitio omnium virtutum. Quæ omnia accipe ex Antoniana symbolica pictura Raynaudi desumpta, & ab ipso Raynaudo latè descripta: quæ breviter hic adduxi, vt tu candidè Lector Gentilium hujus diei acclamationes christianizes, & in S. Antonii honorem vertas.

12.

DIES XVIII.

128 HIc dies, qui & 15. Kal. Februarii *Comitialis*, ex Kal. Maffeiano. A.D. 128.

Dies 2. *Ludorum Palatinorum*, institutorum ab Augusto Cæsare, ex dictis die præcedenti, num. 125.

Dies *Triumphalis*, quo Attilius Galatinus, ex Sicilia, de Pœnis *triumphavit*, vt cum aliis observant Beyerline hoc die, & Masculus in Fastis fol. 9.

Sumus in die anni 18. quare de numero *Decimo octavo* noto; quòd hic numerus fuit apud Antiquos *hieroglyphicum victoriæ*, apud quos & fuit *Fortunatissimus*, & *primæ palmæ victoria*, ait Bungius, addens, quòd hic numerus significatur iis literis, I. & H. quæ & *Iesum* significant, & *octodecim*. De quo numero alia tangam infra die 18. Februarii, num. 294. *Numer.* 18. Bung. de num. 318. fol. 610. & 611.

129 At hic dies, apud Veteres Triumphalis, merito Triumphalis apud nostrates censendus: quia hoc die *S. Petrus* primùm Romam ingressus, vnus, inermis, sine exercitu, acturus triumphum, de victrice Vrbe orbis terræ. Cathedram ibi veræ sapientiæ posuit, ac religionis dictus magister, omnes omnium gentium profligavit errores, erexit sugestum, & sibi, & Christi Vicariis successoribus sui: quare novæ Romæ Fortunatissimus hic dies, qui ob id, & veræ *palmæ*, & veræ *victoriæ*. Adhærent *Petro* liberatori Vrbis *Moses*, *Ammonius*, aliique martyres, *Volusianus* præsul, *Theicola* abbas, Virgineique duæ, *Prisca*, quæ & martyr, ac *Liberata*, & re, & nomine. Cumque hic dies foret triumphalis apud Veteres Romanos; qui, ex dicendis die 3. Junii, num. 784. Triumphatoribus tribuebant quatuor Coronas, & Oleam, vertendo hæc ad sacra, habes indè ibi Themata hodiernis Sanctis accomodanda. Martyrol. Rom. Baronius. Thema. 1. 2.

Servatur hactenus in Basilica Vaticana, ipsa cathedra lignea, in qua olim, Romæ Petrus sedisse perhibetur. De qua transeundo ad mysticam permansuram Baron. hic in Martyr.

Digitized by Google

ſuram vſque in finem Mundi, Petri ſucceſſoribus, tradit Irænèus *Munitam* doctrina, *Locupletatam* traditionibus, *Illuſtratam* meritis, *Auctam* dotibus: vnde pro Petri cathedra habes Thema.

Irænæus lib.3. cap.3. 3.

DIES XIX.

A.D. 19.

130 Hic dies, qui & 14. Kal. Februarii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. *Ludorum Palatinorum* inſtitutorum ab Auguſto Cæſare, ex dictis ſupra num. 125.

Dies triumphalis, quo M. Aemilius Paulus Proconſul de Coſurenſibus, & Poënis *triumphum* navalem reportavit, ex citatis Beyerline, & Maſculo.

Dies quo ſacrificabant *Soli*, *Igni*, *Laribus*, & *Belo*, ex dicendis die 23. Februarii, remiſſivè.

Numer. 19.

Sumus in die 19. anni, de quo numero *decimo nono* pauca, quæ veniunt notanda adducam infra num. 300.

At hic dies apud Veteres triumphalis, merito talis ſit apud nos, ob præclaros triumphos partos de Tyrannis, à quampluribus martyribus certantibus pro religione, Chriſtique fide, vti fuère *Marius*, & *Martha* conjuges, cum filiis *Audifàce*, & *Abachumo* nobilibus Perſis, ſed nobilioribus martyrio, qui ſuo ſanguine decorarunt Romam: iis ad eandem palmam aſſociantur *Germanicus*, & *Germana*, & ad eandem pietatem *Pia* cum *Paulo*, *Ianuario*, *Iulio*, & aliis, cum quibus & *Pontianus*, qui de *igne*, *Leonibus*, ac *Fabiano* ſævo reportavit triumphũ, gladioque percuſſus laureatus martyrio occubuit. Pro iis, vertẽdo ad ſacra triumphos Gentilium, accõmoda Themata die ſequenti adducenda.

Martyrol. Rom.

Themata. 1. 2.

Dicendis addo: quod Veteres in triumphis vtebantur *Tintinabulo*, ſeu campanella, quæ (Anglico teſte) à *tintinando* nuncupata, eſt *Tintinabulum*; quo Sancti adumbrantur: quare hodiernos Sanctos myſtica Tintinabula eneomia: jam *Docendo* ſalutarem doctrinam dando auditoribus: jam *Exhortando* verbo, & opere, jam *Conſolando* patrocinio.

Anglic. lib.19. cap.146. Pier.lib.47. cap. 23. 3.

DIES XX.

A.D. 20.

131 Hic dies, qui & 13. Kal. Februarii, quoque dies *Comitialis*, ex Kal. Maffeiano.

Dies 4. *Ludorum Palatinorum* inſtitutorum ab Auguſto Cæſare, ex dictis num. 125.

Dies feriatus, & ſolẽnis dicatus Epicureo ab Epicũreis, ex dictis n. 49. die 20.

Dies triumphalis olim Romæ, nobilitatus *navali triumpho* de Curenſibus, & Poënis parto à Servio Fulvio Petino Proconſule, ex Beyerline hoc die, & Maſculo in Faſtis fol. 10.

Quirinalia dicata *Romulo*, hoc die ex Lazio lib. 12. cap. 2. fol. 1031. De quibus infra die 17. Februarii.

Sumus in die 20. anni: quare de numero *vigèſimo*, aio: quod numerus vicenalis, aut vigeſimus à Poëtis fuit ſumptus, pro nota *triſti*, *luctuoſa*, & *acerba*, ac mali ominis; indicatus à Græcis litera K. quæ litera duplicata KK. indicabant hominem malum, & triplicata KKK. peſſimum. Ægyptii cum numerum xx. indicare vellent, pollicarem vnguem infimæ indicis adprimebant, (teſte Pierio) addente, habuiſſe Ægyptios hunc numerum *ſalutis augurium*, & in aris ſculptum *in media laurea poſitum*. De quo numero plura alia adducam die 20. Februarii, num. 305.

Numer. 20.

Bung. de num. 20. fol. 424. & à fol. 45.

Pier. Val. lib. 31. cap. 31. & 32.

132 Cum *Triumphalis* foret dies præſens, apud Veteres, venit notandum, quòd Gentiles Romani triumphos agebant, dieſque triumphales habebant ob præclaras res geſtas, quos dies ob triũphos in eos actos, triumpales appellabant. Magna pompa agebatur triumphus, ingrediendo per *triumphalem portam*. Præcedebant *Tibicines* canentes modos triumphales. Poſt hos ducebantur *Boves* mactandi in ſacrificiis, *ſertis redimiti*, & aliquando auratis cornibus: Succedebat iis *ſpecioſa oſtentatio ſpoliorum*, partim plauſtris vecta, partim ab adoleſcentibus ornatis geſtata. Ferebantur & *Tituli victarum gentium*, cum imaginibus devictarum Vrbium, & interdum mixta animalia antea non viſa, ac *Plantæ* mirabiles, ex locis captis aſportatæ. Succedebant *Capti* ex hoſtibus, *Duces* vincti catenis, & poſt illos *Stemata* honoris, *Coronæ*, *&c.* Vrbium, Provinciarumque devictarum, quæ portabantur ante currum Imperatoris. Ac demum ipſe Imperator triumphans vehebatur *Curru* ſublimi magnificè exornato, fulgens veſte triumphali, ſcilicet *Toga picta*, *Tunica palmata purpura*, *& auro*, intexta, *Redimitus corona laurea*, & manu geſtans *Ramum lauri*. Currui appenſa erant *Tintinabulum*, & *Flagellum*. Ipſe triumphans, ſuo in curru virgines, & pueros cognatos, (ſi quos habebat) adiciſcebat. Sequebatur exercitus equitum, & peditum, quiſque ſuo ordine: aliqui geſtantes *Coronas*, aut

Triumphus.

Roſin. lib. 10. cap. 29.

Ritus.

Digitized by Google

aut *Dona* accepta ab Imperatore ob facinus egregium, cæteri omnes *Laureati*, concinentes triumphalia carmina, & miscendo jocos. Qui ad festum, & pompam, ex Vrbe, & Italia, confluxerant, omnes veste munda, vt plurimum alba induti. Omnia templa aperta, *Coronis* & suffitibus repleta in honorem Deorum. Sic triumphans ascendebat ad Capitolium, *Jovi*, & *Iunoni* gratias agebat, victimas immolabat, dicabat Jovi *Coronam*, *Clypeum*, *Ensem*, & alia bellica instrumenta. Dabat epulum, & aliquantum pecuniæ populo. Erigebantque *Columnas*, *Statuas*, *Arcus*, ac *Trophæa* triumphalia, quorum icones tradit Rosinus, apud quem, cum aliis, omnia relata invenies. Vide dicenda 6. Augusti, num. 1093.

Corona. Militares.

133 Apud Antiquos Militares *Corona* multifariè fuerunt, præcipuæ tamen *Triumphalis*, *Obsidionalis*, *Civica*, *Muralis*, *Castrensis*, & *Navalis*, & hæ tres vltimæ coronæ ex auro fieri solebant, quarum icones tradit Rosinus. *Triumphalis* corona, quæ & aurea dabatur ob triumphum; & antiquitus fuit ex *Lauro*, post ex *auro*. *Obsidionalis* formabatur ex *gramine*, dabatur iis, qui se liberabant ab obsidione; ideoque *graminea*: quia gramen generatum in loco, in quo claudebantur, qui obsidebantur. Hanc præfert Plinius coronis gemmatis, aureis, aliisque. *Civica* appellabatur, quam dabat civis, civi, à quo servatus fuit in prælio. *Muralis* dabatur illi, qui primus murum ascendebat hostium: idcirco quasi *pinnis* erat decorata. *Castrensis* corona ab Imperatore dabatur illi, qui primus in hostium castra pugnans intrabat, quæ corona vallem habebat in signum: vnde & *Vallaris* dicebatur. *Navalis* quasi navium rostris erat insignita, darique solebat illi, qui maritimo prælio, primus in hostium navem armatus transibat.

Rosin. lib. 10. cap. 28.

Plin. lib. 22. cap. 3. & 4.

Martyrol. Rom.

134 Fuit hic dies, vti dixi, antiquæ Romæ & *triumphalis*, & *lætus*, at novæ Romæ potiùs lætus ob *Maurum* præsulem, & *Euthymium* abbatem claros virtutibus, & miraculis: potiùsque *triumphalis*, ob præclarissimos triumphos partos, hoc die per nostrates, vt inter alios fuere *Neophytus* qui de igne, feris, & tyranno reportavit triumphum, obiens laureatus martyrio: *Fabianus* Papa religionis Imperator, pariter nobilissimè de Cæsare Decio reportans triumphum. Nobilitatus etiam fuit hic dies *Sebastiani* primæ cohortis Ducis victoria, ac triumpho de pœnis suis, ac Diocletiani sævitia. Dimicavit tantus Athleta nobiliori modo alligatus ad palum, quam antea solutus in campo. Quod si in triumphorum Gentilium pompa concurrebant Arma, Stemata honoris, & Coronæ, vertendo hæc ad sacra, hodiernos Sanctos encomia, ex num. 132.

Primò *Armatos* virtutibus: *Stemmatos* honorificis gestis, pro Christo actis: *Coronatos* triumphis hic, gloria in Patria. *Thema. 1.*

Secundò: fulgentes veste verè triumphali. *Togatos* virtutibus: *Aureatos* donis: *Purpuratos* ferventi, charitate aut martyrio: *Laureatos* gloria. *2.*

Tertiò, (si in triumphis Veteres dicabant Ensem, & alia bellica instrumenta, Coronam, & Clypeum; & hæc ad sacra vertendo) hodiernos encomia Cœlites per *Ensem* veræ religionis, & doctrinæ: per *Coronam* triumphorum partorum de inimicis Christi, & animæ: per *Clypeum* protectionis suorum clientum. *3.*

Quartò, & coronas, veteribus triumphatoribus tributas, verte ad hodiernos Sanctos, verosque triumphatores, eos encomiando redimitos *Corona Obsidionali*, quæ, & *Gramines* ob virorem virtutum: *Civica*, quæ, & protectionis, ob servatos clientes in præliis, & adversitatibus: *Triumphali*, quæ & *Aurea*, aut *Laurea*, ob partos triumphos devictis inimicis, & tyrannis. *4.* *Coronæ.*

Quintò: & ipsis Cœlicolis tribue Veterum triumphantium Coronas *Castrensem*, *Navalem*, & *Muralem*, eos encomiando redimitos Coronis: *Castrensi* pugna: *Navali* merito: *Murali* fortitudine, & protectione. *5.*

DIES XXI.

135 Hic dies, qui & 12. Kal. Februarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. *A.D. 21.*

Dies 5. *Ludorum* Palatinorum institutorum ab Augusto Cæsare, ex dictis num. 125. die 17. hujus mensis.

Dies *Funestus* habitus à Chaldæis, ob pueros castratos, & in Persidem ductos à Præfecto Darii: quare hunc diem Gentiles, & *Funestum*, & *Inauminatum* habuerunt. Ita Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. & Masculus in Fastis fol. 10.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus*, ex dictis num. 49.

Sumus in die 21. anni: quare de numero *Vigesimo primo* noto. Quòd hic *Numer. 21.*

Digitized by Google

numerus fuit *Celebris* apud Pythagoreos, eo quòd sit *trigonus* perfectissimi senarii. Dicebant enim trigonicum, & mathematicæ dignitatis numerum esse: *qui ex imparibus simul, atque paribus, consequenter dispositis componitur*: quare hic numerus compositus ex senariis paribus, & tribus vnitatibus, significat *mundi natalem*, *SS. Trinitatem*; *absolutionem humanæ perfectionis*, per summæ Trinitatis fidem, & Spiritus Sancti gratiam; *subsidium Dei* impetratum per ærumnas, & calamitates; *destructionem* diabolicæ perversitatis per dona medicinalia passionis Christi, quo beneficio humanum genus, & à morte liberatur, & ad perpetuæ salutis dona pervenit.

Bung. de num. 21. fol. 434. & de num. 16. fol. 412.

136 Fuit hic dies Gentilibus *Funestus*, at nobis sit *Auspicatissimus*, *Felix*, & *Faustus*, cum inter alios Cœlites numeretur *Agnes* præseferens, & nomine innocentiam, & re fortitudinem, devotionem supra ætatem, virtutem supra naturam. Faustus inquam præsens dies nobis: quia inter cœteros hodiernos Cœlites, cum *Publio* præsule præclaro Athenienſium numerantur *Augurius* ipse, cum quo convenère, & in officio Levitarum *Eulogius*, ac vterque in triumpho de flammis, & laurea martyrii: quibus ad triumphum, palmam, proventum religionis, & amoris Christi induendum, associatur, præfatis suis Diaconibus, *Fructuosus* præsul Tarraconensis. De quibus, ex longo Hymno Prudentii, accipe sequentes versus.

Martyrol. Rom. Martyrol. Hispan. hoc die.

Vidit Præsidis, ex domo satelles
Cœlum Martyribus patère apertum,
Insigneſque viros per astra ferri
Cernuntur niveis stollis amicti.
O triplex honor, ò triforme culmen,
Exultare libet tribus Patronis
Quorum præsidio foventur omnes
Terrarum populi Pyrenearum.

Quorum sacra lipsana Mauresæ honoricè requiescunt, maximaque cum devotione coluntur, vt ait Vincent. Domenec apud Tamayum, his verbis: *anno Christi M. CCCLXXII. Senatores Mauresani, magna antè contentione, conatuque consumpti; demum à Guidone Portuensi Episcopo, Summique Pontificis in Aragonia Legato à Latere, potestate impetrata die 30. Augusti, magno apparatu, frequentissima prosecutione, Mauresam SS. Fructuosi, Eulogii, & Augurii ossa deportavit.*

Vinc. Domenec cit. à Tamay. in suo Martyrol. Hisp. die 21. Ianuarii.

S. Agnès Virgo, & Martyr Romana, quæ sub Præfecto Vrbis Simphronio ignibus injecta, sed iis per orationem ejus extinctis, gladio percussa est; de qua præclarissima Virgine, illustrissimaque Martyre Beatus Hieronymus hæc scribit: Omnium gentium litteris, atque linguis præcipuè in Ecclesiis Agnès vita laudata est, quæ & ætatem vicit, & tyrannum, & titulum castitatis martyrio consecravit. Cujus sacrum Corpus primò Constantinopolim, post in Hispaniam translatum, & apud Mauresam condirum, ibidem miraculis clarum, præcipua veneratione custoditur, & colitur, cum aliorum Sanctorum pignoribus, vt referunt Vincent. Domenec, & Bollandus Marginati. Sed quia ist hæc translatio evenit die 30. Augusti, in illum rejicio acta translationis scribere cum Tamayo ibidem.

Vinc. Domenec Histor. 55. Cathalon. lib. 1. fol. 83. Bollandus act. Sanct. tom. 2. fol. 360.

137 Meritò Faustus nobis præsens dies, ob tot triumphatores nobilitatus: quos veros triumphatores encomia per triplicem honorem, aut triforme culmen *Honoris* virtutum, *Martyrii*, & *Gloriæ*.

Thema. 1.

Secundo iis adapta triumphantium plura Themata, ex præcedenti die. Quòd si Triumphatoribus, inter alias Coronas tribuebant *Gramineam* vocatam *Obsidionalem*, ex num. 134. & *Gramen*, herba sic vocata, eo quod germinet, & est ipsum *Gramen* (Anglico teste) *Gratum*, *Dulce*, *Salubre*, ac *Diffusum*; verte hæc ad sacra, & per hanc Coronam *Obsidionalem*, quæ & *Graminea*, encomia hodiernos Sanctos *Gratos* Deo, *Dulces* contemplatione, *Salubres* doctrina, *Diffusos* protectione.

2.

S. Isidor. Anglic. lib. 17. cap. 76.

138 Inter frutices est quædam species *vocata Agnus castus*: *quia odore, & visu reddit homines castos*, *sicut agnos*, quæ frutex semper *viret*, *floret*, *pellitque* noxia, venenaque. Vnde per verba *Viret*, *Floret*, *Pellit* habes in *Agno casto* aptissimum Thema pro S. Agnete Virgine Romana.

3.

Anglic. lib. 17. cap. 15. Mund. Symb. lib. 9. cap. 15.

DIES XXII.

139 Hic dies, qui & 11. Kal. Februarii *Comitialis*, ex Vet. Kal. Matteiano.

Dies 6. *Ludorum Palatinorum* institutorum ab Augusto Cæsare, ex dictis cum Hospiniano die 17. num. 125.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus*, ex dictis supra num. 49. *Igni*, & *Belo*, ex dicendis remissivè die 23. Februarii.

A. D. 22.

Festum *Musicorum* actum, ex Roman. lib. 2. cap. 18. à Gentilibus hoc mense, dies incertus, forsan hic. Origo hujus festi fuit: quia antiquitus *Musici* in magna æstimatione fuerunt habiti, post

Musicorum festum. Origo.

Digitized by Google

Ritus.

post despecti, & in memoriam priscæ æstimationis, & honoris festum egerunt in quo gerebant *Musicum in curru* per totam Civitatem, læti canendo, & pulsando diversa instrumenta musica, fingendo, simulando, & induendo alienas personas, quòd vocatur Hispanè *Disfrazandose*.

Numer. 22.

140 Sumus in die 22. anni: quare de num. *vigesimo secundo* noto. Quod est numerus Deo gratus, claudens elementa Hebræorum, quæ sunt 22. sic & viginti duo volumina supputantur ab Hebræis in canone Veteris Testamenti, quibus quasi literis, & exordiis justi erudiuntur, vt juxta legem Dei *vivant, operentur, & doceant*. Omniumque creaturarum species à Deo conditarum hoc numero significantur, quo admirabili, sacratoque numero titulantur, & Levitæ deservientes, Domino, & primogeniti filiorum Israel, vt cum S. Isidoro, & aliis totum observat Bungius, de Numeris à fol. marginato. Qui cum Suida addit Historiam cunctis sæculis memorabilem, habitam tempore Justiniani Imperatoris, à quodam nomine Theodosio Principe inter Judæos. Tempore quo ædes sacra Hierosolymis extabat, mos fuit apud gentem Judaicam, *viginti duos perpetuò Sacerdotes habere*; & quoties de eo numero vnus obierit, mox alium in locum defuncti allegere, allectumque in codicem, qui ad eam rem in æde servabatur, cum ipsiusmet ac parentis vtriusque expresso nomine, referre; notatis etiam diebus, & defuncti, & suffecti. Tempore igitur quo Christus in judæa versabatur, & antequam palam docère cœpisset, mortuus est quidam ex dicto Sacerdotum numero; nec, post multa, & varia suffragia quisquam fuit repertus satis idoneus, qui in illius locum adscriberetur. Tandem fuit propositus *Iesus* Josephi fabri (vt dicebant) filius, & approbatus omnibus suffragiis. Accita matre (pater putativus obierat) & interrogata de filio, ejusque patre? Respondit *Maria*: *Ego re vera eum peperi, verùm nullius conscia patris in terra; audivi ab Angelo filium Dei esse. Filius est igitur meus, & Dei*. Cum igitur hæc intellexissent Sacerdotes, scripserunt in allato codice, mortem illius Sacerdotis, illis nati parentibus, & pro illo, *coaptatum Sacerdotem communi omnium nostrum suffragio Iesum filium Dei vivi, & Mariæ Virginis*. Qui codex ex Templi, & Vrbis excidio, à primatibus Judæis magno studio ereptus est, asservaturque in Tyberiade. Hæc cum Suida Bungius.

Bung. de n. 22. fol. 436. &c. Suidas in explicatione nominis *Iesu*.

141 Hujus diei omnem gloriam eripuit vetustati *Vincentius*, qui victoriæ pennis elatus, atque auspicio nominis sui sibi subjecit quidquid immaniter excogitavit impietas: cui associantur, inter alios, *Anastasius*, alter *Vincentius*, & *Victor* omnes ad martyrii lauream, & ad gaudium gloriæ *Gaudentius* præsul. Quare cum omnes verè fuissent victores, & veteres suam victoriam effingerent.

Martyrol. Rom. Masculus, Tamayo hoc die.

Primò: Virginem *Pulchram*, *Alatam*, *Volantem*, altera manu *Coronam* lauream, aut oleaginem præbentem, altera gestantem *Palmam*, vultu liberali, & blando, capite coronato *Lauro*. Quam christianizando picturam verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Pulchros* puritate, *Alatos* amore Dei, & proximi, *Coronatos* lauro martyrii, triumphorumque partorum de inimicis, *Blandos*, & liberales protectione. Vndè pro S. Vincentio, & aliis habes aptissimum Thema 1.

Pictura. *Victoriæ*. Cartar. fol. 270. Rosin. lib. 2. cap. 10. Thema. 1.

Secundò, per eandem picturam alterum habes Thema infra die 6. Junii num. 801. Tertiò, per alteram *Victoriæ* picturam, 3. dabo Thema die 11. Julii, num. 968. hodiernis Sanctis accomodandum.

2. 3.

Quartò, specialiter loquendo de *S. Vincentio* Diacono, passo Valentiæ, vbi hæc scribo. Noto hanc clarissimam Vrbem, prius dictam *Romam*, à *Romo* Hispanorum Rege, post nuncupata fuit *Valentia* servata nominis interpretatione: nam Roma lingua Aramæa idem sonat, quòd Latinè Valentia, vt cum aliis observat Tamayus. Quam Civitatem suo martyrio decoravit *Vincentius*, qui à Masculo, Mantuano, & aliis acclamatur *Auspex* virtutis, *Signifer* victricium, *Victor* tormentorum, & tyranni: vnde pro tanto Martyre habes Thema 4.

4. Tamayus hoc die. Mascul. fol. 10

Quintò, ab ipsis auctoribus, & acclamatur *Lux* vincens, *Decor* Hispaniæ, *Splendor* olympi: vnde alterum habes Thema.

5.

DIES XXIII.

142 Hic dies, qui & 10. Kal. Februarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 23.

Dies 7. *Ludorum Palatinorum* institutorum ab Augusto Cæsare, ex dictis cum Hospiniano die 17. num. 125.

Quo die in Kal. Astronomico notatur,

ritui *Lyra occidit*. Ita Rosin. lib. 2. cap. 4.

Ad hunc diem referunt Genebrardus, Scaliger, & Cœlestinus à monte Marsano *Simulacrum Michæ*, de quo Judicum 18. & nos in *Diario Sacro* hoc die à num. 1631.

Ipso die, anno ab Vrbe condita 485. M. Atilius Regulus de Salentinis *triumphavit*. Ita Beyerline cum aliis hoc die.

Dies quo sacrificabant *Soli*, *Igni*, *Laribus*, & *Belo*, ex dicendis remissivè die 23. Februarii.

Numerus. 23.

143 Sumus in die 23. anni: quare de hoc numero *vigesimo tertio*, nota. Quòd hic numerus apud Pythagoreos fuit *Ater*, & quia incompositus, quem augurarunt *Infaustum*, & quia sedes 23. numerorum vacua, atque destituta, sicut & 5. & 11. ac 17. Quare per Moysen notat *Divinam vltionem* super peccatores. Cum 23. millia hominum fabricantium viculum interempti sunt, jubente Moyse. Exod. 32. v. 28. Habet quoque hic numerus indicia dignitatis: enim significat *sapientiæ perfectionem*, quam summam continent 23. literæ Alphabeti Latini, quæ adumbrant eam *sapientiæ perfectionem*. Amplius hoc numero designatur *salutis complementum*, & consummatio, constituta in recta fide cum operibus. *Ternario*, denotatur Mysticè fides Trinitatis: *Vigenario*, operum perfectio. Tria addita viginti conficiunt hunc numerum. Quæ, & alia apud Bungium vide.

Bungius de hoc num. à fol. 441.

144 Triumphalis, inquam fuit hic dies apud Gentiles Romanos, sed horum triumphus planè obruitur illis, quos egerunt *Emerentiana*, & *Aquila* heroinç præclaræ; illa virgo, hæc S. Severiani vxor, ambæ martyres, illa per lapides, hæc per ignem de Gentilismo triumpharunt. Eundem triumphum cum laurea martyrii obtinuère *Severianus*, *Parmena*, aliique: quibus (inter alios, qui hoc die cum Christo triumpharunt) addo Hispanos duos, alterum Valentinum Illicitanum, nunc Elche, *Agathangelum* M. passum Ancyræ: alterum Toletanum, & ipsius Vrbis præsulem Ildefonsum. Hi, & alii sunt celeberrimi Agonistæ, & Triumphatores, qui jam cruenta, jam incruenta victoria obruerunt triumphos Gentilium, apud quos distinguebantur (vt cum Rosino dixi die 5. hujus mensis) quatuor *Factiones*, seu classes triumphantium, distinctæ à distinctis coloribus, quibus insigniebantur *Albo*, scilicet, *Rufo*, *Vitidi*, & *Cæruleo*: per quos colores habes Themata num. 82. applicanda hodiernis Christi, & per Christum triumphatoribus *Candore*, *Fortitudine*, Spe, *Vitaque* cœlesti, & gloria.

Martyrol. Rom. Malculus fol. 10. & 11. Tamayo hoc die.

Thema. 1. 2.

Insuper, hoc die *Lyra occidit*, ex Kal. Astronomico. Plura de Lyra dicta relinquo num. 86. vbi & notatum, quod Lyra insignitur à Mundo Symbolico his lemmatibus *Allicit*, *Mulcet*, *Oblectat*. Cumque Sancti Mysticæ *Lyræ* sint, ob virtutum consonantiam, hodiernos Sanctos Mysticas Lyras encomia *Allicientes* doctrina, *Mulcentes* exemplo, *Oblectantes* patrocinio.

§.

145 Acta *S. Agathangeli* habes in Martyrologio Hispanico, vbi videre poteris hujus inclyti martyris præclara gesta, admirandam virtutem, cui cœlitus ab Angelis præstitum alimentum, quem lux cœlitus demissa circumfulsit, Christus visitavit, Angeli ad martyrii palmam invitarunt, Leones, vt canes, lambierunt: per quem plures conversi ad Christum, devictos Tyrannos, superataque sæva, quampluraque tormenta, & adepta martyrii gloria capite amputato gladio. In hujus Martyris actis adducit Tamayus *Victoriæ Augustæ Illicitanæ* sequentem Antiquorum picturam: *Virginem* pulcherrimam *Ornatam*, cum *Lauro*, & *Palma*; quam picturam verte pro tanto M. eum encomiando *Pulcherrimum* puritate, *Ornatum* virtutibus, donisque, *Laureatum* triumphis de Leonibus, Tyrannis, ac tormentis *Coronatum* palma martyrii.

Tamayus tom. 1. à fol. 262.

Pictura. *Victoria*. 4.

DIES XXIV.

146 Hic dies, qui & 9. Kalen. Februarii, *Comitialis*, ex Kal. Maffeiano, à Rosino adducto, l. 4. cap. 2.

A.D. 24.

Dies 8. & vltimus *Ludorum Palatinorum* institutorum à Cæsare Augusto, ex dictis cum Hospiniano die 17. hujus mensis, num. 125.

Quo die, Caius Caligula Imperator occisus in Palatio à conjuratis, anno 4. sui imperii, ex Suetonio in ejus vita, & Hospiniano citato fol. 59.

Sementinæ Feriæ à semente sic appellatæ *Cereri* dicatæ, hoc die. Ita Ovid. Gyraldus de Mensibus, fol. 609. Hospinianus de Origine festorum, fol. 59.

Clara Stella in pectore Leonis occidit.

Digitized by Google

dit. Ita Kal. Aſtronomicum, & Roſinus lib. 4. cap. 4.

Quo die populus Epheſinus deliberabat immolando, & feſtum agendo in honorem *Dianæ*, quem populum cum argueret Thimotheus Apoſtoli Pauli diſcipulus, lapidibus obrutus obdormivit in Domino, vt ait Martyr. Roman. hoc die.

Dies *Triumphalis* apud Veteres Romanos, ob triumphum de Salentinis partum à L. Julio Libo. Ita Maſculus, fol. 11.

Numer. 24.

147 Cum ſimus in die 24. anni, de hoc numero *vigeſimoquarto* notum quòd myſticè denotat legis plenitudinem, collegium Doctorum vtriuſque teſtamenti; ſacrum cœtum ſervientium Deo; cognitionem perfectam ſacræ paginæ; Regna mundi, Judices, libros Prophetarum, & legis, juxta numerum literarum Hebraici alphabeti. Quæ & plura alia de præfato num. 24. tradit Bungius à fol. 443. ad 449.

Bungius de hoc num.

Sementinæ. Feriæ.

148 Celebrabantur Romæ *Sementinæ Feriæ*, hoc die, quòd feſtum fuit inſtitutum à Magiſtratu, vel Sacerdotibus, in quo petebant & tempus aptum ſeminandi, & vt fruges grandeſcerent: quare indicebatur hoc feſtum fauſtu quodam ſementis omine, celebrabatur Paganalium ritu: nam ruſtici, ſolemni pompa circuibant, & ſacrificabant *Cereri*, & *Telluri* parentibus frugum far, & porcam prægnantem, orabant, ac in ipſorum ædibus ſacra ipſis dicabant ob felicitatem frugum. Aratra ſuſpendebant ad palum, & juvencos coronatos ad plenum præſepe cibabant.

Roſin. lib. 4. cap. 5. Roman. lib. 2. cap. 18. Hoſpinian. cit. fol. 59. Maſculus fo. 11.

Ritus.

Ceres.

149 Fuit *Ceres* (cui feſtum hoc die dicabant) à Gentilibus putata *Rhea*, & *Tellus*, ac mater Jovis, culta vt Dea, dicta *Ceres* tamquam *Gerus*, à gerendis frugibus: nuncupata à Poetis filia Opis, & Saturni, & non ſolum à Romanis, ſed & à Græcis culta: eam appellaverunt *terræ matrem*, quia opinarunt cunctarum frugum creatricem, & altricem: quare & finxerunt Cererem primò inveniſſe vſum frumenti, docuiſſeque homines modum ſerendi, naſcendi, ſervandique. Hinc nuncupatam voluerunt à verbo Græco ſignificante *gaudium*. Dixeruntque Cererem dediſſe leges, quibus homines juſtè viverent: quare & appellarunt *Legiferam*, & *Almam* quaſi alentem, aliaque epithèta ipſi tribuerunt, vt marginati dicunt. Quam Cererem fabularunt Deam, ex quinta regione Cœli, (ait Gyraldus Synt. 1. fol. 17.) cui feſtum annuum dicabant Matronæ in menſe Aprili, die 12. Ad quod feſtum *per novem dies, nocteſque* ſe præparabant (vt ait Bungius cum Ovidio, cujus verſus adduco infra num. 541.) abſtinebant à libidine, & ſe à ſceleribus *expiabant*. Vtriuſque ſexus concurrentes ad feſtum induebant *veſtes albas*, ac ita induti Sacerdotes mactabant *porcam*, ac *tædis lampadibuſque* accenſis agebant feſtum, dicabant *Spicas*, & ex eis *Coronas*, vel Deæ frugum. Virgines huic prophano ſacro aſſiſtentes portabant *calathos plenos florum* verè plenos *ſpicarum* in æſtate, ipſæque virgines, vti alii, indutæ veſtibus albis, quod ex Ovidio, & aliis marginati tradunt. Vnde dicta Gentilium præparatio fuit à die 3. vſque ad 11. Aprilis inclusivè.

Roſin. lib. 2. cap. 11.

Ovid. lib. 14. Metam. Bungius de n. 9. fol. 351. Cartario à fol. 154.

Ritus.

Pingebant Cererem Matronam *ſedentem* in curru, ducto à duobus ſerpentibus, redimitam *Corona ſpicarum*, gerentem manu dextera *facem*, ſiniſtra *faſciculum* papaveris, fertilitatis emblema.

Picturæ. 1.

Cartar. fol. 152. Gyrald. ſyntag. 14.

Secundò pingebatur cum *calatho ſeminum*, aſſiſtentibus agricolis, tribuentibus Cereri *fructus* arborum, *favos*, lanam, & alia hujuſmodi, oleo conſperſa.

2.

Tertiò effingebant ipſam, ſimulacro *ligneo*, ſedenti lapide, *capite* equino, cætera hujuſmodi ſimulacri ſimilia mulieri, *veſtis* ad pedes demiſſa, tenentem manu dextera *Delphinum*, ſiniſtra *Columbam*, & in capite imagines Draconum, & aliarum ferarum. Quod ſimulacrum, ſeu potius monſtrum fabularunt non fuiſſe igni obnoxium.

3.

150 Hoc die agebant Gentiles Sementinum feſtum Cereri dicatum. At ſcitè ſapientes Chriſtiani dixerunt Martyrum ſanguinem ſementem eſſe Chriſtianorum. Hujus ſementis, ſuo ſanguine propagatores plures, hoc die, occurrunt, vt *Timotheus*, *Babylas*, *Vrbanus* puer, cum pueris ſociis lauream ferentes, de Tyrannis triumphantes, vti & fecère *Eugenius*, ac inter alios parem lauream martyrii conſequentes, *Felicianus*; quibus aſſociatur ad coronam gloriæ mirificus propagator fidei *Zama* confeſſor Bononienſis præſul. Quòd ſi Gentiles in ſuis ſementinis feriis dicabant calathos plenos florum, & ſpicarum, ac Coronas: vertendo prophana ad ſacra hodiernos Sanctos encomia *Flores* virtutum, *Spicas* plenas meritorum, *coronatos* gloria.

Martyrol. Rom.

Thema. 1.

Gyrald. ſyntag. 14. à fol. 358.

Secun-

Digitized by Google

2. Secundò, si Cereri tribuebant *facem, faciculum* papaveris, & *coronam* spicarum, & vertendo hæc ad sacra, hodiernos encomia Sanctos per *Facem* doctrinæ, *Fasciculum* fructuum, *Coronam* meritorum gloriæ.

Angl. lib. 17. cap. 128. Tertiò: quia si Cereri tribuebant fasciculum papaveris, quæ herba, (Anglico teste) est in triplici specie, & hæ species agnoscuntur per flores *albos, roseos*, & *purpureos*, & hæc verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Albos* puritate, & doctrina; *Roseos* charitate, & fortitudine; *Purpureos* martyrio. Vide infra num. 963.

3.

Angl. lib. 17. cap. 156. Quartò, si calathum seminum tribuebant Cereri, & semen mortuum in terra, erumpit ex se producens *frondem, florem*, & culmũ, & verte ad sementem, (martyrum sanguinem) eos encomiando per *Frondem* virtutum, & patrocinii: *florem* doctrinæ, & exemplorũ: *Culmum* meritorum, & gloriæ.

4.

Gem. lib. 7. cap. 35. Mundus Symb. Angl. lib. 17. cap. 156. Quintò, si spicas tribuebant Cereri, & hæc verte ad sacra. Enim spicæ, & virtutes, & Sanctos adumbrant. Sunt enim spicæ *rotundæ, aculeæ*, aristis *oneratæ, altæ*, & *latæ*, vt Anglicus observat. Quare hodiernos Sanctos mysticas spicas encomia: *Rotundos* paupertate spiritus. Aculeos contra Christi inimicõs: *Oneratos* laboribus: Altos meritis: *Latos* patrocinio.

5.

DIES XXV.

A.D. 25. 151 Hic dies, qui 8. Kal. Februarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies *Ægipciacus*, & in fastus apud Ægiptios. Ita cum S. Augustino Masculus in Fastis fol. 11. Ægiptii enim singulis mensibus duos innominales dies habebant, eos à Civitate summi Imperatoris ablegantes stellarum positum observabant, & infaustos vitabant.

Plutarch. Beyerlinc hoc die. Masculus fol. 11. Dies dicatus Athenis *Theseo*, cui sacra fiebant. Hic ille Theseus, qui penè adolescens à patre veneno interiit: postea fabulatus evectus ad regnum tot, ac tam digna gessit, vt inter plures Hercules vnus commemoretur domitor tauri, minotauri, & centaurorum. Ita marginati.

Mementina Feria. *Sementinæ* feriæ, de quibus die præcedenti, ad hunc diem referuntur à Rosino lib. 4. cum Ovidio, & Varrone.

Ambarvala festum. Per hoc tempus fiebat *Festum Ambarvale*, & *Ambarvales hostiæ*: quæ putabantur esse lustrationes, & purgationes arũrum, vt fertilitas esset. Quod festum fiebat eo ritu, vt circuirent *arva* & *campos* ter; querqueis ramis coronati, laudes canentes *Cereri*, cui sacrificabant *suem, ovem*, & *taurum*. Ita Hospinianus de Festis fol. mihi. 59. Sacra dicabant *Dianæ* ad placandos Manes. Ita Lazius lib. 11. cap 3.

Diana.

Numerus 25. 152 Cum simus in die 25. anni, de hoc numero noto: quòd Magi Sophistæ *vigesimum quintum* numerum *dicarunt Marti*. Est numerus natalis mundi conditi die 25. vt cum Nicephoro, & aliis Bungius, addens plura: vt quòd pertineat ad Christi *Incarnationem*, Nativitatem, & mortem, quæ etsi diversis mensibus, omnia contigerunt die 25. ad exteriores sensus refertur: apostatas à fide designat: deditos rebus creatis, & caducis notat: obdurationem pravorum in malitia indicat. Ita Bungius, & alii.

Bungius de n. 9. & 25. fol. 345. & à 449.

Theseus. 153 *Theseo* hoc die dicabant Sacra, de quo plura Veteres dixerunt; vt quòd dicavit crines *Apollini Delphico*, quòd per filum ab *Ariadna* misso triumphavit de laberinto, occidit Minotaurum, & alia. Ponitur à Mundo Symbolico Theseus pro emblemate *Amicitiæ*, & *Prudentiæ*, & (cum filo in laberinto) *Rosarii*. Habuerunt Athenienses navem celebrem vocatam *salutis indicium*, ea erat, qua Theseus in Insulam Delphos navigaverat, & dum navis hæc quotannis in præfatam insulam ibat; & revertebatur, eo tempore: *quia Theseus in ea navigaverat lege Athenienſium, ne quemquam publicè interficerent*, vt observat Aresius. De quo Theseo alia referam infra die 6. Martii num. 394.

Rosin. lib. 10. cap. 29. Mund. Symb. lib. 3. cap. 55. Aresi. de Trib. dist. 24. n. 20. Theatr. Deor. lib. 4. cap. 21.

Martyrol. Rom. Mascul. fol. 11. & 12. 154 Quamquam hic dies Gentilibus Ægyptiis, & Infaustus. At apud nos faustus ob memoriam hodiernorum Sanctorum, vti fuère *Iuventinus*, & *Maximus*, quorum robore Iuliani Cæsaris fracta est audacia, atque perfidia: consequuntur etiam *Projectus*, & *Marinus*, quibus ad eandem lauream martyrii associantur *Donatus*, *Sabinus*, & alii. At etsi nobis ob horum memoriam faustus est dies præsens, sed faustior ob memoriam *Pauli*, qui etsi adolescens penè periit paternis ritibus, admirabili modo, hoc die, ad Christum conversus, & constitutus (etiam cum Petro religionis princeps) vas electonis, & impietatem, & omnia antiquæ superstitionis monstra delevit. Fuit igitur *vas electionis*, & quidem vas *Altum* per contemptum temporalis substantiæ: *Clarum* & *Lucidum* per donum sapientiæ;

Thema 1.

Digitized by Google

S. Bonav. ſer. 2. Conv. S. Pauli, & 3. poſt Epiph.

pientiæ: *Solidum* per donum patientiæ, vt S. Bonaventura obſervat.

Tres mirabiles converſiones ſunt congderandæ (ipſo D. Seraphico teſte ſer. 3. Dom. 1. poſt Epiphaniam.) Prima *lapis in* aquam, juxta illud Pſalmi: *Qui convertis petram in ſtagna.* Secunda, *aqua in vinum*, vt contigit in cana Galilææ, Ioan. 2. Tertia, *vini* in ſanguinem, vt fecit in nocte cœnæ: *Hic eſt*

2. *ſanguis meus.* Hæ tres mirabiles converſiones ſpiritualiter effulſerunt in converſione Pauli. Prima: *Lapis in aquam*: quia induratum cor, in aquam Lachrymarum eſt verſum. Secunda: *aqua in vinum*, dum contritio in dilectionem, lachrymæ timoris, in lachrymas amoris mutantur. Tertia: *vinum in ſanguinem*, dum Dei dilectio veram animæ vitam in Chriſto operatur: per quas converſiones habes Thema pro hac Pauli mirabili converſione.

3. Tandem, cum *ſementinæ ſeriæ* hoc die (juxta aliquos) agerentur, Themata præcedentis diei, hodiernis Sanctis addapta, vt ibi dixi.

DIES XXVI.

A.D. 26. 155 Hic dies, qui & 7. Kal. Februarii *Comitialis* quoque notatur in Kal. Maffeiano.

Quo die *Caſtori*, & *Polluci* Romæ dicatum templum ad ſtagnum Iuturnæ: quare ipſis actum feſtum non ſtatum, ſed inditum. Ita Beyerlinc in Theat. V.H. hoc die, & Roſinus lib. 4. cap. 4. quod feſtum alii referunt ad ſequentem diem.

Quo die *Terminalia* dicata Termino. Ita Lazius lib. 12. cap. 2. Alii referunt ad 20. diem Februarii, de quo feſto agam eo die.

Caſtor. Pollux. 156 *Caſtor*, & *Pollux* dicti fuerunt *Caſtores*, & Græcè *Dioſcuri*, filii Jovis, & Ledæ putati à Gentilibus, qui fabularunt Jovem in formam ſtellæ mutatum, Ledam vitiaſſe, & caſtorem, ac Pollucem genuiſſe; qui fratres, ita amore mutuo complexi feruntur, vt vita interſe diviſa viciſſim viverent, atque morerentur: ob quod putarunt tranſlatos in cœlum effeciſſe ſignum *Geminos* vocatum. Hi fuerunt vocati *Decaſtores*, *Caſtores*, *Anachæ*, & *Anaces*, vnus equorum *Domitor*, alter *Pugillator*, vel quòd tempeſtates depellerent, vel quod benignè efficerint Athenienſibus, vel quod crederentur ſervare navigantes; ſtellæ ipſæ apparentes: quare à Gentilibus creditis *Numina ſalutaria* nautis. Græci dicarint ipſis celebritatem *Depulſoriam* appellatam vt omnia cum aliis marginati tradunt; quemadmodum & expeditiſſimos extitiſſe in *arte militari*, in expugnatione *vellocinii aurei*, inventoreſque arcuum, & ſagittarum. Quare & fabularunt, quòd orta tempeſtate magna, hortatu Orphæi, nautæ ipſos invocarunt; qui & ſuccurrerunt apparentes cum duabus ſtellis ſuper capita eorum, ſedantes tempeſtatem, reddentes tranquilitatem. Amplius fabulatunt *Caſtorem* præeſſe inferis, Pollucem ſuperis, & è contra. Ait S. Lucas: *Poſt menſes autem tres navigamus in navi Alexandrina, quæ in Inſula hiemaverat, cui erat inſigne Caſtorum*, ideſt caſtoris, & Pollucis; quos Geminos conſtituunt Aſtrologi pro ſigno cœleſti, quod ſol ingreditur 16. Kal. Junii, quem menſem Dioſcorum nominat Machabæorum hiſtoria lib. 2. c. 11. verſ. 21. Dii enim iſti, ſive picti ſive aliter ficti, in prora puppique erant, ſed hoc diſcrimine (vt Cœleſtinus à Monte Marſano obſervat) quod in prora pictura navis erat inſigne *Caſtoris*; & *Pollucis*; in puppi vero tutor, ſeu Deus Tutellaris; Hæc Marſanus, ſed vide B. Max. ad eum locum Actorum. Alia addam die ſequenti, & die 15. Julii.

Actor. 28. v. 11. B. Max. hic. Cœleſt. Marſ. Tract. 7. cap. 29 fol. 276.

Primò effingebantur *Caſtor*, & *Pollux*, ex Giraldo, *Viri* fratres, *Robuſti*, *Formoſi* habentes in capite *Pileum*, & ſuper caput geſtantes *Flammam* ignean, vel *ſtellas*.

Pictura. 1. Gyrald. Synt. 5. fol. 161.

Secundò ſpartiatæ horum ſimulacra effingebant ſic: *duo ligna parallela duobus obliquis conjugata*; idque putabant eſſe fraterno amori Deorum ſimulacrum proprium.

2. Cartarius à fol. 125.

Tertiò pingebantur *Adoleſcentes*, genas habentes imberbes, *Formoſi* albis tunicis, *Geſtantes* purpureas lanceas, *Inuehentes* equis albis, & pulcherrimis, *Egregii* forma; ſtatura procera, ac juxta Cartarium, *Induti* purpureis veſtimentis: qua forma fabularunt de improviſo apparuiſſe, adjuvaſſeque invocantes eos. Vide infra dicenda num. 988.

3.

Martyr. Rom. 157 Vetuſtatis gloria vniverſa hujus diei obruitur *Polycarpo*, inter flammas innoxio illuſtri, cum traditus igni minimè læderetur ab eo: cui ad eamdem martyrii lauream aſſociantur plures cum *Theogene* præſule: ac ad coronam gloriæ matronæ duæ *Paulæ*, & *Bathildis*, illa Romana nobiliſſima, hæc francorum Regina. Quòd ſi *Geminorum* ſignum vocatur *aureum*, cum tribus faciebus: 1. *Jovis*, cujus caput cum aurata

Angl. lib. 8. cap. 12. Cartarius fol. 8y

Gyraldus Synt. 5. fol. 160. Roſin. lib. 2. cap. 17. Cartar. à fol. 125. Theat. Deorum lib. 2. cap. 18. Anglicus lib. 8. cap. 12.

Digitized by Google

rata coma *Cælum*, ex Orpheo apud Cartarium : 2. facies *Martis* : & 3. *Solis*. Verte prophana ad sacra, & per præfatas tres Facies signi Gemini hodiernos Sanctos encomia ; per 1. faciem *Potentes* potentia à Christo accepta ad vincendos inimicos : per 2. *Martiales* Christi virtute, fortitudine, constantia : per 3. *Soles* puritate, fulgore, beneficentia, & patrocinio.

Angel. lib. 8. cap. 12.

Cartarius fol. 89.

Thema. 1.

2. Secundò, & ex 1. pictura Castorum christianizata, & ad hodiernos cœlicolas versa, eos encomia ; *Formosos* puritate : *Robustos* virtute : *Flammeos* amore in Deum, & proximos : *Stellatos* fulgore. Quibus faciliter alia vertere, & adaptare poteris.

DIES XXVII.

A.D. 27.

158 Hic dies, qui & 6. Kal. Februarii, *Comitialis*, ex Kal. Maffeiano.

Quo die, Festum dedicationis Templi *Castoris*, & *Pollucis*. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 609. Hospinianus cit. fol. 59. & Ovidius 1. Fast. de hoc festo inquiens.

Atque ventura præcedit sexta Kalendas
Hæc sunt Tædeis templa dicata Deis
Fratribus illa dies, fratribus de gente Deorum.
Circa Iuturnæ composuère lacus.

Charistia. Hoc die *Charistia*, ita Lazius, alii referunt ad diem 19. Februarii.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus*, ex dictis supra num. 49. Quo sacrabant *Belo*, & *Igne*, ex dicendis remissivè die 15. Februarii.

Castor, & Polux. Rosin. lib. 4. cap. 5. & lib. 2. cap. 17. Livius lib. 2. Masculus fol. 12. Fuit hoc die templum dicatum *Castori*, & *Polluci*, in quorum tutela Roma putabatur esse. Voverat, & extruxerat illud templum bello Latino A. Posthumius Dictator, ea de causa, quod cum interse concurrerent acies apparuerunt duo juvenes primæ legionis, præstantiore statura, & forma (vt solent Dœmones variis spectris apparère, & illudere) præcedere Romanum equitatum, adversariumque hastis ferire, & in fugam cogere. Qui rursus post fusos, fugatosque Latinos, & castra eorum capta, obtuleruntse videndos in foro Romano, eodem militari cultu, ac specie, quam habuerunt in pugna, equis sudore madefactis. Interrogatos autem, quid novi ab exercitu afferrent? Responderunt, se nuntios esse victoriæ partæ : tunc ex oculis evanuerunt, nec, quæsiti ab Vrbis Præfecto, comparuerunt. Putati sunt *Castores*, ideoque eis extructum templum in foro Romano, vbi eorum imagines visæ fuerunt, cui templo, & erat *vicinus fons* dictus *Sacer*. De Castore, & Polluce vide dicta præcedenti die.

159 Sumus in die 27. anni : quare de numero *vigesimo septimo* noto, quod hic numerus est *cubus*, & *solidus*, ac trina dimensione ad similitudinem corporis extenditur. Quo numero Pythagorici *tonum* notabant, ipsumque numerum appellaverunt *Trigonum*. Ter enim tria conficiunt novem, & ter novem viginti septem ; designat soliditatem Ecclesiæ, nosque ad omne opus bonum paratos per *Trinitatem*, in *memoria* qua Deum recolimus ; in *intellectu*, quo cognoscimus ; in *voluntate* qua diligimus. Hæc Bungius qui plura de hoc numero agregat à fol. 458.

Numerus 27.

Bung. de num. fol. 247. & 399. ac 461.

160 At hic dies, quo veterum Romanorum prophana religio delirabat in suos fabulosos patronos Castorem, & Pollucem ; novæ Romæ vera religio versatur in honorem, & tutelam *Chrysostomi*, (jure oris aurei nuncupati) præsulis præclarissimi. Cum *Ioanne Chrysostomo* venerantur hoc die *Vitalianus* Papa, *Maurus* Abbas, *Iuliani* duo, alter præsul, alter martyr inclytus, cujus in passione corruit templum Idolorum : cum iis, & aliis plaudunt victorias laureati martyres, inter quos *Vincentius* cum aliis supra viginti. Quibus adapta Themata præcedentis diei.

Martyrol. Rom.

Thema. 1.

Si vetus Roma delirabat sub tutela *Castoris*, & *Pollucis*, & hæc vertamus ad sacra. Sunt duo sydera *Castor*, & *Pollux* vocata, constituentia, juxta Astrologos signum *aureum* cœleste vocatum *Geminis*, adumbrantia *virtutem*, *auxilium*, *adjutorium* ; protectionem, *Sanctos Patronos*, & *Spiritum Sanctum*, vt Mundus Symbolicus observat. Quare si signũ *Geminis* est *aëreum*, *masculinum*, *mediocre*, & *diurnum*, & vocatur Geminis : quia Sole existente in illa parte Cœli : *virtus ad fœcundanda inferiora geminatur*, teste Anglico. Hinc merito *aureum* nuncupandum hoc signum, & ad *Aureum Chrysostomum* vertendum, eum encomiando aureum *Virtute*, *Eloquentia*, *Charitate*, *Adjutorio*.

Mund. Symb. lib. 1. cap. 12.

Anglic. lib. 8. cap. 12.

2.

Insuper *Masculinum* virtute, & constantia : *Mediocre* prudentia : *Diurnum* claritate, & doctrina : *Aëreum* puritate vitæ, habitaculoque Spiritus Sancti.

3.

Digitized by Google

A.D. 28.

DIES XXVIII.

161 Hic dies, qui & 5. Kal. Februarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Festa Equiria in campo Martio. Ita Kal. & Beyerline cum eo, hoc die: quòd ad diem 29. sequentem referunt alii.

Quo die sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine: *Igni*, ex dicendis die 9. Februarii: *Laribus*, ex citandis die 1. Maii: *Belo*, ex narrandis die 16. Decembris.

Numer. 28. 162 Cum simus in die 28. anni, de numero *Vigesimo octavo* noto: quòd hic numerus trigonus, virtutis, perfectionis, ac totius harmoniæ symbolum dicitur. Est numerus compositus ex quatuor septem, & bis quatuor decim, ac ex partibus 14.7.4.2. & 1. quæ junctæ efficiunt 28. Competitque juxta Pythagoricos hic numerus *Lunæ*: quoniam *Luna* 28. *habet Mansiones insignes, & quatuor facies.* Hoc igitur numero significatur plena perfectio, non solum eo quod partibus suis consistat, verum magis propter sacramentum septiformis gratiæ, & Evangelicæ doctrinæ. Nam septenario quater ducto, in hanc perfectionis summam exerescit. Cumque *septem* ad Spiritum Sanctum, *quatuor* verò pertineant ad Evangelium: quia propter septiformem gratiam Spiritus Sancti prædicatur Evangelium per quatuor plagas Mundi. Præterea si ab *uno* usque ad *septem* omnes in ordine numeros pleno ordine numeraveris, vt 1.2.3.4.5.6.7. Viginti octo complebis. Quo numero continetur longitudo cortinarum tabernaculi: quia fides Sanctorum, & patientia distincta varietate virtutum expectant ad quietis æternæ beatitudinem, non ad gloriam favoris humani. Hinc Psalmus 28. scribitur *de consummatione tabernaculi*, qui cantatur de perfectione Ecclesiæ; vnde dicitur: *Adorate Dominum in atrio Sancto ejus, &c.* & *in templo ejus omnes dicent gloriam*: quia Ecclesiæ peregrinantis perfectio est, vt per fidem, & opera bona ad requiem tendat. Quæ omnia Bungius marginatus observat. Notionem Mansionis 28. ad hunc numerum refero, cum S. Hieronymo, à num. 1095. ad num. 1099. vt in 1. Tomo.

Bung. de hoc num. fol. 464. ad 473.

Exod. 26. & 36. Beda. ibidem.

Equiria. 163 Fuerunt *Equiria* festa sacra, & Ludi equorum in campo Martio celebrata, à Romulo in honorem *Martis* instituta, & à cursu equorum hæc sacra *Equiria* vocata, vt, ex Varrone, ait Gyraldus. Fuerunt, & alia Equiria in Martio, & in Aprile. Hæc Equiria celebrabantur incitatis ad cursum equis in campo Martio, juxta Tiberim, nisi Tiber inundasset. Tum enim in montem Cœlium translata: vnde in eo monte locus erat nuncupatus *Campus Martialis*, in quo *Equiria* solebant fieri, quando aquæ Tiberis Campum Martium occupabant. Et vt advertit Cartarius equum illum qui in cursu victor extitisset, Romani sacrificabant *Marti*. Vide infra die 14. Martii, num. 425.

Gyraldus Synt. 17. fol. 416. Rosin. lib. 2. cap. 7.

Cartar. fol. 273.

164 Martem finxerunt natum ex Jove, & Junone, quem alii dixerunt solius Junonis filium, quæ cum inter vireta vagaretur, ex contactu, & olfatu florum cum conceperit. Hunc Romani summo, honore venerati fuerunt, quòd existimavere fuisse Romuli parentem. *Martem*, sic dictum quòd magna vertat, maribus in bello præsit, vel à tollendo, interficiendo, imperando, sivè à vibratione hastæ.

Mars. Rosin. lib. 2. cap. 10. Gyrald. Synt. 10. à fol. 270.

Mars variè effingebatur à Gentilibus: *Ferox* aspectu truci: *Armatus* gestans manu dextera *hastam*, & *flagellum*, sinistra *clypeum*.

Picturæ. 1. Gyraldus cit. Cartario à fol. 264.

Secundo affingebatur, interdum *Sedens equo*. Interdum ductus *curru* à duobus equis, quorum vnus appellabatur *Terror*, alter *Timor*, & ante currum *Famam* alatam aspectu terribilem, aliique nigris. 2.

3.

Amplius, Hispani Gentiles simulacrum *Martis* pingebant *Ornatum radiis*, quem Martem celebrabant (teste Gyraldo) maxima, prophanaque religione. 4.

Arabiæ Petræ incolæ Martis simulacrum sic effingebant: *Lapidem* nigrum: *quadratum*, *latum* duos pedes *altum* quatuor, nulla alia expressa figura. 5.

Tandem *virum, pectore nudo*, quo indicabant, quòd quisque in bello sine cordis formidine obiicere se debet. 6.

165 Arma tributa à Gentilibus *Marti* erant, *Galea* ardens cum fulmine affixo ei, *Thorax* aureatus, terribilibus monstris refertus, *Clypeus* fulgens, velut sanguinea luce, comitantibus, aut circunstantibus ipsi Marti *Ira*, & *Furore*. *Iræ* imaginem, aut simulacrum per *Versum* (Pierio teste) adumbrarunt antiqui, quòd id animal immodicis soleat animis excitari, & in omnem truculentiam efferri. *Furor* à Veteribus pingebatur *Vultu terribili*, ac sanguine conspersus, qui supra thoraces, clypeos, galeas, gladios, aliaque arma sedens fre-

Arma. Statius lib. 7. Cartarius cit. Ovidius. Virgil. lib. 7. Æneid. Pier. Val. lib. 11. cap. 47.

Pictura. Iræ. Furoris.

Digitized by Google

freinat, revinctus post terga catenis. Ita Virgilius.

Ritus. *Marti* Gentiles immolabant *Equum*, *Lupum*, & *Gallum*, hoc ritu. Victima prioribus pedibus vincta, & in medio posita, à Sacerdote in capite cæsa, & cæsione humi procumbente, ipse Sacerdos nomen *Martis* invocabat, vt eam immolaret, & laqueo ejus collo injecto, baculoque torto eam immolabat, & nudatam pelle, in fruſtra concisſam, igni, ex ossibus ejus incenso, subjiciebat. Carnes autem, vel in lebètes, vel in bullas immolatæ ventriculum conjiciebat. Itaque eadem victima, ex se, in se ipsa coquebatur: quo peracto Sacerdos *Marti* sacrificium offerebat. Hæc, & alia cæca Gentilitas de suo *Marte*.

Cartarius à fol. 166.

166 Quæ omnia obruuntur veris militibus Christi, qui in stadio virtutis belligeratunt pro Christo, vicerunt Tyrannos, fuerunt consequuti palmam glorioso martyrio: vti fuère, hoc die, *Flavianus* de Diocletiano tyranno triumphans, & *Callinicus* cum sociis de Decio: quibus ad triumphum, & palmam in Thebaide partum, cum sobiis associatur *Leonidis*, & plurimi *Alexandrini Martyres*. Cum quibus Cœlitibus associantur *Valerius* Cæsaugustanus præsul, & *Iacobus* eremita clarus miraculis. Pro iis igitur hodiernis Sanctis veris Christi militibus Christianiza, & verte 1. Martis picturam, eos encomiando *Armatos* virtute: *Feroces* potentia in Dæmones: *Gestantes hastam* amoris in Deum, & proximos: *Flagellum* pœnitentiæ: *Clypeum* protectionis in suos veros devotos.

Martyr. Rom.

Thema. 1.

Secundò si Marti tribuebant arma *Galeam* scilicet, *Thoracem*, & *Clypeum*; & hæc vertendo ad sacra dabo inde aliud Thema die 14. Martii, num. 426. hodiernis Sanctis accomodandum.

2.

Tertiò iisdem Sanctis accommodare poteris Themata sequenti die adducenda.

3.

DIES XXIX.

A.D. 29.

167 Hic dies, qui & 4. Kal. Februarii, Faustus ex Kal. Maffeiano.

Dies item *Ater Romanis* olim, ex Macrobio, ex dictis num. 49. die 25.

Olim apud ipsos Romanos *Creatio Regum*, ex Vet. quodam Kal. Rom.

Ludi. *Ludi Natalitii* Constantini Magni. Ita, Lazius lib. 10. cap. 15. an hic Junior sit nec ne? Alii judicent.

Item *Equiria festa* dicata *Marti* ad hunc diem referunt Gyraldus de Mensibus fol. mihi 609. Rosinus cum Vet. Kal. lib. 4. cap. 4. & Masculus in Fastis hoc die fol. 13. Quamquam alii ad præcedentem diem referant, vti ibi dixi.

Tandem *Festum Pacis* refert Rosinus citatus ad hunc diem. Quod festum ad diem 31. hujus refert Roman, & alii ad 30. vt iis diebus dicam.

Pacis. Festum.

Celebrabantur Romæ *Ludi* ob natalem *Constantini Magni*, & *Iunioris*. Ita Rosin. lib. 5. cap. 22.

168 Dixi præcedenti die, quòd Equiria celebrantur in campo Martio incitatis ad cursum equis, quo in cursu spectabatur equorum *indoles*, generositas *celeritas*. At excurrerunt majore cum laude plures è nostris in stadio virtutis, inter quos admirationi fuerunt *Maurus*, & *Papias*, qui in lapidibus, fustibus, & plumbatis generosè certarunt, donec assequuti sunt palmam, cui generosæ indoli adjunguntur *Sabellius*, *Sabinianus*, & alii, cum *Constantio* re, & nomine, & *Aquilino*, qui cum relatis præpetè volatus ad martyrii lauream. Quibus ad Coronam gloriæ associantur *Valerius*, & *Sulpicius Severus* præsules illustres, ille Petri Apostoli, iste S. Martini discipulus. Quòd si generositas equorum dignoscitur (ex S. Isidoro, & Anglico cum eo) quia generosi *Exultant* in campis, *Odorantur* bellum, *Excitantur* sono tubæ ad prælium, *Provocantur* voce ad cursum, *Gaudent* victoria; & hæc verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando generosos quadrigas Christi: *Exultantes* in campis, & palestris virtutum: *Odorantes* bellum cognitione, præparatione, & munimine: *Excitatos*, & *Provocatos* ad cursum voce inspirationis: *Gaudentes* in Christo, victoria.

Martyr. Rom.

S. Isid. lib. 12. Anglic. lib. 18. cap 38.

Thema. 1.

169 Curru Solis, ab Antiquis dicata erat quadriga quatuor equorum, horum nomina erant, *Æthæon*, ideſt, *Lucidus*: *Lampus*, ideſt, Ardens: *Erythreus*, qui Latinè dicitur *Rubens*: *Philogæus*, ideſt Græcè, *Amans terram*. Per quæ nomina equorum Solis, hodiernos encomia Cœlites: *Æthæones* luciditate virtutum: *Lampos* charitate ardentes: *Erythreos*, aut martyrio, aut flagranti dilectione: *Philogæos* patrocinio, amore, & benificentia, in suos verè devotos.

Ovid. 2. Metam. Bung. de num. 4. fol. 218.

2.

DIES XXX.

A.D. 30.

170 Hic dies, qui & 3. Kal. Februarii *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies

Dies ſacratus *Defunctis*, vti & dies 30 cujuſvis menſis, ex Suida, & Bungio, vti cum ipſis dixi ſupra num 49.

Pacis celebritas Romæ. Ita Ovidius 1. Faſtorum. Gyraldus de Menſibus fol.609. Hoſpinianus de Feſtis fol. 59. Maſculus in Faſtis fol.13. & alii, quamquam Roman hoc feſtum referat ad ſequentem diem. Audi verſus Ovidii.

Ipſum nos carmen deduxit Pacis ad aras,
Hæc erit à menſis fine, ſecunda dies, &c.

Dies 30. cujuſvis menſis Græca juventus ſe exercebat in *Ludis Olympicis*, idque *per quinque dierum ſpatio, curſu, ſaltu, & diſco.* Eſtque *Diſcus* quædam moles rotunda *ſaxea, plumbea,* vel *ferrea,* cujus jactu interſe certabant, victoreſque evadebant, qui altius in ſublime, aut longius in tractu projeciſſent; idque in paleſtra decenti motu, geſtu, agitatione: quæ feriæ durabant quinque dierum ſpatio, & victor coronabatur *oleaſtro,* & *olea,* & tanto honore dignus putabatur, vt in patria veheretur ſublimi curru, & non per portas, ſed per murorum ruinas opere factas ingrederetur. Quòd & fiebat decenis diebus, eodem ſpatio quinque dierum, vt dixi die 10. hujus menſis. Quare hoc feſtum agebatur ab hoc die, vſque ad 3. diem Februarii incluſive. Ita Cæſar Calà de Feriis quæſt. 1. à num. 46. fol. mihi 20. Vide infra num. 1059.

Triumphus. Quo die L. Cornelius Silla Dictator, ex Græcia, Aſia, Ponto, & Rege Mitridate *per biduum* Romæ *triumphum* egit, anno Vrbis 672. Beyerlinc in Theatro Vitæ Humanæ hoc die. Quo *Ludi Apollinares*, ex Lazio lib. 10. cap. 8. *Ludi.*

Numer. 30. 171 Sumus in die 30. anni: quare de numero *Tricenario* noto, quod hunc numerum deſignarunt Ægyptii, *indice & pollice adapertis*, ita tamen *vt vterque quodammodo coiret blando ad oſculum, vngues.* Qui numerus eſt nuptiarum hieroglyphicum, per quem Ægyptii maritalem copulam deſignabant (Pierio teſte.) Quo & numero deſignatur Deus vnus in eſſentia, *Trinus* in perſonis: quia cum *ter* contineat *decem* notat tres in Deo perſonas ſibi per omnia coæquales: quare eſt hic numerus Divinæ Trinitatis effigies. Amplius hoc numero deſignatur integritas fidei cum perfectione boni operis, ſine qua fides mortua eſt. Deſignat & triplicem *Spem* de *venia*, de *gratia*, & de *gloria*: ſpectat ad Evangelium, & ad ſtudium bonæ operationis pertinet. Fuit ab Antiquis ſacratus luctui, & à Pythagoræis litera M. ſignificatus, vt Bungius cum aliis omnia obſervat.

Pier. Val. lib. 37. cap. 35. & 36. S. Hieron. in Matth. Bung. de num. 30. & de 3. A.

172 Dixi num. 70. diem trigeſimum, à Gentilibus, ſacratum fuiſſe defunctis. Docent Suidas, & Plutarchus fuiſſe, apud Argiuos inſtitutum, vt ſtatim ab obitu ſuorum defunctorum *Apollini ſacra facerent. Trigeſimo poſt die Mercurio*, putantes animas ſuſcipi ab ipſo Mercurio, quem & *Cyllenium* appellarunt, vt tradit Lorinus, qui cum Livio addit, fuiſſe decretum Senatus, ne Matronæ luctum extenderent vltra 30. diem.

Pro Defunctis ſacra. Suidas. Plutarchus. Bung. de num. 30. fol. 483. Lorin. in Num. 20. v. 30. Livius. lib. 34.

173 Ritus à Gentilibus in funeribus ſervatus, talis erat: Corpus mortuum ablutum candida veſte induebant, vngebant aromis, coronabant, & ad januam domus deponebant, eo modo vt facie, pedibuſque ſpectaret foras. Mortuorum domibus apponebant *cupreſſum* arborem funebrem, dicatam *Diti, Plutoni*, aut *Orco*, cui corporum mortuorum tribuebant imperium. Ita per *ſeptem dies* in ædibus mortui cadaver ſervabant, & *die octavo* ad ſolemne funus, ſolemneſque exequias populus evocabatur per præconem. Poſtquam populus conveniſſet, *lecto conſtrato purpura*, aut *linteis ſplendentibus*, & in eo collocato corpore defuncti. Tibicen næniam funebrem, laudeſque defuncti, & facta recenſens, ſtans canebat, & præcedebat pompam. Sequebantur *Tibicines decem* canendo cantu lugubri. Poſt portabant in oblongis perticis, ſivè haſtis inſignia honorum defuncti, vt *arma, coronas, vexilla, &c.* Si defunctus libertatem donaverat ſeruis, hi ſequebantur lachrymantes, pileati, & lana alba capitibus velati, ac nonnumquam raſis capitibus. Hos ſequebantur filii, & filiæ defuncti, propinqui, & amici, lugentium habitu, capillo demiſſo. Ac filii velatis, filiæ autem nudis capitibus, ſparſiſque crinibus incedebant. Aliquando in luctu mulieres albas geſtabant veſtes: tum & aliquando extraneæ conducebantur ad lamentandum mortuum, quæ cæteris darent plangendi modum. Si illuſtris erat defunctus comitabantur viri illuſtres, & Magiſtratus. Poſt, defunctus offerebatur in lecto *ornatus floribus, delibutus vnguentis* odoriferis, *circundatus purpura, accenſis facibus*, idque nocte (enim non fiebant funera die.) Sicque defunctus primo ferebatur ad forum, & circunſtante

Ritus. Roſin. lib. 5. cap. 39. Agellius lib 20. cap. 2. Plut. in quæſt. Rom. quæſt. 14. Roman. lib. 13. à cap. 13. ad 16.

Digitized by Google

stante vniversa plebe, laudes, & gesta defuncti, quis stans prædicabat. Post eodem comitatu, & ordine, extra Civitatem pergebant ad locum vbi mortuus, vel sepeliendus, vel cremandus erat: enim aliquos sepeliebant mausoleis, alios cremabant *Lignis* aromaticis accensis: dumque corpus defuncti sepeliebatur circumstabant rogum, aut mausoleum, canendo laudes, gestaque defuncti. Plura alia vide in marginatis, præcipuè Rosino, & Roman. *Ternarium* numerum sacrabant *funeribus*: quia *Ter clarum* inclamabant defunctum; vt cum pluribus Bungius observat. Vnde ad sacra vertendo prophana *Ter clari* laudandi sunt, qui in Christo, & vixerunt, & obierunt, vt claros *Vita*, *Merito*, *Gloria*. Vide dicenda die 27. Novembris.

Bung. de n. 3. fol. 103. Thema. 1.

174 Inter Deos selectos, & præcipuos habuit cæca Gentilitas *Orcum* vocatum, & *Plutonem*, & *Ditem*, fratrem Jovis, & Neptuni, interquos imperium divisum fabulavit, *Iovi* tribuendo imperium astrorum, *Neptuno* maris, & *Orco* inferorum, hominumque mortuorum. De quo extat distichon.

Orcus. Pluto. Dis. Rosin. lib. 2. cap. 15. Cartar. fol. 187.

Iupiter astra, fretum Neptunus, tartara Pluto,
Regna paterna tenent tres, tria, quisque suum.

Orcus, seu *Orcum* genere neutro, sic fuit dictus *ab vrgendo*: nuncupatus *Plutus* à divitiis, quas Veteres solis terris deputari credebant: *Dis* appellatus, quòd omnis terra, vis, ac natura ipsi dicata putaretur. *Orco* tribuerunt *Furias*, de quibus egi num. 72. Ipsumque *Orcum Plutonem*, seu *Ditem* acceperunt pro *Sole* degente sub terris, cum hunc nostrum orbem non collustrat, vt Cartarius advertit. Vocatusque fuit *Orcus*, seu Pluto *Summanus*, quasi summus *Manium*, cui attribuebantur nocturna fulmina. Vide infra num. 1294.

Quadriga.

175 Veteres tribuerunt *Orco*, seu Plutoni quadrigas, quas equi quatuor atri, & naribus ignem spirantes trahunt. Hujus quadrigæ equos quatuor recenset Claudianus lib. 1. at Boccatius lib. 8. tres tantum nominat, currumque tres habère rotas dicit, id referens ad indicandam difficultatem, laborem, & pericula iis, qui divitias parant. *Orco Plutoni*, aut *Diti* sacra fiebant pro defunctis ad Solis occasum, aut ad Solis ortum, mactando *juvencos*, aut *pecudes* nigros, & steriles. eaque offerebant cum *vino*, *melle*, *lacte*, & *sanguine*, ritu lugubri, prophanaque multa, ac ridicula miscendo. De quo plura vide apud Gyraldum, & Roman. marginatos.

Sacra. Ritus. Gyrald. syntag. 17. à fol. 447. Roman. lib. 3. à cap. 13.

Orcum, seu *Plutonem* depinxerunt. *Obvolutum* tenebris, *indutum* galea, aut nebula, *sedentem* in throno, *gestantem* manu clavem, & aliquando sceptrum, *redimitum* Corona ex habeno, *habentem* ad pedes tres Coronas, & ante thronum cerberum, seu canem, cum tribus capitibus, ac in ipsis serpentes, &c. Quæ & alia de suo Orco fabularunt.

Pictura. Cartar. fol. 189.

176 Fuit & hoc die *Pax* Gentilium Dea, ab ipsis culta, & venerata: cui Romæ erexerunt magnificentissimum Templum proximum foro (quod Vespasianus, à Claudio inchoatum, construxit), ita pulcherrimum, & amplissimum, vt exteræ nationes ad illud visendum confluerent. Quo in Templo reposita fuerunt vasa, & ornamenta Templi Hierosolymitani, à Tito, & Vespasiano asportata, post victoriam partam de Judæis. Hoc Templum frequentabant ægroti, & in eo ad disputandum conveniebant omnium rationalium artium professores. Commodo imperante incendio consumptum hoc Templum *Pacis*.

Pax. Gyrald. synt. 1. fol. 33. Rosinus lib. 2. cap. 18. Cartario à fol. 209.

177 Ritus sacrificandi *Paci* erat sequens. Præparabant canistrum cum *hordeo*, *serto*, *culiro*, & *igne*. Præparabant & *agnam albam*. Tum Sacerdos, sumpto canistro circuibat aram, extinguebat faculam, mox preces ipsi Deæ effundebat sic. O! Gravissima Regina Dea, veneranda Pax, Domina chorum, Regina nuptiarum susipe sacrificium nostrum, &c. Addebant alia gentilicè, & irreligiosè. Post sacrificaturus victimam faciebat, ex *ove candida*, sed non ante conspectum Deæ: quia putabant eam non lætari cæde, nec ejus ara cruentabatur; sed seorsum jugulabatur, & pedes offerebantur, igniisque, ex scissis lignis, incendebatur: tum assabantur, cremabanturque viscera, & cætera, in Pacis honorem.

Ritus. Gyrald. synt. 17. fol. 463.

178 Effinxerunt Pacem: *Fœminam pulcherrimam* aspectu. *Cinctam*, *Gestantem* dextera puerum Plutum Deum divitiarum, sinistra *Spicas*, capite coronato *Lauro*, & aliquando *Oliva*, & *Rosis*, ad cujus pedes *Laurum*, & *Coronas*: Sociatam vero Venere, & Charito. Qua pictura adumbrabant plura bona, quæ ex pace sequuntur.

Picturæ. 1. Cartar. citat. Gyrald. synt. 4. fol. 257.

Secundo Pacem repræsentabant *Caduceo*. Erat Caduceus virga, ab aliis non differens, quam fabularunt Mercurium dono accepisse ab Apolline:

2. *Caduceus.*

quam

quam manu tenens Mercurius, videnſque duos ſerpentes interſe pugnantes, conjecta ea virga inter illos, eos reconciliavit. Qua ex fabula dixerunt, *Virgam*, ſeu *Caduceum* cum duobus anguibus complexis ſignificare *Pacem*, & *Concordiam*. Alia de Pace adducam die 30. Martii, num. 495.

Martyrol. Rom. 179 Hoc igitur die, quo in tantum deliravit Gentilitas, quam plures Sancti veniunt nobis venerandi, vt *Hypolitus* presbyter, qui aliquando ſequutus Novatum deſcivit à religione, ſed poſtea operante gratia Chriſti, correctus, ad vnitatem Eccleſiæ rediit, tam tenax ſervandæ fidei fuit, vt devoto capite fœdus ſanxerit cruore ſuo: cui ad eandem martyrii lauream cum ſociis, vltra centum viginti aſſociatur *Felicianus*, nec non & *Barſimæus* præſul, qui plurimos, quos convertit ad fidem, præmiſſit ad coronam, & eos ſuit ſecutus cum palma martyrii. His adunantur ad æternam felicitatem *Felix* Papa, *Aldegundis* virgo, aliique. Quòd ſi hic dies fuit, apud Veteres Triumphalis, pro iis veris triumphatoribus Chriſti, habes Themata hodiernis Sanctis adaptanda num. 134. & per claſſes triumphantium die 23. hujus menſis, n. 144.

Themata. 1.

2.

Inſuper ſi *Paci* tribuebant *Agnam albam*, & hæc ad ſacra vertendo, per *Agnam* dabo infra num. 588. & num. 1078. Themata accommodanda hodiernis cœlicolis.

3.

Deinde, ſi Pacem colebant *hordeo, cultro, igne*, & *ſerto*, & hæc ad ſacra vertendo, hodiernos Sanctos encomia per *Hordeum* pœnitentiæ, *Cultrum* doctrinæ, *Ignem* amoris, *ſertum* meritorum, gloriæ, & exultationis.

4.

Tandem, & per tres *Coronas Roſarum, Olivæ*, & *Lauri* alterum habes Thema ad hodiernos Sanctos encomiandos *Roſeos* virtute, & exemplo, *Oliveos* pietate, miſericordia, beneficentia. *Laureos* triumphis.

5.

DIES XXXI.

An. D. 31. 180 Hic dies, qui & Pridie Kal. Februarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies *Triumphalis* Romæ, anno Vrbis 672. ex dictis ſupra (cum Beyerline in Theatro V. H.) num. 170.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die præcedenti, num. 170.

Feſtum Pacis, ex Roman. lib. 2. cap. 18. quod feſtum, nos cum aliis ad diem præcedentem retulimus.

Dies ſacratus *Diis Penatibus*, qui *Patrii*, & *Vrbani* dicebantur, quibus Romæ fiebant ſacra. Ita Vet. Kal. Huberti Goltii, & alterum Kalendarium Fabricii, cum quibus Gyraldus de Menſibus fol. mihi 609. Hoſpinianus fol. 59. ac Roſinus lib. 4. cap. 4.

Dies dicatus *Demetrio*, ex n. 49.

Penates: Roſin. lib. 2. cap. 14. Gyrald. ſynt. 15. fol. 372. Cartar. fol. 299.

181 *Penates* Dii vocabantur à Gentilibus, quaſi *penites*, quòd penitiſſimi Dii forent, & proprii; quos & *Patrios* appellarunt. Dixeruntque *Deos* Penates per quos ſpirant homines, habent corpus, & animi rationem poſſident: quare eos habuerunt vt *Præſides*, & *Cuſtodes* mortalium.

182 Diſtinxerunt varia *Penatium* genera. Alios dixerunt *Penates*, & *Cuſtodes* Cœli: Alios hominum: Alios cujuſvis Civitatis: Alios cujuſvis domus. Hos vocarunt *Præſides*, *Cuſtodes*, *Patrios*, *Magnos*, *Conſentos*, & *Complices*. Aliqui voluerunt fuiſſe ſex mares, & ſex fœminas, nominibus ignotis, & magnæ miſerationis, *Iovi* conſiliarios, ac principes. Alii eos nominant Jovem, Junonem, Minervam, Apollinem, & Nuptinum, Caſtorem, & Pollucem, &c. Quos finxerunt *Luteos*, *Ferreos*, & *Aëreos*, vt omnia marginati tradunt.

Picturæ 1.

183 *Penates* depinxerunt primò, apud Cartarium citatum, *Iuvenes*, *ſedentes*, *habentes* pilam in manibus, cum hac inſcriptione *D. Penates*.

2.

Secundò pingebant eos *Armatos* habitu militari, *Cinctos*, *Geſtantes* manibus haſtas erectas, capite Galeam.

Martyrol. Roman. & Franc.

184 At hoc die quo Vetus Roma in ſuis Patriis Penatibus delirabat, nova Roma religioſè colit *Cyrum*, & *Ioannem*, qui eam decorarunt ſuo cruore pro Chriſto effuſo: quam lauream, & victoriam aſſequuti ſunt *Victor*, *Thyrſus*, & *Saturninus*. Item *Cyriacus* & aliis cum quibus Choris cœlestibus adnumerantur *Geminianus* præſul miraculorum gloria illuſtris; *Marcella* vidua Romana Nobiliſſima, quæ & zelo fidei, religione, ac exemplo illuſtrior extitit natali ſuo: & ex Tertio Franciſcano Ordine *Ludovica* Albertonia, vere ſua vita lucis datrix. Cum igitur hic dies & triumphalis foret, & dicatus Paci, per claſſes triumphantium veterum, & picturam Pacis habes Themata adaptanda iis Sanctis num. 179.

Themata. 1. 2.

185 Inſuper & Penatium picturam chriſtianiza, & verte ad hodiernos Sanctos eos encomiando *Galeatos* fide, *Cinctos* puritate, *Armatos* virtute, merito, donis.

3.

Verte

Digitized by Google

4. Verte tandem; & encomia hos Sanctos, *Magnos* virtute, *Patrios* Cœli, *Custodes* suorum clientum, patrocinio.

FEBRVARIVS.

186 HIC mensis fuit præteritus à Romulo, qui in decem tantum menses anni ambitum distribuit. Regnante autem *Numa Pompilio* anno fuerunt additi duo menses *Ianuarius*, & *Februarius*, & à constitutione Numæ semper Februarius habet dies 28. vt supra dixi, & obseruant Macrobius, Rosinus, & Tamayus, qui addunt, id factum, quòd Deo Infero *cui hic* mensis *dicabatur, diminutio, & par numerus conueniret.* Quare & Julius Cæsar, cum annum aliter ordinaret, & aliquot dies adjectis augeret, nullum huic mensi diem addidit, *ne* Deo Infero *religio mutaretur.* Qui mensis sub tutela *Neptuni* habebatur à Gentilibus, vt supra dixi, num. 8. & ex Bungio fuit dicatus *Plutoni.*

Ovid. 1. Fest.

Macrob. 2. Sat. cap. 13.

Rosin. lib. 4. cap. 13.

Tamayus hoc mens. fol. 2.

Bung. de numeris, fol. 82.

187 Circa hujus mensis ethymologiam, *Februarius* dictus est à verbo *Februo*, quòd, ex Festo, significat *Lustrare*: vel *Iunone Februata*, quam alii *Februalem*, & Romani *Februlim* vocabant: quia hoc mense fiebant à fœminis *Lupercalia*, quibus ipsæ februabantur à Lupercis amiculo Junonis coopertæ, idest pelle caprina, quam ob causam februare dicebantur: nam *Februm* Sabinis significat *Purgamentum*, vt Varro, & Plutarchus advertunt: Vel ita dictus hic mensis, à Deo *Februo*, seu *Orco*; appellarunt enim *Orcum*, & *Februm* à purgationibus, & lustrationibus funerum, vt ait Rosinus lib. 2. cap. 15. vel tandem appellarunt hunc mensem *Februm*, à *Febre*: quia in eo febris lenta tumescit, vt obseruat Tamayus.

Tamay. citat. fol. 1.

Rosin. lib. 4. cap. 6.

Ovid. in 2. Fastor.

Varr. lib. 5. de ling. Latin.

Plutarch. in Num.

Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 13.

188 Hic mensis à Gentilibus nuncupatus *Februarius*, ab Hebræis *Adar*, & ante captivitatem Babylonicam *Duodecimus*, à Syriis quoque *Adar*, à Chaldæis, & Ægyptiis *Mechir*, à Turcibus *Dulchagia*, à Cypris *Romeos*, à Germanis *Hornunc*, ab Hispanis *Febrero*, ab aliis aliter vocatus. Pergo ad Diarium, supposito quòd *Diis inferis* dicabatur hic mensis à Gentilibus.

Masculi. in Fastis, fol. 57.

DIES I.

189 DIes hic, qui & Kalendis Februarii *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 32.

Dies *Iunoni* sacratus, sub cujus tutela erant Kalendæ omnium mensium, vt die 1. Januarii dixi cum Ovidio, & aliis. Vide num. 201. *Iunoni.*

Item, & Dedicatio Templi *Iunonis Sospitæ* in foro Olitorio, cui Junoni *Consules sacrificare solebant, Magistratum euntes*, ex Rosino lib. 2. cap. 6. Templum præfatum, ex Livio lib. 32. constructum à C. Cornelio Consule, *ex voto facto principio pugnæ* si eo die hostes fugasset. Quod Templum alii dicunt fuisse conterminum delubro *Matris Deorum*, & propè *Palatium*. Alii fuisse apud *Lutum Asyli*: *Aramque Iunonis Sospitæ* vocatam fuisse *Saluarem.* *Sospitæ.* Tamay. citat. fol. 3.

Quo die sacra fiebant *Iovi Tonanti*, cui mactabant *Ovem*, vel duos *agnos*, vtrumque enim intelligitur per *bidens* apud Ovidium canentem: *Iovis.* Ovid. in 2. Fastor. Kalend. Rom. Rosin. lib. 4. cap. 4. & 6.

Ad penetrale Numæ Capitolinumque Tonantem,
Inque Jovis summa caditur arce bidens.

Fuit & hoc die festum *Elaphebolia* vocatum, sic appellatum *à venatione cervorum*, actum à Græcis in honorem *Dianæ venatricis*; à quo festo & hunc mensem vocarunt *Elaphebolion*, Dianæque sacrificabant *cervos* cum *farina, melle*, & *sesamo*; vt Hospinianus, & alii marginati ferunt. *Elaphebolia.* Hospin. cap 9. fol. 60. Gyrald. synt. 17. fol. 421. Mascul. citat. fol. 57.

Festum sacratum Vestæ putatæ præsidi *ignis*, actum Romæ à Romanis. Ita Rosinus lib. 4. cap. 6. & Tamayus hoc die. *Vestæ.*

Ipso die aliud festum vocatum *Lucaria*, *ab Asyli Luco.* Ita Vet. Kal. Rosin. lib. 4. cap. 4. Gyraldus de Mensibus fol. mihi 610. De quo festo Ovidius cecinit. *Lucaria.* Ovid. in 2. Fastor.

Tunc quoque vicini Lucus celebratur Asyli.
Qua petit æquoreas advena Tybris aquas.

Quod *Asylum*, Hospiniano teste, constituit Romulus, vt omnes, qui eo confugerent tuti essent, & hoc die magna pompa, & processione ad *Asylum* conveniebant. Vide num. 202. Hospin. citat. cap. 10. fol. 61.

190 *Ambaruale festum*, aut *Lustrationis* vocatum, hoc die actum, dicatum *Februo* Deo Lustrationum. Quo in festo Civitas Romana *purgabatur, circundabatur, illuminabatur*, idque fiebat ridiculo ritu: enim totus popu- *Ambaruale.* *Ritus.*

Digitized by Google

lus accensis facibus circuibat Vrbem, sacrificabant, & preces fundebat Februo, vt referunt marginati Ovidus, & Lorinus.

Ovid. in 2. Fastor. Lorin. in Num. cap. 8. v. 7

Fuit & alterum festum *Februum*, aut *Februa* appellatum, & ex Gyraldo, actum *pro defunctis*, & extensum *per dies duodecim*, sicque ab hoc die, vsque ad duodecimum hujus mensis inclusive. De quo agam infra die 2. hujus, num. 208. Vide decenda num. 196.

Februa. Gyraldus Synt. 17. fol. 449. Lazius lib. 11. cap. 3.

191 Agebant & festum vocatum *Apophoreta*, quo Imperatores fœminis illiustribus mittebant *donaria*, *stipes*, aut *strenas*, vt cum Vuolfgando de Republica Roman lib. 10. ait Tamayus hoc die fol. 2. At de iis strenis, ac strenua & *strenia* Dea egi die 1. Januarii: quare hic omitto.

Apophoreta.

192 Hoc & die *Herculis* natalis *Lyra*, & medius *Leo* occidunt. *Delphinus* occidit. Ita Kal. Astronomicum. Rosinus lib. 4 cap. 4. & Beyerline in Theatro V.H. hoc die. Dies 3. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis.

Quo & fuerunt plures, & magni veterum Romanorum triumphi, vt M. Coruini Cons. de *Antiatibus*, *Volsis*, & *Sarricanis*. T. Corrunciani de *Volsinientibus*. Fabii Pictoris de *Salentinis*, & *Messapiis*. Q. Fabii de *Liguribus*. Aemilii Regilii de classe Antiochi. L. Cornelii, & Dosabellæ Proconsl. qui triumpharunt de *Hispania*, & *Lusitania*. Ecce Gentilismus in quantum, suo obcœcato genio, hoc die aberravit.

Triumphi.

Masculus in Fastis fol. 57.

193 Cum hic dies 1. sit Februarii, dictis de *vnitate* num. 55. addo: quòd sisenis maximè adoratunt *vnitatem*, quâ Pythagoras dixit esse *Trinam*: quia *vnitas æterna* est, & *æqualitas* æterna est, ac similiter *connexio* æterna est. Sed quia tria hæc, *vnitas æqualitas*, *connexio* sunt vnum, hæc est illa *Trina vnitas*, quam docuit Pythagoras adorandam. Quo adumbratur Deus *in essentia vnus*, *& Trinus in personis*, vt Bungius notat; addens pariter illa vmbra symbolizari, quòd res creatæ habent esse à Deo Patre, quia vnitas est, & à Deo filio habent esse specificatum, quia æqualitas; & à Deo Spiritu Sancto habent perfectum esse, quia Nexus. Omnia enim creata à *Deo Trimo* habent esse, qua vnus, & omnipotens. *Vnitas* est *virginitatis* emblema, & *Angelica gloriæ* imago, quam vnitatem Pythagorici, ex Plutarcho, referebant ad *Apollinem*. Quæ, & alia, apud Bungium videre poteris. Amplius, ex Anglico vnitas altera est *naturalis*, altera *gratuita*, & ambæ in quadruplici differentia. *Naturalis* 1. per *Agregationem* rerum in vnum, vt multi lapides in vnum aceruum 2. per *Colligationem* partium atherogenearum, & formaliter differentium: 3. *constitutiva*, vt multa membra vnum corpus: 4. *Vnitiva*, per vnionem naturarum differentium convenientium in vnitatem personalem, vt ex anima, & caro fit vnum corpus. Vnitas *gratuita* & est quadruplex: *Potestativa*, qua homo stabilitur virtuosus: *Consemanea*, per charitatem multorum convenientium in vnum: *Votiva*, qua anima per omnia habet conformitatem cum Deo, & ejus votis adhærens vnus spiritus est cum eo: *Dignativa*, qua Verbum divinum assumpsit humanitatem ad vnitatem divinæ personæ. *Vnitas* tandem Dei Trini sola, & singularis est, ex quo vno, & Trino Deo, omnia, per quem omnia, in quo omnia, statusque, & quies omnium nostrum.

Vnitas.

Bung. de num. 3. à fol. 174. & de Vnitate fol. 55. ac 95. Angl. lib. 19. cap. 114. Plut. de Pyth.

194 Cum simus in die 32. anni, de hoc numero adverto: quòd Rabbini hunc numerum adscribunt *Sapientiæ*; Pythagorici appellarunt *Iustitiæ*; Ægiptii verò hoc numero hieroglyphicè notabant *Maritalem copulam*; Nautæ verò, eodem numero notarunt *Ventorum discrimina*, distinguendo triginta duos ventos, singulis quadrantibus octo ventos applicantes. Ita Bungius, & alii.

Numer. 32.

Bung. de num. 32.

195 Fuit hoc die festum *Ambaruale*, seu *Lustrationis*. Origo hujus festi fuit; quia fabularunt (Calàteste) quòd Pluto Deus Infernalis concupiscens Proserpinam, eam in principio Februarii rapuit, Deamque fecit, quam Ceres ejus mater, & parentes, *facibus accensis* per Sylvas, in Aetna, Siciliæ monte, multo tempore quæsierunt de quo raptu latè Ovidius lib. 5. Metamorphos. Quare in principio hujus mensis Februarii, in memoriam hujus rei de nocte Vrbem lustrabant ambiendo ipsam cum facibus accensis cereisque. Hinc que dicitur Februarius hic mensis, eo quòd populus *februaretur*, ideſt *purgaretur*. Quæ omnia latè tradit Cæsar Calà citatus.

Ambaruale.

Cæsar Calà de Feriis quæst. 1. fol. 68. à num. 321.

196 Fuit & hoc die festum *Februi*, aut *Februa* appellatum, dicatur *Iunoni*, quæ & nuncupata *Februa*, *Februata*, *Februla*, & *Sospita*. Enim *Februus* dicitur à *ferveo*, hoc est, ab adolendo, quod flammis feruentibus fieri solebat, vel Sabinorum lingua *februum* dicunt *purgamentum*, vt placet Calepino, Calà, & Gyraldo. In principio igitur hujus mensis *populus februabatur*, ideſt *purgabatur*,

Februm. Februa. Luminum. Calepinus Calà citat. Gyraldus Synt. 17. fol. 449. Durandus lib 7. cap. 7. num. 14.

Digitized by Google

Ritus.

gabatur, *per duodecim continuos dies celebrando Februa*, testibus Gyraldo citato, & Cæsare Calà quæst. 1. fol. 70. num. 324. Eo ritu, vt pro impetranda salute mortuorum, & quiete animarum, omnis populus intentus esset, circa sepulchra, piaculis, & sacrificiis, tenendo manibus faces, cereosque accensos: quare hoc fiebat ab hoc die vsque ad 12. inclusivè. Quod festum & *Luminum* nuncuparunt; dicaruntque *Februæ* matri Martis, & *Februo* seu *Plutoni*, ac cæteris diis Infernalibus, vt Durandus in Rationali Divinorum officiorum advertit, addens quòd *hos lustrandi mores Sergius Papa mutans in melius statuit festum Purificationis in honorem matris Domini, in eodem mense, & tunc processiones fieri, vt plebs vniversa portans cereos ardentes in manibus per Ecclesias procederet, in memoriam cœlestis regni, quando omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus obviam sponso venientes mox cum eo ad nuptias cœlestis, supernæque civitatis intrabunt.* Hæc Duran. dus, & Calà cum eo. Vide infra num. 345.

Pictura. 1. 2. 3.

De *Iunone* egi die 1. Januarii à num. 58. Picturas adduxi num. 59. vbi plures videre poteris.

Sospita. 4.

Fuit & Iuno *Sospita* nuncupata, culta primò absque templo, post ob sedatam pestem templo erecto magno cultu culta, vt *servatrix*, & *à servando* nuncupata *sospita*: quam pingebant *Mulierem* capite cooperto caprina pelle, *Gestantem* hastam manu dextera, ac juxta ipsam *ara*, & ad latus aræ *capra* erat. *serpens*, & *culter*, & *patella*. Ita Hospinianus cap. 10. fol. 61. & Tamayus hoc die.

Iovis Tonans.

197 Sacrificabant hoc die Gentiles *Iovi Tonanti*, quem fabularunt *Fulgentem*, & Tonantem, cœlo fulgente, & tonante. Huic Iovi Augustus Imperator ædificavit templum, in cujus dedicatione dixerunt facta ingentia tonitrua, ac ipsum Augustum habuisse somnium, quo vidit *Iovem* in templo iratum, & sibi dicentem: *habiturum defensorem Iovem Tonantem*, quare Augustus orta die *Iovi statuæ tintinabulum appendit*, quo Romani vti solebant, cum custodias gererent. Hunc Iovem cognominarunt *Altitonantem*, & graviter *Sonantem*. Hunc variè pinxerunt; apud Cartarium, & alios.

Dionis. Hal. lib. 54. Hist. Gyraldus Synt. 2. fol. 76. Cartarius fol. 100.

Picturæ. 1.

Primò *Vestitutum* veste candida, *Redimitum* corona flammante, & super eam velamen rutilum confectum Miner uæ manibus, *Stellata* candida veste, *Porrigentem* dextera duos orbes, alterum *aureum*, alterum ex electro, *Tenentem* Læva Lyram, & appenso ad simulacrum *Tintinabulo*.

2. Cartarius à fol. 10. ad 109.

Secundò effingebatur *Nudus* pectore, *Discalseatus*, *Tenens* manibus tria *fulmina*; alterum *nigrum*, alterum *clarum*, alterum *rubeum* & *adurens*.

3.

Tertiò ipsi tribuebant *tres oculos*, quia omnia ei cognita fabulabant, quo adumbrabant, præsidentem hominum omnia prespicere debere. Alias picturas vide supra num. 61.

Vesta. S. Aug. lib. 4. de Civitat. cap. 10. Gyrald. Synt. 4. à fol. 132. Rosin. lib. 2. cap. 12. Cartari. fol. 148. Ovid. 2. Fast.

198 Venerabatur à Gentilibus hoc die *Vesta*, quam multa veneratione coluerunt, putantes alii Saturni filiam, Jani vxorem: alii virginem, & eandem, ac *Rheam*, & *Terram*: alii existimantes *Vestam* nunc *Ignem*, nunc *Terram*, nunc *Cererem*, nunc *Virginem*, nunc *Venerem*, vt refert, & merito irridet S. Augustinus, Vestam dixerunt à *vestiendo*, quod terra tum herbis, tum plantis, cæteriisque vestiatur: alii voluère dictam à *vi stando*, quia vim ejus putavère pertinère ad *aras*, & *focos*, ipsamque putarunt quasi focum Vrbis. Duasque *Vestas* finxerunt, vnam matrem Saturni, quam posuerunt pro *terra*: alteram filiam, qua & *ignem*, & vitalem calorem significabant, quare nullam ei posuerunt statuam, ex Ovidio canente.

Nec tu aliud Vestam; quam vivam intellige flammam.
Nataque do flamma corpora nulla vides:
Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit.
Nec capit: & comites virginitatis amat.

Vestales Virgi

Quare ejus cultui fuerunt dicatæ virgines dictæ *Vestales*, cooptatæ in collegium, formosæ absque vitio in corpore, non minores sex annis, nec majores decem. Initio tantum fuère *quatuor*, post *sex*: neque homines aditu excludebant, præterquam noctu. Ibi debebant esse annis 30. decem consumebant in discendo ceremonias, munusque suum, quòd erat curare, vt ignis sacratus Vestæ non extingueretur: si id accidisset, putabant maximum malum obventurum populo Romano, & ea cujus culpa id contigisset, acriter verberabatur à Pontifice. Altero decennio, ea munus suum obibant, quo absoluto, aliis decem annis præerant docendo tyronibus. Post quos annos 30. liberum erat ipsis nubere, si vellent. Dum tamen in collegio permanebant, tenebantur

Digitized by Google

bantur ſervare vitam pudicam. Si tamen aliqua in inceſto foret deprehenſa, viva imponebatur feretro, & cum luctu in loco ſubterraneo ducebatur, & ſepeliebatur, appoſito ſibi parum *panis*, *ſalis*, & *olei*, cum *lucerna*; ſicque occludebatur locus, & ſepulta manebat, vt periret. Quæ autem pudicitiam ſervabant in magno habebantur honore: gaudebantquè juribus, ac privilegiis, inter quas, vna erat præſidens, & præcipua vocata *Maxima*. Quæ Veſtales (vt nunc Moniales) tondebant capillos, & ponebant eos ſub terra ad arborem appellatam *Capillarem*.

Templum.

Val. Max. lib. 4. cap. 4. Serv. lib. 7. Eneid. Cart. fol. 150.

199 Templum *Veſtæ* erat ſanè magnum, & rotundum, in ejus medio erat altare, in quo ignis ex vtràque parte ardebat, non in focis, aut altari, ſed in quibuſdam *vaſculis fictilibus* ſuſpenſis, cujus cuſtodiæ binæ Veſtales præerant. In templi culmine erat *virgo* efficta, continens in vlnis *infantem Jovem*: enim putabatur *Jupiter* nutritus à *Veſta*. Quòd delineatum tradit Cartarius.

Sacerdotiſſæ.

Gyraldus Synt. 4. & 17. fol. 460. Alex. lib. 5. cap. 12.

220 Sacerdotiſſæ *Veſtæ* erant *Veſtales*, ſex numero à Pontifice creatæ, & ſacratæ. Quæ erant *pulchræ*, *ornatæ*, *indutæ* veſtimento albo, oblongo, & prætexto, *toſſis capillis*, & *coronas* geſtantes. Quæ litabant *Veſtæ* ſequenti ritu. Fibula, aut cingulo ſubnectis veſtibus ſumebant *primitias*: tum caſta mola, & ſale tuſo in ollam fictilem miſſo, mox in aquam iniecto, ſumptis calicibus fictilibus, quos dicebant *cululos*: faciebant ſacra, & litabant *Veſtæ*. Lege marginatos, & Roman lib. 2. cap. 12. ac Roſinum lib. 3. cap. 19. dicentes: veſtes *Veſtalium* fuiſſe *albas*, *longas*, *quadratas* ad modum dalmaticæ, cinctas cingulo vocato *ſuffibulo*, quòd erat proprium nomen, habitus virginum *Veſtalium*, quæ & geſtabant in capite *velum*, & ſuper velum *coronam*: vt dixi.

Ritus.

Veſta pingebatur primò: *Virgo* pulcherrima, *cedens*, *induta* veſte alba, *cincta*, & *coronata* candida corona.

Picturæ. 1.

Secundò pingebatur habens in manu dextera *tympanum*, & in Læva *baculum*.

2.

201 Dixi num. 189. quòd Kalendis omnium menſium ſacratæ erant *Junoni*, & ſub hujus tutela; quibus in primis diebus omnium menſium, mulieres *Junoni* ſacrificabant. Ita tamen, ex Roman, vt Regina ſacrificiorum ſacrificaret *porcam*, aut *agnam*, cæteræ autem mulieres litarent confectas *coronas* florum, & herbarum. Inſuper, vt Lazius tradit lib. 10. de Republica Romanorum, cum Livio; dicarunt & *Junoni Ludos*, quorum pompa talis erat. Ab æde *Apollinis* boves duæ fœminæ, & albæ ducebantur in vrbem per Carmentalem portam; poſt eas, duo *ſigna* cupreſſea *Junonis* reginæ portabantur: tum *viginti ſeptem* virgines, indutæ longa veſte, canentes carmē laudatoriū *Junonis* reginæ: virginum ordinem ſequebantur *decem viri coronati Laurea*, prætextatiquè, à porta lugario vico, in forum venère. In foro conſiſtebat pompa, & per manus data reſte, virgines incedebant ſonum vocis pulſu pedum modulantes. Inde per vicum Thuſcum, & boarium forum, in diuum publicum, & ædem *Junonis* reginæ pergebant, ibi ſimulacra cupreſſea in ædem illata: decem viri immolabant duas hoſtias. Ex qua vetuſtate forſàn defluxit conſuetudo chorearum, virginum ſaltantium veſpertinis diebus feriatis, pedum quoque ſonitu cantinelas moderantium, vt in Suevia, aliiſque in locis; vt totum Lazius notat.

Junonis Sacra.

Roman. lib. 2. cap. 12. Lazius lib. 10. cap. 10. Liv. lib. 3. Decad. 3.

Ludorum Junonis pompa.

202 Fuit & hoc die feſtum dictum *Lucaria*, ab *Aſyli loco*, vti dixi, quæ feſta à Romanis celebrabantur in *Luco* (Hiſpanè Boſque, aut Selva) qui lucus permagnus, & opacus, ſacratus erat inter viam Salariam, & Tiberim, denſis arboribus, ex quo propter religionem nulli arbores cædebantur. Fuitque à Gentilibus habitus locus *ſacer orationis*, & *Aſyli*, eo quòd Romani in eo ſe occultaverunt, & tutaverunt fugientes victi in prælio à Gallis. *Aſylum* enim dictum eſt, quaſi locum *Afirtum*, *Tutum*, atque *Immunitum*, ex quo extrahi non poſſunt confugientes, vt ſe refugiantes ad ipſum. De Gentilium *Aſylo* lege Roman citatum. De noſtratum *Aſylo* perpende quæ in jure Civili, & potius in Canonico ſtatuuntur, Immunitatemquè Eccleſiarum Chriſti obſerva.

Lucaria Aſyli.

Gyraldus Synt. 17. fol. 418. Calep. V. *Lucus & Aſylū.* Ramon. lib. 3. cap. 4.

203 Huius diei tanta abjecta prophanitate, Veſtæ opponimus *Ignatium* Chriſtiferum, cui ad martirii lauream aſſociatur *Pionius* cum aliis *quindecim*; Jovi Tonanti opponimus *Severum* præſulem electum ſigno columbæ ob præclara merita: Veſtalius opponimus virgines *Brigidam*, & *Viridianam*, hæc cœtus Minoritici decus, quæ mirandis virtutibus, & pœnitentia floruit, claruit miraculis, obiit flexis genibus, erecto corpore, cancellatis brachiis, in cujus tranſitu campanę inviſibiliter, ex ſe, ſonuerunt: illa, quæ cum lignum

Martyrol. Rom. & Franciſcani.

altaris

altaris tetigisset, in testimonium suæ virginitatis, *statim viride factum est*. Cumque hoc die Lyra occidisset, vt dixi num. 192. & occasus Sanctorum sit horum in cœlo natalis, mysticas Lyras hodiernos Sanctos encomia, vt die 23. Januarii num. 144.

Thema. 1.

2. 204 Amplius per picturam Vestæ adductam dabo Themata hodiernis adaptandum Sanctis, die 9. Junii, num. 816.

3. Deinde & vertendo ad sacra Iovis Thonantis picturas adductas num. 197. hodiernos encomia Sanctos *Candidos* puritate, *Stellatos* virtutibus, & meritis, *Redimitos* corona gloriæ.

4. Tum & ipsis tribue tria fulmina? *Nigrum* potentiæ in adversarios, *Clarum* puritatis vitæ, *Rubeum* & adurens flagrantis charitatis, aut martyrii ardore.

5. Tandem & per triplex Tintinabulum *Æreum*, *Argenteum*, & *Aureum*, hodiernos encomia Sanctos *Æreos* fortitudine, constantia in adversis, pœnitentiaque *Argenteos* fama gestorum, celebritateque nominis, *Aureos* charitate in Deum, & proximos.

DIES II.

A.D. 33. 205 Hic dies, qui & 4. Nonas Februarii Nefastus notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. quo Græca juventus in Ludis Olympicis se exercebat *cursu*, *saltu*, & *disco*, ex dictis num. 49. & dicendis die 30. Decembris.

Dies contentionis *Minervæ* cum *Neptuno*: quare ab Athenienſibus extractus ab hoc mense dies præsens. Ita Plutarch. in Synopsio lib. 9. cap. 6. & Bungius de num. 2. fol. 86.

Dies sacratus *Semideis*, & varonibus heroicis, ex dictis num. 49. die 2.

Dies sacratus *Diis Manibus*, ex dictis cum Alex, & Bungio citatis numero, & die, vbi supra.

Dies festus sacratus *Iunoni*. Ita Roman tom. 2. de Rep. Gentilica lib. 2. cap. 18.

Item & dies festus *Iovi Capitolino* sacratus, quo die & consecrarunt *Nemus*, vbi Capitolium fuit ædificatum. Ita Roman citatus.

Dies 2. *Februalium*, & Luminum, quo *cereis*, & *facibus* accensis lustrabant, & sacra faciebant, ex dictis num. 196. De qua lustratione, & ejus ritu cum pluribus dicam num. 208.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus* ex dictis num. 49. & dicendis die 1. Maii. Item dicatus *Belo*, ex dicendis die 16. Decembris.

Numer. 2. 206 Cum hic dies sit 2. Mensis, de numero *binario* noto: quòd Pythagorici, ac Philosophi, qui numinibus assignarunt numeros, hunc secundum numerum attribuerunt *Isidi*, *Dianæ*, *Saturno*, & *Marti*. Imò & Pythagoras dicebat *dualitatem* esse dœmononem, ac malum. Ad vnitatem autem addita vnitate procreatur *dualitas*, quæ post vnitatem omnium numerorum præcipuum, & secundarium tenet locum, secundum Isidorum. Qui numerus *binarius* divisionis, & infamis dicitur ab aliquibus: quia ab vnitate recedit per binarium. Vnde nota, dicitur esse divisionis; sed vt inquit S. Augustinus, si *vituperabilis* est: quia ab vnitate primò recedit, *laudabilis* est: quia ab vnitate exiens, ternatio approximat, & accedit: quare hic numerus designat *terrena*, *corruptibilia*, *vitia*, & *mortem*; est etiam symbolum *charitatis*, & *amicitiæ*, vti hæc, & alia notant Anglicus, & Bungius.

Bungius de num. 2. fol. 62. & de num. 9. fol 445. & 51. Pythagor. Anglic. lib. 7. cap. 115. SS. Isidor. & August.

Numerus. 33. 207 Sumus in die 33. anni: quare de hoc numero noto, quòd in Levitico legitur: *Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ. Ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ :::: Sin autem fœminam pepererit ::: sexaginta sex diebus manebit in sanguine* purificationis suæ. Servabatur & numerus 33. & 66. duplicando numerum 33. qui est numerus purificationis, vt intelligatur, quod vt veniamus ad Sancta Sanctorum, non solùm indigemus prima nativitate, sed *& secunda*, vt nati in carne renascamur in spiritu. Ideirco apud Ezechielem latera, quæ in circuitu domus erant, habebant in longitudine bis triginta tres cubitos: *Latera autem latus ad latus, bis triginta tria*, scilicet cubitorum: erant enim bis triginta tres, ideſt, sexaginta sex cubiti. Non igitur in textu legitur sexaginta sex, sed bis *triginta tria*: vt hoc numero indicetur, quod vtraque nativitas *carnalis*, & *spiritualis* Deo auctori debetur, illiusque clementiæ. Quibus cubitis quasi fulciebatur Templum Salomonis, & Allegoricè significabant 33. annos vitæ Christi. Triginta tres filii egressi de Lia numerantur in descensu Jacob in Ægyptum. *Triginta tribus* annis regnavit David in Hierusalem, vt digitur in sacro Textu. Habet Trecenarius

Levit. 12. v. 2. & 3. Bungius de num. 3. fol. 487.

Ezech. 41. v. 6. Bib. Maxima. Alapide, & alii hic.

Genes. 46. Bungius de num. 33. 3 Reg. 2. v. 11. 1. Paralip. 29. v. 27. Drog. lib. de Sacr. Dom. Pass.

Digitized by Google

rius tres decades: in *decade* significatur *Lex*, quæ in decem præceptis consistit: in *Ternario* designatur *triplex profectus* animæ, quæ vivendo, meditando, & amando Legem Dei custodit. De primo dicitur in Psalmo: *Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea. Et custodiam legem tuam semper in sæculum, & in sæculum sæculi.* De secundo: *Concupivi salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.* De tertio: *Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est.* Tres verò qui supra triginta sunt, indicant quosdam excellentissimos contemplativos, qui puritate conscientiæ, plenitudine sapientiæ, & perfectione charitatis, summæ Trinitatis approximant. Hæc autem præclara mysteria in numero 33. indicantur. Qui de hoc numero plura desideret, marginatos legat.

Psal. 145. v. 1. Psal. 118. v. 44. & 174.

Februa. Lustratio.

208 Hoc die Gentiles lustrabant Vrbem, mœnia cum muris, & templa; dicabantque sacra pro defunctis, & *Diis Manibus*, & *Iunoni Februæ*: quæ Juno fuit appellata *Februa*, vt advertunt Rosinus, & Cartarius. Hoc & festum, piaminaque defunctorum appellarunt *Februa, Iunoni Februæ* dicatum: quia eam habuerunt pro Dea expiationis, & quia lingua Sabinorum *Februum* significat *purgamentum*, & *lustrationem*. Vel vt alii volunt à *fervore*: quia omnis populus pro mortuorum impetranda quiete, cum *tædis*, & *cereis accensis* erat intentus piaculis, sacrificiisque *per dies duodecim*, ex Gyraldo ab hoc vsque ad 13. inclusive; ex Lazio lib. 11. de Repub. Roman. cap. 3. à Calendis Februarii, vsque ad diem 12. Quæ luculenter descripsit Ovidius 2. Fastorum sic:

Rosin. lib. 2. cap. 3. Cartar. fol. 132.

Gyraldus Synt. 27. Bung. de num. 2. Masculus fol. 59. Lazius lib. 11. cap. 3. Calà quæst. 1. à num. 322.

Februa Romani dixere piamina patres:
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem
Pontifices ab Rege petunt, & Flamine lanas,
Queis veteri lingua, Februa nomen erat.
Quaque capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui cæsus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.
Ipse ego Flaminiam poscentem Februa vidi,
Februa *poscenti pinea virga data est.*
Denique quodcumque est, quo corpora nostra pianntur,
Hoc apud intonsos nomen habebat auos.
Mensis ab his dictus, secta quod pelle luperci
Omne solum lustrant, idque piamen habent.
Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris,
Tunc cum ferales præterire dies:
Omne nefas, omneque mali purgamine causam,
Credebant nostri tollere posse senes.
Gratia primum moris fuit: illa nocētes
Impia lustratos ponere facta putat.

Fuit igitur *Iuno* dicta *Februa*, sivè *Februalis*, eo quòd ei dicabantur iis diebus *februa* à *februis*, sivè *purgationibus* nuncupata, quòd fœminas post partum, secundis exeuntibus, purgare putaretur, vt notat Calà citatus.

209 Abscedat tenebrarum caligo cum hoc die consuescat Christiana religio agere solemnitatem lustratæ Deiparæ, plebsque Christiana cum Sacerdotibus, Ministris, hymnis, & modulationibus devotis per Ecclesias procedat, gestans cereos in manibus accensos, non in quinquennem lustrationem prophanam antiquorum, sed in perennem memoriam *Purificationis Deiparæ*, se subjicientis legi, cui non tenebatur, *Præsentantis* in templo Patri Æterno Filium suum, *Offerentis* par turturum, aut duos pullos columbarum: vnde in verbis *Purificatio, Præsentatio, Oblatio*, habes pro hac solemnitate Thema. Et quidem lauda Deiparæ humilitatem, quæ quamquam tanta fulgens puritate, (& quidem plusquam Angelica) legi purificationis se subjecit. Quod festum vt Durandus advertit, in Rationali, congruit quartæ benedictioni contentæ in salutatione Angelica, quæ est: *Benedictus fructus ventris tui.* Fit enim hodie processio, quæ significat processionem illam, quam ad templum fecerunt *Virgo* Maria, & *Ioseph*. Qui in processione ante cancellos cantant: *Responsum accepit Simeon, &c.* significant Prophetas annuntiantes. Nativitatem Domini, & misericordiam. Qui respondent; adumbrant gaudium suscipientium præfatam misericordiam. Tenentes igitur *candelas* in manibus, dicamus: *Suscepimus Deus misericordiam tuam, &c.* Quòd autem cantatur in processione: *Accepit eum Simeon in vlnas suas*; indicat, quod eum debemus portare non tantum in corde, verùm & in brachiis, juxta illud Cant. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* Sumus

Martyrol. Rom. Ritus Eccles.

Thema 1.

Durand. lib. 7. cap. 7.

Cant. 8. v. 6. 1. Corinth. 6.

Digitized by Google

Sumus enim empti pretio magno: quare nobis dicitur: *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Per *ceram* igitur productam per *apes*, opere virginali cum *melle*: designatur humanitas Christi, ex Virgine sumpta, per *lumen* deitas: quia *Deus noster ignis consumens est*: per *illychnium* in cera anima candidissima, vel deitas in carne latens, vel, juxta alios, mortalitas designatur. Rursus Candela accensa tribus constat *Cera, Illychnio, & Lumine*: per quæ Deiparam in hoc festo encomia, mysticam *Ceram* humilitate: *Illychnium* candidissimum puritate: *Lumen* operibus, flagranti charitate formatis. Candelæ autem benedicuntur, vt dignè eas ferant omnes. Dignè ferentes sunt, qui lucent extra per lumen quod gestant in manibus, sicut lucent intra per fidem, & opera. Gestantur autem in processione *Cerei accensi*, ardentesquè ob plures causas. *Prima*, vt vnusquisque se illuminet, & opera sua lumine patefacta aliis insinuet. Secunda, vt ritum Gentilium in rectum commutet Religio Christiana: enim antiqui Romani de quinto in quintum annum, in Calendis Februarii, ad honorem *Februæ* matris *Martis*, qui putabatur Deus belli, illustrabant vrbem tota nocte, cum cereis, ac lampadibus accensis, vt filius ejus de hostibus, eis victoriam concederet, cujus matrem tam solemniter honorabant, quòd festum *Ambaruale* dicebatur. Ipsi verò in mense Februario sacrificabant *Februo*, seu *Plutoni*, cum cœteris Diis infernalibus, pro animabus antecessorum suorum, vt propitiarentur ipsis: quare solemniter eis hostias offerebant, & tota nocte cum *cereis*, ac *facibus accensis*, eorum laudes canebant. Mulieres quoque Romanæ iis diebus *festum luminum* agebant: quia *Pluto* Deus infernalis concupiscens *Proserpinam* virginem speciosissimam, eam (fabularunt) rapuit, Deamque fecit; quam *Ceres* ejus mater, & parentes facibus accensis, per sylvas nocte, in Æthna monte Siciliæ, quæsierunt, multo tempore, prout fabulæ Poëtarum fingunt: quare in principio hujus mensis in hujus rei memoriam, de nocte vrbem lustrabant, ambiendo ipsam facibus accensis. Hos igitur lustrandi mores *Sergius Papa* mutans in rectum statuit *Festum Purificationis*, in honorem Matris Dei, in eodem hoc mense, vtque processiones fierent, & plebs vniversa portans cereos ardentes in manibus per Ecclesias procederet *in memoriam Regni Cœlestis, quando omnes electi, lucentibus bonorum actuum lampadibus, sponso obviam venientes cum eo ad nuptias supernam intrabunt Civitatem.* *Tertia*, vt per hoc imitemur prudentes virgines, quarum beata virgo est caput, vt accensa in nobis lampade charitatis, & bonorum operum, cum eis in templum gloriæ, ad verum sponsum ingredi mereamur. *Quarta*: quia lumen quod est *ad revelationem gentium*, (vt Simeon dixit) hoc die pro nobis fuit præsentatum. *Quinta*, ad denotandam divinitatem, & humanitatem Christi. *Sexta*, ad indicandam Virginis Mariæ puritatem, ne quis audiens ejus purificationem, putaret eam purificatione indiguisse. Portamus igitur *candelas*, quasi ipso facto dicat Ecclesia: Virgo beata purificatione non indiguit, sed *Tota Pulchra* puritate: *Rutilans* exemplo: *Splendens* ferventi charitate: vnde habes alterum Thema, & propter has causas, hoc festum *Candelaria* nuncupatur. Tandem si *Februam*, (qui *Iunonem Februam*) Veteres hoc die colebant, ipsius picturas die 1. Januarii, num. 59. adductas, adapta, pro hodierna festivitate Virgini Matri, eam encomiando *Pulchram* omnimoda puritate fulgentem, *Cinctam iride* pacis, vti veram mediatricem inter Deum, & homines. *Coronatam* nube protectionis: Vnde & faciliter alias Junonis Februæ picturas, ibidem adductas, poteris adaptare.

210 Antiquis Romanis hic dies fuit habitus, & dictus *Ater*, memoria præteritorum vulnerum: nobis autem candidissimus est, & quia insignis candore lustratæ Dei Matris, & Virginis, & quia sacratus *Candido, Firmo, Feliciano*, & *Fortunato*. Quòd si Gentiles practicarunt tria genera purificationum: 1. *aqua* lectissima, & optima: enim vt tradit Guillermus Stuchius, Sacerdotes Ægyptiorum purificabantur aqua viva, & lectissima illius regionis, ex qua bibebat volucer *Ybis* nomine. Alii autem à Sacerdotibus non poterant se purificare aqua stagnata, sed *viva*, & *fluente* perenniter. 2. fiebat *accensis, tædis*, ac *facibus*, quibus putabant placare Februam, Manes, Cererem, & Proserpinam. 3. fiebat *vento*, vt putabant Syrii, aut *sulphure*, & *igne*, vt dixit Homerus, & practicavit Vlysses ad domum suam purificandam. Contra has tres purgationes Ethnicas, tres alias, sub illis adumbratas, invenit pietas christiana: 1. *Gemytibus* lachrymarum

2.

Cereorum accensor.

Ritus.

Quinquennum Festum.

Ritus.

Ambaruale.

Festum *Luminum.*

Durand. citat. Calà citat.

3.

4.

Martyrol. Rom

Stuch. lib. de Sacrif. Minæus in Epital. Mercurii. Mantuan. lib. 6. Æneid. Virgil. lib. 6. Cartagena lib. 8. hom. 2. tom. 3.

Digitized by Google

rum perfectæ contritionis, qua vsus David dicebat: *lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* 2. accenſis *candelis* myſticis, firma ſcilicet fide cum ardenti charitate, quæ in cereo accenſo adumbrantur. 3. *vento*, & *ſulphure*, quibus ſymbolizatur illuminans, vrenſque gratia Spiritus Sancti, qua adjuti terrena vruntur, & ab ipſis purgamur. *Sulphur* autem dicitur: *quaſi ſolum vrens*, terreſtria in naturam ſulphuris tranſmutat, præſtat *molitiem*, *calorem*, & *candorem*: vnde pro hoc feſto habes adaptandum Thema, Deiparam encomiando *Aquam* lectiſſimam: *Facem* accenſam: *Sulphurem* vivum virentem. Tandem ſi inter genera ſulphuris, vt Anglicus marginatus advertit, eſt alterum vocatum *vivum*, quod *viret*, atque *translucet*, & hæc adapta Virgini Matri in ſua Purificatione, eam encomiando *Vivam* omni puritate, & gratia: *Virentem* virtute, ſingularique humilitate: *Translucentem* exemplo. Quòd & commoda Sanctis hodiernis; jam eos encomiando per tres Purificationes; *Aqueos* contritione, veraque pœnitentia: *Sulphureos* amore, candoreque: *Faceos* exemplo; jam & eos laudando, *Vivos* gratia: Virentes virtute: *Translucentes* vita, & exemplo. Vide dicenda die 15. Junii.

Anglicus lib. 16. cap. 94. cum S. Iſidoro.

5.

6.

7.

8.

DIES III.

A.D. 34.

211 HIc dies, qui & 3. Nonas Februarii *Nefaſtus*, & *Ater* apud Veteres Romanos habitus. Ita Kal. Marmoreum, & Roſinus.

Dies 3. *Februalium*, quo Veteres *cereis* ac *facibus* accenſis luſtrabant vrbem, & ſacra faciebant, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 1. hujus num. 196.

Dies apud Ægyptios ſacratus *Minervæ*, ex dictis cum Pierio Valeriano die 3. Januarii.

Dies 5. & vltimus, quo Græca juventus ſe exercebat in *Ludis Olympicis*, *curſu*, *ſaltu*, & *diſco*, ex dictis cum Cæſare Calà num. 49.

Dies ſacratus *Soli*, ex dictis cum Roſino, & aliis num. 49. circa finem.

Quo die ſacrificabant *Laribus*, ipſis offerendo *Thus*, *Vinum*, & *Coronas* florum, ex dicendis cum Gyraldo, & Ovidio die 1. Maii num. 601.

Item & hoc die ſacrificabant *Belo*, ex dicendis die 16. Decembris.

Numerus 3.

212 Sumus in die 3. Februarii, & 34. anni Romanorum: quare de iis numeris, & primò de Ternario noto. *Ternarium* fuiſſe numerum ſacratum apud Antiquos, qui ad ipſum retulerunt *juſtitiam*, & ipſum voluerunt conferre ad preces, libamina, ceremoniaſque Deorum, & religionis, *Ter* libando, *Ter* ſacrificando, *Ter* preces fundendo: quare eſt illud Teocriti:

Virg. Geor. lib. 4. Plutarch. de Pyth. Bungius de num. 3.

Ter *libo*, Ter *& hæc pronuntio myſtica verba.*

Inſuper & fabularunt Gentiles *Iovem* eſſe vnum & tres. Primùm *Iovem maximum* cœli regem. Secundùm *Iovem Neptunum* maris arbitrum. Tertiùm *Iovem Plutonem* rectorem inferorum. Hos dixerunt vnum, & tres, quos etſi diſtinctos habere vnum, atque idem numen, atque in vnam coire poteſtatem fabularunt. Feruntque, quòd *Serapis* conſultus, quis eorum eſſet beatior? Reſpondit hoc diſticho:

Principio Deus eſt, tum Verbum, his Spiritus vna eſt
Congenita hæc tria ſunt, cuncta hæc tendentia in vnum.

Quibus ſcriptis Gentilitas adumbravit Vnitatem *Trinam*, Myſteriumquè SS. *Trinitatis*. Vt enim ait Minorita Anglicus; Ternarius, eſt numerus ex *vnitate* addito *binario*, eſtque, inter numeros ſacratiſſimus: quia in ipſo totius *Trinitatis* invenitur veſtigium: enim ſicut prima vnitas primi principii repreſentat vnitatem, ſic *Ternarius* Perſonarum in Deo exprimit *Trinitatem*, ſcilicet à *Patre* procedentis Filii per generationem, & à Patre, & Filio procedentis *Spiritus Sancti* per amorem. Quam Beatam *Trinitatem*, ſuppoſita fide, clamat, & prædicat quælibet creatura, quæ facta eſt à Deo in *numero*, *pondere*, & *menſura*.

Anglicus lib. 19. cap. 96.

Numerus 34.

De numero autem 34. noto eſſe numerum pertinentem ad *vitam*, *paſſionem*, & *mortem* Chriſti Domini. Annis enim 34. (etſi non completis) vixit Chriſtus in hoc Mundo, & ætatis ſuæ anno 34. paſſus, mortuus, & ſepultus fuit, reſurrexit, & aſcendit in Cœlum. Nec vacat myſterio, quòd Pſalmus 34. eſt illorum, qui Domini paſſionem, & reſurrectionem latius intimare noſcuntur. Conſtat numerus 34. duobus numeris perfectis, *ſexto*, ſcilicet, & *vigeſimo octavo*, quibus junctis conſtituitur numerus 34. quo ſignificatur perfectio vitæ præſentis, pariter & futuræ.

Bungius de num. 34.

213 Hic dies ab Ægyptiis ſacratus Minervæ, & Romanis Ater, nobis ſit lætus: enim ab Eccleſia ſacratus *Blaſio*, inclyto martyri, tutelarique angine, qui cum anginam mederi cœpit, deſiit.

Martyrol. Rom. Maſculus fol. 59.

Roma

Digitized by Google

Roma invocare Angeronam deam. Commodè sacratus est præsens dies, non solùm *Blasio*, sed & alteri Episcopo *Remedio*; cumque medela, tum maximè sit grata, cum cito exhibetur, oportunè quoque occurrit *Celerinus* martyr. Quòd si Gentiles hoc die coluerunt Albrit. lib. de Imag. Deorum. Minervam, quam fabularunt natam ex capite Jovis, in ductam veste contexta ex triplici colore *aureo*, *purpureo*, & *cœlesti*: vertendo prophana ad sacra, *Blasium*, aliosque hodiernos martyres encomia, *Cœlestes* vita, *Aureos* charitate, *Purpureos* martyrio. Quos per colores alterum do Thema die 20. Maii, num. 691. Quo die & numero, per picturam Minervæ Christianizatam, & ad sacra versam Thema habes 3. hodiernis adaptandum cœlicolis. Tum & per Ludos Olympicos duplicatum habes Thema, die 10. Januarii, hodiernis cœlicolis accommodandum. Quòd si & Lares colebant, Veteres, quibus tribuebant thus, thymiama, flores, & coronas, & hinc vertendo hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomia per *Thus* orationis, *Thymiama* virtutum, *Flores* exemplorum, & *Coronas* gloriæ. Tum & per *Thymiama*, ex dicendis die 29. Aprilis, num. 594. & per Larium encomia, & sacrificia dabo die 1. Maii, num. 605. triplicatum Thema hodiernis adaptandum Sanctis. Quibus per Solem, & Belum, alia ex dicendis adaptare poteris.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DIES IV.

A.D. 35. 214 Hic dies, qui & pridie Nonas Februarii; fuit habitus *Ater*, & *Infaustus*, dictusque *Ægyptiacus*. Ita Vet. Kalend. & cum eo Rosinus lib. 4. cap. 2. & *Masculus* in Fastis fol. 59.

Dies 4. *Februalium*, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant Vrbem, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 1. num. 196.

Hoc die Romæ *Ludi Gothici* incipiebant, & per *sex continuos dies* excendebantur. Ita Lazius de Rep. Roman. lib. 11. cap. 16. & Hospinianus de Festis cap. 10. à fol. 61.

Quem diem sacrabant *Mercurio*. Ita Joannes Baptista Egnata, & Bungius cum eo de Numeris fol. 241. & Roman. lib. 2. cap. 18.

Tandem & sacrificabant *Soli*, *Lunæ*, & *Belo*, ex dictis, remissivè die præcedenti.

Numerus. 4. 215 Sumus in die 4. Februarii, & anni Romanorum 35. quare de iis numeris, & primo de Quaternario, noto sequentia. *Quaternarius* consurgit ex additione vnitatis ad Ternarium, vocatusque est à *quadrata figura*. Forma autem quadrangula maximè stabilis est, & ideo significat *stabilitatem* vniversalis Ecclesiæ, & *firmitatem* animæ fidelis in virtute, scientia, & doctrina, quæ (vt Minorita Anglicus, cum S. Isidoro advertit) comprehendit cum omnibus Sanctis, quæ sit *longitudo*, *latitudo*, *sublimitas*, & *profunditas*. Quaternarius fuit ab Antiquis vocatus *Pan*, adumbratque *justitiam fontem*, & pulcherrimam *consonantiæ speciem*. Tum & virtutes *Cardinales*, partes *Orbis*, & *diei*, tàm naturalis, quàm civilis: equos *Solis*, quatuor *facies* Lunæ, & alia quam plura. De quo latè Bungius agens de hoc numero. Anglicus lib. 12. cap. 117. S. Isidorus. Bungius de n. 4.

Pergo ad numerum 35. quem Pythagorici vocarunt *harmoniam*: quoniam ex quatuor numeris 6. 8. 9. & 12. à quibus surgit numerus 35. sortitur compositio complectens harmonias. Nam 8. ad 6. habet rationem sequitertiam, quæ est in consonantia *Diatessaron*: eadem habetur inter 12. ad 9. Est, & sesquialtera ratio inter 9. ad 6. & inter 12. ad 8. quæ est consonantia *Diapente*. Duplam constituunt portionem, 12. ad 6. quæ est in harmonia *Diapason*; imò & toni proportio est sesquioctava inter 9. ad 8. quæ numerorum dispositio habet alias proportiones, vt Arithmeticam, ex 6. 9. & 12. Geometricam ex 6. 9. & 12. Harmonicam ex iis numeris 6. 8. & 12. quæ & alia tradit Bungius marginatus.

Numerus. 35.

6
8
9
12.

35.

Bung. de n. 35.

216 Fuit igitur præsens dies Ater, & Infaustus Gentilibus; quare nihil aggredi audebant, putantes tum Fortuna reflante, & adversa. At contra, Faustissimus nostratibus, qui ita fideliter certarunt, vt perennem palmam hodie fuerint consequuti, vt *Enthychius* illustris Christi martyr, cujus sepulchrum Damasus versibus exornavit. Ad quam palmam pervenerunt *Phileas* Episcopus, & Philoromus tribunus militum, cum quibus innumera multitudo fidelium (sub Diocletiano) *Phileam* pastorem suum sequuta, coronata est martyrio, ad quam avolarunt palmam *Aquilinus*, & alii. Quo die ad gloriæ lauream *Aventinus* illustris Confessor, cum *Isidoro* Peluliota claro scriptis, qui & alii fausté hoc die conscenderunt in Cœlum. Quod si Gentiles suum Mercurium finxerunt *nudum*, tenentem *virgam*, seu caduceum, *alatum*, & *in-*

Martyrol. Rom. Maicul. fol. 59.

Digitized by Google

Pictura. *ctatorem*, ex dictis die 4. Januarii; Quam christianizando picturam hodiernos encomia Sanctos *Luctatores* Christi: *Nudos* à terrenis affectibus: *Gestantes* crucem: *Alatos* charitate erga Deum, & proximum. Deinde & ex dicendis de Mercurio die 4. Augusti, versisque vt ibidem ad sacra, plura Themata habes hodiernis cœlitibus adaptanda. Si igitur delirabant Gentiles in suis Februalibus, seu Lustrationibus tribus *aqua*, *face*, & *sulphure* ex dictis die 2. hujus mensis num. 210. in fine, inde hodiernos encomia *SS. Aqueos* contritione, & pœnitentia: *Sulphureos* amore: Faceos exemplo. Insuper si in face sunt tria, *cera*, *illychnium*, & *lux*, inde & mysticas faces ipsos encomia Sanctos, *cereos* humilitate: *Illychnios* puritate: *Lucidos* vita, gestis, exemplo. Est lumen defluxus quidem à substantia lucis (teste Anglico), triplexque est lumen *reflexum*, *fractum*, & *directum*, quòd si in lumine, facibusque accensis delirabant Veteres per hos dies, suis in lustrationibus, & verte hæc ad sacra hodiernos encomiando Sanctos per triplex lumen: *Reflexos* humilitate, & cognitione sui: *Fractos* pœnitentia, & laboribus pro Christo: *Directos* in Deum, intentione, & opere. Quibus alia plura Themata per *Lares*, & horum sacrificia adaptare poteris, ex dictis die præcedenti. Tum & per *Belum* ex dicendis die 16. Decembris, & per Solem ex dicendis pluribus locis, præcipuè 26. die Martii à num. 481.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10 11 12 13 14.

Anglicus lib. 8. cap. 42.

DIES V.

A.D. 36.

217 Hic dies, qui & Nonas Februarii *Ater*, & *Infaustus* notatur in Kalend. Maffeiano, & Rosino.

Dies 5. *Februalium*, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant vrbem, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 1. num. 196.

Dies 2. *Ludorum Gothicorum* Romæ, ex dictis cum Lazio, & Hospiniano die 4. num. 214.

Item dies *Fastaus*, Feriatus, & agendis rebus *Felix*, vti & alii dies Nonarum, ex dictis cum Macrobio, & Bungio num. 49. die 5.

Quo die sacrificabant *Lari* familiari, *Laresque* colebant ritu relato die 12. Januarii, ex dictis citato num. & die 5.

Quo & die Augustus dictus *Pater Patriæ*, anno Vrbis 487. Ita de Octavio Augusto, Gyraldus de Mensibus, fol. mihi 610. Ovidius, Suetonius, Rosinus, & alii.

Ad quem diem referunt *Cædem Fabiosum*, Rosinus lib. 4. cap. 2. & 6. Ovidius, & alii.

Fuit & *Triumphalis* præsens dies, ob triumphum partum à Junio Pera Cons. de *Salentinis*, & *Mesapiis*, anno Vrbis 487. Ita Livius, & Masculus, ac Beyerlinc hoc die.

218 Sumus in die 5. Februarii, & anni Romanorum 36. quare de iis numeris aliqua tangam, & primò de Quinario. Consurgit *Quinarius* numerus, ex primo pari, primoquè impari, scilicet ex *binario*, & *ternario*, & cum ternarius vltra parem abundet vno, ob ejus copiam appellatur *masculus*, at binarius, ob inopiam copiæ abundantiæ in ternario repertæ, nuncupatur *fœmininus*. Insuper Quinarius compactus ex his, nuncupatur *Matrimonium*; fuitquè sacratus nuptiis, ob paris cum fœmina, imparis cum mare similitudinem: quare & à Pythagoricis, *conjugium* fuit appellatum. Accedit, quòd Prisci matrimonium contrahentes quinque Deorum patrocinio indigère putabant, *Veneris*, *Suadæ*, *Dianæ*, *Iovis* præfecti, & *Iunonis* præfectæ, quam parientibus opem ferre volebant: quare & *Lucinam* eam appellarunt, putantes filios in lucem edere. Quinque *faces* in nuptiis accendebant, Pythagorici & numerum *Quinarium* appellarunt *Sphericum*, & sacrarunt Minervæ. Qui numerus Latinè significatur per literam V. Græcè autem per literam E. Adumbratquè nobis plura, scilicet quinque *vulnera* Christi: 5. *Civitates* in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan; 5. *porticus* piscinæ: 5. *panes* hordeaceos, quibus Christus satiavit turbam: 5. *stolas* optimas, quas Joseph dedit Beniamin, Gen. 47. 5. limpidissimos *Lapides*, quos David sumpsit de torrente, ex quibus in vno (vt ait Matute) scripsit nomen *Abraham*: in 2. *Isaac*; in 3. *Iacob*: in 4. *Moysem*: in 5. *Iosue*, aut *Iesum Nave*, quòd tradit ex Philone lib. de Antiquit. Biblicis. Adumbrat quoque hic numerus 5. *Virgines* sapientes, habentes secum oleum in lampadibus: & 5. *fatuas*, oleum in suis lampadibus non habentes. Tandem & eos adumbrat, qui ad Trinitatis *fidem*, & *doctrinam*, & *scientiam* superaddunt: quæ, & alia Bungius, & Anglicus tradunt, vnde plura Themata efformare poteris. Vide dicenda à n. 1311. vsque ad n. 1314.

Numerus. 5.

Bungius de n. 5. & 25. 9. & 3. Plato lib. de Legib. cap. 6. Matute de Prof. Christi. Prof. 4. §. 12. fol. 167. Anglicus lib. 19. cap. 98.

Per-

Numerus.

36.

Plut. lib. de Ofirid. & Iſide.

Bung. de n. 36.

219 Pergo ad numerum 36. quem Pythagorici appellarunt *Mundum*, quem Plutarchus celebrat dicens, eſſe *Tetractyn* illam conſtantem 36. vnitatibus, per quam Pythagoras jurare ſolitus erat. Conficitur autem *Tetractys* illa primis quatuor imparibus 1. 3. 5. & 7. & primis paribus 2. 4. 6. & 8. collectis in vnam ſummam, conſtantem vnitatibus 36. vt in margine liquido patet. Eſt etiam præſens numerus trium cubitorum, quia ex 1. 8. & 27. ſurgit 36. *Tetrogonus* numerus dicitur conſtans quatuor numeris, & ex ductu duorum tetrogonorum, vnius in alterum, ſcilicet *quaternarii*, & *novenarii* ſurgit numerus 36. quem conficiunt *quater* novem, & *novies* quatuor. Nec ſolùm eſt tetrogonus, ſed & *trigonus*: cum enim trigonus idem ſit ac *triangularis*; eſt hic numerus trigonus ab octonario: quia ab vnitate ad octonarium in vnam ſummam confluentes 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. fit eorum ſumma 36. quæ ſumma, & exurgit triplicando per duo denarium: enim ter 12. conficiunt 36. Et quemadmodum octonarius trigonus eſt, 36. pariter & numerus 666. trigonus erit 36. de quo tale quid ſacrum habetur in Apocal. cap. 13. v. 18. *Hic ſapientia eſt: Qui habet intellectum computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt; & numerus ejus 666.* Apta igitur omnes numeros, vſque ad 36. & habebis numerum hominis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. fiunt omnes 666. Chriſtus Salvator noſter 36. horis fuit in Sepulchro, ſcilicet à veſpere ſepulturæ, vſque ad diluculum reſurrectionis, vno videlicet die, & duabus noctibus. Diei horæ 12. ad 24. horas duarum noctium, ſimplum ad duplum eſt, & hæ 12. ſimplæ morti Redemptoris noſtri conveniunt; at, nocturnæ 24. ad duplum mortem noſtram. Mors enim Chriſti in ſolo corpore fuit, at, mors noſtra in anima, & corpore, & hæc mors corporis, pœna eſt peccati, & primæ mortis animæ. Igitur ſimpla mors Chriſti profuit duplæ noſtræ. Magno igitur ſacramento, vna die, & duabus noctibus, per horas 36. jacuit in Sepulchro, ſignificans quòd luce ſimplæ mortis ſuæ, ſubveniebat tenebris duplæ mortis noſtræ. Adde, quòd ſi ad numerum 36. addideris latera, ſcilicet 6. & 8. illicò conſurget *quinquagenarius* numerus, in ſcriptura ſacratiſſimus, & nota Jubilæi, vt patet in margine. Quæ & alia de hoc numero tradit Bungius, qui agens de numero 9. fol. mihi 345. addit à Magis *numerum 36. attributum Soli.*

1. 2.
3. 4.
5. 6.
7. 8.

16—20.

36.

1.
2. 3.
4. 5.
6. 7. 8.

36.

Apoch. 13. v. 18.

S. Aug. lib. 65. quæſt. & de Trinit. lib. 4. cap. 3. & 6.

Beda quæſt. in Geneſ.

1.
2. 3.
4. 5.
6. 7. 8.
6. 8.

50.

220 Fuit hic dies celebris antiquis, & quia Auguſtus acclamatus Pater patriæ, & quia Triumphalis, ob triumphum partum à Junio Pera. At, celebrior nobis, ob *S. Agatham*, quæ veriùs Parens patriæ fuit, & eſſe non deſinit, quoties effuſa ex cratère Ætnæ ſæva vis flammæ, obiecto velo comprimitur: immortale nomen certè eſt ejus, quæ toties efficit, ne periret, nevè arderet in rogo. Inſignis & eſt hic dies paſſione *S. Iſidori* martyris, qui cæſus capite, ſuo cruore Alexandriam illuſtravit, vti & Pontum illuſtrarunt *Martyres plurimi* paſſi ſub Maximiano. His adjunguntur ad eandem martyrii lauream *Petrus Baptiſta*, aliique viginti duo martyres Japponenſes, qui pro Chriſti nomine, vincula, carceres, ludibria, alioſque cruciatus perpeſſi; tandem Nangaſachi in Japponia crucibus affixi, & haſtis tranſverberati fuere, omneſque Franciſcani ex primo, & tertio Ordine, qui hoc die diplomate Pontificio coluntur ritu duplici 2. claſſis: ſunt hi, *Petrus Baptiſta* Dux, & anteſignanus, *Martinus* ab Aſcenſione, *Franciſcus* à Blaneo, *Philippus* à Jeſu, *Gonzalus* Garcia, & *Franciſcus* à S. Michaele Minoritæ Diſcalceati: cæteri Laici Tertiarii, num. 17. Hi ſunt, *Paulinus* Sauziquius, *Gabriel* Duiſco, *Ioannes* Quizuya, *Thomas* Xico, *Franciſcus* Medicus, *Ioaquin* Saquierus, *Michael* Coſaquin, cum filio ſuo *Thoma* quindecim annorum, *Bonaventura* Duiſco, *Leo* Carazuma, *Martinus* cognominatus Mathias, *Antonius* Naganzachius, *Ludovicus* Duiſco, *Paulus* Ibatiquius, *Coſmas* Tagnia, quibus duo in vinculis miniſtrantibus adaucti ſunt, *Petrus* Xuquexico, & *Franciſcus* Carpinterus, ac expletus numerus Martyrum viginti trium Ordinis Minorum.

Martyrol. Rom. Maſculus hoc die.

Martyr. Franciſ. & Breviarium hoc die.

221 Gloriosè igitur de Tayeozama Rege tyranno triumpharunt noſtratum martyres patiendo pro Chriſto. Quod ſi inter Coronas militares Antiquorum recenſentur *Caſtrenſis*, *Oleagina*, *Muralis*, & *Triumphalis*, & inter triumphantium ornamenta numerantur, *Currus*, *Equi* albi, *Toga* palmaris, *Sceptrum*, & *Corona*, vt tradunt Roſinus, Dionyſius Halicarnaſſeus, & alii, & hæc ad ſacra vertendo, pro noſtris hodiernis veris triumphatoribus, ipſis adapta Coronas triumphantium,

Corona. Militares. Ornamenta. Triumphant.

Roſin. lib. 10. cap. 29.

Halic. lib. 8. fol. 537.

Digitized by Google

Thema. 1. eos encomiando *Castrenses* pugna, *Oleginos* benignitate, & pietate, *Murales* patrocinio, *Triumphales* victoria parta de Tyranno, de adversis, de tormentis. Tum & adapta triumphantium insignia: eos encomiando *Currus* humilitate, 2. *Equos* albos, puritate, *Togatos* toga palmari triumphorum, *Sceptreos* potentia, ad suos subveniendo veros clientes, 3. *Coronatos* gloria. Quibus & adapta classes, & colores triumphantium: 4. unde habes alia Themata, die 5. Januarii in fine, hodiernis adaptanda cœlitibus. 5. Insuper, & per Februalia, Laresque, 6. alia Themata accommodare poteris (ex dictis die præcedenti in fine) ipsis hodiernis cœlitibus. 7.

222 Est & hic dies dicatus inclytæ Virgini *Agathæ*, cui Themata adducta adaptare poteris. Addo, cum Historia Hist. Lomb. leg. 39. Lombardica, quòd *Agatha* dicitur ab *agios*, quod est *sanctus*, & *theos*, Deus, quasi Sancta Dei. Vt enim, inquit, S. Chrysostomus tria sunt, quæ faciunt Sanctum, & perfectè fuerunt in *Agatha*, 8. scilicet *Munditia*, *Præsentia* Spiritus Sancti, & *Affluentia* bonorum operum. Vel dicitur *Agatha* ab *à*, quòd est sine, & *geos*, terra: quasi sine terra, & amore terrenorum: vel ab *aga*, quòd est loquens, & *thau*, consummatio, quasi consummatè, & perfectè loquens: vel ab *agad*, quòd est servitus, & *thaas*, superior, quasi servitus superior: vel ab *aga*, quod est solemnis, & *thau*, consummatio, quasi solemniter consummata, & sepulta. Vnde *Agatham* 9. encomia *Exutam* terra, *Loquentem* perfectè, *Servientem* superiori, ideſt, Deo, *consummatam* solemniter triumpho, merito, gloria, sepulchro.

DIES VI.

A.D. 37. 223 Hic dies, qui & 8. Idus Februarii *Ater*, & Infaustus notatur in Kal. Maffeiano, Rosino, & aliis.

Dies 6. *Februalium*, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant vrbem, ex dictis, cum Gyraldo, & Lazio, die 1. num. 196.

Dies 3. *Ludorum Gothicorum* Romæ actorum per *sex continuos dies*, ex dictis cum Lazio, & Hospiniano, die 4. num. 214.

Dies *Hordalis* nuncupatus, quo jussu Pontificum supersedebant à sacrificiis Deorum. Ita Alex. citatus supra num. 49. die 6.

Quo die, *Aquarius* oritur, *Zephirus* flare incipit. Ita Rosinus in suo Kalendario, lib. 4. cap. 4.

Ad hunc diem erant *Ludi Natalitii* Alexandri Magni. Ita Lazius lib. 10. cap. 15. fol. 1020. & Hospinianus cap. 24. fol. 135.

224 Sumus in die 6. Februarii; quare de numero *Senario*, noto, quòd Pythagorici hunc numerum appellarunt *Conjugium*, quem & numerū Martianus Capella tribuit *Veneri*; quæ fortasse idcirco mater Harmoniæ dicitur, quod senarius foret primus harmoniæ genitor. Ex additione vnitatis ad quinarium, crescit *Senarius*, qui inter numeros, & perfectus, & dux perfectorum numerorum est (aiunt Bungius, & Anglicus) ea ratione, quod in partibus suis aggregatis, reddit eandem summam; quòd in monadibus numeris non invenitur, nisi in senario. Quare ex Boëtio senarius est numerus æmulator virtutis: quia nec superfluè progreditur, nec diminutè remittitur, sed inter æquales partes tenet medium: nam *senarius* continet in se partem sui mediam, scilicet ternarium, & tertiam, scilicet binarium, & sextam, scilicet vnitatem. Sex autem vnita faciunt senarium, & pariter duo ternarii, & tres binarii: quare hic numerus est *trinus* figura, denominatione, & partibus, vt totum observant Anglicus, & Bungius; qui de hoc numero addit, quòd est *tertrinus* ob rationem allatam, numerus *hominis* & *creaturæ*: appellatus *Sphericus*, tenens *mundi* figuram: notat *creationem* hominis, & *Passionem* Christi; ac adumbrat *tempus* hujus vitæ, *virtutem*, *perfectionem*, & perseverantiam. Numer. 6. Bungius de n. 6. Anglicus lib. 19. cap. 119. Boet. lib. 1. cap. 18.

225 His igitur dies Veteribus jam ater, jam festus, & Ludorum; nobis sit candidus, & purpureus: enim sacratus *Dorotheæ* virgini, & martyri; in cujus confessione *Theophylus* ad Christum conversus, & mox acerrimè equuleo tortus, post gladio cæsus consummavit triumphum: ad quam palmam martyrii pervenerunt *Saturninus* cum sociis, *Silvanus* præsul, & alii: cum quibus ad coronam gloriæ pervenerunt *Vedastus*, & *Amandus* præsules, ille Atrebatensium, iste Trajectensium, quorum vita, & mors plurimis miraculis extitit gloriosa. His associatur *Guarinus* Episcopus Cardinalis Prænestinus, sanctitate conspicuus. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra lustrationes Veterum, vt die 2. hujus mensis in fine: vnde habes Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Tum & verten- Martyrol. Rom. Mascul. in Fastis.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

do

Cartarius à fol. 178. Pictura. *Zephiri.* 7.

do ad sacra faces veterum *Faceos* mysticos eos encomia, vt die 4. propè finem. Si ventus Zephyrus nuncupatus flare cœpit hoc die, & hunc fabularunt Floræ maritum, quem depinxerunt, discalceatum, decora facie, alatis humeris, & redimitum corona florum, verte & hæc ad sacra, hodiernosquè Sanctos encomia *Discalceatos* ab affectibus terrenis: *Decoros* puritate: *Alatos* charitate in Deum, & proximum: *Redimitos* gloria, laureolisque jam virginitatis, jam martyrii. Si tandem Veteres Palmam tribuebant victoribus: quare & est Palma, ex S. Isidoro, & Anglico, arbor *victorialis*, *nobilis*, & *pulchra*, ac insignis pulchritudinis, Græcè vocata *Phœnix*. Tum & est arbor *gracilis*, *alta*, *dilatata* in ramis, *suavissima*, ac *uberrima* in fructibus, estquè palmarum duplex species *masculus*, & fœmina, vt totum notant citati auctores. Hinc per *Palmam*, hodiernos Sanctos encomia *Pulchros* puritate: *Nobiles* gratia: *victoriales* triumphis. Tum & *Graciles* gratia, & benignitate: *Altos* virtute, & merito, *Dilatatos* charitate: *Suavissimos* patrocinio.

S. Isidor. lib. 17. Angl. lib. 17. cap. 116.

8.

DIES VII.

A.D. 38.

226 Hic dies, qui & 7. Idus Februarii, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 7. *Februalium*, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant vrbem, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 1. hujus mensis num. 196.

Dies 4. *Ludorum Gothicorum*, ex dictis cum Lazio & Hospiniano die 4. num. 214.

Dies sacratus *Soli*, ex dictis cum Romã, & Alexandro ab Alex. n. 49. die 7.

Qua die sacrificarunt *Veneri*, in Ovatione, ex dicendis infra num. 229.

Item dies *Triumphalis*: quia C. Iulius Cæsar dictator *Ovans* ex Albano monte in Vrbem invectus est equo. Ita Goltzius, Beyerlinc, & Masculus hoc die.

Numerus. 7.

227 Sumus in die 7. Februarii, & 38. anni Romanorum: quare de his numeris, & primo die 7. noto sequentia. Est numerus *Septenarius* sacratissimus, & mysteriorum plenissimus. Qui numerus à Pythagoricis fuit appellatus similis *Duci*, & *Rectori*, numerusquè *Virginitatis*, & vocatus *Minerva*, quam Poëtæ perpetuam virginem dixerunt. Ipsum numerum, tribuerunt *Saturno*, dixeruntquè pertinère ad *Lunæ* motum, luminisquè dispensationem. Qui numerus est *universitatis*, & dictus *absolutorius*, ac attributus *Ecclesiæ*: habitus in pretio apud Hebræos propter *Sabbatum*: addictus *remissioni*, dicatus *humiliationi*, accommodatus *purificationi*. Est nota *ætatis* humanæ, significat *bonos*, & *malos*, adumbrat *Spiritum Sanctum*, & *requiem æternam* cum Deo, post hujus vitæ laborem, & meritum. *Græcè* significatur per literam Z. Vt omnia tradit Bungius, apud quem plura alia vide, & dicta die 7. Ianuarii.

Bung. de n. 7. & 9. ac fol. 625.

228 Anni Romanorum est hic dies 38. quare de hoc numero noto, quòd est numerus destitutus Mathematica dignitate, & in divinis scripturis infeliciter positus. Tempus autem, quo ambulaverunt Hebræi, *de Cadesbarne, usque ad transitum torrentis Zared, Triginta, & octo annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut juraverat Dominus.* Qui numerus & pertinet ad *Languores*: enim Paralyticus 38. annos sedit ad piscinam, & significativus *imperfecta*, & Languidæ *charitatis*, designat *peccata*, est addictus *pœnæ*, & *castigationi*, designat humanę vitę *miseriam*, & brevitatem quæ & plura alia vide apud Bungium marginatum.

Numer. 38.

Bungius de n. 38. & in A. Deut. 2. v. 14.

229 Cum Iulius Cæsar, hoc die *Ovans* vrbem fuerit ingressus: noto, quòd apud Romanos fuit species triumphi distincta à triumpho majore (de quo egi, die 20. Ianuarii) dicta *Ovatio*, vel ab *obviando* vt vult Roman, vel quasi *Ovantes*, & *Lætantes*, ab eo clamore, quem victores milites redeuntes è pugna mittebant, geminantes literam, O, vt Festus, & Hælicarnasseus aiunt: aut (vt placet Plutarcho) *ovationis* nomen deductum fuit ab *ove*, quam sacrificabant, qui hoc genere triumphi ornabantur. Ritus *Ovationis* sic erat. *Ovans* ingrediebatur Vrbem, non in curru, vt triumphans triumpho majore, sed equo vectus, aut pedester, cooperto *telis pulcherrimis*, *floribus*, *viridisquè herbis*. Gestabat *coronam myrteam*: Præibant modulantes *tibiis*, ac milites gestantes *spolia*, & *militaria* ornamenta, ac *oves* sacrificandas, inter *victos*. Ipse vero *ovans* comitabatur à Senatu, & à populo, ascendebat ad Capitolium, & sacrificabat *Ovem*, non *Marti*, sed *Veneri*, quasi foret quidam venereus triumphus. In *Ovatione* poterant milites gestare coronas *Olearum*. Qui plus desideret de distinctione Ovationis à triumpho majore, legat marginatos, & præcipuè Roman.

Ovatio. Roman. lib. 6 cap. 9. Fest. Halicarn. lib. 5. Plutarch. in Marcel. Rosin. lib. 10. cap. 18.

Ritus.

Hinc

Digitized by Google

Venus.

230 Hinc constat quòd hoc die sacrificabant *Veneri*, quam Gentiles putarunt Deam generationis, *voluptatis*, imo *pudoris*, & *castitatis*; vt Cartarius advertit: quam & putarunt Deam *agricolarum*, & *hortorum*; opinaruntquè dictam *Venus*, quod ad omnes res veniat, vel quòd per eam omnia proveniant. Finxerunt Poëtæ (Varrone teste) semen igneum de Cœlo cecidisse in mare, ac ex conjunctione ignis, & aquæ *Venerem* natam ex spumis. Cicero commemorat Veneres quatuor: *Venus*, inquit, prima, è Cœlo, & die nata: Secunda ex spumis procreata; ex qua, & Mercurio Cupido genitus: Tertia orta ex Iove, & Dione, quæ nupsit Vulcano, & ex ea, & Marte natus Anteros: Quarta verò Syria, Syroquè concepta, quæ *Astarte* vocatur, quam tradunt nuptam Adonidi. Natam ex spumis precipuè coluerunt Romani Gentiles. Fuit *Venus* vocata *Clausina* à pugnâ, *Victrix* à vincendo, *Myrtia*, post *Murtia* à myrto Veneri dicata, *Libentina* à libendo, *Libitina* à nummis oblatis pro defunctis, *Ericia* ab Eriee monte Siciliæ, in quo templum fuit ipsi constructum, *Verticordia* à corda vertendo ad pudicitiam, vt scribunt Valer. Maximus, & Ovidius, dicentes, ædem *Veneri Verti cordiæ* Romæ ædificatam fuisse, cum tres Vestales incestum commisissent, vt virginum, mulierumquè corda ad pudicitiam converterentur. Fuit & *Venus* vocata *Vrania*, idest cœlestis: enim duas Veneres constituerunt, vnam *terrestem*, alteram *cœlestem*: *Alma* & fuit nuncupata, idest sancta, sivè pulchra: *Astarte* fuit dicta à simulacro figura astri, quo modo à Syriis colebatur. Alia cognomina tribuerunt ipsi Veneri, de qua, & plura alia fabularunt.

Gyraldus Synt. 13. fol. 328. & sint. 1. fol. 20. Carta fol. 344. Rosin. lib. 2. cap. 10. Val. Max. lib. 8. Ovid. lib. 4. Fastor.

Cognomina.

231 Veneri dicabant *Myrtum*, *Cycnos*, *Columbas*, & *Rosas*. Sacrabant ipsi *Myrtum*: quia putabant hanc arborem vim habere ad conciliandum amorem, ipsumque conservandum: aut quia *pacis* erat symbolum, & hinc, ex Plutarcho, *Ovantes* cingebantur *Myrtea* corona. Sacrabant & *Cycnum*, aut propter hujus avis innocentiam (quæ neminem vmquam lædit) aut propter cantus suavitatem. *Columbas* sacrabant, aut propter hujus avis candorem, aut propter ipsius fœcunditatem, & inclinationem ad coitũ, aut quia fabularunt quòd Peristera, vnicè à Venere dilecta, mutata fuit in columbam. *Rosas* veneri sacrarunt: quia sicut rosæ sunt rubræ, & sine spinarum punctionibus decerpi non possunt, ita & Veneris voluptates secum ruborem afferunt, & conscientiæ stimulis assiduè nos pungunt; Ita vt maximum dolorem ex eis contrahamus: aut quia rosæ pulchritudo, brevi durat, citò languescit; vt & accidit in fœdis voluptatibus. Fabularunt etiam *rosas* fuisse *albas*, Veneremque incautam, pedem posuisse in rosarum spinis, & ab eis cruentatam, suo sanguine rosas respersisse, indequè eas *rubras* effectas esse. *Veneri* autem sacrabant *oves*: imo has suo nomine præferebant: nam Scoliger, & Varro apud Maluendam putant, *Venerem* vocari lingua Punica, seu Hebraica, *Astarthem*, seu *Astoreth*, in qua sonat *oves*, à victimarum multitudine, quæ ei mactabatur.

Sacrificia.

Cartarius de Imag. Deor. fol. 341.

Fabula.

Malu. in Iud. 2ª vers. 12. *Astarthe Astoreth.*

232 Varie pinxerunt *Venerem*: primò, *stans* in *curru* nuda, capite *coronato Myrto*, gestans in pectore *facem* ardentem, dextera *orbem* mundi figuram: sinistra *tria mala* aurea. Post erant nudæ gratiæ, nexis manibus, poma gestantes, aversis invicem vultibus, dona conferentes. Iugales quadrigæ aderant gemini *Cycni*, geminæque *columbæ*: quod simulacrum apud Saxones veneratum tradit Gyraldus, & habes apud Cartarium delineatum.

Secundò, ipsam Venerem effingebant *Puellam*, in *concha* è mari *exeuntem*.

Tertiò, vt *Mulierem* manu *conchan* tenentem, *coronatam rosis*, *floribusquè*.

Quartò, vt *Virginem pulchram* insidentem *capro*, manu dextera tenentem ipsius capricornua, & læva super pectus: induta *cæruleo velo*, maris instar; vt ex eo nata crederetur, præmens pede dextro *testudinem*, & coronata *Myrto*.

Quintò effingebatur: *Mulier stolata*, dextera gestans *Victoriam*, cui tribuebant *coronam*, & *palmam*, quam *Victricem Venerem* cognominabant. Vide infra die 11. hujus mensis.

Sextò pingebatur, pede *præmens Polypum* piscem, Hispanè *Pulpo*; qui ejus est naturæ, vt vicinarum rerum recipiat *colores*, seque in eos, quodammodo transformat. Vide & alteram picturam die 8. Decembris.

Picturæ. 1.

Cartari citatus.

2.

3.

4.

5.

6. Cartag. lib. 11. hom. 13. tom. 3. colum. 389. Plin. lib. 9. c. 29.

233 Hic igitur dies Ovationis, & triumphi, apud antiquos Romanos, ob victoriam: clarior sit apud nos, ob victorias partas ab *Augulo*, *Adauco Theodoro*, aliisque Martyribus, qui de tyrannis triumpharunt per Christum: Tum-

Martyr. Rom. & Franciscan. ac Breviar.

ob

ob merita *Richardi* Regis, *Iulianæ* viduæ, ac *Moysis* Episcopi, qui magnam Saracenorum multitudinem, ad Christum convertit. Quibus è Minoritico cœtu Cœlestibus associatur B. *Antonius* à Stronconio Confessor, qui virginitate, dono prophetiæ, vita sanctissima, multisque miraculis acclamatur, atque ritu duplici colitur: cujus Corpus admirabili integritate coruscat, apud Assisium in Conventu S. Damiani, vt ego ipse vidi, veneratus, & admiratus fui. Pro iis, aliisque hodiernis cœlicibus verte ad særa 5. Veneris Victricis picturam, numero præcedenti relatam, eos encomiando per *Palmam* in vita: *Victoriam* in morte. *Coronam* post mortem.

Thema. 1.

234 *Myrtum* dicabant Veneri Gentiles, cui & in Ovatione hoc die sacrificabant. Quòd si Myrtus (Anglico teste) est arbor *virens*, *medicinalis*, *lætificans*, & *valens* contra venenum, & hæc hodiernis apapta Sanctis, eos encomiando, *virentes* virtute, *Medicinales* doctrina, curatione, *Lætificantes* vita, & exemplo, *Valentes*, patrocinio. Tum si Myrtus, ipso Minorita citato teste, est frutex, cujus quædam species *nigra*, altera *alba*, *aromatica*, *lenitiva*, *consolidativa*, & *mundificativa*, *reparativa*, & *imputribilis*, & inde hodiernos encomia Cœlites, *Nigros* humilitate, *Albos* puritate, *Aromaticos* exemplo, &c. Si Veneri dicabant *Cycnum*, *Columbam*, & *Rosam*, & hæc verte ad sacra hodiernos, inde, encomiando Sanctos mysticos *Cygnos* suavitate, harmonia vocis, & cantus in fide, doctrina, & exemplo: *Columbas* candore vitæ, & intentionis rectitudine: *Rosas* maxima sanctitate, virtutumque fragrantia. Si tandem Veneri sacrificabant *Ovem*, & dabo infra die 25. Aprilis, in fine, per *Ovem* Thema hodiernis adaptandum Cœlicolis. Quibus per Februalia, solem, & Ludos alia plura Themata adaptare poteris, tum ex dictis, tum ex dicendis.

Anglicus lib. 17 cap. 101.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

DIES VIII.

A. D. 39.

235 Hic dies, qui & 6. Idus Februarii, *Nefastus* notatur in Kalendario Maffeiano.

Dies 8. *Februarius*, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant vrbem, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 1. hujus mensis num. 196.

Die 5. *Ludorum Gothicorum*, ex dictis cum Lazio, & Hospiniano die 4. num. 214.

Apud *Græcos* dies solemnis *Neptuno* dicatus, cui særa solemniter dicabant. Ita Plutarchus, Gyraldus, & Bungius citati numero 49. die 8.

Quem diem, ex Roman, & Alex. ab Alex. ipsi Græci dicabant *Theseo*: & ex Masculo *Vulcano*, putato præsidi elementi ignis, sed re fœdissimo Deorum Gentilium; ex dictis citato num. 8. die.

Dies dicatus *Soli*, ex dictis citato num. in fine. Quo & sacrificabant *Laribus*, ex dicendis die 1. Maii; & *Belo* ex dicendis die 16. Decembris, cum authoribus citandis dictis in locis.

Dies Festus sacratus *Æsculapio* à Græcis, ita Hospinianus de Festis, cap. 9. fol. mihi 60.

236 Sumus in die 8. Februarii, & ideò, quamquam de *Octonario numero*, dixi supra, dictis addo: hunc numerum à Gentilibus dicatum fuisse *Iovi*, Matri Deorum *Cibeli*, *Baccho*, seu *Dionysio*, *Neptuno*, & *Vulcano*. Quem numerum Pythagorici appellarunt *Iustitiam*. In Ægiptia columna, in justitiæ signum octo nomina Deorum scripta notabantur, scilicèt, *Saturnus*, *Rhea*, *Osyris*, *Spiritus*, *Cælum*, *Terra*, *Nox*, *Dies*, vt tradit Bungius. Pythagorici dum signis *Zodiaci* numeros assignarunt *Libræ* dicarunt *Octonarium*: quia sub eo decurrens sol, æqualiter tempora diei, noctisque distribuit, cujus signi facies est statera; symbolum æqualitatis. Hic numerus componitur ex duobus *quaternariis*, vel ex *quinario*, & *ternario*. Est numerus *perfectus*, *purgationis*, & *placationis*, ac *harmonia*, adumbrat *solidatatem*, *stabilitatem*, & *requiem æternam* consequendam per merita. Vt omnia tradunt marginati, apud quos plura alia vide.

Numerus 8.

Bung. de num. 8. fol. 322. &c. Chaves in Rep. Temp. fol. 120. Anglicus lib. 19 cap. 121.

237 At si hoc dies fuit Veteribus, jam infaustus, jam festus, & sacratus suo Vulcano ignis Præsidi: at nostratibus fuit verè faustus, vt *Paulo* Verdunensi Antistite, qui ex ardenti clibano illæsus evasit, & claruit miraculorum gloria. Qui dies & Lucidus fuit *Lucio*, alteri *Paulo*, & *Cyriaco*, qui suo cruore decorarunt Romam laureati martyrio; adquam pervenerunt Armenii martyres *Æmelianus*, *Dionysius*, & Sebastianus, aliique plures; quibus merito ad coronam gloriæ associatur *Honoratus* præsul Mediolanensis, & *Ioannes de Mata* Confessor Ordinis SS. Trinitatis (qui quamquam obierit sextodecimo Kal. Ianuarii colitur hoc die) in quibus viguit ignis nobilior charitatis in Deum & proximum. Cumque Gentiles delirarent

Martyr. Rom. Masculus hoc die.

rent

rent in Vulcano, inde vertendo ad sacra habes die 8. Januarii Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Quod si Gentiles ignem sacrarunt Vulcano, nos autem ignis proprietates hodiernis Sanctis adaptemus. Plures commemorant S. Dionysius, & Anglicus; inter quas, quòd ignis est, *disolvens*, *renovans*, *pascens*, & *trahens* sursum: quare verè igneos hodiernos encomia Sanctos, quia, *Disolventes* mala, *Renovantes* in bonum, *Pascentes* proximos doctrina vera, *Trahentes* sursum ad Deum charitate, vita & exemplo. Amplius, quia vt marginati tradunt. Ignis est *custos* naturæ, *clarus splendoribus*, *illuminans*, *potens*, & *excelsus*; per quas ignis proprietates, hodiernos cœlites lauda: *Claros* puritate, *Splendentes* virtute, *Illuminantes* vera doctrina, *Custodes* patrocinio, *Potentes* potestate à Deo accepta ad mira patranda, *Excelsos* merito. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, plura alia, vertendo ad sacra, adaptare poteris, vt per Februalia, per Faces accensas, per Neptunum, Solem, Lares, & Belum, per quæ tum ex dictis, tum ex dicendis, plura habes Themata. De variis ritibus ignis vide Novarinum in Schediasm. Sacro-Prophanis lib. 5. cap. 5. per totum.

Thema. 1. 2. 3.

S. Dionys. de Angel. Hier. cap. 12. Anglic. lib. 10. cap. 3.

5.

6.

DIES IX.

A.D. 40.

238 HIe dies, qui & 5. Idus Februarii *Nefastus*, & Ater notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 9. Februalium, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant vrbem, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 1. num. 196.

Dies 6. & vltimus *Ludorum Gothicorum*, ex dictis cum Lazio, & Hospiniano die 4. num. 214.

Quo die *Veris initium* notatur in Kalend. Rosini lib. 4. cap. 4.

Item hoc die, sicut & in omnibus aliis anni diebus, sacrificabant *Igni*, quem Persæ vt Deum colebant. Ita Servius in 4. Æneidum, & cum eo Novarinus in Schediasm. lib. 5. cap. 5.

Dies *Nundinarum*, & *Lustricus*, nuncupatus à *nono die*, dicatus Deæ Nundinæ. Ita Macrobius 1. Saturn. cap. 16. Lazius lib. 11. cap. 1.

Quo die, *Novendiale* sacrum actum pro *Defunctis*. Ita Lazius lib. 11. cap. 3. & Calà de Feriis, quæst. 1. num. 71. De quo Novendiale sacro egi die 9. Januarii.

Tandem hoc die sacrificabant *Soli*, ex num. 49. *Laribus*, vt 1. Maii, *Belo*, vt die 16. Decembris.

239 Sumus in die 9. Februarii, & 40. anni Romanorum: quare de iis numeris sequentia noto. De numero *Novenario* egi die 9. Januarii. Dictis addo, quòd Novenarius à Pythagoricis fuit *Marti* adscriptus *Saturno* dicatus à Magis, & ab Astrologis *Lunæ*: quem numerum aliqui attribuerunt *Musis*, alii dixerunt ad animam pertinère. Fuitque & apud Ethnicos expiationi dicatus: enim vt ad *aras* accessissent, offerrentquè sacrificia, per *novem* dies, nocteſque, ab omni libidine abstinebant, tam Sacerdotes, quam mulieres, à quibus sacræ res erant tractandæ; quem novenarium numerum adhibuerunt Romani, & ad Deos placandos, & vt ab ipsis auxilium impetrarent Idquè ortum habuit ex ea fabula, qua finxerunt, lapides pluisse de Cœlo in monte Albano, auditamquè fuisse ingentem vocem, è cacumine montis, vt *patrio ritu sacra Albani facerent*, quæ oblivioni dederant: quare *Novendiale sacrum* publicè statuerunt agere per novem dies. Qui Gentiles, & *Novendialia* excogitarunt ad placandos Manes, & ad funera facienda pro defunctis. Quæ & alia prophana de Novenario abjecta: Adverto, quod *Novenarius* crescit, per additionem vnitatis, ad *octonarium*, & componitur ex triplici *ternario* repræsentat *gloriam*, & *triplicem hierarchiam* Angelorum, quarum quælibet habet convenientiam cum SS. Trinitate: quia triplex hierarchia adumbrat, 1. perfectos: 2. *perfectiores*: 3. *perfectissimos*. Numerus novenarius, ad denarium non accedens, sed vnitate minor, & hanc vitam, & nostras designat imperfectiones. *Petrus, & Ioannes: ascendebant in Templum ad horam orationis nonam*, scilicet 3. post meridiem, qua *jugè* sacrificium ab Hebræis offerebatur, sicut manè, hora prima *jugè* sacrificium matutinum. Habueruntque Hebræi septem præcipuas horas orationis destinatas, in memoriam, honorem, & gratiarum actionem, pro maximis beneficiis à Deo acceptis, quem morem imitata est Ecclesia Christi, per septem horas Canonicas. Cumque ad horam *nonam* ascendissent ad orandum Petrus, & Joannes, hinc mysticè fuerunt adumbrata (teste Bungio) *novenaria* ad Deum exorandum, & laudandos Sanctos.

Numer. 9.

Bung. de num. 9. Ovid. lib. 10. Metam. Livius lib. 1. Rosin. lib. 4. cap. 17.

Tabula.

Anglic. lib. 19. cap. 122. Lauret. in Sylva de Novenar. Bung. citat. Act. 13. v. 1. Bib. Max. Tyrin. & Alap. ibid.

240 Pergo ad numerum *Quadragenarium*, eo quod simus in die 40. anni. Qui numerus *luctui* fuit accommodatus,

Numer. 40.

Digitized by Google

datus, apud Ægyptios, Æthiopes, & Gallos, qui consueverunt orationes, & eleemosynas facere *pro Defunctis* per dies 40. Qui & numerus Græcè significatur per lit. M. Italicè per lit. N. & à Valerio Probo per lit. F. ac ab Ægyptiis *porrecta palma* manus. Est etiam hic numerus hieroglyphicum *nuptiarum*, insinuat temporalem vitam, ac totum præsentis temporis *curriculum*. Convenit *orationi*, & *lachrymis*, *sacco*, & *perseverantiæ* deprecandi, *expiationi* peccatorum, & *pœnitentiæ*. Est & numerus afflictionis, & pœnæ, vt in diluvio constat. Est insuam numerus *sacer*, & *perfectus*, creberque in Scriptura, ac *sacratus jejunio* Moysis, Eliæ, Christi, & aliorum. *Horæ* 40. fluxerunt à morte ad Resurrectionem Christi. Per *dies* 40. fuit Christus, post Resurrectionem, apparens, & legem Evangelicam tradens, docens, & explicans Discipulis. Christus natus *diebus* 40. mansit in antro Bethlehemitico, & *die* 40. à Matre Virgine fuit præsentatus in Templo. *Annis* 40. peregrinati sunt filii Israel tendentes in terram promissam, ita & Christus, quasi peregrinatus est hic *diebus* 40. & iis peractis ascendit in Cœlum, vt nos doceret peregrinari tota hac vita, quasi peregrinos per sæculum transeundo, conversando in Cœlo, quo peracto quadragenario exilii nostri perventuri simus ad patriam. Amplius 40. *numero*, mysticè designatur *cursus* vitæ nostræ, *conversatio*, ac *plenitudo justitiæ*: quare jejunium quòd præsentem vitam significat 40. dierum observamus, ante Pascha; vt Pascha quòd vitæ æternæ habet imaginem, cum gaudio celebrare valeamus. Quadragenarii autem dimidia pars est 20. quarta 10. quinta 8. octava 5. decima 4. vigesima 2. & quadragesima 1. Nunc perpende quòd, 20. 10. 8. 5. 4. duo, & 1. pariunt *quinquaginta*, quo computo figuratur, (Bungio teste) quod præsens conflictus, quasi latenter generat nobis gaudium sempiternum *Jubilei*. Cumque ante diluvium Deus indulsisset Mundo, pro pœnitentia agenda tempus 120. annorum, hoc tempus sanè complectitur numero *quadragenario ter ducto*, & sic hic numerus adumbrat, & *indulgentiam*, & *Jubilæum*. De quo vide plura, quæ trado tom. 1. cap. 34. de anno 50. Jubilei pag. 114. colum. 2. à num. 684.

Bung. de num. 40. & in A. Pier. Val.
Lauretus de hoc num.
Theat. Vitæ Hum. fol. 72.
Lorinus.
Bib. Max. & Alap. in Actor. 1. v. 3.

20.
10.
8.
5.
4.
2.
1.
50.

241 Erant, vti dixi, apud Veteres *Nundinæ* à nono die dictæ, quasi *Novēdinæ*, quæ à Romanis ita fuerunt institutæ, vt *octo* quidem diebus, in agris opus rustici facerent; *nono* autem die intermisso repeterent vrbem, ad mercatum, pro legibus accipiendis, & vt *scita*, atque *consulta* frequentiore populo referrent. Colebantque *Nundinam* Deam, nuncupatam à *nono* nascentium die, qui dies & *lustricus* nuncupabatur, quo scilicet infantes lustrabantur, & nomen imponebatur, vt tradunt marginati, & alii. De *Novendiale* sacro acto pro Defunctis, egi die 9. Januarii, de quo & agit citatus Lazius, cum quo & addo, fuisse apud Veteres *Ludos funebres*, & *Equestres*, qui in decursionibus *funebribus*, militaribusque fiebant in gyrum, aggesto magno aceruo aromatum, & cursu, ac recursu per gyrum, & in orbem decurrentes. Erant & iis in Ludis *Funales equi*, sic dicti; quia in tali cursu Funebre, vel in triumphali curru fune tenti præcurrebant, jam bigiis, jam quadrigiis. Agensquè Ludos hos in Defuncti honorem, pergebat equo *phalerato*, insigniquè ornatus *aurea clamyde*, quercea *corona*, *cetro*, & *gladio*. Equus victor, ac dexterior in cursu, & Ludo, *Marti* immolabatur. Qui de iis alia desideret, legat Lazium, Macrobium, & Cæsarem Calà, apud quos plura poterit videre.

Nundinarum Institutio.

Ritus.

Nundinæ.

Lazius lib. 11. cap. 1.
Macrob. 1. Sat. cap. 16.
Gyraldus Synt. 1.
Ludi Funebres.
Novendialia.

Lazius lib. 10. cap. 14.

242 Hic dies Romanis Gentilibus, jam infaustus, jam festus, lustricus, & Ludorum; nobis sit illustris ob illustres Sanctos, qui orbem Christianum decorarunt, vti fuere *Apollonia* virgo, quæ, admirabili spectaculo, in pyram paratam à lictoribus, majori Spiritus Sancti flamma accensa se injecit. Cui, præter alios plures, ad eandem martyrii lauream associantur *Alexander*, & alii *triginta octo coronati*, qui Romæ fortes in fide, martyrii palmam obtinuerunt, & coronam gloriæ: ad quam pervenerunt *Ansbertus*, & *Sabinus* præsules illustres. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus verte ad sacra lustrationes Veterum, vt die 2. hujus mensis in fine: vnde habes Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & vertendo ad sacra Faces Veterum *Faceos* mysticos eos encomia, vt die 4. propè finem. Cumquè ad hunc diem notetur *Veris initium*, de verno tempore, quo pubentes herbæ succrescunt è terra, accipe versus Ovidii.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

Veris descriptio.
Ovid. lib. 2. Fast.
Bung. de num. 25.

Omnia tunc florent, tunc est nova temporis ætas:
Et nova de gravido palmite gemma tumet:

Digitized by Google

Et modò formatis operitur frondibus arbos:
Prodit & in summum seminis herba solum:
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent:
Ludit & in pratis, Luxuriatque pecus.
Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe figit opus.
Tunc patitur cultus ager, & renovatur aratro:
Hæc anni novitas jure vocanda fuit.

Hinc mysticos Vernos hodiernos encomia Sanctos *Virides* puritate, *Ornatos* virtute, *Floridos* gestis, exemplo, patrocinio. Quibus cœlicolis,& vertendo ad sacra, plura alia Themata, ex dictis, & dicendis, adaptare poteris, per *Solem*, per *Lares*, & per Belum. Vide dicenda die 1. Maii, & 16. Decembris.

7.
8.
9.
10.

DIES X.

A.D. 41. 243 Hic dies, qui & 4. Idus Februarii, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 10. *Februalium*, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant Vrbem, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 1. num. 190. & 196.

Quo die, vti & omnibus decennis singulorum mensium, Græca Juventus agebat *Ludos Olympicos*, idque *cursu*, *saltu*, & *disco*, & extensos per *quinque dies*, & victor coronabatur *olea*, & *oleastro*. Ita Cæsar Calà cit. num. 49. die 10. & iterum die 10. Januarii.

Quo & die sacrificabant *Igni*, dictis die præcedenti, num. 238. *Soli* ex dictis supra num. 49. in fine *Laribus* ex dicendis die 1. Maii, num. 601. *Belo* ex dicendis die 16. Decembris.

Numer. 19. Bung. de num. 10. Anglic, lib. 19. cap. 123. Plut. lib. de Placitis Philosoph. 244 Cum simus in die 10. Februarii, de numero 10. noto: quòd Græcè dicitur *Decas*, quòd omnes numeros complet, ex nominis ethymologia: nam cum numeri pervenerint ad *decem*, progrediendi finem faciunt, ac deinceps iterantur, & revolvuntur, & sine ejus additione, vel reciprocatione, vlterius numerus non ascendit, qui decies in se ductus, numerum reddit perfectum, scilicet *centenarium*; qui ex Beda, de *læva* transit in *dexteram*. Plutarchus ex Pythagora adducit, Antiquos instituisse numerum *decimum*, ex numero digitorum manuum; nam ex manibus *Denarius* digitorum numerus, ex digitis verò *palmus*, & ex palmo *pes* inventus. Quem numerum Pythagorici primam quadraturam appellarunt, eo quòd ex 1. 2. 3. & 4. collectis fiat *denarius* primus limes, & terminus omnium simplicium numerorum: quare sicut vnitas dicitur *circularis*: quia omnia ab vno Deo sunt, & habent esse, ac in ipsum desinunt, ita & Denarius est *circularis*: quia coacervatis vnitatibus singularibus, redit ad vnitatem à qua sumpsit exordium, vt Bungius citatus fol. 358. observat: vnde Proculus, & Beyerline cum eo, hunc numerum vocat *circularem*, & numerorum *finem* quia disolutus redit in *monadem*, seu vnitatem, & ex monadibus coacervatus; Res enim singulares Græcè dicuntur *Monades*. Denarius Hebraicè significatur litera *Iod*, Græcè *Iota*, Latinè X. & 10. quæ nota, O, seu orbicularè signum, non est quidem numerus, nec vllum ex se numerum exprimit, sed abscritates numerorum: quare, O, est veluti quædam privatio. Hinc in *Denario*, sic depicto 10. adumbratur rationalis fabrica, vnitate, anima: O, corpus, quod est respectu animæ veluti privatio, & vicem non entis obtinet. Denarius igitur est numerus *perfectus*, *justitiæ*, & *vniversalis*, appellatus à Pythagoricis *Cœlum*, & *omen*: adumbrat *Iesum*, *Decalogum*, *Electos*, *Cœlestia* præmia, *vitam* æternam *Cantores* Psalmorum, *Modos* Musicæ, *Spheras*, *Decimas* solvendas, & alia, vt videre est apud marginatos. Dictis addo quòd Ægyptii denarium exprimebant per *Crucem* sic ☩, quo signo intelligi volebant *spem* venturæ salutis. Et in expressione numerorum quam adducit Bungius fol. 626. hic numerus significatur per literam, I.

1.
2.
3.
4.
10.

Bung. de num. 666 & 10. Theat. Vitæ Humanæ, & Anglic. cit. Lauret. verb. Denar.

245 Hic dies Nefastus Veteribus, nobis candidus: quia sacer *Scholasticæ* virgini, quæ germano Sancto Benedicto Abbati, statim ab obitu se obtulit in columbæ specie, eximio candore conspicuæ: cui associantur, & *Austreberta* virgo miraculis celebris, & *Soter* nobili nativitate, nobilior virginitate, & passione, quæ suo cruore, pro Christo effuso, decoravit Romam, evolavitque ad sponsum laureata martyrio: ad quam palmam pervenerunt *Zoticus*, *Ireneus*, *Hyacinthus*, & *Amantius*, qui, & alii suo cruore decorarunt Romam. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra lustrationes, faceſquè veterum, vt die 2. & 4. propè finem, vnde habes Themata adaptanda hodiernis cœlitibus. Dixi quòd inter

Martyrol. Rom. Masculus hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

alios

Digitized by Google

alios hodiernos Sanctos, est *Amantius*: quòd si est gemma nomine *Amianthus*, *Amatides*, aut *Amianton*, tantæ virtutis, vt si vestis contexta fuerit hac gemma *resistat igni*, ipsaquè gemma si igni imponatur, *non ardeat*, sed splendore accepto *nitidior appareat*, & Magorum maleficiis *obviet*, & *resistat*; ideo adumbrat timorem Dei, Fidem, charitatem, Animam in Purgatorio, Patientiam, Constantiam, & Perseverantiam, vt totum notant S. Isidorus, & alii marginati. Hinc per verba, *Resistit apparet, obviat*, Amantium, aliosquè hodiernos Sanctos encomia *Resistentes* igni libidinoso, puritate: *Apparentes pulchriores* constantia in tolerando adversa: *Obviantes* mala, patrocinio. Quod si Februalia iis diebus agebantur pro defunctis, & dicta de præfata gemma, verte pro Animabus Purgatorii, eas considerando *Purgantes* satis passione: *Obviantes* pœnæ reatus: *Apparentes* nitidiores, vt splendeant gloria. Cumquè & in hoc die delirarent Veteres per *Ignem*, *Solem*, *Lares*, & *Belum*, & inde ad sacra vertendo, plura habes Themata, tum ex dictis, tum, ex dicendis hodiernis adaptanda cœlicolis.

S Isidor. lib. 16. cap. 4.
Anglic. lib. 16. cap. 19.
Berchor. in Red. lib 10. cap. 50.
Mund. Symb. lib. 12. cap. 5.

DIES XI.

A.D. 42. 246 Hic dies, qui & 3. Idus Februarii *Nefastus*, & *Ater* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 11. *Februalium*, quo *cereis*, ac *facibus* accensis lustrabant vrbem, ex dictis, cum Gyraldo, & Lazio die 1. num. 190.

Dies 2. quo in *Ludis Olympicis* se exercebat Græca iuventus *cursu*, *saltu*, & *disco*, ex dictis num. 243.

Dies *Luctui* sacratus à Pythagoricis, qui hoc die agebant funebre convivium *Silicernium* vocatum, ex dictis cum pluribus num. 49. die 11.

Arctophilax. Dies quo *Arctophilax oritur*. Ita Vet. Kalend. & Rosinus lib. 4. cap. 4. Dicitur *Arctophilax*: quia *Arcton*, & vrsam sequitur: quem & *Bootem* dictum: quia plaustro hæret, & est signum inspectabile Stellis, inter quas est *Arcturus*. Ita S. Isidorus lib. 3. Etym. cap. 71.

Dies dicatus *Igni*, *Soli*, *Laribus*, & *Belo*, ex dictis remissivè die 10. num. 243.

Numer. 11. 247 Sumus in die 11. Februarii, & 42. anni Romanorum: quare de iis nnmeris, & primò de vndenario, nota: Quòd Pythagorici numerum *Vndenarium* dixerunt *imperfectum*, *diminutum*, & *vitiosum*: quare & à Sacerdotibus fuit cautum die 11. non sacrificare Diis superis, nec accendebant ignes, nec se ornabant nobiles, & nuptæ à viris suis secubabant: quia putabant die vndecimo vmbras errare, & ob id agebant funebre convivium vocatum *Silicernium*: quia silentio manducabant, & à convivio recedebant se salutantes, quasi amplius non se essent visuri. Est hic numerus *imperfectus*, ex SS. PP. Hieron. & August. Designat *Antichristum* ex S. Gregor. & V. Beda, qui notat hunc numerum figuram tenere omnis peccati. Qui numerus, in expressione numerorum literis Valeri Probi (apud Bungium fol. 571.) significatur litera, O. Pertinet ad *res sæculi*, notat *transgressionem* Decalogi, & *luctui* fuit sacratus à Gentilibus, vt totum notat Bungius.

Bung. de num. 11.
S. Hier. in Zach. cap. 14.
S. Aug. lib. 2. conc. Evangel. cap. 4.
Beda in Apocal. 17.
Bung. de num. 77.

248 Pergo ad numerum *Quadragesimum secundum*: qui numerus designat spiritualem *viam* per hujus vitæ peregrinationem. Designat enim *Mansiones* 42. quibus populus Hebræorum peregrinatus fuit de Ægypto in terram Promissionis. Tum & designat 42. progenitores, generationesque Christi, de quibus loquitur Matthæus. Ex quo enim Mundus prisex excitatis suæ tenebras Abraham credente discussit; Christus quadragesima secunda generatione venit in carne, vt nos redimeret, januas Cœli aperiret, viam pergendi ad cœlestem patriam doceret. Quo numero mysticè innuitur, totam *perfectionem* Ecclesiæ consistere in *fide Christi*, & *gratia*: nec esse aliud nomen sub Cœlo, in quo oporteat nos salvos fieri. Insuper & hic numerus designat *tempus* expectationis nostratum ad pœnitentiam: innuit *tempus* quo regnaturus est Antichristus, & multarum *calamitatum* est significativus, vt notat Bungius marginatis.

Numer. 42.
S. Hieron. Epist. ad Fabiolam. Matth. cap. 1.
Bung. de num. 42. & A.

249 Hic dies Gentilibus jam Nefastus, jam lætus Februalibus, Lustrationibus, atque Ludis, fuit re verâ lætus nostratibus, qui ab omni vetustate verè purgati triumpharunt feliciter: vti fuerunt *Datius*, *Saturninus*, *Felix*, & socii, sub Diocletiano passi, laureatique martyrio: ad quam palmam, cum sociis, & omine nominis pervènit *Lucius* præsul, qui post multa ab Arianis perpessa, in vinculis consummavit martyrium: ad quam lauream, & pervenit *Desiderius*. His ad gloriæ coronam associantur *Lazarus*, aliique illustres Confes-

Martyr. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

festores, qui verè victores cœlitibus fuerunt associati. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra *lustrationes, faceſque* veterum, vt die 2. & 4. propè finem, vnde habes Themata adaptanda hodiernis cœlicolis. Cumque & hoc die delitarent veteres, suis in *Ludis Olympicis*, in quibus victores coronabant, & hæc ad sacra vertendo, habes die 10. Januarii in fine alia Themata hodiernis accomodanda cœlicolis. Quibus, ex dictis, & dicendis, per *Ignem, Solem, Lares, & Belum*, alia Themata applicare poteris. Vidit Gyraldus in nummismate Numeriani, simulacrum *Veneris Victricis*. Erat ergo imago *Stolata*, sinistra habebat *Speculum*, & *Tintinabulum*, dextera porrigebat *Victoriolam*. Quòd si Tintinabulum adumbrat Sacerdotes. Gratiam Dei, veram religionem, virtutem, prædicationem Apostolicam, & Justos. Hinc præfatam picturam Christianiza pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Tintinabula* fidei, religionis, & virtutis: *Specula* imitanda, & admiranda: quare *Stolatos* gloria, victores regnant cum Christo Domino.

Pictura. Gyrald. Synt. 13. à fol. 338. Mund. Symb. lib. 14. cap. 3.

13.

DIES XII.

A.D. 43. 250 Hic dies, qui & Pridie Idus Februarii *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 12. *Februalium*, quo *cereis, ac facibus accensis* lustrabant Vrbem, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio, die 1. hujus mensis num. 190.

Dies 3. quo in *Ludis Olympicis* se exercebat Græca juventus *Cursu, Saltu, & Disco*, ex dictis die 10. num. 243.

Quo die sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. propè finem: *Igni*, ex dictis die 9. hujus mensis, num. 238. *Laribus*, ex dicendis die 1. Maii: & *Belo*, ex narrandis die 16. Decembris.

Quamquam *Ludi Gothici* ad diem 4. hujus mensis, & per sex dies continuos referantur à Lazio lib. 10. cap. 16. fol. mihi 1023. vti eo die dixi. At ad hunc diem, & *quinque sequentes* immediatè præfati *Ludi Gothici* referuntur à Romano tom. 2. lib. 10. cap. 1.

Numerus. 12. Theat. Vitæ Humanæ lit. N. fol. 72. Plato in Phædone. Bung. de num. à fol. 387.

251 Sumus in die 12. Februarii: quare de numero duodenario noto, quod hic numerus à Veteribus vocatur numerus *Iovis*; quia Sol suum cursum per signa XII. absolvit mensibus XII. Qui numerus multum fuit commendatus à Platone putante congruere propagationi, mutationique rerum; esseque numerum *Civitatis*, *Harmonia*, omnium partium *concentus*; & quia compositus ex duobus numeris perfectis *sex*, & *sex*, in quos primò resolvitur, notat perfectiones vtriusque vitæ humanæ, *activæ*, scilicet, & contemplativæ. Amplius Plato spheram Zodiaci in signis 12. divisam *Civitatem* appellat, quibus in signis, cordibusque signorum finxerunt Pythagorici, quòd essent, & præsiderent duodecim Dii, scilicet, *Pallas* particularis in corde *Arietis*: *Venus* particularis in corde *Tauri*: *Phœbus* particularis in corde *Geminorum*: *Iupiter* in corde *Leonis*: *Ceres* in corde *Virginis*: *Vulcanus* in corde *Libræ*: *Mars* in corde *Scorpionis*: *Diana* in corde *Sagittarii*: *Vesta* in corde *Capricorni*: *Iuno* particularis in corde *Aquarii*: & *Neptunus* particularis in corde *Piscium*. Fuit & ab Antiquis habitus vt numerus *Convivii*: quare in convivio Augusti Cæsaris (Suetonio teste) convivæ 12. accubuerunt habitu Deorum, & Dearum. Sed omissa tot prophana: duodenarius numerus frequens est in Scriptura sacra, & multiplicia ejus mysteria. Adumbrat 12. *fontes* quos in Helym invenerunt filii Israel: *Mansionem* 12. post exitum de Ægypto facta in monte Sinai: 12. *Tribus* Israel: 12. Judices, qui populum rexerunt: 12. *Patriarchas*: 12. *Lapides* rationalis, in quibus nomina Patriarcharum, & juxta Abulensem signa Zodiaci erant sculpta: 12. *Exploratores*: 12. *Leunculos* solii Salomonis: 12. *Apostolos*: 12. *Portas* cœlestis Hierusalem: 12. *Sedes* judicantium: 12. *Opera* pietatis: 12. *Fructus* ligni vitæ: estque numerus adumbrans plenam consummatamque virtutem. Quæ videre poteris apud marginatos, & alios.

Suetonius in Augustum. Theat. Vitæ Humanæ citat. Bungius cit. à fol. 395.

252 Hic igitur dies Gentilibus jam Nefastus, jam Lustricus, Sacrificiorum, & Ludorum: verè, maximèque lustricus fuit nostratibus, vtpotè dicatus Sanctissimæ Virgini, & Martyri *Eulaliæ Barchinonensi*, quæ nobilibus orta parentibus, & in Christi religione educata, flagrans desiderio martyrii, Præsidi Daciano Barchinonæ adversus Christianos persecutionem exercenti, sponte se ipsam obtulit, & pro Christo equuleum, vngulas, flammasque perpessa, demum Cruci affixa, glorioſam martyrii coronam accepit: cujus anima instar columbæ visa fuit in Cœlum conscendere. Qua verò mente hæc Heroina esset inter tormenta videtur indicasse, is, qui hoc ipso die se offert socius glo-

Martyr. Rom. hoc die. Eccles. Barc. in Offic. Eccles. S. Eulaliæ. Masculus hoc die. Berchor. citat.

Digitized by Google

gloriæ, *Gaudentius* præsul illustris Veronæ: ejusdem quoque Barchinonensis Virginis, & moderationem animi, & pudoris decus insigne, congruenter comitantur tres *Modesti*, & vnus *Antonius*, ideſt *Anthos*, seu *Flos*; quòd si flos (vt Pictavensis observat) pulchrificat, decorat, & administrat: inde hodiernos encomia Sanctos, *Pulchros* puritate, *Decoros* virtute, *Administros* fideles Christi. Pro quibus hodiernis cœlitibus verte ad sacra Veterum *Lustrationes*, *faces*, *ludosque olympicos*, vnde ex dictis die 1, 2. & 10. in fine habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis: quibus, tum ex dictis, tum ex dicendis alia christianizata themata habes per *Ignem*, *Solem*, *Lares*, & *Belum*, iisdem cœlitibus applicanda.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

Non amplius calamus se extendebat hoc die, & cum jam tomus hic esset absolutus, & Revisoribus traditus, fuit mihi indictum ex parte plurium, vt hunc extenderem diem pro S. *Eulalia* Barchinonensi Cive, vbi prælo mandatur opus, in Principatu *Gotholoniæ*; quare sub eodem num. 252. sequentia addo.

Nota.

Est *Gotholoniæ* Principatus, & Provincia Tarraconensis Hispaniæ citerioris, dicta prius *Saletania*, aut *Laletania*, post vocata *Gotholonia*, aut *Gothalania*, vel *Gothalaunia*: quia à *Gothis*, & *Alanis* occupata, & habitata: *enim Gothi, & Alani hodie dicuntur Cathalani*. Quamquam alii velint *Cathaloniam* nuncupatam à *Cathalaunis* populis Galliæ Narbonensis in eam ingressis ad expellendos Mauros: alii volunt nuncupatam Cathaloniam ab Otogerio Golantes viro Germanico forti, & nobili, altero ex novem Ducibus ingressis ad Mauros expellendos, & in hoc primario, ac præcipuo, cognominato *Cathalo* à castro, quod frequentare solebat, à quo hæc Provincia nuncupata *Cathalonia*. Provincia fertilissima, vberrima, abundans pascuis, pecoribus, fructibus, arboribus, omnibusque rebus ad humanæ vitæ sustentationem fœcundissima, & quamvis, vt in plurimum montuosa, ita amœna, populataque, vt ferè tota videatur vna populatio; extensa in quadro ad 50. leucas à Peryneis, vltra Eberum, ad fluvium Seniæ, & Valentiam, & à Mediterraneo ad Aragoniam: habens Vrbes pulcherrimas, præmunitas, solidasque arces: insuper, & res mirabiles, inter quas montem *Salicum Cardonicum*, de quo Ortelius: *quanto magis scinditur, tanto altius exurgit.*

Gotholonia. Cathalonia.

Marian. Scot. lib. 2. ætat. 6. cap. 23. Pineda in Mon. p. 2. l. 14. cap. 26. §. 3. Hispania Illust. tom. 1. lib. 6. & 9. Volaterran. in sua Histor. Thesaur. L. Castell. *V. Cathaluña.* Abraham Ortel. in Descriptione Orbis.

Hæc in regione, & Provincia *Cathaloniæ* à Plinio vocata *Cosetania* regio, est Vrbs nota, capitalis, & celeberrima, vocata *Barchino*, & cognominata *Faventia*, vt in sua Geographia Volaterranus observat. De cujus Vrbis nomine, antiquitate, & conditore variè Auctores opinantur. Hieronymus Paul. in *Descrip. Barcin.* & Florianus de Ocamp. referunt conditam in memoriam vrbis *Caria*, quæ *Barcilo* vocitatur, ducti à nominis similitudine, sicque nostram non *Barcinonem*, nec *Barcinonam*, sed ab ipsa ejus etymon suxit *Barcilonam*, contenduntque sic vocandam. At hujus denominationis placitum aliis non arridet, & meritò. Joannes Gerundensis in Paralipp. Titulo de vrbibus ab Hercule conditis in Hispania aliter opinatur inquiens: Sed *Barcinon* nomen Græcum est, & significat domunculas ex virgultis contextas, quæ ad maris littora ad piscandum sunt, in quibus se piscatores recipiunt: quorum cum ibi magnus esset numerus, loci, & aëris salubritate perspecta *Barcinon* vrbem eodem loco Hercules constituit, sicque ab eisdem domunculis appellavit. Quam appellationem & tradit Hispania Illustrata; at hæc opinio exploditur ab aliis. Tertiò, Aldrete, & Garibay putant conditam (per ducentos triginta annos ante Incarnationem Jesu Christi) ab *Amilcare* Duce Carthaginensi, cognomento *Barcino*, & ex suo cognomine appellatam *Barcinonem*, aut *Barcinonam*, & ab aliquibus *Barcilonam*. Ideo ab Ausonio epist. 21. dicitur *Punica*, & epist. 25. servans epithetum ait. *Te populent Pœni.* Pro qua sententia sunt alii, putantes eam veriorem. Quartò, Franciscus Diago, Hieronymus Pujades, aliique constantèr tuentur *Barcinonem* ab Hercule conditam, & nominatam. Conditam, inquam, post partam victoriam Citerioris Hispaniæ vsque in Peryneos, vltimosque Hispaniæ fines, & montes: quam *Barchinonam* sacravit *Iovi*, & montem vrbi contiguum ipsi sacravit *Iovi*, erexitque ibi Templum *Iovi* dicatum; montemque nuncupavit *Mons Iovis*, sicque ab antiquis fuit appellatus, secundum Claudium, Melam, & Ptolomeum. Nunc autem vocatur *Monjuich* à naturalibus, & Hispanè Monjuì.

Barchinon. Plin. lib. 3. Nat. Hist.

Volaterran. lib. 2. fol. 6.

Hierony. Paul. Florian. lib. 4. cap. 12.

Opinio. 1.

Opinio. 2. Ioannes Gerun. lib. 2. Hisp. Illust. tom 1. lib. 9. fol. 371.

Opinio. 3. Aldrete verbo *Barcelona.* Garibay lib. 5. cap. 12. Beuter. lib. 1. cap. 14. Tamayus die 6. Martii.

Opinio. 4. Diago lib. 1. cap. 12. Hierony. Pujad. Chron. Cathal. à cap. 80. Tamay. die 27. Martii. Hispania Illust. tom. 1. lib. 2. fol. 28. & lib 9. fol. 371.

De vrbis autem nomine multi Auctores dissentiunt: nam qui vrbem *Barchinonam* appellant, eam terminant in a, vt sit primæ declinationis: alii autem,

Digitized by Google

Hiſpan. Illuſt. loc. citat. Claudius. Ptolomeus, Mela.

autem, vt Claudius, Ptolomeus', Strabo, & Mela, aliique antiquiores, eam appellant *Barcinon*, & tertiæ declinationis inſtituunt. Ex quorum differentiis, diverſas vrbis conſtituunt etymologias. Qui nomen vrbis tertiæ declinationis conſtituunt, putant *Barcinon* nomen Græcum ſignificans domunculas confectas ex virgultis, vti dixi, indeque vrbem nuncupatam. Qui autem terminant in,a, & primæ declinationis conſtituunt, aſſirmant ex *nona Barca* Herculis, ſic vocitari. Aiunt enim: ſubacta citeriori Hiſpania ab Hercule, ipſi adveniſſe à Græcia rates novem, nova legatione à Telamone, vt in Græciam rediret poſtulatus à regionalibus Græcis. At quum ad littora Hiſpaniæ applicuiſſent, vna fuit confracta apud vrbem *Barchinonam*, pro qua à Provincialibus altera fuit facta, & oblata Herculi, dum ipſe in Græciam redire pararet. Quare Hercules pro *nona Barca*, eo in loco conſtituit vrbem appellatam *Barchinonam*, ex *Nona Barca* ipſi confecta, & oblata. Et ita tradunt Rodericus Archiep. Tolet. in Hiſtor. Gener. Hiſpan. Gerundenſis de vrbibus Hiſpaniæ. Hieronymus Pujades in Chron. Vniverſali Cathaloniæ; tradens, & ex iſto Tamayus in Martyrologio Hiſpaniæ, die 27. Martii, inventam monetam argenteam Alfonſi Aragoniæ Regis, in qua ſic invenitur *Bark. Nona.* Idcirco deducunt eam vrbem dicendam eſſe *Barcinonam*, non *Barcinonem*, tamquam deductam à *Barca Nona*, & non à *Barcino* Poënorum Duce: Quæ etymologia probabilior videtur.

Hiſpan. Illuſt. loc. citatis.

Roder. lib. 1. cap 5. Gerund. lib. 2. Florianus lib. 1. cap. 17. & lib. 4. cap. 12. Pujades in Chron. Vniverſ. Cathalon. lib. 1. cap. 23. & alii.

Barcinona.

Barcino, ſeu *Barcinona*, hodie *Barcelona*, Civitas eſt in agro Laletano ſita, qua mediterranea reſpicit, loco campeſtri, multis hinc inde oppidis conſpicua, quæ viſui jucundiſſimum præbent conſpectum, ideoque amœna à Ruffo Feſto appellatur:

Et Barcinonum amœnas ſedes Ditium:
Nam pandit illic tuta portus brachia;
Vivitque ſemper dulcibus tellus aquis.

Floret navalibus mercimoniis; jacet admodum littoralis, inter geminos amnes; ab Oriente eſt *Betullo*, hodie *Beſſons*, aut Beſſes, vel Besòs: ab Occidente *Rubricatum*, hodie *Llobregat*, ille parvus, iſte major. Ita Pomponius Mela, his verbis: Parva flumina *Betullo, juxta Iovis montem, Rubricatum in Barcinonis littore.* Qui mons, hodie *Monjuì* dictus, & mons *Iovis* fuit nuncupatus, vt ſupra dixi cum pluribus, & dictus mons *Caci*, vt tradit Rodericus Tolet. ſupra citatus. Fuit Barchinona Civitas illuſtriſſima principibus, equitibus nobiliſſima, omnibus rebus, quæ ad vivendi vſum pertinent ditiſſima; omnium ferè civitatum terra, marique potentiſſima, multis, magniſque rebus domi, foriſque geſtis clariſſima, adeò vt ejus nomen, & potentia, non immeritò, etiam Affricanis principibus timore maximo fuerit. In qua fuerunt olim portæ numero quatuor, in totidem mundi partes vergentes, æquo ferè omnes interſe ſpatio diſtantes, quæ adhuc extant, & in ipſius penè vmbilico Civitatis viſuntur.

Pompon. Mela lib. 2. cap. 6.

Tamayus die 6. Ianuarii.

Roderic. lib. 1. cap. 5.

Hiſpan. Illuſt. tom. 1. lib. 3. fol. 417.

Hujus Inclytæ Civitatis fuit *S. Eulalia* Barchinonenſis Civis, & incola, Nobilis Genere, ex Claris, & Nobilibus Parentibus nata, cujus mater, Vincentio Domenecco teſte, Chriſtiana, & per quam religioſa fuit: quæ filiæ *Eulaliæ* animum, ab ipſa pueritia, in rerum divinarum ſtudio, ac contemplatione exerceri docuit, necnon & aeu pingere, Sanctorumque figuras efformare, ac præſertim Virginis Mariæ vitam effingendam ei propoſuit, vt quàm arte, niteretur etiam ſtudioſius moribus exprimere. Verùm Eulalia virgo cum magna ferebatur erga Dei Matrem religione, tum multo majori (vt par erat) in Chriſtum: ideoque in principio cujuslibet operis figuram Sanctæ Crucis pingebat, deindeque Virginis Matris effigiem. *Eulaliæ* medicanti aliquando res divinas aſtitit viſibilis Angelus, ei referens eſſe Sponſam à Chriſto dilectam, *promittenſque illi dotalem Crucis triumphum.* Fuit igitur *S. Eulalia* à prima ætate piiſſima, morabatur cum parentibus ſuis in prædiolo proprio, quod erat ſitum paulo longius à Civitate: quia propter humilitatem, & tantam ſapientiam, quæ vltra ætatem illius, erat in ea, Parentes ejus pluſquam indulgentiſſimè eam amabant. Quæ in ſancto propoſito perſiſtens ſe exercebat quotidianis diebus in ſequeſtrata cellula cum ſociabus: quas ſecum adunaverat, Deum laudando orationibus, Hymniſque vti omnia tradunt marginati.

Acta *S. Eulaliæ* Barcin. P. Bollandus in Act. SS. hoc die. Martyrol. Hiſp. hoc die. Trugillus de hac Sancta. Domenec. de SS. Gotolon. à fol. 19. Diago lib. 1. Com. Barc. cap. 8. Pujades in Chron. Cathal. lib. 4. à cap. 80.

Angelus ei apparet.

Nec tantum privatim cum ſocialibus ſuis ſe exercebat in Dei laude, & timore: verùm & fuit in Provincia Tarraconenſi *Primiceria* in confeſſione Chriſti, *Primiceria* in martyrio, & *Primiceria* in prædicatione, vt, cum Breviario Barchinonenſi, tradit Hieronymus Pujades in ſua Chronica Vniverſali Principatus Cathaloniæ, per hæc verba:

Breviar. Barchinon. Pujades in Chron. Vniver. Cathal. lib. 4. à cap. 80. ad 83.

Digitized by Google

Diago citat. Renallus tract. de Pass. S. Eulaliæ.

verba: *Partibus Occiduis firmavit semina verbis.* Addens ex lectionibus præfati Breviarii sequentia: Sanctarum quoque scripturarum meditationibus vigilanter instabat, & tota in Lege Domini fuit, & sacro divinitatis fonte imbuta, prædicatione populum Gentilem errore ferventem ad vnius veri Dei cultum admonebat, festinanter accedere. *Ad docendum iniquos vias Domini* non pigra; verbis divinis Virgo populum instruens, Deo placére studebat. O! Quanta admiratione digna Virginis prudentia, quæ in Provincia Tarraconensi martyrii, & confessionis prævia, viam Sanctis Martyribus, & Confessoribus prædictæ regionis assignavit. *Prima* enim pro fide certavit: *Prima* ducem nequitiæ superavit. *Prima* Coronam in capite de lapide pretioso portavit: *Prima* Regina Sponsa in thalamum Regis Sponsi intravit. Quæ & alia tradit, cum Breviario citato, & aliis, Pujades.

Bollandus cit. die 12. Februar. Martyrol. Hisp. hoc die. Morales Chron. Gen. Hisp. tom. 2. lib. 10. cap. 3. Breviar. Roma. Pujades citat. lib. 4.

His aliisque sanctis operibus, se exercens *S. Eulalia*, cum ad pubescentes annos perveniſſet, cœpit insanientium Principum sævire persecutio adversus Christianos, vt si quis Idòlis sacrificare noluisset, diversis pœnarum cruciatibus, afficeretur morte. Ad quam impietatem exercendam adveniens Dacianus Præses Civitatem Barchinonensem sacrificavit Diis, & jussit perquiri Christianos, vt thurificarent. Quare & Civitas turbata, & S. Eulalia hilaris effecta est, magnoque gaudio repleta dixit: Gratias tibi hago Domine Jesu Christe, & gloriam nomini sancto tuo: quia video, quod cupiebam, & sic credo in te, vt de hoc opere, te adjuvante, impleatur mihi voluntas tua. Quòd audientes sui, mirabantur hæsitantes, quòd optabile hoc esset, quòd noluit vlli prodere. Silentii autem hora, primò Gallorum cantu, domesticis illis quiescentibus, cum decimum quartum suæ ætatis annum attingeret, & in ea tenera ætate flagraret desiderio martyrii, divinitus inspirata, Præsidi Daciano Barchinonæ adversus Christianos persecutionem exercenti, ad martyrium se ipsam sponte offerre decrevit. Cumque ruri tribus fere milliaribus procul à Barcinonensi vrbe maneret, hora relata, parentibus, domesticisque cunctis id ignorantibus, clàm recedens, & omni animositate totum iter pedibus delicatis Puella infatigabilis confecit, ac Barchinonem perveniens, & Prætorianam domum ingrediens, Præsidem pro Tribunali sedentem invenit, & stans coram eo, sic alta voce elocuta est: vt quid Daciane, audes Christianorum sanguinem injustè fundere, & eosdem ad falsos venerandos Deos cogere? Vnus est solus verus Deus, omnipotens, omnium creator, & Dominus, quem Imperatores Dioeletianus, & Maximianus, & tu, & omnes homines venerari obligantur. Ad quam Dacianus, rei novitate turbatus, & cum stupore animi intuens *Eulaliam*, quænam sit interrogat? Cui virgo: *Ego* sum Eulalia ancilla Jesu Christi, qui, & Dei Patris, & Mariæ Virginis Matris est Filius; qui solus est Rex regum, & Dominus dominantium: & cui divinus jure debet exhiberi honor, non autem Idòlis. Qua glorioſa fidei confessione, quasi splendenti luce excæcatus tyrannus, & ira contra virginem concitatus, eam imperat illicò alligari, & crudeliter verberari. Cui virgo, dum flagellaretur dixit: *Ego* modo dum cædor propter Deum meum plusquam satis nobilitata sum. Tuas quidem plagas non sentio, protegente me ipso Domino meo Jesu-Christo, qui te secundum actum in die Judicii sui jubet æternis pœnis affligi. Tremuit Præses majori repletus ira: quare jussit *Eulaliam* in equuleo ferociter dilacerari. Mox vngulis ferreis totam excarnificari, exurique facibus, flammisque ardentibus, ad ejus virginale pectus, lateraque admotis. Tunc Eulalia læta, cum exultatione, magna voce Psalmum Domino dicebat: *Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus susceptor est animæ meæ. Averte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos. Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.* Tunc cœpit flamma in ministros converti; quod videns *S. Eulalia* respiciens in Cœlum clariori voce iterum orat: Completaque oratione sua, mox extinctæ sunt faculæ ardentes, quæ infuso oleo nimis glomerabant flammis, & ministri, qui admoventes eas erant, ipsis exurebantur, ac tumefacti ceciderunt in facies suas. Oleum insuper super ejus exustum, plagatumque corpus infunditur, supra vivam calcem extenditur, ac volutatur. Liquatum, ac fervens plumbum supra virgineum corpus effunditur, totumque ipsum corpus acutis

Cæditur. Flagella non sentit.

Psal. 53. v. 6. 7. 8. & 9.

Flamma vertitur ad ministros

testa-

testaceis fragmentis confricatur. Ne autem sensus aliquis proprio careret dolore, per ejus nares acetum cum attrita sinapi permixtum immittitur, & candelis accensis castissimi virginis oculi aduruntur. Quæ omnia pertulit *Eulalia* non solùm æquo, alacrique animo, verùm & orans Deum, eidemque læta gratias agebat; dumque tortores in inferendis tormentis fatigati fuerunt, ipsa nec tristitia affecta, nec ipsius modestia fracta fuit; imò quo magis crescebat tortorum sævitia, eò magis augebatur in sponsa Christi constantia, fortitudo, & gratia.

Post hæc Dacianus nihil posse sperans contra *Eulaliam* vi tormentorum; ad infamian, & ignominiam callidè suum vertit obstinatum animum, vt experiatur, si hoc modo valeat de Virgine triumphare. Igitur castam, & veracundam Virginem tot tormentis deformatam, nudam corpore, per vicos, & plateas Civitatis publicè, coram omnium oculis circumferri jubet. Sed qui animalia terræ, & volatilia Cœli vestit Deus, sponsam suam *Eulaliam* mirabilibus ornavit vestimentis. Nix enim illicò de Cœlo cècidit, quæ sacrum virginis corpus mirandum in modum contexit: quæque cœlitus suo contemperato frigore virgini esset refrigerio, & suo splendenti candore eidem simul esset ornamento. Quæ sponsa Christi candida, & rubicunda per loca publica gloriosa incedens, & verè de tyranno triumphans, omnibus fuit visa admirabilis, & speciosa. Tremebat Dacianus infractum videns Virginis animum, & jam quasi de victoria desperans, eam Cruci affigi imperat. Verum in Cruce pendens *Eulalia*, cœlesti recreatur gaudio: quòd se Cruci affixam, Christoque similimam videat. Neque ibidem, omnium admiratione, Deum glorificare cessat. Denique jubentè Præside securi percutitur, & geminata martyrii, atque virginitatis corona nobile certamen exegit. Cujus anima instar Columbæ è corpore egrediens, Cœlum à multis visa est conscendere. Quòd videntes Christiani lætabantur, civem in cœlestibus meruisse habere Patronam. Quòd contigit hoc die, pridie Idus Februarii, vt Officium Ecclesiasticum, dicit, & communiter Auctores, ac V. Beda per hos versus canit:

Eulaliæ festum pridie idus Februarii,
sanguinisque coruscat,
Vrbs Barcylon eximia, qua martyre gaudet.

Cdoperitur è Cœlo.

Breviar. Roman.
Martryol. Hispanum.
Bollandus, & Diago citati.
Beda in Martyrol. & tom. 1. de Ephem. Februarii.

Cruci affigitur Decollatur.

Exiit ex ore Columba.

Dacianus autem jussit corpus manere in Cruce, positis custodibus quoadusque ab avibus Cœli devoraretur cum ossibus. Et ecce subitò nix de Cœlo descendit, & cooperuit eam. Quòd videntes Custodes timore perterriti, amoverunt se à corpore, à longe stantes, aiunt Domenec, Bollandus, & Tamayus in Martyr. Hisp. cit. referentes miraculum nivis è Cœlo descendentis, & cooperientis virgineum corpus Eulaliæ ad ipsam jam mortuam, & Cruci affixam: quod mirabile Ecclesiasticum Officium, aliique referunt ad Eulàliam vivam jussamque circumferri nudam, & publicè per vicos, & plateas Civitatis. Post diem autem tertium viri Religiosi nocte abstulerunt sanctum corpus Virginis, quod, cum linteis, & aromatibus involutum, sepelierunt extra Vrbem, in privato prædio, aut in æde extructa ad oram maris, dicata Sanctæ *Mariæ de arenis*, vbi nunc extat magna Ecclesia sacrata Sanctæ *Mariæ de Mari*. Quòd contigit ad annum 300. plus parùm, aut minus.

Bollandus, Domenec, & Martyrol. Hisp. cit.

Sepelitur.

Transacto tempore, & Mauris occupantibus Hispaniam, veriti Barchinonenses, ne in manus nationis impiæ, & barbaræ deveniret sacratissimum *Eulaliæ* corpus, tutis latebris illud occultarunt in eadem æde: inde paulatim extincta memoria, & penitus ignorato loco, vbi reconditum manebat sacratissimum *Eulaliæ* corpus; quod ad annum 714. occultatum fuerat, & post plures annos inventum.

Occultatur.

Quæ inventio, sic à marginatis, aliisque narratur, & præcipuè ex Breviariis, & historiis antiquis. Joanne Octavo Summo Pontifice, & Carolo Calvo Galliæ Rege, ac Guiffre Piloso Barchinonensium Comite, Sigebodus Narbonensis Antistes, cum Barchinonem appulisset; Frondoino tunc Barchinonensi Episcopo, quanto flagraret desiderio, corporis Beatæ Eulaliæ investigandi declaravit; vt eo invento, & parte ejusdem aliqua sibi donata, Narbonæ Templum Deo, & Beatæ Eulaliæ dicaret, in cujus Altari Reliquiarum partem reponeret.

Bolland. & Domenec citati. Morales cit. lib. 10. cap. 3. tom. 2.
Diag. lib. 1. de Comit. Barch. cap. 9.
Eccl. Barc. in Offic. Translat. primæ S. Eulaliæ die 23 Octobris.

Nesciebatur post tot sæcula, à die mortis Beatæ Eulaliæ, vbi sacrum ejus corpus requiesceret. Ex hymno tamen quodam veteri, in Virginis Eulaliæ laudem compositio didiscerant, extra Civitatem in campo (vbi tunc extat Beatæ Virgininis Mariæ de Mari Templum) conditum esse. Re igitur maturè consulta, devoti Præsules locum

adeunt,

Digitized by Google

Quæritur.

adeunt, & supplici oratione fusa; Corpus non parvo hominum laborantium, terramque fodientium adhibito numero, diligentissimè perquiri jubent. Triduum in laborando fossores multi terram circumfodientes, consumunt; Corporis autem, vel sepulchri ejus, nec vestigium quidem vllum reperiunt. Qua de re mœsti omnes, & præcipuè Præsules, à cœpto opere desistere, constituunt. Atque Narbonensis vale dicens Barchinonensi Episcopo, Narbonam regreditur.

Post dies aliquot, Frondoinus iterum ad sacras Beatæ Eulaliæ inquirendas reliquias, animum suum convertit. Quando autem eas humana non posse diligentia invenire agnovit, divinum præcipuè numen adeundum esse decrevit. Quare triduanum jejunium cum eleemosyna, & publicas preces fidelibus indicit, vt prætiosum reliquiarum thesaurum oculis hominum absconditum, Deus cui nuda, & aperta sunt omnia, dignaretur revelare. Triduo completo, Episcopus ad locum designatum perrexit, sacroque ibi facto, & finito, totum locum orans circumit, & prætiosum thesaurum studiosissimè quærens, baculo singulis passibus terram percussit. Dumque tentavit sollicitè, si quid invenire valeret; quemdam sonitum in foramine juxta parietem ex baculi percussione resultantem audivit; propterea que fossoribus, vt ibi foderent, præcepit. Foderunt, & sepulchrum reperierunt, quod repertum aperuit devotissimus Præsul, exeoque adeò suavis efflabatur odor, vt omnis generis aromatum fragrantiam longè superaret. Magnus illicò cunctorum cum lætitia excitatus est clamor. Venerabiles, sacrasque reliquias omnes viderunt, atque adorarunt, & pro eis gratias Deo egerunt, Episcopus, & Presbyteri psallentes, sacrum corpus de sepulchro extraxerunt, & in feretro prætiosis pannis circum ornato reposuère.

Hebræor. cap. 4. v. 13.

Invenitur.

Fragat.

Translatio prima.

Solemni igitur pompa virgineum corpus, supra Clericorum humeros, inde, versus Civitatem fuit deductum. Sed ecce vbi ad portam vrbis, ventum est, corpus adeò grave sentitur, vt subitò de humeris fuerit necessariò deponendum; adeòque immobile redditur, vt nulla vi, nullaque arte, è terra valeret demoveri. O quantus tunc, post tantam lætitiam, omnium animos invasit timor! Episcopus rei novitate perculsus genuflectens, omnes in genua procumbere, & jugiter Deum, Beatamque Eulaliam obsecrare monuit; vt quænam tantæ gravitatis, immobilitatisque tantæ, ac tanti miraculi causa sit, demonstretur. Dum preces omnes fundebant: Clericus quidam suo scelere stimulatus, conscientiaque propria territus, Episcopo digitum, quem è virginis corpore surripuerat, restituit. Quem digitum accipiens Episcopus, in loculo vbi erat corpus, reposuit. Et post preces ad Deum fusas, constanti fide Presbyteros ad ferendum feretrum, vbi corpus erat, hortatus est. Sed mira res! Sacra illa sarcinula, adeò levis reddita est, vt ab eisdem facillimè portaretur. In cujus rei memoriam, lapis erectus, & Beatæ Eulaliæ imago, supra illam vrbis portam, constituta, in hodiernum vsque diem servatur.

Immobilis fit 1.

Quare insigni, solemnique pompa, qua cæperant, ad majorem Basilicam Sanctæ Cruci dicatam, corpus virgineum deportarunt, & collocarunt. Tunc denuò in solum omnes postrati, Deo gratias egerunt, laudesque cecinère. Certatim per totam eam hebdomadam, ad venerandas sacras reliquias Beatæ Eulaliæ cucurrère Cives, & accolæ magna cum devotione, manibus gestantes candelas, offerentes donaria, & vigiliis, jejuniis, precibusque Deum, ac Sanctam martyrem propiciantes.

Immobilis fit 2.

Sunt, qui asserunt, & præcipuè marginati quod reliquiæ sacræ Beatæ Eulaliæ collocatæ in Ecclesia Cathedrali, iterum factæ fuerunt immobiles; nec enim Episcopus, nec qui aderant Sacerdotes movère arcam vllo spatio potuerunt; quare ibidem, aiunt marginati, contigisse miraculum relatum de digito ablato, & restituto à Sacerdote. Et Episcopus veritus fortasse, ne quid fraudis subesset, aut motus divino instinctu, allatum digitum, sibique traditum, palam in prunas ardentes abjecit. Mirabilis Deus in Sanctis suis! Non exiguo temporis spatio in igne jacuit, integer planè, & illæsus, vt aurum, quod vt probetur, in ignem conjicitur. Effusis omnibus in laudationem divinæ bonitatis, Episcopus eum digitum exèmit à foco, cæterisque reliquiis adjunxit: ac demum hasce integras in Sacrario ejusdem Cathedralis Ecclesiæ honorificè collocavit. Ita Diagus ex antiquo flore S. S. Ecclesiæ Barchin. & ex eo Bolland. citatus die 12. Februarii. Hæc translatio, quæ fuit prima, contigit anno Christi 878. die 10. Kalend. Novemb. seu die 23. Octobris, quo die in Dioe-

Digitus illæsus in igne.

Diag. lib. 3. de Comit. Barcin. cap. 18.

Bollandus citat. Martyrol. Hisp. die 23. Octob.

Digitized by Google

cesi Barchinonensi, annis singulis, religiosè colitur, vt eo die observat Tamayus cit. in Martyrologio Hispanico.

Deinde cum Civitas Barchinonensis, adeo, & loci spatio, & habitantium numero creviſſet, vt ejus Matrix Eccleſia prænguſtia ædificii, chriſticolas omnes, ad eam convenientes capere nullo modo poſſet. Cum etiam Beatiſſimæ Eulaliæ corpus in Sacrario Eccleſiæ Cathedralis incluſum, proprio, ac publico careret ſepulchro, vbi à fidelibus preces, ac vota offerentibus, commodè viſitaretur; Raymundus Berengarius Barchin. Comes, cognomento ſenex (cui Deus Omnipotens, & glorioſas de Mauris victorias conceſſerat, & multas opes largitus fuerat) vnà cum Guislaberto Barchin. Episcopo, de templo maximo extruendo, deque ſacello Beatæ Eulaliæ ædificando, Conſilium iniit. Quo circa divino invocato nomine, & re maturè deliberata, locum ædificandi templi, vbi nunc eſt, elegerunt, & rebus omnibus neceſſariis ad fabricam inchoandam paratis, primum lapidem, juxta Eccleſiaſticum ritum, fundamentaque fœliciter jecerunt.

Apud Breviar. Barchinon. & Hiſtorias antiq.

Cæpto igitur, & creſcente ædificio, cum illud eſſet magnæ molis, & formæ mirabilis, non potuit niſi poſt multos annos finiri. Quare poſtquam templum, quod nunc eſt maximum, atque ſpecioſum, fuit omninò perfectum, & in honorem vivificæ Crucis Chriſti conſecratum: Capella ſub altari maximo ejuſdem Templi artificioſè ex ædificata eſt & nomine Beatæ Eulaliæ dicata; in qua ſepulchrum fuit extructum, & ſupra columnas contra ejus Capellæ altare erectum. Omnibus ergo hiſce peractis, à Petro Aragoniæ Rege, & Ferrario, ſeu Ferrerio Barchinon. Episcopo, de corpore Beatæ Eulaliæ, è Sacrario in proprium ejus ſacellum, quam primum transferendo, deliberatum eſt. Dieſque decima Julii ſignata, qua oportunè transferetur.

Translatio 2. Ambroſ. Moral. in Chron. Gen. Hiſp. tom. 2. lib. 10. cap. 3. fol. 336. Domenec citat. Bolland. & Diago citati. Tamay. citat. in Martyrol. Hiſp. die 10. Iulii.

Igitur in dicta die, cum Petrus Aragoniæ, & Jacobus Majoricarum Reges, vnà cum vxoribus ſuis Reginis: cum etiam Eminentiſſimus Dominus D. Bernardus de Albì Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Ferrarius, ſeu Ferrerius Barchin. Episcopus, ſimulque cum aliis Prælatis, & perſonis clariſſimis, ad ſacri corporis Beatæ Eulaliæ translationem celebrandam convenisſent; numeroſiſſima vtriuſque ſexus fidelium ordinata pompa, omni qua potuit feſtiva celebritate, corpus Beatæ Eulaliæ è Templi Sacrario extractum, & humeris Clericorum aſportatum, circumdatum fuit ſolemni pompa per vrbem ad S. Mariam de Mari, & inde ad Eccleſiam Cathedralem, & matricem, in nova relata Capella intra inſignem tumbam, conditam in marmorea arca, cujus in operculo inciſa erat hæc Epigraphe: *Hic requieſcit corpus S. Eulaliæ Barchinonenſis Virginis, & Martyris Chriſti, quod in vaſculo iſto fuit poſitum anno Incarnationis Domini* 1339.

Quare circa annum hujus 2. & ſolemniſſimæ translationis, tenendum venit contigiſſe anno relato 1339. Tum ob præfatam inſcriptionem. Tum ex authentico teſtimonio à Marco Mayol illius ſæculi Notario conſcripto, & in *Armario Sedis Barchinonenſis* invento, vt teſtatur P. Fr. Franciſcus Diagus in Hiſt. Comit. Barchin. lib. 3. cap. 18. citatus. Tum tandem: quia Ferrerius, ſeu Ferrarius Episcopus Barchinonenſis, cujus præſentia, & miniſterio fuit executa hæc ſecunda Translatio, ad hanc Sedem aſcendit ad annum 1334. quare nequaquam potuit fieri anno 1309. vt contendit Domenecus, nec minus anno 1287. vt ait Ambroſius Morales marginatus in Chronica Generali Hiſpaniæ; ſed acta anno 1339. vt bene Diago, quem vide in præfata Hiſtoria Comitum Barchinonenſium lib. 2. cap. 9. & Tamayum in Martyrologio Hiſpanico, qui cum Diago hanc ſecundam Translationem refert ad diem 10. Julii, per ſequentia verba: Barchinone *in Hiſpania celebris, anniverſario repetitur cultu, feſtivitas* Translationis *ſacrorum pignorum S.* Eulaliæ *ipſius Vrbis Civis, Martyris, & Patronæ: cujus lipſana à Frodoario (ſeu Frandoyno) Epiſcopo primùm inventa, & in Cathedralem adducta Baſilicam; poſt in honoratiorem locum à Ferrerio, ſeu Ferrario Abellano Epiſcopo collocata, ibidem accolarum pietate, & veneratione magna coluntur.* Quæ & alia apud marginatos vide. Aperta iterũ fuit tumba ſacratæ Virginis, & Martyris *Eulaliæ* anno 1451. & oſtenſæ reliquiæ Mariæ Aragoniæ Reginæ, vxori Alphonſi Quinti, vt ex M. S. tradit Diagus.

Habetur, coliturque Sancta Eulalia, vt navigantium advocata: ideoque antequam mari ſe committant, ad ejus ſepulchrum pergunt, ejuſque patrocinium implorant. Colitur præterea vt ſiccitatem, ſterilitatemque avertat. Conſtat enim, ex antiquis monumentis, ad eliciendos imbres è Cœlo inſti-

Bollandus. Domenec cit.

tui

tui solere suplicationem ad ejus ædem sitam in Sartiano, (extra Vrbem Barchinonensem, per parvam distantiam) & continuo consequi optata: vt Domenec notat, & Bollandus cum eo.

De hac inclyta Barchinonensi Cive, Virgine, & Martyre, placuit, (cum Tamayo in Martyrologio Hispan. hoc die, & ex Breviario Mozarabo Toletano) adducere sequentem Hymnum:

Fulget, hic honor sepulchri Martyris
Eulaliæ,
Quem sacro signavit idem passionum
stemmate
Huc vocat adesse cunctos, convenit oc-
currere.
Germinis hujus propago, vel caterva
confluens
Barchinon Augusta semper stirpe au-
cta insigni
Civium florens corona, plebs fidelis
inclyta.
Virginem videte vestram, quam sit
index gloriæ:
Quæ fide probata terret sic furentem
Iudicem,
Prædicans Crucis honorem, vel salu-
tis indicem.
Hæc enim excæcato infigitur equuleo,
Cæditur, exungulatur, atque flam-
mis vritur;
Terminum habere laudis inter ista
nesciens.
Ambiens Crucis patronum, in Cruce
suspenditur,
Corpus, illic ad honorem nix polorum
protegit,
Sic calore plena sancto, passionem su-
stulit.
Hujus ex ore columba jam solutis ar-
tubus
Prosiliit, inire per auras, seu volatu
percito;
Virginem vicisse clamans in supernis
sedibus.
Quæ tamen Dei puellam gestiens præ-
currere,
Lege jam mortis peracta gaudiis at-
tollitur,
Sicque risu rorat ora, corda mulcet
flentium.
Lucida felix per Orbem Barchinon
adtolleris,
Quæ sinu pignus retentas tàm salubre,
tam pium
Scilicet tanti habendo corporis consor-
tium.
O Beata Sponsa Christi Virgo clemen-
tissima,
Suscipe jam signaculorum vota, vel
suspiria:
Postulans Christum precatu, quo ge-
mentes audiat.
Non iniquis serviamus mente factio-
nibus;
Non caro jugum rebellis suave Christi
renuat;
Sed sacri caloris omnes Sanctitate ful-
geant.
Solve quod tædet, quod arguet mortis
ad perniciem;
Pestilens morbus recedat, mucro hostis
subruat;
Vita sit tranquilla, cunctis sint quie-
ta tempora.
Civibus occurre, Civibus & salutem
porrige;
Esto sic Patrona nobis in relatu gratiæ,
Sicut es vicina Cœlis ad favorem glo-
riæ.
Inter hæc amixtus ipse conquererat &
Quiricus,
Qui tui locum sepulchri regulis Mo-
nasticis,
Ad honorem consecravit sempiterni
Numinis
Vt mei post vincula carnis sis memor
in æthere.
Et minus quod hic peregi tu valenter
suppleas,
Hæc tibi perlata vota, vel camænæ
consecrans.

Quem Hymnum, ex Breviario Mozarabo, deductum, conscripsit Quiricus Episcopus Toletanus, tempore Gothorum, complectendo in eum Acta S. Eulaliæ, vti patet. Quæ & complectuntur sequenti Hymno acrostico,

Digitized by Google

Sol velut, Phœnix generosa fulget
Alma, virtuti merito dicata:
Nescions mundum teneris sub annis
Corde senili.
Hunc actus mira specie beatas
Arte, pingebat manu; sed Mariæ
Ligens formam sibi, perferebant
Virginis artus.
Lampade accensa veniens vocata
Ad Dei thorum, recipit triumphum
Laudis optatum, placidasque Crucis
Impetrat arrhas.
Audiens strages rigidas tyranni,
Execrat virgo maledicta dura:
Secta relinquens citius Paterna
Urget ad aras.
Impius Iudex femebundus ira,
Despuens agnam rabidus puellam,
Graviter jubet renovare diræ
Omnia mortis.
Ecce vexillum fidei pudicæ
Tollit, ardori data per ministros:
Fulcet ac illam, salientsque flamma
Videt in ipsos.
Proscido Martyr prius ex cruore
Pendit ad regnum pia laureata:
Inter, & Divos meritis decora
Regnat in Cœlo.

Habes acta Sanctæ Eulaliæ nedum in prosa, verùm & in versu. Pergo ad nostrum propositum, prophana diei hujus extendendo, eaque in honorem ejusdem Sanctæ, inclytæque Barchinonensium Patronæ vertendo. Quo circa diximus fuisse apud Gentiles hunc diem 12. & vltimum *Februalium*, quo *cereis*, ac *facibus accensis* lustrabant Vrbem, à die 1. hujus mensis, vsque ad hanc inclusivè, vt observant Gyraldus, & Lazius. Quæ sacra luculenter describit Ovidius, sic:

Gyrald synt. 17. fol. 449. Lazius lib. 11. cap. 3. Ovid. 2. Fastor. Calà quæst. 1. num. 322.

Februa Romani dixère piamina patres,
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices à Rege petunt & flamine lanas,
Queis vetere in Lingua Februa nomen erat.
Quæque capit lictor domibus purgamina certis
Torrida cum mica farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui cæsus ab arbore pura
Casta Sacerdotum tempora fronde tegit.
Ipse ego Flaminiam poscentem Februa vidi,
Februa poscenti pinea virga data est.
Denique quodcumque est, quo corpora nostra piantur
Hoc apud intonsos nomen habebat avos.
Mensis ab his dictus, secta quod pelle luperci
Omne solum lustrant, idque piamen habent.
Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris
Tunc cum ferales præteriére dies:
Omne nefas, omneque mali purgamine tansam,
Credebant nostri tollere posse senes.
Græcia principium moris dedit illa nocentes,
Impia lustratos ponere facta putat.

Quæ *Februalia*, vt Rosinus, & Cæsar Calà observant, dicatur *Iunoni Februæ*, quam habuerunt pro Dea expiationis; cognominaruntque *Februam*, eo quòd ei dicabant *Februalia*. *Februum* enim Sabinorum Lingua significat *purgamentum*, & *lustrationem*: vel vt alii volunt, & cum iis Gyraldus *Februus* dicitur à *ferveo*, aut à *servare*: quia omnis populus, in hisce diebus Februalium erat intentus, cum tædis, ac facibus accensis, piaculis, sacrificiisque, actis pro mortuorum quiete, dicatis *Iunoni Februæ*, quam coluerunt Deam purgationis, & lustrationis. Quæ *Iuno* fuit putata *Tellus*, & *Aer*, dictaque *Aërea*, eo quod regnaret in aëre; *Luna*, & *Lucina*, *Virgo*, *Pulchra*, Bona, *Con-*

Rosin. lib. 2. cap. 6. Calà de Feriis. q. 1. à n. 223. Gyrald synt. 17. fol. mih. 449.

sors

Digitized by Google

fors cœlestium, *Maximaque* nuncupata, quæ & habita *Sponsa* Jovis, à quo vincta catenis aureis, vt marginati tradunt; ex quibus addit Gyraldus *Iunonem* sic à *juvando* nuncupatam, triplex sacrum nomen adeptam: enim fuit vocata *Virgo*, *Sponsa* perfecta, & *Dissidens* cum Jove. Quare tot prophana abiecta, in hac Junone agnosce adumbratam Sanctam Eulaliam Barchinonensem Civem, & Patronam, quam tripliciter Maximam encomia: *Virginem* puritate: *Sponsam* perfectam Christi Jesu dilectione: *Dissidentem*, ac *Pugnatricem* inclytam cum Jove, aliisque falsis numinibus, tyrannoque eorum cultore, laureatam triumphis, præclaroque martyrio.

Gyrald. synt. 3.

Rosin. lib. 2. cap. 6.

Cartar. fol. 130. &c.

Thema. 10.

Insuper & ipsam encomia Ter Maximam, qua *Tellurem* sacratam Deo: qua *Lucinam* doctricem veræ fidei, prædicatricem virtutum: qua *Aëream*, veluti regnantem in aëre, cum stupendo miraculo, è regione aërea inducta fuit nive. Ter Maximam: qua *Pulchram* omni virtute: qua *Consortem* gloriæ, ibique regnantem cum Christo: qua *Iunonem* veram, juvando clientes, vti veram Patronam. Quòd si ipsa Juno vt, cum Virgilio, & Macrobio, observat Gyraldus citatus fol. mihi 108. & & 109. fuit putata *Maxima*, *Domina*, & *Potens*, & hæc verte ad S. Eulaliam, eam encomiando *Maximam* virtute, *Dominam* passione, *Potentem* in vita, & post mortem prodigiis. *Iuno*, inquam, maxima pompa colebatur Romæ; cupressæque Junonis simulacra pomposè gestabantur per Vrbem processionaliter: qua in pompa virgines viginti septem indutæ longa veste ibant, laudabile carmen canentes in Junonem; ducentes choream, pulsuque pedum modulantes: quem virginum ordinem sequebantur decem viri, coronati laurea, prætextatique. Quæ Juno fuit cognominata *Anthia*, ideſt *Florida*, & *Ammonia* ideſt *Arenaria*, vt Gyraldus notat syntagmate 3. citato. Quare hæc christianiza, & adaptata Sanctæ Eulaliæ, nedum floridæ, verum & *Arenariæ* meritò nuncupatæ: cum Sacræ Reliquiæ ipsius, tot annis conservatæ fuissent in Templo S. Mariæ, de *Arenis*.

11.

12.

13.

Amplius fuit & Juno à Romanis cognominata *Moneta*, sic denominata à verbo moneo: eo quod fabularunt, quòd terremotu facto, è Templo Junonis vox erupit, vt de ipsa plena fieret procuratio: vt tradunt Gyraldus, & Rosinus. Addit Livius, quòd in hac æde servabantur libri lintei, continentes facta Romani Imperii. Quam Junonem virginem *Feroniam*, aut *Feronam* & nuncuparunt, coluerunt que miro honore, genereque mirifico sacri: nam fabularunt ejus cultores super prunas ambulare nudis pedibus, absque læsione vlla, protectione hujus Deæ: quare ingens multitudo confluere solebat ad solemnitatem, quæ quotannis agebatur circa Promentinos juxta mare, vbi ipsi erexerunt Templum, quod voverunt periclitantes, & multò mari agitati, vt Halicarnaseus scribit. Apud quem, & Gyraldum plura alia poteris videre, & christianizata adaptare Sanctæ Eulaliæ, ex cujus reliquiis, dum fuerunt inventæ, exiit odor miræ suavitatis: digitusque in prunas injectus, & inter ipsas ardentes, per tempus non parvum existens, illæsè servatus. Quare si Gentiles suam Junonem virginem nuncuparunt *Arenariam*, & *Floridam*, *Monetam* à monendo; & *Feroniam*, aut *Feronam* à ferendo juvamen, & hæc ad sacra vertendo adapta inclytæ virgini Sanctæ *Eulaliæ*: eam encomiando *Floridam* sanctitate, & virtute: *Monetam* doctrina, prædicatione, martyrio, odore suavissimo lipsanorum ipsius, immobilitate ipsorum, stupendisque prodigiis: *Feronam* juvamen ferendo suis clientibus, ac devotis.

Gyrald. cit. fol. 109. &c.

Rosin. lib. 2. cap. 6.

Tit. Livius lib. 5.

Dionis. Halicarnas. lib. 2.

Fabula.

14.

Nec mireris, prudens lector, quòd sic prophana vertamus ad sacra: enim præterquam, quòd ita fecére Sancti, specialiter loquendo de Februalibus dicatis ad honorem *Iunonis Februæ* matris *Martis*; (qui vt putabant Gentiles erat Deus belli, ipsi seducti Gentiles, lustrabant Vrbem tota nocte, cum cereis, tædis, ac facibus accensis, vt filius ejus eis victoriam de hostibus concederet, cujus matrem tam solemniter honorabant. Quòd festum & *ambarvale* dicebatur. Sacrificabantque *Februo*, ideſt *Plutoni*, cum cæteris Diis Infernalibus, pro animabus antecessorum suorum, vt propitiarentur ipsorum, eis solemnes offerentes hostias, & tota nocte in eorum laudibus vigilantes cum cereis, tædis, ac facibus accensis. Mulieres quoque Romanorum, in principio Februarii *Festum Luminum* agebant, pro eo quòd fabularunt Plutonem, in principio hujus mensis, rapuisse *Proserpinam* speciosissimam, eamque fecisse Deam, quam *Ceres* ejus mater, & parentes facibus accensis per sylvas, & in monte Ætna Siciliæ quæsierunt multò tempore, prout Poëtarum fingunt fabu-

Durand. in Ration. lib. 7. c. 7.

Calà quæst. 1. à num. 326.

fabulæ: quare principio Februarii, in memoriam hujus rei de nocte vrbem luſtrabant, ambiendo ipſam cum facibus accenſis) Hos igitur luſtrandi mores, *Sergius Papa* mutans in melius ſtatuit Feſtum Purificationis in honorem Matris Domini, in hoc eodem menſe: & tunc Proceſſiones fieri, vt plebs vniverſa portans cereos ardentes in manibus per Eccleſias procederet, in memoriam cœleſtis regni: quando omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus obviam ſponſo venientes mox cum eo ad nuptias ſupernæ Civitatis intrabunt. Vt obſervant Calà, & Durandus in Rationali. Meritò igitur & nos *Februalia, Inminumque* Feſtum Veterum, vertimus ad ſacra pro *S. Eulalia*, 15. ad quam encomiandam, & adapta purificationes, 16. & luſtrationes Veterum, 17. per *Aquam* lectiſſimam, *Facem* accenſam, 18. & *Sulphur* vivum, ac virens: vnde ex die 2. hujus menſis in fine habes Themata adaptanda facillimè Inclytæ Virgini, & Martyri *S. Eulaliæ*. Cumque & in ritu Februalium Veterum vterentur ipſi viridi ramo arboris puræ, quæ nuncupatur *Agnus caſtus*, *lana* (quæ Berchorio teſte gratiam adumbrat) & *virga pinea*, quam tribuebant ipſi *Junoni Februæ*, & hos ritus ad ſacra vertendo tribuamus *Eulaliæ*, & *Ramum* caſtum puritatis: & *Lanam* vbertatis gratiæ: & *Virgam* potentiæ, qua cœlitus ornata tot mira patravit. Quòd ſi *Agnus caſtus* eſt frutex, & arbor, quæ ſemper *viret, floret, pellitque* noxia, venenaque, vti aiunt Minorita Anglicus, 19. Anglic. lib. 7. cap. 15. & Mundus Symbolicus; & hæc adapta *S. Eulaliæ*, eam encomiando veram arborem *Agnam caſtam*, vtpotè *Virentem* virtute: *Florentem* gratia, & exemplo: *Pellentem* noxia, patrocinio. Mundus Symb. lib. 9. cap. 2.

Plinius, & Pierius, ac cum iis Cartagena, tradunt *Junonis* ſimulacrum olim factum ex *Cupreſſo*, eo quòd, *tinea aut ſimili alio verme numquam corroditur*: eſtque arbor *recta*, *odorifera*, cujus ſuavitatis odore fugat ſerpentes, *ſervans nitorem*, & ita *ſolida*, vt nec pondere flecti, nec ſuæ rectitudinis patiatur jacturam, cujus arboris eſt duplex ſpecies mas, & fœmina, quæ & *Trifera* appellatur à Plinio, *ob ternas baccarum quas gerit magnitudines*. Quod ſi Gentiles delirabant in ſuam Junonem per *Cupreſſum*, vt hac ex arbore trifera Junonis efformarent ſimulacrum, vertamus hæc ad ſacra, & veram Triferam encomiemus *Eulaliam* & *Rectitudine* fidei; & *Nitore* puritatis: & *ſolliditate*, ac conſtantia in Martyrio. Inſuper & *Triferam*, aut tripliciter magnam eandem S. encomia: 1. *Viriditate* virtutum: 2. *Inflexibilate* animi, tot tormenta alacriter tolerando: 3. *Odore* ſuaviſſimo efflans, ex ſuis ſacris lipſanis. Tandem, ſimulacra Junonis fiebant ex *ebore, auro*, & *cupreſſo*, vt marginati tradunt: vnde ad ſacra vertendo, *Triferam*, & tripliciter laureatam *S. Eulaliam* encomia: *Ebore*, aut laureola Virginitatis: *Auro* ſapientiæ, vt doctricem, & prædicatricem primariam veritatis in Tarraconenſi Provincia: *Cupreſſo*, aut laureola Martyrii, qua inflexibilem tot tormentorum pondere. Cartag. lib. 1. de Conc. hom. 16. Plin. lib. 16. nat. Hiſtor. cap. 11. & 33. ac 27. S. Iſidor. lib. 17. Etym.

Zeuſis (Plinio teſte) poſtulantibus Agrigentinis, facturus pulchram *Junonis* picturam, in celebri ejus Templo locandam, virgines quinque elegit, quas in exemplar, & prototypum ſibi propoſuit, vt quod in ſingulis eſſet laudatiſſimum penicillo ſuo imitans, omnium illarum perfectiones in vnam, & eandem Junonis imaginem refunderet. Nec diſſimiliter Deus, peritiſſimus omnium pictor, volens *S. Eulaliam* variis virtutum perfectionibus, ac divinorum chariſmatum coloribus exornare, ac perpolire, eam cumulavit gratiis, donis, & virtutibus aliarum Virginum, & Martyrum. Pingebatur *Juno* fœmina *pulchra* ſedens in throno, *coronata*, & *nubes* ſupra diadema, geſtans manu dextra *ſceptrum*, & per circuitum *cincta Iride*, vt nuntia pacis, quam Junonem fabularunt, Cartario teſte, Thaumantis filiam, quod admirationem ſignificat. Hinc adaptando picturam, vertendoque prophana ad ſacra *S. Eulaliam* encomia *Pulchram* puritate vitæ: *Coronatam* Martyrio: *Tenentem ſceptrum* potentiæ ad mira patranda: *Laureatam* nube protectionis, aut nive, qua cœlitus fuit cooperta: *Cinctam Iride*, vti nuntiam pacis. Secundò pingebant Junonem virginem *pulcherrimam*, *cinctam*, *diſcalceatam*, dextera manu tenentem *malum punicum*. Læva *ſceptrum*, & *coronatam* corona, in qua habebat gratias egregie factas. Quam picturam facillimè ad ſacra poteris vertere, & per eam Eulaliam encomiare. Tertiò (Pierio Valeriano teſte) *Junonem* pingebant: Fœminam *aureo funi* inter Cœlum, & terram pendentem, ex cujus pedibus *duo pondera* gravitabant, quorum vnum altius elevabatur, quam aliud: quo ſignificabant, & aquam ſuper

21. 22. Cartar. fol. 124. Pierius lib. 12. 23. Plinius lib. 35. cap. 9. Cartag. lib. 5. de Annūt. hom. 5. Roſin. lib. 2. cap. 6. Cartar. fol. 122. Pictura. 1. 24. Pictura. 2. Cartar. fol. 124. 25. Pictura. 3. Pier. Val. in Hierg. fol. 576. Cartag. lib. 5. de Ann. hom. 18.

Digitized by Google

per terram, & Junonem *mediatricem* locare suos pedes super *terram*, & *aquam*. Hinc ad sacra vertendo *S. Eulaliam* encomia *Cruci* affixam aureofune charitatis in Deum: *Mediatricem* inter Deum, & homines: *Gravitantem* duobus ponderibus amoris erga suos clientes, ad benefaciendum eis, & in terra, & in mari. Omitto plura alia, ne plus solito calamum extendam, & dum solùm fuit animus satisfacere petentibus in extensionem, fastidium ingeram. Pro coronide tamen hujus diei noto: plura alia facillimè adaptari posse S. Eulaliæ, per *Ludos Olympicos*, *Solem*, *Ignem*, & *Lares*, ex remissivè dictis num. 250.

26.

DIES XIII.

A.D. 44.

253 Hic dies, qui & Idibus Februarii, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. quo in *Ludis Olympicis* se exercebat *cursu*, *saltu*, & *disco*, Græca juventus, ex dictis die 10.

Dies 2. *Ludorum Gothicorum*, ex dictis cum Roman die 12. num. 250.

Quamquam *Nefastus* hic dies ex Kalend. Maffeiano, at ex Macrobio, & Bungio citatis num. 49. die 13. dies *Fastus*, Feriatus, & agendis rebus felix.

Dies dicatus *Iovi Statori*, ex Beyerline hoc die, & Gyraldo de Mensibus fol. mihi 610. & Alexandro adducto citat. num. cui *Iovi* immolabatur *Bos*.

Dies dicatus *Laribus*, vti & omnes dies Iduum, ex Roman adducto cit. num. die 13.

Quo die decreto Augusti *Senatus* legitimus Romæ, ex dictis cum Tranquillo, & Bungio citatis numero, & die.

Ipso hoc die *Parentatio* tumulorum, quo die Roma *liberata fuit ab obsidione* Gallorum. Ita Bolandus tom. 1. Februarii fol. 1.

Dies *cadis Fabiorum*: quare & *Ater* habitus: quia hoc die ab Atheniensibus circumventi trecenti, & sex patricii *Fabii* ad fluvium *Cremeram* perierunt. Ita Gyraldus citatus de Mensibus, Rosinus lib. 4. cap. 4. & Hospinianus de Festis cap. 24. fol. 135.

Qui dies sacratus *Fauno*, quem & colebant Nonis Decembris. Ita Gyraldus, & Hospinianus citati.

Crater, *Corvus*, & *Anguis* oriuntur. Ita Vet. Kal. Astron. & Rosin. l. 4. c. 4.

Tandem hoc die L. Papyrius Cursor triumphavit de *Samnitibus*, V. C. anno 460. Ita Goltzius, & Beyerline hoc die.

254 Sumus in die 13, Februarii; quare de numero. *Tertiodecimo* noto, quod hic numerus à Pythagoreis fuit dictus *Leyma*, sive *Diesis*, ideſt, defectus. Quo numero Theocritus voluit significare hominem ingenii *hebetis*, *tardi*, & *stupidi*. Galli autem, & Veneti, ductu superstitioso, opinarunt, in convivarum numero esse hunc numerum notam *mali*, & *infausti* ominis: quare curant ne tredecim ad vnam mensam accedant, vt Bungius notat, qui ex Homero addit esse numerum vinculorum *Martis* conjecti in vincula tredecim mensibus. Adumbrat hic numerus *impietatem* Judæorum, & *transgressionem* Legis, *doctrinæque* Apostolorum: ac quia anno 13. incipit excitari libido (quo anno 13. ætatis suæ *Ismahel* filius Abrahæ circumcisus est) adumbratur hoc numero, tunc coërcendam esse libidinem, cum incipit excitari.

Numer. 13.

Theocrit. Idyl. 15.

Bung. de n. 13. Homerus Iliad. lib. 5.

Genes. cap. 17. v. 25.

255 Dixi *Faunum*, hoc die, cultum fuisse à Gentilibus: quos priscos Gentiles, more ferarum viventes ad mitiorem vitam redegerunt *Saturnus*, & *Ianus*. Ipsos agrestes homines, qui sine vlla religione vivebant, *Faunus* induxit ad cultum Deorum, qui templa sacravit, & lucos, ac sacrificiorum jus ordinavit, à quo *Fauno* templa fuerunt appellata *Fana*. Qui *Faunus* ab aliquibus dictus fuit filius Saturni, & ab aliis Pisci filius, à Marte oriundus. At, à Plutarcho fuit putatus Mercurii filius, vir prudens, ac fortis, quem Romani post mortem coluerunt vt Deum. Duo fuerunt *Fauni* Reges Aboriginum: primus vixit circa annum Mundi 2520. secundus, qui & junior, ad annum 2724. regnare cœpit, de quo relata, & hic inter Deos Indigetes collocatus, & honoratus à veteribus Romanis. Imò & Virgilius putat hunc *Faunum* fuisse patrem reliquorum agrestium numinum. Varro vult *Faunos* Deos Latinorum dictos esse à *fando*: propterea quòd in sylvestribus locis soliti fuerint fari. In cujus exemplum adfert Dionysius, quòd in prælio, inter Romanos, & Hetruscos, de restitutione Tarquiniorum, è sylva propinqua, vox in castris fuit audita, jubens bono animo esse Romanos, essequè victuros, & ita accidisse. Quòd oraculum, refert Vives, accidisse in sylva *Albunea* Laurentinorum. Ad

Faunus.

Rosin. lib. 3. cap. 1. & lib. 2. cap. 17. Gyrald. synt. 15. S. Aug. lib. 4. de Civ. cap. 23. Vives, ibid. Cartar. fol. 94.

Origo.

Fabula.

quem

Digitized by Google

quem *Faunum* Romani solebant referre *Panicos* terrores, & *spectra*, variis formis, hominibus formidinem incutientia, & ab eo edi horrendas voces dœmoniacas. Ipsum putarunt fuisse inferum, ac pestilentem Deum, ex Gyraldo. Tum & putarunt fuisse Deum *Parturientium*, *Sylvarum*, & *Agrorum*, cui traditam esse curam agrorum colendorum, ex Cartario, quòd totum marginati tradunt.

256 Huic *Fauno* cæca gentilitas, præter *Faunalia*, quæ die 5. Decembris ipsi sacrabant, hoc die dicabant sacra, vt præter citatos dixit Ovidius, canens, 2. *Fastor.*

Idibus agrestis fumant altaria Fauni
Hic, vbi discretas Insula rupit aquas.

De ritu *Faunalium* audi Maronem carmine in octavo Æneidos.

Ritus.

Et sacer implevit dextram scyphus: occyus omnes,
In mensam læti libant, divosque precantur.
Devexo interea propior fit vesper Olympo:
Iamque Sacerdotes, primusque potitius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammasque gerebant.
Instaurant epulas, & mensæ Graia secundæ
Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.

Tamayus hoc die. Alex. lib. 3. c. 18.

Dicarunt *Fauno* Templum in monte Cœlio, circulari forma, & multis columnis ornatum: & ædem in Insula Tiberina. *Fauno* sacrificabant *hœdum*, & *vinum* (vt dicam die 5. Decembris), necnon & *capellam*, aut *capretam*, vt dicam num. 257. Hocque die annum sacrum *Fauno* dicabant in Insula Tiberina. Quem pingebant *Caprina* facie, *Rubro* colore, *Cornibus* hirtis, *Pectore* radiante syderibus: infima sui parte *hispida*, brevi *cauda*, *caprino* pede, capite coronato *Corona* confecta ex *Liliis*, *Arundinibus*, ac *Fœniculo*.

Sacrificia.

Pictura.

257 Fuit hic dies *Ater*, & *Religiosus*, ob cædem *Fabiorum*, de qua loquuntur Romanorum historiæ. Fuerunt *Fabii* socii Remi, & Quintilii Romuli. Dum autem sacrificarent *Fauno*, cæsa capella, & à pastoribus nuntiatum esset, pecora parte diversa abacta, & per vim furto sublata, in hostes exierunt, & primo Remus cum Fabiis, inito Veienti prælio, etsi perirent ex Fabiis trecenti Cives, obtinuerunt victoriam, & prior Remus recepta præda, cum Fabiis rediens, *exta*, & *viscera* capellæ, seu *capretæ* immolatæ absumpsit, & *ossa* tantummodo Romulo servavit. Quare commotus Romulus indoluit, quòd Quintilii sui neglecti fuissent, & tantum Fabiis licuisset, qui post hæc appellati fuerunt *Licentes*, & in Lupercalibus habiti, vt *Principes*.

Fabiorum cædes.

Ovid. in 2. Fastor. Gyrald. synt. 17. fol. 418.

258 Dixi quòd in Vet. Kal. hoc die ponitur ortus trium syderum, *Crateris* scilicet, *Corvi*, & *Anguis*. Inter sydera micantia in Australi statione Cœli, *Crater* assidet loco 42. variis tamen, & nitidis splendens fulgoribus. Et licet ortus hujus syderis, hoc die ponatur à præfato Kal. passim ab Authoribus assignatur dies 14. hujus mensis, & ab aliquibus die 19. Martii.

Calepinus verbo *Crater*. Francilog. lib. 2. n. 470.

259 Fuit igitur præsens dies à veteribus habitus, jam ater, & nefastus, jam faustus, feriatus, felix, & triumphalis; sed multò faustior nostratibus, ob suos verè faustiores, egregiosque triumphos. Hi veri triumphatores fuère *Gregorius*, hoc nomine secundus Pont. Max. qui Leonis Isaurici impietati, & furori acerrimè restitit, & misso in Germaniam, eam regionem Romæ subjecit. Gregorio se adjungunt quasi victoriæ auspiciis, & coronarum *Stephani* duo confessores illustres; fortissimique martyres *Iulianus*, ac *Benignus*, cum heroinis *Fusca* virga, & *Maura* ejus nutrix, quæ, sub Decio, multa tormenta pro Christo passæ, demum gladio transfixæ consummarunt triumphum. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra veterum Ludos Olympicos: vnde habes Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis, vt die 10. Januarii Tum & verte triumphos veterum, per quorum triumphantium *classes*, & *colores*, alia habes Themata, vt die 4. Januarii. Cumque & hic dies Laribus dicaretur à veteribus, per Larium sacrificia ad sacra versa, alia habes Themata, vt die 12. Januarii, hodiernis adaptanda Sanctis: quibus & per Jovem plura alia (tum ex dictis, tum ex dicendis) ad sacra versa adaptare poteris.

Martyrol. Rom. Mascul. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

260 Tandem si cæca gentilitas Faunum colebat, quem vti dixi pingebant, *Ornatum* facie, *Rubrum* colore, *Pectore* radiante *syderibus*, *Redimitum* Corona confecta ex *liliis*, *arundinibus*, & *faniculis*. Christianizando picturam, hodiernos encomia Sanctos, *Ornatos* virtute, *Rubros* flagranti charitate, aut martyrio, *Sydereos* fulgore meritorum, & gloria. Amplius si Faunum ornabant Corona confecta ex arundinibus, fœnicu-

9.

Digitized by Google

niculis, & liliis, & hæc vertendo ad sacra, hodiernos encomia Sanctos *Arundineos* vacuitate affectuum terrenorum, *Fœniculos* viriditate virtutum, *Lilios* puritate, & altitudine meritorum. Denique si (Minorita Anglico teste) ad rubeum colorem concurrunt, perspicuitas materiæ, claritas ignei luminis, & concors mediocritas albedinis, & nigredinis. Hinc & hæc adaptando hodiernis Sanctis, eos encomia verè Rubeos, per *Nigredinem* humilitatis, pœnitentiæ, tolerantiæque in laboribus, & martyriis: *Albedinem* puritatis; *Claritatem* doctrinæ, igneique amoris *Christi*, ac *Perspicuitatem* vitæ, operumque meritorum: vnde habes alterum Thema.

10.

Anglicus lib. 19. cap. 13.

11.

DIES XIV.

A.D. 45.

261 Hic dies, qui & 16. Kal. Martii *Aser* dies Romanis, putantibus, postridie Idus esse dies *Infaustos*. Ita Macrobius 1. Sat. cap. 15. & alii.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute *cursu*, *saltu*, & *disco*, ex dictis cum Cæsare Calà die 10. & num. 49.

Dies dicatus *Diis Manibus*, ex dictis cum Macrobio, & Bungio citato num. die 2. & 14.

Dies 3. *Ludorum Gothicorum*, ex dictis cum Roman die 12. hujus mensis, num. 250.

Quo die, solemnitas *Bacchanalium* dicata *Baccho*, quo die delirabant in *luxu*, & vberiori *potu vini*. Mulieresque *hedera* coronatæ *crinibus* fluxis, *thyrsum* quatientes, procàci choro cursum agentes, ac *pellibus* ac cinctæ pergebant, & sacrificabant. Ita Lazius lib. 10. cap. 9. fol. 999.

Ad hunc diem, Vet. Kal. Plutarchus, & Varro referunt *Lupercalia*, & cum citatis Rosinus lib. 4. cap. 4. At alii ea referunt, & per *decem* dies extensa ad sequentem diem, vt ibi dicam.

Ortus *Crateris* ad hunc diem refert Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap. 4. de quo sydera egi num. 258.

Quo die regnat signum *Aquarium*, ex Ptolomeo: quod signum depingunt Chaues, & alii.

Ipso hoc die, Stella vocata *Cor Leonis* occidit, ex Ptolomeo, apud Petavium, in Vranogia fol. 80.

Numerus. 14.

262 Sumus in die 14. Februarii, & 45. anni Romanorum: quare de iis numeris, noto; Et primò de num. 14. Qui numerus est *diminutus* (Bungio teste): Quo indicatur vt homo minuatur, & humilietur, vt perfectus sit, & exaltetur. *Mesraim* decimus quartus ab Adam, primus sanguinem Idòlis immolavit, ait V. Beda; quare conveniens fuit, vt agni immolatio quartadecima die fieret, vt hoc ritu, ea tolleretur superstitio. Pascha celebravit Christus die 14. *Nisan*, vt in Diario sacro, num. 1882. tunc Luna plena erat, plenoquè lumine fulgebat, vt adumbretur mysterium Eucharistici Sacramenti, in quo plenè fulget divinitas. Insuper hoc numero adumbratur vera *religio*, vetus, & novum *Testamentum*, *præcepta* Decalogi, quatuor Evangelia, aliaquè plura, vt apud Bungium videri potest.

Bungius de num. 28. fol. 465. & de num. 14.

Beda lib. de arg. Lunæ.

263 Pergo ad numerum quadragesimum quintum. Qui numerus adumbrat perfectionem humani corporis: quia ex Physicis, iis diebus humani corporis forma perficitur; vt notat Bungius, addens quòd præsens numerus à Poëtis adscribitur Musis, & à Pythagoricis nominatur justitia; estque numerus consonantiæ, ex Ruperto. Habet hic numerus suas mysticas significationes in Scripturis: enim adumbrat *pœnitentiam*, & *pœnitentes*, qui corpus quadragenaria abstinentia castigantes, & in servitutem spiritus redigentes, ordinatè vivunt. Quare Gen. 18. propter *quadraginta quinque* justos promisit Dominus se parciturum Sodomis; quo numero adumbrantur *justi* se exercentes in vita *activa*, & aliqualiter in *contemplativa*. Adumbrat & tempus dandum ad pœnitentiam à divina clementia, post mortem Antichristi; quod tempus, ex Anselmo, & Dionysio Cartusiano, erit spatium 45. dierum, vt ab Antichristo seducti convertantur. Hoc & numero complectuntur columnæ cedrinæ domus *saltus Libani*, quæ & domus *refrigerii* vocatur à Chaldæo, & aliis: quæ columnæ quadraginta quinque erant, tribus ordinibus dispositæ, & quilibet ordo habebat *columnas quindecim*, vt colligitur ex textu, & observat Haye: quibus columnis adumbrantur 45. generationes ab Abraham, vsque ad Christum: enim etsi in Evangelio Matth. solum ponantur 42. omittuntur tres, certi mysterii gratia, scilicet, *Ochoziæ*, *Ioas*, & *Amasiæ*: nam *Ioram genuit Oziam* Matth. 1. v. 8. non immediatè, sed mediantibus tribus generationibus: enim Joram proximè genuit Ochosiam, Ochosias genuit Joas, Joas genuit Amasiam, Amasias genuit Azariam,

Numerus. 45.

Bungius de num. 45.

Rupertus lib. de Scientia.

Genes. 18. v. 28. Perer. hic, num. 67.

S. Anselm. & Cartu. in 1. Thes. cap. 5.

3. Reg. 7. v. 2. & 3.

Bib. Max. hic.

Matth. 1. v. 8. B. Max. Alapide, Abulen. & alii hic.

Digitized by Google

riam, sive Oziam (erat enim binomius) vt patet 1. Paralip. 3. v. 11. & 2. Paralip. 22. à v. 9. Idque factum: quia propositum Evangelistæ erat ponere tres *tesseradecades*, & quia Joram se miscuerat impiissimæ Jezabeli, idcireo vsque ad tertiam generationem ejus memoria tollitur à serie generationis Christi. Ita SS. PP. Hieron. Rupert. Hilar. & Abul. Cornel. aliique.

Martyrol. Rom. Baron. & Mascul. hic.

264 Ater inquàm fuit hic dies antiquis Romanis, nobis purpureus pulchro cruore, quem fuderunt fortissimi martyres *Valentini* duo, quibus quid attulerit mors, socius indicat *Vitalis*. Clarus & hic dies flamma *Bassiani*, & *Agathonis*, qui igne combusti evolarunt ad Cœlum: nec ater dicendus cum sit sacratus *Antonio*, qui demersus in mare pervenit triumphans ad Christum: sacratusquè & *Antonino*, cujus virtus effulget adversus lemures, & styges obsidentes humana corpora. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Ludos Olympicos, vt die 10. Januarii, & dicendis 30. Julii: vnde habes Themata pro hodiernis encomiandis Sanctis: quibus & per Bacchi picturam, ac attributa christianizata habes infra die 5. Martii, à num. 388. Themata hodiernis adaptanda cœlicolis, sic veterum Bacchanalia ad sacra vertendo, & christianizando. Insuper si hoc die regnat signum *Aquarium*, cui Poëtæ (ex dicendis die 2. Martii, vbi describitur) tribuerunt tres facies, *Lunæ*, scilicet, *Veneris*, & *Mercurii*, & hæc ad sacra vertendo, hodiernos Sanctos encomia: per Faciem Lunæ, *Claros* claritate vitæ: per Faciem Veneris, *Amatores* Dei, & proximi: per Faciem Mercurii, *Mediatores* inter Deum, & clientes suos patrocinio: Si in Signo Aquario oriuntur *regia Stella*, & *lampades*, vt citato die dicam, & hæc adapta hodiernis Sanctis, eos encomiando mysticas regias *Stellas*, ac *Lampades*: vnde plura Themata ipsis adaptare poteris. Addo, inter alias gemmas esse *Amethistum*, qui est lapis iudicus *purpureus*, *permixto violaceo colore*, *& quasi roseo nitore*, *ac leviter quasdam flammulas fundens*, vt aiunt S. Isidorus, & Anglicus, qui addit hanc gemmam, & esse mollem ad sculpendum, repellere mala, & conferre bona, essequè Amethisti species *quinque*, inter quas alteram declinare ad *Hyacinthum* coloris cœlestis: quare adumbrat Prælatos, Martyres, & Justos, aiunt Pictavensis, & Picinellus, inquitquè de Amethisto, radiat colore triformi, *roseo*, *violaceo*, & *purpureo*: quarè hodiernos encomia cœlites mysticos Amethistos, *Violaceis* humilitate, *Roseos* fragrantia omnium virtutum, *Purpureos* flagranti charitate, aut martyrio. Amplius, *purpura* adumbrat potentiam, *rosa* amorem, *viola* humilitatem, *flammula* claritatem exempli, honestatisquè vitæ, & *mollities* ad sculpendum subjectionem obedientiæ, vt Berchorius observat. Vnde alterum habes Thema.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Anglicus lib. 16. cap. 10. S. Isid. Etim. cap 9.

Mund. Symb. lib. 12. cap. 4.

Berchor. in Bed. lib. 11. cap. 41. 11.

Ia.

DIES XV.

265 Hic dies, qui & 15. Kal. Martii *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 46.

Dies 4. *Ludorum Gothicorum*, ex dictis cum Roman die 12. hujus mensis.

Hoc die, *Sol in piscibus*, *Venti per sex dies vehementius flant*. Ita Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap. 4.

Dies quo sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine: *Igni*, ex dictis die 9. hujus mensis: *Laribus*, ex dicendis die 1. Maii: *Belo*, ex dicendis die 16. Decembris.

Dies antiquis Romanis *festivus*, qui appellarunt *Februum*, *Purgamentum*, & diem *Lustrationis*: quo die incipiebant *Lupercalia*, extensa per *decem dies*, dicata aut *Junoni Februatæ*, aut *Fauno*, aut *Herculi*, aut *Pani*, aut *Romulo*, &c. vt infra dicam. Ita Kal. Maffeianum, & Rosini. Lazius lib. 10. cap. 9. Tamayus, & alii.

266 Sumus in die 15. Februarii, ac 46. anni Romanorum, quare de iis numeris, & primo de *quindecimo*, notor quòd hic numerus multam mysticam significationem habet in Scriptura, in qua aliquando quindenarius adumbrat *quinquè sensus*: nam arca Noëtica (quæ ex S. Ambr. fuit figura corporis humani) *quindecim cubitis altior fuit aquis*, *super montes quos operuerat*, ait Moyses; & per montes figurantur sensus, quos superare, refrenare, & devincere debet homo. Accommodatur etiam hic numerus ad *vitam* præsentem, & futuram, ad *complementum* vtriusque testamenti in passione Domini, ad *Sabbathum* animarum in futuro, ad *resurrectionem* carnis, ad plenam *scientiam*, consummatamque *doctrinam*. Qui numerus conflatur ex *septenario*, & *octonario*, vnà conjunctis, quo septenarius significat *hebdomadam*, propter *Sabbathum* veteris testamenti. *Octonarius* verò *Dominicum* diem, in quo Dominus resurrexit

Numerus 15.

S. Ambros. Genes. 7. v. 20. Bungius de num. 5. & de num. 15. Galat. 1. v. 18. S. Hier. in Epist. ad Paulinum. Osee 3. v. 2. Bib. Max. & Alapide hic. Amb. Epist. 39.

Digitized by Google

rexit à mortuis, quòd ad novum pertinet testamentum: 7. enim, & 8. simul junctò complent numerum 15. Adumbrat & dies *quindecim*, quos Paulus diversatus est cum Petro, significans se constitutum *Doctorem* veteris, & novi Testamenti: & quindecim *argenteos* de quibus Oseæ 3. per quos intelligunt plenam *fidem*, & consummatam *prophetiam* Ecclesiæ symbolizatam. Insuper, numerus *quindenarius* mysticè designat spiritualem *ascensum* ad Cœlos per iter virtutum: quare ad templum Ezechielis in parte ad austrum erat ascensus, *in gradibus septem* :::: *& octo*: hinc & in ipso numero adumbrantur quindecim *Cantus* graduum, assignati in Psalmis, à Psalmo 119. qui Psalmi 15. *graduales* dicuntur: & quia templum ædificatum à Salomone erat in altum fundatum, & per 15. gradus ascendebant ad illud, quo in ascensu Sacerdotum ad sacrificia offerenda, & laudes Domino solvendas, ascendebant processionaliter, cantando hos 15. Psalmos, inde *graduales* nuncupantur: quia in 1. gradu cantabant primum Psalmum, ex iis: in 2. gradu secundum: in 3. gradu tertium, & sic deinceps. In quibus Psalmis 15. significantur tres gradus eorum, qui tendunt ad patriam, scilicet, primus gradus *incipientium* in 5. primis Psalmis: secundus *proficientium* in 5. secundis: tertius *perfectorum* in 5. vltimis, vt notarunt Incognitus, & S. Bonaventura sextus Ecclesiæ Doctor.

Ezech. 40. v. 26. & 31.

Casiod. in Psal. 119.

Incognit. & S. Bonav. ibid.

267 Pergo ad numerum *Quadragesimum sextum*, de quo noto: quòd Pythagorici, Aristoteles, & Hebræorum Cabalistæ tradunt, ipsa literarum elementa possidère certos quosdam numeros, per quos, ex propriis nominibus in summam colectis, de rebus occultis instruimur: atque inde mutata esse nomina *Abrae*, & *Sarai*, addita illi litera *H*, nuncupatus fuit *Abraham*; & sublata à *Sarai* litera *Iod*, & addita litera *H* dicta est Hebraicè *Sarach*: quare in vtroque addita est litera *H*, vt nuncuparentur *Abraham* & *Sarach*, quæ litera *H* præcipua est in nomine Tetragrammaton Dei, bisque in eo ponitur, indicando Messiam, puta Jesum Christum, ex *Abraham*, & *Sarach* nasciturum, vt observat cum aliis Cornelius; addens ex Pererio *H* significare *quinque*, puta quintum millenarium annorum Mundi, cujus initio, ex *Abraham*, & *Sarach* natus est Christus. Ineffabile nomen *Iehova* quatuor literis Hebraicis scribitur *Iod*, significans *principium*, & repræsentans Patrem. *H*, significans *vivere*, & repræsentans *Filium*, qui de se dixit: *Ego sum via, veritas, & vita*. Joan. 1. *Vau*, habens apud Hebræos vim copulandi, & præclarè significat *Spiritum Sanctum*, qui nuncupatur amor, & nexus Patris, & Filii. Dignissimum est scitu prætereà, quòd geminatur litera *H*, quam diximus significare filium, sicque in eo sacratissimo nomine adumbrantur duæ naturæ filii, vna divina, & sempiterna; altera humana, quam assumpsit in tempore, & in hac fuit passus, & mortuus, vt omnia notarunt Galatinus, & Cartagena.

Numer. 46.

Bung. de num. 46.

Gen. 17. v. 5. & 15.

B. Max. Maluenda, & Alap. hic, cum S. Hier. Lipom. & aliis.

Galatinus de Arcan. lib. 2.

Cartag. lib. 1. hom. 2. col. 16.

268 Numerus igitur 46. adumbrat habitationem, Mansionemque Christi Jesu in Virgineo claustro: enim Templum Hierosolymitanum typus, & figura illius sacratissimi templi, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & quod Judæorum crudelitate dissolutum, *quadraginta sex* annis ædificatum legimus, Joan. 2. v. 20. Insuper, si pro annis illis, totidem accipias dies, ducasque *senarium*, qui numerus perfectus est per vices *quadraginta quatuor*, inde coliges dies *ducenti septuaginta sex*: tempus scilicet *novem mensium*, quo Christus habitavit in virginali thalamo. Templum corporeum Christi fuit ædificatum ex carne Adæ, cujus nomen apud Græcos conflatur ex literis comprehendentibus numerum 46. Enim apud ipsos *A*, significat vnum. *D*, quatuor. *A*, vnum. Et *M*, quadraginta. Primus parens nomen accepit à Deo, Hebraicè *Adam*, quod interpretatur *caro facta*, cujus nomen constat apud Græcos ex principalibus literis quatuor climatibus Mundi, per quod innuitur ipsum primum parentem de Paradiso ejectum, & per Orbem totum dissèminatum. Nomina quatuor Mundi partium, seu quatuor *Stellarum cardinalium*, ipsarum, sunt secundum Græcos. *Arctos, Dysis, Anatole, Mesembria*, hoc est, Oriens, Occidens, Septemtrio, & Meridies: ex singulis literis cardinalibus tolle literas initiales, de *Anathole* A, de *Dysis* D, de *Arctos* A, & de *Mesembria* M, & habebis nomen *Adam*: per quòd significabatur primum *Adam* per Orbem dispersum; per secundum Adam; ideſt Christum colligendos, atque in vnionem fidei congregandos fideles. Constat igitur quòd etsi in nominibus, quæ à terra fiunt, non sint quærenda mysteria, at, in iis,

Bungius citat. S. Cyprian. lib. de Sina, & Sion. S. Aug. tract. 9. & 10. in Ioan. Cartag. lib. 5. de nomin. Iesu homil 7. Clemens Alex. lib. 6. Stromat.

Digitized by Google

quæ cœlitus imponuntur, latent myſteria plura, vt bene advertit Minorita Cartagena.

Ioan. 2. v. 20. B. Max. & Alap. hic, cum S. Aug. lib. 83. quæſt 56. & de Trin. lib. 14. cap. 5.

269 *Quadraginta ſex annis ædificatum eſt templum hoc*, dixerunt Judæi Chriſto, quòd de Hieroſolymitano Templo Zorobabelis intelligunt plures, aut Herodis, vt cum Joſepho putat Cornelius. In Templo illo fuit adumbratum myſticum Templum *Corporis Chriſti*. Per 46. annos quibus Templum illud fuit ædificatum ſignificantur 46. dies, quibus corpus *Chriſti* in ſacratiſſimo Virginis vtero fuit abſolutum, quoad augmentum, non quoad formationem: nam etſi, docente S. Auguſtino, in noſtratum generatione, fœtus perfectè formetur 46. dierum ſpatio, ad corpus Chriſti in momento fuit miraculosè perfectè formatum, & organizatum: vnde hi 46. dies, quemadmodum, & alii vſque ad ſacratiſſimam nativitatem, ſolùm pertinent ad augmentum ſacratiſſimi corporis. *Multiplicata igitur 46. per ſenarium, fiunt ducenti ſeptuaginta ſex, ſcilicet novem menſes, & ſex dies, tanto autem tempore perfectio corporis Chriſti ad partum perducta: conceptus enim octavo Kalendas Aprilis; natus octavo Kalendas Ianuarii*, ait S. Auguſt. citatus. Adumbrat igitur hic numerus *perfectionem Corporis Chriſti* in vtero materno, *Dominicam* paſſionem, myſticum *Templum* corporis Jeſu, *formationem* Adami, ejuſquè per Orbem *diſperſionem*, & per ſecundum *Adam Jeſum Chriſtum* collectionem fidelium in vnitate fidei, vt omnia tradunt Bungius, & alii marginati.

270 Hunc diem appellarunt Veteres *Februum*, *Purgamentum*, & diem Luſtrationis: quia in eo incipiebant *Lupercalia* extenſa per *dies decem*. Quibus in diebus Romana juventus, feſtivitatis licentia inſolens, ad omne genus erroris dilapſa, ruebat. Quæ *Lupercalia* acta erant in honorem *Junonis Februatæ*, ex Ovidio, & Beyerlinc; in honorem *Lupæ* nutricis Romuli, Remi, ex Roman; in honorem *Fauni*, & *Herculis*, ex aliis apud Gyraldum, apud quem alii Lupercalia agebant in honorem *Romuli*, & *Remi*: alii in honorem *Panis*, de quo agam die 25. Martii, & 20. Octobris.

Lupercalia.
Roſin. lib. 4. cap. 6.
Tamay. hoc die, & Beyerlinc.
Roman. lib. 2. cap. 18.
Gyraldus Synt. 17. fol. 417.

271 Livius, Plutarchus, & alii putant *Lupercalia* translata fuiſſe ex *Arcadia* in *Italiam*. Alii putant ab ipſis *Romulo*, & *Remo* fuiſſe inſtituta, aut ad agendas *Lupæ* gratias propter nutritionem ipſorum à *Lupa*, & in memoriam talis nutritionis, & ſervationis: aut ob facultatem Romæ condendæ in monte Palatino, factam Romulo ab avo *Numitore*, eo loco vbi educati fuerant. Alii putarunt *Lupercalia* dicta à *lupis arcendis*, aut quod non mittantur à *Lupa*, quæ abjectis infantibus peperecerit. Vnde & finxerunt *Lupercam* deam, vt ex Varrone tradit Gyraldus. Dixi quòd *Lupercalia*, juxta aliquos, acta fuerunt in honorem *Junonis Februatæ* (pro quo præter alios eſt Cartarius) cujus Junonis picturam adduco ſupra die 1. hujus menſis, num. 196. *Lupercalia* autem celebrabant facto ſacrificio de *capris candidis*, & mactato *cane* inimico Lupæ, *lætitia exultantes*, *epulantes*, vinum largè *bibentes*, diviſa paſtorali turba, *cincti pellibus* immolatarum hoſtiarum; cætera *nudi* diſcurrentes juvenes, feſtivitatis licentia ocantes, & inſolentes pergebant, & curſitabant. Tum duo nobiles adoleſcentes *gladio cruentato* ſibi faciem inficiebant, & confeſtim alii detergebant *lana lacte* madefacta. Adoleſcentulis iſtis, dum detergebantur, ridendum erat. Sic *cincti pellibus*, detractis ex mactatis capris, cætera *nudi*, tantum pudenda tecta, curſitabant, & diſcurrebant, geſtantes flagella confecta ex ipſis pellibus caprarum inciſis in corrigias. Sic cutrebant, obviumquemcunque cædentes, & verberantes præfatis flagellis. Hos ictus, hæcque verbera non fugiebant, imo lætè excipiebant mulieres, credentes ea conducere ad conceptum, & facilitatem pariendi. Quæ *Lupercalia*, ex Plutarcho, fuerunt inſtituta *luſtrationis cauſa*. Et ex Hoſpiniano dicata *Pani Lycæo*, cujus picturam dabo infra die 25. Martii, num. 470. ex Gyraldo, & Hoſpiniano.

Lupercalia.
Sacrificia.
Ritus.
Roſin. Gyraldus, & Cartar. citati.
Plutarch. de Luperc.
Hoſpin. de Feſt. cap. 24.

272 Celebrabantur hoc die *Lupercalia*, vt quidam putant, ob acceptum beneficium lactis à *Lupa*, quo conditores vrbis Romulus lactus dicitur. At æquius re vera eſt meminiſſe noſtratum, qui religionem aluerunt ſanguine. Inter cæteros Gentilium ritus hujus diei, erat memoratus duorum adoleſcentium, qui gladio cruentato tingebant frontem, & lana madefacta ſanguine, cruorem abſtergebant, læti, & ridentes. At, nobis occurrunt ipſo hoc die duo nobiliſſimi fratres adoleſcentes *Fauſtinus*, & *Iovita*, qui præcipuis Italiæ vrbibus fuère ſpectaculum: numquam lætiores viſi, quam cum ferro verè eliceretur cruor, mirumque quod inter pœnas divinæ ſuavitatis lacte perfunde-

Martyrol. & Breviar. Rom.
Maſculus hoc die.

Digitized by Google

fundebantur. Nec solum memorandum quod triumpharunt de bestiis, & flamma Brixiæ, sed cum hic mensis à Gentilibus sacratus fuisset Neptuno, ex dictis supra, non omittendum de ipsis *Faustino*, & *Sovita* singulare prodigium, quòd Neapoli in mare precipitatis, manibus, pedibusque vinctis, Neptuno ipso invito, incolumes enatarunt ad litus; Illustris etiam fuit hic dies martyrio *Cratonis* cum vniversa domo sua, quibus associantur *Saturninus*, aliique martyres, ad quam martyrii palmam peruenit *Agapis* virgo: cui eum laurea Virginitatis, associatur *Georgia*. His meritò se adjungit ad pulchritudinem gloriæ *Decorosus* præsul. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte prophana ad sacra. Cumquè in Lupercalibus vterentur Gentiles *nuditate*, *flagellis*, *lacte*, & *sanguine*, serviant prophana sacris: quia Sancti ipsi habuerunt *Nuditatem* abstractionemquè à terrenis: *Flagella* verbera, & mortificationes tolerata patienter pro Christo; *Lac* puritatis vitæ; *Sanguinem* cruorem dictum à currendo, vt obseruant S. Isidorus, & Anglicus; vnde habes Thema pro hodiernis Sanctis. Item, sanguis est *mundus*, *subtilis*, *calidus*, *velox*, *dulcis*, *coloratissimus*, *temperatus*, *conservativus*, & si sit alæ dextræ columbæ, vel hirundinis, *abstersivus* macularum, vt cum pluribus obseruat Anglicus: vnde hodiernos Sanctos encomia *Mundos* puritate, *Subtiles* perspicacitate ad fugienda, & reiicienda retia mundana, ac fallacia, *Calidos* fervore amoris Dei, & proximi, *Veloces* in Dei servitio, *Dulces* patrocinio, &c. Deinde, lac est sanguis decoctus, digestus, non corruptus, estquè liquor *candidus*, *nutritivus*, & *mundificativus*, ac *dulcis*, adumbrat Sanctos, & dulcedinem gloriæ: quare & per lac hodiernos Sanctos encomia *Candidos* puritate, *Nutritivos*, & *Mundificativos* doctrina, *Dulces* patrocinio. Si Lupercalia dicabantur Junoni Februæ, per hujus picturam 1. adductam die 1. januarii, num. 59. versam ad sacra, hodiernos encomia Sanctos *Pulchros* puritate vitæ, *Sceptreos* potentia ad mira patranda, *Coronatos* triumphis, & gloria, *Nubeos* patrocinio. Insuper si Lupercalia, juxta alios agebantur in honorem *Panis*, vide de Pane dicenda die 25. Martii, ac die 20. Octobris à num. 1487. vbi per picturam Panis num. 1494. pulcherrimum dabo Thema hodiernis cœlicolis adaptandum. Si juxta alios Lupercalia veteres dicabant Herculi, de quo agam die 15. Maii, ibi vide Herculis picturas, & triumphos, ac sacrificia: vnde quamplura christianizare poteris pro hodiernis cœlitibus, ibidemquè per populeam arborem sacratam Herculi, dabo num. 676. Thema pulcherrimum hodiernis adaptandum cœlicolis. Tandem cum hoc die, apud nostrates veneretur Translatio S. Antonii Patavini, relata Themata tanto Heroino adaptare poteris. Celeberrima fuit hæc translatio; præsens fuit in illa Sanctus frater Bonaventura, tunc Generalis Minister ordinis, qui videns linguam Sancti Antonii, quæ per triginta duos annos sub terra fuerat, ita integram, recentem, & rubicundam, vt viventis hominis esse potius videretur quam mortui, eam in manibus reverenter accipiens, irrigatus profluviis lacrymarum coram omnibus, his verbis affatus est: *O lingua benedicta, quæ Dominum semper benedixisti, & alios benedicere fecisti, nunc manifestè apparet, quanti meriti extitisti apud Deum. Et infigens ei devotissima oscula, jussit eam seorsum honorificè collocari.*

Thema. 1.

S. Isidor. lib. 9. cap. 12. Angl. lib. 4. cap. 7. & lib. 19. cap. 61. Berchor. lib. 13. cap. 20.

2.

3.

4.

5.

6.

DIES XVI.

273 HIc dies, qui est 14. Kal. Martias *Endoterciſus*, seu *interciſus*. Ita Kal. Maſſeianum. De quibus diebus egi supra. A. D. 47.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Gothicorum*, ex dictis cum Roman die 12. hujus mensis num 250.

Dies 2. *Lupercalium*, ex dictis die 15. hujus mensis num. 265.

Ad quem diem *Solem in pisces transire*, notant Ovidius 2. Fastorum, & Hospinianus de Festis, cum eo, cap. 24.

Quo die sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine: *Igni*, ex dictis die 9. hujus mensis: *Laribus* ex dicendis die 1. Maii: *Belo* ex dicendis die 16. Decembris.

274 Sumus in die 16. Februarii: quare de numero 16. noto, cum Bungio, quòd antiqui hunc numerum consecrarunt *Jovi*, & *Junoni*, quæ *Juno* cum multis in locis coleretur magna celebritate, præcipuè tamen, Pausania teste, apud *Elios*, quinto quoque anno, matronæ sexdecim Ludos instituebant vocatos *Junonia*. In iis certamen cursus proponebatur virginibus descriptis ex ætate in classes. Primò enim currebant impuberes puellæ: post grandiores; & postre-

Numer. 16.

Bung. de num. 9. & 16. in A. Paus. lib. 5. & 16. Calepin. V. *Peplus*.

Digitized by Google

postremò natu maximæ, quibus ludis præerant Matronæ sexdecim, & iis totidem ministræ erant attributæ. Tum & in foro Eliorum sexdecim fœminæ *Iunoni peplum* contexebant; sic vocatam sindonem, aut vestem prætenuem, propriè mulierum, & aliquando virorum, vt Calepinus observat.

Pier. Val. lib. 46. Bung. de num. 16. A fol. 43. Cartarius à fol. 181.

275 Hunc numerũ posuerunt Sacerdotes Ægyptii pro symbolo felicitatis quia Nilo erescẽte sedxecim cubitis tertilitas erat. Quare marmoreũ Nili colossum, sic Romæ effinxerunt: vt decumbente reliquo corpore, humana forma, caput manu dextra sustineat, cubito ad basim apresso, manu altera aquam, ex tribus vrnis, una tantum ansa conjunctis effundat, & pueri, *sexdecim* numero, sireumfusi per totum corpus, hæc, & illac lusitantes, Tribus vrnis significabant causas incrementi Nili; & pueris sexdecim, totidemque cubitis fertilitatem. Quam picturam, præter alios marginatos, adducit Cartarius, addens collocatam Romæ, in Templo *Pacis*. Amplius addit Ægyptios effinxisse *Nilum* modo relato, sed corpore nudo, decumbente supra Crocodilum, facie barbata, oculis demissis, & capite redimito corona viridium herbarum.

Nili. Pictura. 1.

2.

276 Hunc ipsum numerum habuerunt antiqui Romani pro emblemate *perfectionis*. Mos enim fuit Romanorum, vt pueri vsque ad annum 15. induerentur *toga puerili, sivè purpura* prætextata, & anno 16. sumebant aliud *togæ* genus, quæ & *virilis*, & *pura*, sivè *candida* dicta fuit. Admonebanturquè, vt abiectis puerilibus oblectamentis, studerent *vitæ candori*, *morumque puritati*, vt servius notavit. Est enim adolescentia ab anno 16. ad 30. quare Varro hunc numerum 16. nominavit *adolescentiæ januam*, quem Ovidius, & alii vocarunt *florem ætatis*. Quare apud Romanos ab anno 16. pueri militabant, & armis exercebantur, vt Servius advertit. Sacerdotesquè Gentiles ac Ægyptii ad denotandam *veneream voluptatem*, hunc numerum pingebant, quemadmodum & ad significandum complexum venereum: quia ab anno 16. solet in hominibus vtrumque incipere, vt cum Casiodoro, & aliis marginatis tradit Bungius.

Serv. Comm. in Æneid. Virgil. 7 Tiraquel. in August. Bung. de num. 16. A. Horus de Hieroglyph.

277 Amplius hic numerus *Sextusdecimus* habet quandam perfectionis speciem; quia ex duobus numeris perfectis compositus, ex *senario perfecto* secundum Mathematicos, & *Denario* secundum Philosophos, nec non & ex quadruplicato quaternario. Quare hic numerus adumbrat *virtutes*, *perfectionemquè* vitæ, & doctrinæ, *Prophetas* sexdecim, majores, minores duodecim, *Incarnationem* Dominicam, *Cœtum* Apostolorum, & Evangelistarum, *Virtutes* Justorum, & *Chorum* Sanctorum, vt totum notarunt Casiodorus, & Bungius.

Bung. de n. 16. Casiodor. in Psalm. 16.

278 At, si hic dies apud Veteres abundavit prophanitate Lupercalium; vberiùs, apud nos, novosquè Romanos abundat laudibus plurimorum Martyrum, *Onesimi*, de quo scribit S. Paulus ad Philemonem, à vers. 10. obiitque sub Trayano lapidatus pro Christo: *Iuliani* Martyris, cum aliis quinque millibus, passi in Ægypto. His associantur alii Ægyptii *Elias*, *Hieremia*, *Esaia*, *Samuel*, & *Daniel*, qui gladio percussi martyrium consummarunt: cum quibus ad martyrii lauream pervenerunt alii: iisquè cum omine nominis associatur *Faustinus* præsul. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra Lupercalia Veterum, vt præcedenti die: vnde habes ibidem Themata hodiernis Sanctis aplicanda. Quibus tum ex dictis, tum ex dicendis alia plura Themata adaptare poteris, per solem, Ignem, Lares, & Belum, quibus hoc die sacrificabant Gentiles.

Martyr. Rom. Mascul. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
8.
9.
10.
11.

279 Discretus quidam pro emblemate belli, calamitatisque vtilis, ac victoriæ, depinxit Hieroglyphicum, ex *gladio*, *sceptro*, & *corona* colligatis. Adumbratur *gladio* bellum, calamitas vtilis, humilitas, fortitudo, ac fides cum operibus, vt cum pluribus Picinellus notat: quare *gladio* attrito addimus lemata: *Probatur*, *Perficitur*, *Refulget*, *Tuetur*.

Mund. Symbol. lib. 22. cap. 9.

12.

280 Inter alias gemmas est *Nitrum* lapis *subalvidus*, & *perspicuus*, *Nitrum* nuncupatum, ex S. Isidoro, à regione *Nitria* Ægypti. Habet hæc gemma naturam *salis*, est *medicinalis*, & *absterſiva* sordium: quare pulvis hujus gemmæ melle confectus faciem *clarificat*, *mundificat*, & *decorat*; radiatquè hæc gemma colore triplici, *albo*, *rubeo*, ac *citrino*, qui est & *rutilans*, aeparum differens à cocreo, puniceoquè colore, vt totum Anglicus observat: vnde per hanc gemmam Ægyptiam, hodiernos Ægyptios encomia Sanctos *Decoros* puritate, *Mundificativos* doctrina, *Claros* vita, exemplo, gestis, gloria. Tum & vt præfata gemma radiat colore triformi *albo*, *rubeo*, *citrino*, seu rutilanti, & hinc encomia hodiernos

S. Isidor. lib. 16. cap. 2. Anglicus lib. 16. cap. 70. & lib. 19. cap. 14. Calep. V. *Citrũ*. cum Plinio.

13.

cœlites

Digitized by Google

14. cœlites *Albos* puritate, *Rubeos* flagranti charitate, aut martyrio, *Citrinos*, seu rutilantes vita, gestis, exemplo. Tandem, si vt observat Calepinus cum Plinio *Citrus* est arbor *viridis*, *odorifera*, & *laureo* folio, & hæc verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Viridis* virtute, *Odoriferos* exemplo, *Laureatos* triumphis, gloria.

15.

DIES XVII.

A.D. 48. 281 Hic dies, qui & 13. Kal. Martias, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. *Lupercalium*, ex dictis supra die 15. hujus mensis.

Quo die *Quirinalia* festa. Ita Kal. Maffeianum, apud Rosinum lib. 4. cap. 2. & Tamayus hoc die. Quæ festa ad sequentem diem referuntur ab aliis,

Item hoc die *Feriæ Stultorum*, quæ & *Quirinalia* dicebantur, de quibus agit Ovidius in 2. Fastorum. Ita Tamayus.

Ad ipsum hunc diem refert Tamayus citatus *Fornacalia* dicata Deæ *Fornaci*, & in ejus honorem instituta.

Deinde *Parentalia* anniversaria Romæ acta. Ita Vet. Kal. Roman. & cum eo Beyerline, & Masculus hoc die.

Quo die, *Romulus* occisus à suis, non apparuisse confictus est. Ita Bolandus in Acta Sanctorum, hoc die.

Numer. 17. 282 Sumus in die 17. Februarii: quare de hoc numero noto, quòd ab Antiquis Romanis fuit habitus *Ater*, & *Infaustus*, imò & à Judæis: illis ob duas clades, quibus (Plutarcho teste) fracti fuerunt die 17. Julii: istis ob fractas Tabulas à Moyse die 17. mensis *Tamuz*, ob peccatum idolatriæ, vt dicitur Exod. 32. quòd contigit præfato die 17. vt cum Hebræis in *Seder Olam*, & Saliano dixi in *Diario Sacro*. Fuit & hic numerus Pythagoricis *aversus*, & apud Antiquos significabat *mortem*: quia exprimitur characteribus, ex quibus nulla dictio significativa componi potest, præter *VIXI*, enim sic exprimitur XVII. Adumbrat hic numerus *terræmotus*, *incendia*, *diluvia*. Insuper & adumbrat omnem nostram *virtutem*, & *operationem* in Decalogi observatione, per septiformem gratiam Spiritus Sancti, vt advertit S. Gregorius, quem sequitur Bungius, de num. 153. prope finem. Fuit & apud Gentiles cultores Matris Deorum dicatus hic numerus *Lamento*: enim (vt observant Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. & cum eo Bungius in Additione hujus numeri) per dies 17. Lamentabantur, incipiebantque suum lamentum die 17. Martii. Fuit & *Lamento* destinatus apud Græcos, quibus mos erat corpora defunctorum servare per dies 17. antequam cremarentur, vt observat Bungius citatus.

Bung. de n. 17. Plut lib. 1. in camillo. Chronol. Heb. cap. 6.

S. Gregor. hom. in Ioan. 21.

283 Erant hoc die *Quirinalia* festa dicata *Romulo* dicto *Quirino*, vt plures notant, & Ovidius cecinit, inquiens: *Quirinalia.*

Ovid. in 2. Fast.

Proxima lux vacua est. At tertia dicta Quirino
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.

Romulus autem peculiaris Deus Romanorum, *Quirinus* fuit vocatus, aut quia hasta, prisca Sabinorum lingua *Quiris* vocaretur, aut ob virium magnitudinem; aut quia bellicosus fuit, & hastam gerebat, quæ & *Curis*, & *Quiris* dicta est Sabinè. Primò dictus fuit *Romus*, post appellatus *Romulus*, aut diminutè, & blandimenti gratia, aut à *ruma*, idest mamma lupæ, aut à virtute, & robore.

Rosin. lib. 4. cap. 6. Gyrald. synt. 1. Maluenda de Antich. lib. 5. cap. 14.

284 De *Romulo*, & *Remo* tradunt, quòd regnans Numitor apud Latinos, habuit filiam nomine *Rheam*, sed Amulius frater Numitoris, & istum privabit regno, cupiditate regnandi, & *Rheam* fecit velut monacham in Templo *Vestæ*, aut Sacerdotissam *Iunonis*, ne haberet prolem: vtque Amulius magis tutaretur in regno, occidit duos filios parvulos Numitoris; At *Rhea* strupum per vim passa, aut ab Amulio, aut à Marte, seu dæmone incubo, aut ab alio aliquo, gravida effecta, gemellos peperit Romæ fundatores (vt cum pluribus tradit Maluenda) Amulius recognita *Rheam* sylviam carcere inclusit, & gemellos filios Rheæ *Romulum*, & Remum ad Tiberim exponi jussit, sed ad ripam fluvii derelicti, & à lupa lactati, & in ipsa ripa reperti à *Fastulo* magistro regii pecoris, ab ipsius vxore *Laurentia*, quæ ob vulgatum corpus dicta fuit *Lupa*, jussu *Fastuli* educati sunt inter Pastores. *Remus* autem cum ad virilem ætatem perveniisset, captus à prædonibus, ductus fuit ad Amulium patruum Regem, accusatusque quod greges Numitoris solicitus foret abigere. Itaque Numitori traditus, vt ab ipso puniretur. At, multis sermonibus vicissim habitis inter Numitorem, & *Remum*, iste agnitus est nepos illius. Supervenit & *Romulus* cum *Fastulo*, isto

Romuli & Remi Historia Plut. in Vita Romuli. Theatr. Deor. lib. 6. cap. 5.

Maluend. citat. lib. 2. cap 4. Rosin. lib. 1. cap. 1.

Digitized by Google

istо discooperiente rem, & adducente *arculam* in qua fuerant expositi, ac confirmante *Romulum*, & *Remum* nepotes esse Numitoris. Quare hi omnes conjuratione facta, ex inopinato Amilium obruunt, atque obstruncant, regnumquè avo Numitori restituunt, *Rheam* liberarunt à carcere, ac in magna estimatione possuerunt.

285 Volunt aliqui: *Romulum*, & *Remum* obtenta facultate à Numitore avo, fundasse Romam, & ita Vrbem nominatam: quia ab ipsis fundatam: alii, quos sequitur Victoria, dicunt Vrbem jam per octingentos sexaginta tres annos antea fuisse fundatam à filia regis vocata *Roma*, & à conditrice suum nomen Vrbi impositum; & à *Roma* per Fastulum pueris præfatis imposita nomina *Romuli*, & *Remi*. *Romulumque*, & *Remum* fuisse reparatores, & amplificatores Romæ, quæ in prima sui fundatione tantum tres continebat montes, & in secunda septem, vt dixit Virgilius.

Roma. Maluend. citat. Victor. in Theat. Deor. tom. 1. lib. 6. cap. 5.

Virgil. lib. 6. Æneid. v. 783.

Septemque vna sibi muro circumdedit arces.

Romulumque, & *Remum* sivè conditores, sivè reparatores Romæ forent, ac ipsius amplificatores, solicitarunt vt ipsis adhærent homines diversarum nationum, ad condendam Vrbem, quæ omnium esset patria, & vna omnium communis, quodquè quisque pusillum terræ, aut *pupillum*, ex suo loco tulisset, & omnes in vno loco conjecissent, ad denotandam vnionem, vt sicut diversi pulveris commixtio vnum faciebat acervum, ita conderent Civitatem, quæ vna esset Vrbs, & Respublica diversorum hominum, vt cum Plutharco tradit Cartagena. Igitur cœperunt Romam condere Kalendis Maii, sivè die 1. in eo loco vbi fuerunt expositi. Postea exorto bello de regno inter Romulum, & Remum, iste occiditur ab illo, vt cum pluribus totum tradit Rosinus. Occiso *Remo* mansit Romulus Rex Romæ, & Romanorum, qui Leges dedit, & Senatores instituit. At, *propter fœrocitatem* fuit à Senatoribus occisus, in Senatu, discerptus, & in partes secatus, ita vt nihil sui corporis appareret. Commotus populus contra Senatores, & quia Romulus non comparebat, & quia tunc accidit, & tempestas magna, & Solis eclipsis, quòd deceptus populus *meritis Romuli tribuebat*, S. Aug. teste: Quare Senatores subornarunt quemdam Julium Proculum, qui publicè testaretur, se vidisse Romulum evolasse ad Cœlos, tamquam dominum eorum, sibiquè apparuisse jubentem, vt à populo Romano tamquam numen coleretur. Sic sedatus populus, & Romulus cultus vt Deus, ob præfatam fabulam, vt referunt S. Augustinus, & alii. Ad quam confirmandam fictionem addita fuit alia fictio dœmoniaca, quod hasta Romuli germinavit, produxitquè *folia*, & *flores*, quo apparente prodigio viso a toto populo in monte Palatino, confirmata fuit seductio: & quia Græcè hasta dicitur *Quiris*, Romulum vocarunt *Quirinum*, & Romanos *Quirites*, vt Victoria citatus advertit, cum S. Isidoro. Lego & Ovidium, qui & de Romulo, ac ejus conjuge *Hersilia*, ficta Dea, ac vocata *Ora*, agit diffusè.

Plut. lib. 1. de Viris Illustrib. Cartag. lib. 9. col. 53. Rosin. lib. 1. cap. 1. & lib. 7. cap. 3.

S. August. 3. de Civit. cap. 5. Vives ibid. Victoria citat. l. Cartag. lib. 13. hom. 6. Fabula.

Fabula.

S. Isidor. lib. 5. ethim. cap. 9. Ovid. lib. 14. Neta.

286 *Romulum* & Romæ parentem, & triumphi inventorem proponit Dionisius Halicarnasæus, cum aliis; dypingens eum indutum *purpura*, coronatum *laurea*, gestantem in manu *hastam*: invectum cursu, ductu ab equis albis, vt sic decepti indicarent, & florentem Rempublicam, & ipsius tutelam per *Romulum*, qui (ex Minorita Victoria citato) sibi erexit statuam, eumquè consultasset oraculum, quamdiu foret duratura? Responsum accepit: *Non cadet donec virgo pariet*, & tandem decidit nocte, qua natus fuit Christus ex Maria Virgine. Vide dicenda die 20. Septembris.

Pictura *Romuli*.

Rosin. lib. 10. cap. 9.

287 *Quirinalia* dicebantur *Feriæ stultorum*, quæ agebantur hoc die, ob eam causam vt illi, qui aut non potuerunt, aut ignoraverunt, ob idque in *Fornacalibus* non fuerant feriati, hoc die in *Quirinalibus* sacrificio expiare cogebantur. De quibus Feriis loquitur Ovidius in 2. Fastor. & Gyraldus syntagm. 17.

Stultorum Feria.

Rosin. lib. 4. cap. 16. Tamayus hoc die.

288 *Fornacalia*, vt dixi, agebantur hoc die, dicata Dex Fornaci, instituta ex constitutione Numæ Pompilii: quòd festum non erat statum, sed mobile, & Curio-Kalator, aut præco sacrorum, proposita tabula, prædicebat festum, quod mobile, & indictivum festum fuit institutum, *Farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quæ in pristinis erat, sacrificium fieri solebat*, aiunt ex Festo Tamayus, & Rosinus. Numa igitur instituit Deos *fruge* coli, & *mola salsa* supplicari: quæ quidem *mola*, ex *farre*, *sale*, & *aqua* componebatur, sine qua mola nullum sacrificium ratum fieri censuit: quare apud Ethnicos ista farris oblatio, fuit tanti momenti, vt nulla sa-

Fornicalia.

Rosin. & Tamayus citat. Gyrald. synt. 17. fol. 433. Ovid. in 2. Fast.

Digitized by Google

la sacra absque ipsis conficerentur. *Far* enim nisi tostum fuisset, ad sacrificia non esse purum, neque adhibendum statuit: ideo & *Fornacalia*, & religiosas Ferias, quibus Far in fornacibus torrebatur statuit, & instituit. Hinc & *Fornax* Dea constituta fuit à Gentilibus, quæ fornacibus præsideret; quoniam ante trilicum, & ejus vsum far fornacibus torrebatur. De qua, inter Deos miscellaneos agit Rosinus citatus, cum Ovidio, & aliis.

Adorea Sacra.

289 *Farris* genus *Ador*, & *Adorea* dicebatur, & vulgo semen. Hinc que deducta fuerunt *Adorea* sacra. Et quondam *Ador* appellatum ab edendo: quia eo primò vsi sunt homines: sive quia in sacrificiis panes offerebantur ad aras, ait Gyraldus cum S. Isidoro, addens quòd Adorea sumebantur pro *gloria*, & *victoria*. Tamayus inquit quod à priscis Latiis *Far* vocabatur *Adoreum*, cumque absque Farre nequirent confici sacra, ideo omnia sacra dicebantur *Adorea*, quæ vox, ex Guillermo Sthue, deducta est ab Hebræo nomine *Æder* significante *gloriam*.

Gyraldus & Tamay. citat. S. Isido. Sthuch. de Sacrif. Gent. fol. 48.

290 Tandem hoc die erant Romæ *Parentalia* anniversaria acta pro defunctis. De defunctorum funere, rituquè Gentilium egi die 30. Januarii. Dictis addo, fuisse apud Ethnicos *Parentalia*, aut *Parentationes*, Idest dies defunctorum, quos dies statuerunt ad placandum *Manes*, & in *honorem*, ac *memoriam* propinquorum, parentum, & amicorum defunctorum: Vnde *Parentalia*, & *Parentationes* traxerunt originem; & quia ad *nonum*, *decimum*, *vigesimum*, &c. talem extenderunt obsequium, inde traxerunt originem *Novendialia*, *Decenalia*, &c. quæ, & *Feralia* dicta fuerunt, aut à ferendis epulis, vt putat Festus: seu à ferendis pecudibus, quas in defunctorum sepulchris, super nuda silice apponebant, *pyras* parabant, & *lacte*, *vino*, *sertis*, ac *floribus*, hæc celebrabant, ridiculo ritu. Vide dicenda num. sequenti.

Parentalia.

Rosin. lib. 5. cap. 39. Gyrald. syn. 17.

Sacrificia.

Ritus.

291 Fuerunt & *Ludi* dicti *Parentalia*, in quibus statuebant duas *aras*, vna dextra dicata *Apollini*, altera sinistra dicata Deo, aut Deæ in cujus honorem celebrarentur *Ludi*, *Parentalia*, aut *Funebria* sacra, vt ex Virgilio ait Rosinus. Tamayus hæc refert ad diem 23. hujus, quem vide. At, *Parentalia*, dicta & *Feralia*, ex num. præcedenti, cœperunt paulo post diluvium, vt Joannes Seldenus observat. Ex tunc enim homines plures à dœmonibus seducti, cœperunt *Parentalia*, seu *Feralia* sacrificando Diis *Manibus*, & libando sacrificia pro mortuis, & in ipsorum mortuorum honorem. In quibus sacris, præter dicta num. præcedenti, corpora ipsorum defunctorum collocabant in *Vrnis* exculptis variis simulacris, *Pugnantium*, *Triumphorum*, *Deorum*, *Armorum*, *Satyrorum*, *Ventorum*, *Suplicium*, &c.

Ludi.

Virg. lib. 3. & 5. Æneidar. Rosin. lib. 2. cap. 2. Paralip. & lib. 5. cap. 39.

Selden. de Diis Syriæ, cap. 3.

292 Hic dies tot prophanitatibus obscuratus à Gentilibus, elarescit apud nostrates passione plurimorum martyrum, qui sanguinem fuderunt pro Christo, inter quos *Faustinus* cum sociis lustravit Romam: *Polychronius* Persidem, *Theodolus*, & *Iulianus* Cæsaream: *Romulus*, *Secundianus*, *Donatus*, & alii octoginta sex, qui Concordiam illustrarunt. Iste *Romulus* alterius obruit gloriam; ille Romam infecit fraterno cruore, iste sacravit suo. Quòd si de antiquo, Gentiliquè Romulo dixerunt, quòd ejus hasta *germinavit*, produxitquè *folia*, & *flores*, verte hæc ad sacra, pro *S. Romulo*, aliisquè hodiernis cœlitibus, quos encomia *Germinantes* virtute, *Florentes* doctrina, & exemplo, *Habentes folia virentia* patrocinii erga suos veré clientes. Amplius; quia si antiquum Romulum effinxerunt gestantem *hastam*, indutum *purpura*, coronatum *laureo*, invectumquè *curru*, ad indicandam tutelam ejus, vt retuli supra num. 286. & hæc verte ad sacra; hodiernosquè encomia Sanctos, eos encomiando *Purpuratos* ferventi charitate, aut proprio cruore pro Christo effuso, *Laureatos* triumphis, *Evectos* ad *currum* gloriæ, in suorum clientum tutelam; Cumquè & hoc de Veteres delirarent in Fornacalibus, *mola salsa*, seu *farre*, *sale*, & *aqua*, & hæc ad sacra vertendo, hodiernos encomia Sanctos, per *Aquam* puritatis vitæ, *Farrem* humilitatis, *Salem* doctrinæ, & prudentiæ. Verte & ad sacra prophana Adorea, hodiernosque cœlites lauda *Adoreos*, *humilitate*, *victoriis*, *gloria*, ex dictis num. 289. Tandem, & Lupercalia veterum ad sacra verte, vt die 15. in fine: vnde habes plura Themata; ad sacra versa, & facillimo negotio, hodiernis accommodanda cœlitibus.

Martyrol. Rom. Malcul. hoc die.

Theme 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DIES XXVIII.

293 Hic dies, qui & 12. Kal. Martias, *commitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 49.

Digitized by Google

Dies 4. *Lupercalium*, ex dictis supra die 15. hujus mensis.

Ad hunc diem referunt *Quirinalia* dicata *Quirino*, seu *Romulo*. Ita cum Ovidio Hospinianus de Festis, cap. 10. qui Originem hujus festi refert ad eam fabulosam apparitionem Romuli Julio Proculo, quo populus fuit seductus ad eum colendum.

Ad hunc ipsum diem refert Hospinianus citatus *Fornacalia*, dicata Deæ *Fornaci* quam, & ornabant hoc die; & *Fornax* fuit nuncupata, vt cum Plinio Rosinus in Kalendario, hoc die advertit. Idem sentit Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18.

Quo die sacrificabant Deæ *Mutæ*, sivè *Tacitæ*, quam coluerunt ad compescendas linguas convitiatorum, & obtrectatorum. Ita Rosinus citatus, Masculus hoc die, & Hospinianus citatus, qui addit fol. 65. & 66. præfatam Deam *Mutam* fuisse *Nympham* illam Almonii fluvii filiam, quæ à loquacitate *Lalaria*, & deinde *Lar* fuit vocata.

Feralia sacra dicata Diis *Manibus*, instituta ad placandos Manes mortuorum, extensa per *dies vndecim vsque ad finem mensis*. Ita cum Ovidio 2. Fastor. Hospinianus cit. cap. 10. fol. 65.

Ad quem diem Festus, Ovidius, Varro, & Roman citatus referunt *Feriias Stultorum*.

Numerus. H. 294 Sumus in die 18. Februarii, ac 49. anni Romanorum: quare de iis numeris, inoto sequentia; & primo de numero *Decimo octavo*. Fuit igitur hic numerus *hieroglyphicum victoriæ*. Consueverunt Antiqui *ter* jacere *sex*, vt pro votis ipsis succederent, ac in tribus tesseris, & in jactu trium cubitorum jacere seniones, quòd erat ipsis *fortunatissimum*, & primæ *palmæ victoria*. Apud Græcos I. & H. & *Iesum*, & *octodecim* significant: nam I. significat *decem*, & H. *octo* quare hic numerus adumbrat eos, qui ad *signum*, & *nomen Domini* confugerunt, quòd spectat ad salutem. Item adumbrat *Domesticos* Abrahæ, conjunctosquè Deo, vt observat Bungius loquens de num. 318. Amplius adumbrat *Trinitatis fidem* cum operibus, *beneficia* Dei, *liberationem* à malo. *Decalogi* præcepta, & *Resurrectionem* Christi.

Bungius n. 18. A. & in n. 118.

Numerus. 49. 295 De numero *quadragesimo nono*, (cum simus in die 49. anni Romanorum) noto, quod resultet ex *septena septies*, estque numerus *climactericus*, & addictus à Magis *Veneri*, vt totum notat Bungius de numeris 81. & 9.

296 Erant hoc die *Quirinalia* dicata *Romulo* dicto *Quirino*, quæ & erant *Stultorum Feriæ*, ita dictæ ab iis, qui ignari ritus sacrorum aberraverunt à cultu, ex dictis die præcedenti. Et sanè nomen Stultorum toti ferè antiquitati competit, cum ferè tota esset involuta in stultitia, & nugis idolatriæ. Eratquè & hoc die sacrificium dicatum Deæ *Mutæ*, nuncupatæ *Tacitúrnæ*, quæ & vocata fuit *Lara*, & *Larunda*, existimata *Mania*, & mater Larium, cui sacrum quoddam magicum dicabant, ad *compescendas* detrahentium linguas, vti aiunt marginati, & Masculus hoc die.

Feriæ Stultorũ.

Mutæ Deæ.

Ovid. in 2. Fast. Rosin. lib. 4. cap. 6.

297 Incipiebant hoc die *Feralia*, quæ extendebantur per *dies vndecim*, & durabant vsque ad finem mensis, vt cum Ovidio, ait Hospinianus, addens, quod hæc sacra *Feralia* fuerunt instituta ad placandos *Manes* mortuorum, & ad justa solvenda defunctorum vmbris, quibus ad sepulchra epulis ferebantur his vndecim diebus, quibus errare credebantur, & *Silicernium* pati. Hinc & nomen inditum. Vel à ferendis epulis nuncupata *Feralia*, vt placet Ovidio. Allatæ epulæ ad sepulchrum ponebantur super nudam silicem in iis sacris: quæ inde (Servio teste) *Silicernium* dicebantur. Enim (Donato teste) *Silicernium* erat cœna, quæ inferebatur *Diis Manibus*, quòd eam filentes cernerent, idest vmbræ possiderent: vel quòd qui eam inferrent, cernerent quidem, sed non gustarent. Id enim erat funestum; gustare, scilicet, quod Diis Manibus libabatur. Epulæ istæ tenues erant, constabant enim *melle*, *lacte*, & *vino*, vt totum tradit Hospinianus citatus.

Feralia.

Ovid. in 2. Fast. & Hospinian. de Festis, cap. 10. fol. 56.

Origo.

Ritus.

Nomen.

298 Hic igitur dies, toc superstitionibus Gentilium infectus, nobis sit lucidus, ob martyrium *Lucii*, duorum *Maximi*, & sociorum, quibus adjungitur *Simeon* propinquus Salvatori secundum carnem: aliique illustres Martyres, ac *Helladius* Toletanus præsul, ex Gothorum Nobilissima Prosapia. Pro quibus, aliisquè hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Lupercalia, vt 15. die hujus mensis in fine: vnde habes Themata hodiernis adaptanda cœlitibus: quibus & adaptare poteris Quirinalia dicata Romulo, vt præcedenti die num. 292. Cumque, hoc die, & sequentibus agerent Feralia, sacrando Manibus, pro defunctis *mel*, *lac*, & *vinum*, & hæc ad sacra verte pro cœlitibus hodier-

Martyrol. Rom. Baron. & Mascul. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

Digitized by Google

10. hodiernis; eos encomiando *Lacteos* puritate vitæ, *Melleos* dulcedine contemplationis, *Vineos* amore, flagrantiquè charitate in Deum, & proximum. Vide per *Lac* alterum Thema die 21. Aprilis num. 571. Per *vinum* die 17. Maii. Per *mel*, vt alibi dico: vnde habes plura Themata. Inter alios cœlites *Lucius* veneratur hoc die: quare pergo ad piscem Tobiæ: *Ecce piscis*, qui ex Georgio Veneto vocabatur *Lucius*; ex Francisco Valesio, cum Plinio, & aliis, *Callyonimus*, ideſt *pulchri nominis*, ex Plinio vocatur *Vranoscopos*, ab oculo, quem in capite habet: *Oculos habet in vertice, vt semper Cœlum aspiciat*, dixit Rodeletius. De quo pisce notat Berchorius in Reduct. quòd quando multum antiquatur: *Lapidem crystallo similem in cerebro gerit.* Sic Sancti lapidem prætiosum, ideſt Christum, gestant per devotionem in capite: quare per nomen triplex *S. Lucium*, alioſquè hodiernos Sanctos encomia *Callyonimos* pulchritudine, *Vranoscopos* rectitudine in Deum, *Lucios*, aut *Lucidos* vita, doctrina, gestis, & exemplo. Tandem, est Crystallus gemma, *aquosa, indurata, clara*, & *relucens*, quæ solis radiis opposita, ita capit flammam, vt aridis juncis ignem *præbeat*, ait cum S. Isidoro, Anglicus. Si ferro percutiatur, flammas evomit. Si sit *Crystallus trigona* varios colores *representat*, ait Picinellus, addens Crystallum adumbrare Sanctos: vnde per Chrystallum alia Themata efformare poteris, pro S. Lucio, aliisquè hodiernis cœlitibus.

11.

12.

Tobiæ 6. v. 2. Valesf. lib. 6. sacr. Phil. Venet. tom. 6. Plin. lib. 32. cap. 7.

Rodeletius lib. 10. de Pisc. cap. vlt. Berch. lib. 9. cap. 95.

13.

Anglic. lib. 16. cap. 31. Mund. Symb. lib. 12. cap. 14.

DIES XIX.

A.D. 50. 299 HIc dies, qui & 11. Kal. Martias, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 5. *Lupercalium*, ex dictis, cum Lazio, Tamayo, & aliis, die 15. hujus.

Dies 2. *Feralium*, ex dictis die præcedenti, cum Ovidio, & Hospiniano.

Quo die, juxta aliquos, oritur *Crater*, sydus micans in Australi Cœli statione, asidens loco 42. variis, ac nitidis splendens fulgoribus. Ita aliqui, apud Castel in Francilogio Sacro, lib. 2. num. 470. Cujus syderis ortum, alii referunt ad diem 13. alii ad 14. hujus mensis.

Charistia. Quo & die *Charistia* sacra cognatorum. Ita Vet. Kal. Rosini lib. 4. cap. 4. Ovidius 2. Fastor. Hospinianus cit. cap. 10. fol. 66. & alii. Quo die *Sol* ingreditur in Signum *Piscis*, ex dicendis die 11. Martii, num. 414.

300 Sumus in die 19. Februarii, ac 50. anni Romanorum: quare de iis numeris, & primò de *Decimo nono*, noto: quòd numerus hic *castigationi* additus est: etenim anno 2. exitus de Ægypto, cum Jacobitæ decepti ab Exploratoribus, ob incredulitatem, murmurassent adversus Dominum, decretum fuit à cœlesti oraculo, eos non ingressuros terram promissionis: sicque relicta via, qua incedebant versus montem Seyr, qui est in terra Idumeorum, errare incipiunt in deserto, hærentes *annis* 19. in Cadesbarne. Anno 19. iterum insaniunt, & contra Dei oraculum pugnam adversus Amalecitas infœlicem capesunt. Vnde & in pœnam aliis 19. annis vagarunt per desertum. Dicitur enim Deuteron. 1. v. 46. *Sedistis in Cadesbarne multo tempore*, & cap. 2. v. 14. *Tempus autem, quo ambulavimus de Cadesbarne, vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit.* Tempus enim illud, quod manserunt in Cadesbarne, & in textu cap. 1. v. 46. dicitur multum, in Hebræo additur, *secundum dies, quibus mansistis*, ideſt tot diebus in Cadesbarne, quot in reliquis omnibus Mansionibus simul, videlicet annos *novendecim*; bis enim novendecim sunt triginta & octo; & ita sentiunt omnes marginati, & alii. Insuper, *annus nonus decimus Regis Babylonis* Naburzardan Princeps exercitus, servus Regis Babylonis, venit in Hierusalem, & succendit domum Domini, & domum Regis, & domos Hierusalem. 4. Reg. à v. 8. Constat igitur hunc numerum addictum *castigationi*, & notare desolationem *Templi* Hierosolymitani.

Numer. 19.

Numer. cap. 13. & 14. Bung. de num. 19. R. Salom. Cronicon Mai. Heb. cap. 8.

Deut. cap. 1. v. 46. B Max. Lyran. & Alap. hic.

301 Pergo ad numerum *Quinquagesimum*, de quo plura veniunt notanda. Hic numerus & significatur per literam L, juxta Latinos, & Valerium Probum, & denotatur Græcè per literam N. Quem numerum componunt *quinquies deni*. Designat *quinque* corporis *sensus*, & vniversa bona opera. (Quare à quinquagesima, vsque ad diem sanctum Paschæ, dies *quinquaginta* computantur: quoniam si quis per quinque sensus decem verba legis impleverit, ad beatam resurrectionem, quæ in Pascha significatur, perveniet) Designat & *conversionem* Judæorum, aut Judæos ad fidem conversos sanctæ, & individuæ Trinitatis. Est numerus *remissionis*, & *indulgentiæ*, significans li-

Numer. 50.

Bung. de num. 50. & 666. ac 153. Menochius de Repub. Heb. lib. 3. cap. 11.

Digitized by Google

bertatem, & *festivitatem*. Adumbrat *Jubileum*, *requiem*, & *vitam* æternam. Erat enim in antiqua lege annus quinquagesimus, annus *Jubilei*, *remissionis*, & *libertatis*, vt dixi tom. 1. de hoc agens anno, lege & Menochium de Rep. Hebræorum: quare numerus iste, adumbrat *Jubileum*, *remissionem*, & *libertatem*: qui numerus à Cabalistis attribuitur *Spiritui Sancto*. Die quinquagesimo ab immolatione agni dedit Deus legem in Sina: quare Hebræi agebant solemnitatem *Pentecostes*, & nos *descensum Spiritus Sancti*. Quæ, & alia plura notat Bungius de Mysteriis numerorum.

Charistia.

Hosp. citat.

Ovid. in 2. Fastor.

Gyraldus Synt. 17.

Tamayus hoc die.

Lazius.

302 Fuit hoc die Romæ festum nuncupatum *Charistia*, Græcè *Gratia* dictum, quòd hoc die fratres, cognati, & affines ad conservandum mutuum amorem, & gratiam convenirent, mutua se darent dona, & solemne celebrarent convivium. De quo Virgilius (quod festum Lazius lib. 10. refert ad diem 27. Januarii, vt ibidem dixi.)

Proxima cognati dixère Charistia chari
Et venit ad socios turba propinqua Deos.

In hoc festo solemne instituerunt convivium, idque appellatum *Charistia* (etsi aliqui legant *Eucharistia*, qua voce nuncupatur sacrificium altaris Corporis Domini nostri Jesu Christi.) ait Gyraldus. Subdit Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. quòd ad præfatum convivium solum admittebantur cognati, & affines, vt si inter eos aliqua esset orta querella, tolleretur, & hilaritas animorum stabiliretur, ac concordia apud sacra mensæ: quare agebatur hoc festum inter charos, & amicos, proximos & consanguineos, ad sedanda litigia, vt Tamayus observat.

Martyrol. Rom.

303 Si fuit Gentilibus hic dies lætus ob suam Charistiam, potiori titulo nobis sit lætus ob celebrem memoriam *Gabini* Martyris, qui *Caium* Pont. Max. germanum fratrem secutus. Hanc ipsam Christianam Charistiam celebrarunt interse *Palestini* martyres, tum Monachi, tum alii, à Saracenis occisi pro Christo, vt Baronius, & Masculus observant. At, *Barbatus* præsul Beneventi pulcherrimam exercuit Charistiam in proximos, dum Longobardos cum eorum duce convertit ad Christum; quibus ad moderationem animi, & decus insigne, congruenter comitatur *Mansuetus* præsul Mediolanensis. His adjungitur ex tertio Minoritico Orbe *Conradus* clarus nobilitate, charitate clarior, victor sui, carnis, & Mundi, nitescens virtutibus, prophetiæ dono, crebisque miraculis, in vita, & post mortem, cœlitibus associatus hoc die. Pro iis, aliisque Sanctis hodiernis verte ad sacra Lupercalia, vt die 15. hujus mensis in fine: vnde habes plura Themata, hodiernis cœlitibus adaptanda, quibus & vertendo Feralia ad sacra, accommodare poteris alia Themata, præcedenti die 18. adducta per mel, lac, & vinum, quæ in Feraliis sacrabant. Pro emblemate charitatis, & Sanctorum ponunt gemmam *Amiantinam*, vocatam *Amanton*, & *Amatidem*, quæ ex S. Isidoro est gemma *obvians*, & resistens maleficiis Magorum, & tantæ virtutis, vt vestis tacta ea *resistat* igni, etsi igni imponatur *non ardeat*, imò *accepto* splendore, nitidior *appareat*. Vnde pro hodiernis, aliisque cœlitibus poteris efformare Thema.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

Picinellus lib. 12. cap. 5.

S. Isid. lib. 16. cap. 4. & 10.

Anglic. lib. 16. cap. 19.

10.

DIES XX.

A.D. 51.

304 Hic dies, qui & 10. Kal. Martias, *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 6. *Lupercalium*, ex dictis cum Lazio, Tamayo, & aliis, die 15. hujus mensis.

Dies 3. *Feralium*, ex dictis die 18. hujus mensis cum Ovidio, & Hospiniano.

Dies *Feriatus* solemnis, & dicatus *Epicureo* ab Epicureis, ex dictis cum Roman: & Alexand. ab Alex. num. 49. die 20.

Dies quo agebant *Terminalia* dicata Deo *Termino*, quæ sacra aliqui referunt ad 8. Kal. Martias. Ita Hospinianus cit.

Dies quo sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine: *Igni*, ex dictis die 9. hujus mensis: *Laribus*, ex dicendis die 1. Maii: & *Belo*, ex dicendis die 16. Decembris.

Numeri. 20.

305 Sumus in die 20. Februarii, & 51. anni Romanorum: quare de iis numeris, & primò de *vicenario*, noto. Quòd hic numerus à Græcis significatur per elementum K, quòd mali ominis nota fuit: vnde in proverbium fuit, duo *Kappa* significare hominem malum, & tria *Kappa* pessimum, vt notat Bungius. Fuit & mos Antiquorum, ad significandam mortem, seu capitalem sententiam in judicio, ejicere in vrnam literam K, per T, & A, significabant absolutionem: per N, prolationem, & diem diffundi, cum parum ipsis constabat

Digitized by Google

hæc de causa, vt Alexander advertit. Tum & duplici KK, vel KC, significabant calumniam, & ea nota ignominiæ causa insigniebant frontem calumniatorum, vt notarunt S. Isidorus, & Valerius Probus, ac Bungius. Qui addit, hunc numerum imitari naturam *binarii*, ab Homero, & aliis adhiberi ad res *tristes, luctuosas, & acerbas*. A Magis vicenalis numerus significabat per *summitatem* sinistræ manus arctè figendo inter nodos indicis, & pollicis, qua digitorum gesticulatione notabant *infamiam*, & *immunditiam*. Est numerus *servitutis*, notat *venditionem* Ioseph, & adumbrat *Apostatas* ab Ecclesia exclusos.

Bung. de num. 20. A. ad. n. 200. Alex. lib. 3. cap. 3. Valer. Prob. lib. de liter. antiq. S. Isidor. lib. Ethim. cap. 22.

306 Nec solùm ad res tristes adhibetur vicenalis numerus, sed etiam aliquando ad *bona*, & *læta*: adumbrat enim & vtrumque *testamentum*, & vtriusque testamenti *authorem*, notat *servantes* divina mandata cum charitate, & affectu, est symbolum charitatis, & dilectionis: aptatur *SS. Doctoribus*. Hos præsignarunt viginti *tabulæ* Tabernaculi, *columnæ* atrii, viginti *bases*, & capita columnarum: nam & ipsi præcepta servant, aliosque servare docent.

Augustin. Gregor. Casiodor. in Psalm. 21. Bung. de num. à fol. 432.

Numerus 51.

307 Pergo ad numerum *Quinquagesimum primum*, de quo pauca reperio. Hic numerus Latinè significatur per L, & I, sic LI, litera L, significat Latinè *quinquaginta*, & lit. I, Græcè significat *decem*: vnde comprehendit hic numerus *sexagesimum*: quare vide dicenda de num. 60. die 1. Martii. Amplius, hic numerus 51. iuxta expressionem Valerii Probi, significatur per literam K, quæ litera & Græcè significat *vicenalem* numerum, & fuit signum *mali* ominis, *mortis*, & *condemnationis*.

Bung. de num. 20. A. & de num. 90.

Valer. Prob. ibi.

Terminalia.

308 Hoc die erant *Terminalia*, ex Hospiniano, sed ex Ovidio, Rosino, & aliis, die 21. *Terminalia* instituta fuerunt à Numa, & dicata Deo *Termino*, cui sacrificabant; quia putabant *fines agrorum esse in ejus tutela*. De quo *Termino* Gentilium agunt S. August. & Vives. Magna rusticorum solemnitate celebrabantur *Terminalia* præfato Idòlo dicata, sed variato diversis temporibus cultu: nam tempore Numæ, in iis sacrificiis nefas putabant hostias cædere, & animalia immolari, sed solùm libabant *cerealia*, *frugumque offerebant primitias*, vt Rosinus, & Gyraldus advertunt. Post mutato sacrificio, *Termino* sacrificabant cæsa hostia animata, vt *porcam, agnum*, aut *agnam*, Ovidio teste.

Rosin. lib. 4. cap. 6. S. Aug. lib. 7. Civ. cap. 7. Vives ibid. Ovid 2. Fastor. Gyrald. Carrag. lib. 5. de Asc. hom. 10.

Sacrificia.

Fuit & fabula de qua S. Augustinus, & Lactantius, ac Minorita Cartagena. Quòd cum Tarquinius vellet templum jam à se ædificatum in Capitolio, & à multis Diis occupatum, soli *Iovi* consecrare, omnes illi Dii facilè cesserunt, imo & in terram corruerunt, Deo tamen *Termino* (addit S. Augustinus, *Martem*, & *Iuventutem*) quia Romanorum terminos servabat, in loco suo immoto semper perseverante, ob quam fortitudinem Tarquinius jussit partem tecti tolli, correspondentem loco vbi jacebat, vt significaret, propter illius fortitudinem meruisse Cœlum illi pandi. Quam fabulam pro Christi Domini Ascensione christianizat citatus Minorita Cartagena. Addit Gyraldus, ob præfatam fabulam ita fuisse constructum Capitolium, vt intus in eo essent *Terminus*, *Mars*, & *Iuventus*, tam obscuris signis, vt hoc vix scirent homines doctissimi.

Tabula.

S. August. 4. de Civ. cap. 29.

Gyrald. Synt. 1. à fol. 44.

309 *Termino* præter *porcam*, agnum, aut *agnam* sacrificabant *bovem*, vt Gyraldus citatus advertit. Quo in festo bina sacrificia, & *frugum*, *cerealiumque*, ac animalium præfatorum libabant *Termino*, ara alta, templo, aut humo (enim sæpè sacrificabant in campo) *ramis* ornato puero, & puella, gestantibus in canistris offerenda, spectante turba supplici, & *canendo* Termino Laudes. Fiebantque *convivia*, sicque peragebant festum dicatum *Termino*, cui sacrificabant, & publicè, & privatim. Hunc Deum finxerunt *Saxum*, etsi postea *Stipem*, & *Arborem*, & *Tegulam* pro Deo *Termino* possuerit stulta Gentilitas, quæ ipsi tribuebat binas *Floridas* coronas, vt omnia notant Ovidius, Rosinus, & Gyraldus. Vide dicenda die 17. Augusti, & die sequenti num. 313.

Sacrificia.

Ritus.

310 Faustus fuit hic dies, vti dixi, apud Epicureos, festivus veteribus Romanis colentibus Terminum: at, verè faustus fuit nostratibus, *Martyribus* scilicet *Phœnicia*, quorum numerum solius Dei scientia colligit: quibus adjunguntur *Persidi Martyres* 128. cum *Sadoth* præsule, qui cum Solem adorare renuissent, per martyrium præclaras sibi coronas compararunt. Parem in Cypro obtinuerunt palmam *Pothamius*, & *Memesius*, cum quibus cœlitibus sunt associati illustres Confessores *Leo*, *Eucherius*, & *Eleutherius*. Pro iis igitur, & aliis hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Lupercalia, & Feralia, vt in diebus 15. & 18. hujus mensis: vnde

Martyrol. Rom. Baronius. Masculus.

Theme.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

Digitized by Google

vnde habes plura Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis. Cumquè & hoc die deliraret ſtulta gentilitas in ſuo Termino, cui *agnum*, *bovem*, & *cerealia*, tamquam tutelari, & Patrono dicabat; quare hæc ad ſacra vertendo, hodiernos Sanctos encomia *Agnos* puritate; *Boves* fortitudine, *Cerealios* humilitate, charitate, & exemplo. Tandem, vt alia omittam, ſi *Termino* offerebant *Flores*, *Fructus*, & *Coronas*, & per hæc hodiernos encomia Sanctos *Floridos* exemplo, & doctrina, *Fructuoſos* virtute, & merito, *Coronatos* triumphis, & gloria.

10.

11.

DIES XXI.

A.D. 52.

311 Hic dies, qui & 9. Kal. Martias *Fauſtus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 7. *Lupercalium*, ex dictis cum Lazio, Tamayo, & aliis, die 15. hujus menſis.

Dies 4. *Feralium*, ex dictis cum Ovidio, & Hoſpiniano die 18. hujus menſis. Quæ *Feralia* ad hunc diem refert Kal. Maffeian.

Quem diem *Funeſtum* habuerunt Chaldæi, ob pueros caſtratos, & in Perſidem ductos, à Præfecto Darii. Ita Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18.

Quo die *Terminalia* feſta Romæ celebrata. Ita Vet. Kal. Roſinus lib. 4. cap. 4. & Maſculus hoc die. Alii referunt ad præcedentem diem, alii ad ſequentem.

Ad quem diem refert Gyraldus de Menſibus fol. mihi 610. cum Vet. Kal. *Regis fugium*, aut *Regifugium*; quòd alii referunt ad 22. alii ad 23. diem.

Quo die, apud Gentiles Romanos fuerunt *Vinalia*, vt eum Kal. Vet. obſervat Gyraldus Synt. 17. fol. mihi 419. addens, quòd in hoc feſto deguſtabant *vina*, & novum *vinum*, quod ex dolio hauriebatur in vaſe libabant *Iovi*; quòd eum aliis tradit Gyraldus eit.

312 Dixi cum Gyraldo, quòd Vinalia hoc die dicebantur *Iovi*, cui libabant novum vinum, in vaſe hauſtum ex dolio. Plura de *Iove* dico alibi. Nunc noto, quod ſtulta Gentilitas in alios falſos Deos, quos coluit, fuit alter *Iovis Pluvius*, qui dicebatur *Pluvius*, *Fructifer*, *Deſcenſor*, & *Fulminator*, quem putabant dare *pluviam*, fundere *imbres*, mittere *fulgura*, & *tonitrua*. Hunc pinxerunt, *Alatum* ad humeros, *brachiis* extenſis, *barba* longa, *effundentem* imbres aquarum, *mittentem* in adverſarios tonitrua, & fulmina, quibus eos terrebat, & poſtrabat; quam imaginem in columna Antonini Aug. vidit Cardinalis Baronius, & affert eam inciſſam loco marginato.

Baron. tom. 2. Annal. an. Chriſti 176. fol. 209.

Vinalia. Ritus.

Iovis Pluvii. Pictura.

313 Erant & hoc die ſacra *Terminalia* Deo *Termino* dicata, de quo egi præcedenti die. Dictis ibi addo verſus ſequentes Ovidii.

Terminalia. Lazius lib. 11. cap. 2. Ovid. 2. in Faſtor.

Nux vbi tranſierit, ſolito celebretur honore
Separat indicio, qui Deus arua ſuo.
Termine, ſivè lapis, ſivè es defoſſus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.
Te duo diverſa domine de parte coronant,
Binaquè ſerta tibi, binaque dona ferunt.
Ara ſit, hic ignem curta fert ruſtica teſta,
Sumptum de tepidis ipſa colona focis.
Ligna ſenex minuit, conciſaquè conſtruit altè,
Et ſolida ramos figere pugnat humo.
Tunc ſicco primas irritat cortice flammas,
Stat puer, & manibus lata caniſtra tenet.
Inde vbi ter fruges medios immiſit in ignes,
Porrigit inciſos filia parva favos.
Vina tenent alii, libantur ſingula flammis,
Spectant, & linguis candida turba favent.
Spargitur & cæſo communis terminus agno,
Nec queritur lactens cum ſibi porca datur.
Conveniunt, celebrantquè dapes vicinia ſupplex,
Et cantant laudes Termine ſancte tuas, &c.

Ritus.

314 Hic igitur dies apud Gentiles Fauſtus, & Feſtus, potiori titulo noſtratibus Fauſtus, vti fuère, cum omine nominis *Felix*, & *Maximianus* præſules illuſtres, qui conſummato curſu fauſtè conſcenderunt in Cœlum: iis aſſociantur cum martyrii laurea *Felix*, *Fortunatus*, *Verulus*, aliiquè Africani martyres: nec non & alii *ſeptuaginta novem*, in Sicilia, ſub Diocletiano paſſi. Pro iis igitur, aliiſquè hodiernis cœlitibus verte ad ſacra Lupercalia, & Feralia, vt in diebus 15. & 18. hujus menſis, vnde habes plura Themata, facillimè accomodanda iis Sanctis. Cum & ſtulta,

Martyrol. Rom. Baron. & Maſculus hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.

Digitized by Google

6. 7. 8. 9. 10. 11.

ſtulra, cæcaquè gentilitas & hoc die deliraret in ſuo trunco Termino, & vertendo ad ſacra, quæ Termino ſacrabant, vti fecimus præcedenti die, habes inde alia Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Dixi, quòd Terminum coluerunt Stipem, aut Fuſtem terræ defixum: quare & in terra delirarunt. Vt igitur, & hæc vertamus ad ſacra, noto cum Minorita Anglico, quòd hic inter gemmas ponit *Terram ſigillatam*, quam dicit eſſe venam terræ frigidæ, & ſiccæ, que ex Platone eſt terra *ſubalbida*, *clara*, *aromatica*, & *argentea*: vnde per hujus terræ proprietates, hodiernos encomia Sanctos myſticas gemmas: quia *Subalbidos* puritate, *Claros* doctrina, *Aromaticos* virtute, & exemplo, *Argenteos* celebritate famæ ſanctitatis. Tandem ſi de Jove Pluvio fabularunt, quòd foret *deſcenſor*, *Pluvius*, *Fructifer*, & *fulminator*, & hæc verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Deſcenſos* humilitate, *Pluvios* doctrina vera, *Fructiferos* virtute, & merito, *Fulminatores* contra vitia, & peccata, contraquè vitioſos, & peccatores.

Anglic. lib. 16. cap. 98.

12.

13.

DIES XXII.

A.D. 53.

315 Hic dies, qui & 8. Kal. Martias *Nefaſtus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 8. *Lupercalium*, ex dictis cum Tamayo, Lazio, & aliis die 15. hujus menſis.

Dies 5. *Feralium*, ex dictis cum Ovidio, & Hoſpiniano, die 18. hujus menſis.

Quo die *Terminalia* dicata Deo *Termino*. Ita Kal. Maffeianum: quamquam alii referant ad 20. & 21. diem, vt ibi dixi.

Ad hunc diem refert Vet. Kalend. *Refugium*. Ita Roſinus lib. 4. cap. 4. cum Vet. Kal. quamquam alterum Kal. & Gyraldus id referant ad ſequentem diem.

Quo die, *Kalendæ intercalares fuere*. Ita Hoſpianus de Feſtis cap. 10. fol. 66. cum Livio lib. 3. Decada 5.

Dies quo, Romæ in monte Cœlio, ſacra celebrabantur dicata *Minervæ captæ*. Ita Lazius de Rep. Rom. lib. 10. cap. 10. cum T. Livio lib. 4. Decada 5.

Hilaria.

Lazius lib. 11. cap. 2.

Sueton. in Auguſtum.

Hoc tandem die *Hilaria* ſacra *Veneri* dicata, quæ & repetebantur die 25. Martii. Ita Lazius cit. lib. 11. cap. 2. fol. 1028. Hujus feſti origo fuit: quia per hoc tempus Sol incipiebat longiorem protendere diem, in quo feſto *Veneri* ſacrabant mulieres, & obtenta jocandi licentia, in omni genere hilaritatis ſe exercebant, vt cum aliis tradit Lazius. Hincquè hæc ſacra nuncupata *Hilaria* ab hilaritate.

316 *Minervam captam* celebrabant, hoc die, cui, & ſub hoc titulo, Romani Veteres ædificarunt ædiculam; cujus appellationis cauſas multas cum Ovidio recitat Roſinus; vel quod ingenioſa Dea putaretur, cum capitale ingenium ſolers dicatur, vel quòd feratur proſiliiſſe ex capite Jovis: vel quòd, domitis Faliſciis, *captiva* Romam deducta fuerit; vel quòd capite puniretur, ſi quis ex ejus templo furto quidquam ſubtraheret: vel quòd locus ad ſacrificandum captus legitimè foret, ex Paulo Marſo. *Minerva capta.*

Origo. Roſin. lib. 2. cap. 9. Ovidius.

Fuit & hoc die celebratum *Regifugium* ſacrum, in memoriam diei, quo Rex Tarquinius è Roma profugus diſceſſit, vt inquit Feſtus: quare celebrant fugam ſuperbi Tarquinii, & patriæ, ſeu Romæ libertatem. Quam Hiſtoriam vide apud Livium, Halicarnaſeum, & alios Scriptores de rebus Romanorum. Quod feſtum refert Roman ad diem 24. hujus. Ovidius ad 23. ſequenti diſthicho. *Regifugium.*

Ovid. 2. Faſtor. Gyraldus Synt. 17. Tamayus hic fol. 9.

Nunc mihi dicenda eſt regis fuga: traxit ab illa
Quintus ab extremo nomina menſe dies.

Gyraldus autem inquit: *Regifugium, 6. Kalend. Aprilis: ſacrum verò, 6. Kalend. Iulii*, ſic referens *Regifugium* ad diem 27. Martii, & feſtum Regifugii, ad diem 26. Junii. Fuit enim magna varietas apud Authores circa hujus Regifugii diem, & feſtum.

317 Hic igitur dies infauſtus Gentilibus, Fauſtus certè fuit Catholicis: quia S. Petrus Chriſti Vicarius ſuam veritatis *Cathedram* Antiochiæ poſuit. Fauſtus etiam noſtratibus, qui conſummato triumpho aſcenderunt in Cœlum, vti fuère *plurimi Martyres* in Arabia, ſub Maximiano paſſi pro Chriſto: cum quibus ad ſempiternam gloriæ coronam pervenère illuſtres præſules *Papias* Joannis Apoſtoli auditor, *Abilius*, *Paſchaſius*, & *Ariſtion*, vnus ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis. Pro iis igitur, aliiſquè hodiernis cœlitibus, verte ad ſacra Lupercalia, & Terminalia veterum, vt in diebus 15. & 18. ac 21. hujus menſis, vnde habes Themata plurima facillime hodiernis adaptanda cœlicolis. Quòd ſi Gentiles delirabant Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.

Digitized by Google

bant hoc die colendo Minervam captam, cui dedicarunt ædiculam, vti dixi. Perpende ritus Veterum in dedicatione, de quo agam die 6. Julii, à num. 939. vnde habes plura versa ad sacra, aptanda, & accommodanda, & Cathedra S. Petri, & hodiernis Sanctis: Dictis addo, quòd inter gemmas est quædam indica *Astrion* vocata, crystallo propinquà, centro *lucens Stella*, de qua dicitur rapere ab astris fulgorem, vt cum S. Isidoro observat Anglicus: Vnde per Astrionem, & *Aristionem*, & alios hodiernos Sanctos encomia mysticos *Astriones* prætiositate vitæ, *Crystallinos* puritate, *Lucentes* doctrina, gestis, exemplo. Si plurimi martyres hoc die passi fuerunt in *Arabia*, hinc noto, quòd hæc à Græcis vocata fuit *Eudemon*, & à Latinis *Beata*: est Provincia *Turifera* nuncupata, & *sacra*, in qua abundant arbores *Turiferæ*, & *aromata*, crescit medicinalis *myrrha*, nascitur *Phœnix*, & invenitur triplex *Sardonix*, ac multiplex gemmarum numerus, vt totum observant S. Isidorus, & Anglicus. Vnde plura Themata pro hodiernis Sanctis efformare poteris.

S. Isidor. cap. de crystallis. Anglicus lib. 16. cap. 16.

15.

S. Isidor. lib. 15. Anglicus lib. 15. cap. 4.

DIES XXIII.

A. D. 54.

318 HIc dies, qui & 7. Kal. Martias, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Die 9. *Lupercalium*, ex dictis cum Tamayo, & aliis, die 15. hujus mensis.

Dies 6. *Feralium*, ex dictis cum Ovidio, & Hospiniano, die 18. hujus mensis.

Dies quo sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine: *Igni*, ex dictis die 9. hujus mensis: *Laribus*, ex dicendis die 1. Mart: *Belo*, ex dicendis die 16. Decembris.

Quo die accidit *Regifugium*. Ita Kal. Maffeianum, Rosinus, Plutarchus, Ovidius, & Bolandus tom. 1. Februarii, in Acta Sanctorum, fol. 1. Hospinianus cap. 10. de Festis, fol. 66. qui addit, ab aliis referri ad sequentem diem *Regifugium*, quo nomine appellata fuit fuga *Tarquinii* è regno depulsi, cujus in loco libertate parta, suffecti sunt Consules, tuncquè felix vita fuit, & florens Roma. Ita Plutarch. in Brut. Rosinus lib. 4. cap. 6. & Masculus hoc die. De quo festo egi præcedenti die.

319 Hic igitur dies felix antiquis Romanis ob libertatem assequutam: potiori titulo felix fuit nostratibus, ob veram, perfectamquè assequutam libertatem in Cœlo. Hanc per martyrium obtinuerunt *Sirénus*, & alii *septuaginta duo* passi pro Christo: *Polycarpus* presbyter, qui & plurimos liberavit ab idolatria, & perduxit per martyrium ad Christum: quibus associatur *Lazarus* Monachus, & pictor egregius: Cum quibus ad Coronam, gloriæquè libertatem pervenerunt *Felix* Brixiensis præsul, & *Florentius* Hispalensis confessor. His adjunguntur heroinæ, *Martha* Austericensis virgo, martyrium passa sub Decio: *Milburgis*, & *Romana* virgines, illa Regis filia; ista clara vita cœlesti, & miraculorum gloria: ac *Margarita* Cortonensis Tertii Ordinis Franciscanorum, vitæ sanctitate, ac magnis, illustribusquè miraculis celeberrima, velut altera Magdalena à pluribus putata. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Lupercalia, & Feralia, vt in diebus 15. & 18. hujus mensis; vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Quibus & per tributa Soli, Igni, Laribus, & Belo alia Themata habes, ex dictis, & dicendis, hodiernis accommodanda Sanctis.

Martyrol. Rom. Hispan. & Franc. hoc die.

Themata
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.

320 Inter gemmas candidas præcipua est *Margarita*, quæ gignitur ex rore cœlesti, recepto in conchæ sinu, inter maris vndas. *Margaritæ* quædam vocantur *vniones*, quædam cum *candere flavescunt*, quædam naturaliter, quædam arte perforantur; quædam cum candido *purpureum* habent colorem, vt cum pluribus tradit Mundus Symbolicus: quare in Margarita adumbrantur Sancti Martyres, Virgines, Confessores, ac Pœnitentes: cumquè ex Anglico, & aliis sint *albæ*, *claræ*, *flavæ*, *speculares*, *rotundæ*, & *purpureæ*: vnde hodiernos encomia Sanctos *Albos* puritate, *Claros* doctrina, *Flavos* pœnitentia, *Rotundos* humilitate, *Speculares* exemplo, *Purpureos* flagranti charitate, aut martyrio: Vnde, & pro Cortonensi prætiosa *Margarita*, & pro aliis cœlitibus habes Thema.

Plin. lib. 9. c. 35. S. Isidor. lib. 16.

[Mundus Symb. lib. 12. cap. 25.

Anglicus lib. 16. cap. 62. 13.

DIES XXIV.

321 HIc dies, qui & 6. Kal. Martias *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

A. D. 55.

Dies 10. & vltimus *Lupercalium*, ex dictis die 15. hujus mensis cum Tamayo, & aliis. Quo & *Stultorum festum*, ex Lazio lib. 10. cap. 9.

Dies 7. *Feralium* ex dictis cum Ovi-

Digitized by Google

Ovidio, & Hoſpiniano, die 18. hujus menſis.

Ad quem diem referunt *Regifugium* Kal. Maſſeianum, Roſinus lib. 4. cap. 2. & 6. Roman. lib. 2. cap. 18. & Hoſpinianus die præcedenti adductus.

Quo die *Caius Duillius* nepos Conſ. de *Siculis*, & claſſe Punica egit triumphum V. C. anno 493. Ita Maſculus in Faſtis hoc die.

Quo & ſacrificabant *Soli*, *Igni*, *Laribus*, & *Belo*, ex dictis remiſſivè die præcedenti.

322 Hic igitur dies, jam *Nefaſtus*, jam triumphalis, apud Antiquos; verè noſtratibus fuit triumphalis; enim antiquorum triumphi gloriam ſuperavit *Mathias*, alter ex Ducibus Supremi Imperatoris, in locum Judæ proditoris ſorte electus, & divinitus indicatus radio lucis ſupernæ miſſo. Aptè ſocios, ad hodiernum ingreſſum in gloriam, habet *Lucium*, *Victoricum*, *Modeſtum*, ac *Edilbertum*, illi Martyres, iſti Confeſſores, vltimus purpuratus regno Cantiorum. Pro iis igitur, aliiſque hodiernis cœlitibus, verte ad ſacra Lupercalia, & Feralia, vt in diebus 15. & 18. hujus menſis; vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis; quibus & per tributa Soli, Igni, Laribus, & Belo, aliaque prophana ad ſacra verſa, habes ex dictis, & dicendis (præcipuè de Soli die 29. Aprilis, de Laribus vt die 1. Maii, de Belo, vt die 16. Decembris, & per Ignem proprietates Ignis hodiernis Sanctis adaptando, vt infra die 6. Julii num. 941.) alia Themata, iiſdem pro Sanctis.

Martyrol. Rom. Baron. & Maſcul.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

323 Colimus, hoc die, *S. Mathiam*, qui interpretatur *Donatus*, *Donatio*, *Expectatio*, vel *Spes Domini*, *humilis*, ſivè *parvulus*, vt obſervant Minoritæ Marius de Calaſio, & Lyranus: enim *Mathias* fuit *donatus* à Domino, quoniam ipſum de mundo elegit Chriſtus, & inter ſeptuaginta duos diſcipulos deſtinavit: *Donatio* Domini fuit, quoniam ſorte electus inter Apoſtolos computatus: *Parvus* fuit, quia ſemper ſervavit veram humilitatem; quæ triplex eſt, ex S. Ambroſio, & Hiſtoria Lombardica. Prima *afflictionis* qua quis dicitur humiliatus. Secunda *conſiderationis*, quæ procedit ex cognitione ſui. Tertia *devotionis*, quæ procedit ex cognitione creatoris: quæ triplex humilitas fuit in Sancto Mathia. *Conſiderationis* ſe ipſum deſpiciendo: *Devotionis* majeſtatem Dei contemplando, & admirando: *Afflictionis* martyrium patiendo. Inter gemmas eſt quædam parva vocata *Allectoria* ſimilis cryſtallo obſcuro, de qua, inquit, Dioſcorides facit *gratum*, *conſtantem*, *diſcretum*, *oratorem*, *victorem*; vnde S. Mathiam parvulum humilitate myſticam gemmam *Allectoriam* encomia *Gratum* gratia, *Conſtantem* fortitudine, *Diſcretum* ſolertia, chriſtianaquè prudentia, *Oratorem* prædicatione, *Victorem* martyrio.

Marius de Calaſio. tom. 4. con. Heb. Lyran. lib. Diff.

S. Ambr. Hiſt. Lomb. leg. 45.

13.

Anglicus lib. 16. cap. 17. cum Dioſcor.

DIES XXV.

324 Hic dies, qui & 5. Kal. Martias *Comitialis* notatur in Kal. Maſſeiano. A. D. 56.

Dies 8. *Feralium*, ex dictis cum Ovidio, & Hoſpiniano die 18. hujus menſis.

Hic dies, qui & 4. ante Kal. Martias *Ater*, & innominatus, ob cladem paſſam 4. Nonas Auguſti, de qua clade agam eo die: quare factum, vt *quartus* quiſque dies, ante Kalendas, Nonas, vel Idus cujuſvis menſis *Ater* haberetur, ex dictis cum Macrobio, & Maſculo num. 49. die 25. & dicendis die 2. Auguſti.

Quo die *Hirundinum adventus*. Ita Vet. Kalendar. & cum eo Roſinus lib. 4. cap. 2. & 4.

Ad quem diem refert Beyerline hic, quòd Geta Cæſar, à fratre Antonino in matris gremio fuit occiſus, & ita Herodianus.

Quo tandem die, ſacrificabant *Soli*, *Igni*, *Laribus*, & *Belo*, ex dictis remiſſivè die 23. hujus menſis.

325 Hic igitur dies veteribus Ater, Fauſtus ſanè fuit noſtratibus, qui cladem intulerunt adverſariis, triumpharuntquè perfectè, vti fuère cum auſpicatis nominibus *Victorinus*, & *Victor*, cum ſociis, ſub Numeriano paſſi, & variis ſuperatis tormentis, triumphum conſummarunt. His aſſociantur ad eandem martyrii lauream Africani martyres *Donatus*, *Juſtus*, & ſocii; quibus, vt conſors gloriæ, adjungitur *Felix* Papa, qui fuit atavus S. Gregorii Pont. Max. Pro iis igitur, aliiſque hodiernis cœlitibus, verte ad ſacra Feralia veterum; vnde per Mel, Lac, & Vinum, ſacratis in Feralibus habes die 18. hujus Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Tum & per Solem, Ignem, Lares, & Belum, vt remiſſivè præcedenti die num. 322. habes Themata alia, iiſdem accommodanda cœlitibus. Tandem cum hoc die notetur *Hirundinum adventus*, inde noto, quòd hirundo eſt

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Funes de Avib. lib. 1. cap. 39.

Digitized by Google

avis *munda*, *vigilans*, velociter *volans*, quæ & mittebatur, vt *nuncia victoriæ*, Plinio teste : quare & hæc ad sacra adaptando, hodiernos encomia Sanctos mysticas hirundines, *Mundos* puritate, *Vigilantes* in Dei obsequio, *Volantes*, nedum victoriæ nuncios, sed veros *Victores*.

Plin. lib. 10. cap. 24.

DIES XXVI.

A. D. 577.

326 HIc dies, qui & 4. Kal. Martias, *Endoterciſus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies habitus *Ægyptiacus*, *innominatus*, & *infelix*: Ita cum Theatro V. H. Masculus hoc die.

Die 9. *Feralium*, ex dictis cum Ovidio, & Hospiniano die 18. hujus mensis.

Qui dicitur fuisse Natalis *Constantini* Magni, scilicet, ejus Imperatoris per quem latius, & augustius imperare cœpit Christiana Religio. Ita Theatrum V. H. & Masculus hoc die.

Quamvis Kalendaria, & communiter Authores, referant *Equiria* ad sequentem diem 27. at, Ovidius 2. Fastor. in fine, ad hunc diem ea retulisse videtur, per sequentes versus:

Iamque duæ restant noctes de mense secundo,
Marsque citos junctis curribus urget equos:
Ex vero positum permansit Equiria *nomen*
Quæ Deus in campo perspicit ipse suo.

De quo festo (quod & in Martio die 14. & in Aprili die 18. agebatur) dicam sequenti die. Fuerunt & alia *Equiria* in Januario die 28. vt ibi dixi.

327 Hic igitur dies apud Gentiles Ægyptiacus, apud nostrates Faustus; quia dicatus *Alexandro* Alexandriæ præsuli, glorioso seni, qui & strium ejecit de Ecclesia, & contra hæresim Arianam, vsque ad mortem pugnavit: tum quia *Alexandro* sociantur auspicatis nominibus *Fortunatus*, *Felix*, & *Faustinianus*, illi Martyres, iste Confessor, quibus adjungitur Florentinus præsul *Andreas*, & inclytus confessor *Victor*. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Feralia, vt die 18. hujus mensis: vnde habes Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Cumque, juxta Ovidium Equiria agerent, hoc die, Veteres, dicata Marti, per hujus christianizatam picturam do alterum Thema, die 14. Martii, num. 424. hodiernis adaptandum cœlicolis.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4.

328. Inter alios hujus diei Sanctos est *Victor*: quare noto de arbore vocabulo Latine *Lauro*, Græce Daphne vocata, ab antiquis *Laudea* nominata, & à verbo *Laudo* dicta *Laurus*: quæ est arbor semper *virens*, *aromatica*, *gratissima*, domosque Cæsarum, ac Pontificum *exornans*: quare hodiernos encomia Sanctos *Virentes* virtute, *Aromaticos* exemplo, fumoque sanctitatis, *Gratissimos* benignitate, & patrocinio. *Exornantes* Ecclesiam dictis, factis, & gestis. Amplius noto, quòd antiqui in triumphis coronabantur *lauro*, quam dicabant *Iovi*, & *Apollini* Delphico, putantes laurum tueri à fulmine: quare eam in domibus apponebant, & super caput tonante Cœlo, vt à fulminibus essent tuti, *lauroque* tribuebant, ob id honores. Suntque lauri plures species, tredecimque Plinius enumerat. Quare respuendo prophana, eaque ad sacra vertendo, veris victoribus, triumphatoribusque hodiernis Sanctis, religiosè tribuamus honores; quia se Deo *dicarunt*: quia animæ inimicos *vicerunt*; quia clientes tuentur: Vnde eos encomia per verba *Vicerunt*, *Dicarunt*, *Tuentur*. Lege Anglicum marginatum. Tum & dicenda intra die 19. Augusti, num. 1110. vbi per laurum dabo alia, facillimè hodiernis Sanctis, adaptanda. *Laurus triumphis propriè dicabatur*, vel gratissima *domibus* janitrix. *Cæsarum*, *Pontificumque*, *quæ sola domos exornat*, & *ante limina* excubat, ait Plinius, addens fuisse morem veterum Romanorum, habere laurum pro signo *lætitiæ*, eamque apponebant *literis*, militum *lanceis*, & *pilis*, quam laurum dixerunt *decorare fasces* Imperatorum, & ob novæ victoriæ lætitiam, ipsam laurum in Jovis gremio apponebant. Nec erat fas suis in prophanis vsibus, *laurum polluí*, vt totum marginati notant. Vtque ad sacra vertas, & accommodes hic adduxi.

S. Isidor. lib. 17. Anglicus lib. 17. cap. 48. & 89.

5.

Plin. lib. 16. cap. 30. Anglicus ejus.

6. 7. 8. 9.

Plin. lib. 15. cap. 30. Novar. in Sched. lib. 11. n. 112. & 170.

DIES XXVII.

A. D. 578.

329 HIc dies, qui & 3. Kal. Martias *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 10. *Feralium*, ex dictis cum Ovidio, & Hospiniano die 18. hujus mensis.

Hoc die, Natalis *Constantini Magni*, in beatæ spem dominationis, ait Bolandus in Acta SS. tom. 1. Februarii fol. 1. Quem Natalem ad præcedentem diem alii referunt, vt ibi dixi.

Quo

Digitized by Google

Equiria.

Quo & die *Equiria* in campo Martio Romæ celebrabantur; ita dicta ab *equorum cursu*; acta in præfato campo Martio, aut si Tiber inundasset in monte Cœlio. Agebantur in honorem *Martis*, ex Romuli instituto. Erant & *Ludi Equestres*, aut *Curules*, authore Festo, à quorum cursu *Equorum*, vocabantur hæc sacra *Equiria*, quæ aliis diebus celebrabantur. Fuitque hoc festum magnum apud Romanos, in quo, & nobiles, & armorum homines incitatis excurrebant equis, & qui politiori modo equitabat, priusquè ad locum destinatum accedebat, reportabat præmium. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 610. Kal. Maffeianum, Rosinus lib. 4. cap. 6. Roman lib. 2. cap. 18. Tamayus, & Masculus hoc die. Vide dicenda die 14. Martii.

Ritus.

Elaphebolia.

Elaphebolia festa celebrabantur ab Athenienſibus hoc menſe, ex Gyraldo Synt. 17. fol. mihi 421. & hoc die 27. ex Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18. vnde & mensis iste *Elaphebolion* nuncupatus, vt advertunt ipse Gyraldus, & Tamayus. Nam *Elaphebolia*, ideſt, festum mensis *Elaphebolion*, quòd festum dicabant *Dianæ*, ipsiquè sacrificabant *cervum*, aut *cervam*.

Quo & die, *Ludi Apollinares dati*. Ita Masculus in Fastis, hoc die fol. mihi 68.

Diana.

330 Hoc igitur die *Elaphebolia* festa dicabantur *Dianæ*: quare noto, *Dianam* dictam à *Iana*, addita littera, D. *Iana* putata fuit *Luna*, & Jovis filia, quam Dianam plures crediderunt dictam quasi *Devianam*, aut *Divianam*: quoniam venantes per devia, & sylvas deviare solent, captantes feras. Alii dictam voluerunt Dianam, quasi *Iovianam*: quia ipsam putarunt filiam Jovis. Cicero tres Dianas commemorat: 1. Jovis, & Proserpinæ filiam, matremquè Cupidinis: 2. natam ex Jove, & Latona: 3. natam ex patre Vpin, & matre Glauce, quam sæpè Greci, paterno nomine, appellarunt *Vpin*, & Latini *Opin*. Ex iis, apud Veteres, celebrior secunda. Fuit & *Dianius* locus, ita dictus, quia Dianæ consecratus. Fuitque & *Dianiaria* herba, quæ Græcè dicta *Artemisia*.

Gyraldus Synt. 12. Cartario à fol. 68. Rosin. lib. 2. cap. 7. Cicero de Nat. Deor. lib. 3.

331 Quæ *Diana* fuit à Gentilibus existimata *Hecate*, *Proserpina*, *Trivia*, *Luna*, & *Lucina*, idemquè numen cum istis. Quam *Dianam* Gentiles coluerunt sub *Luna*, eamquè nuncuparunt *Noctiurnam*, & *Noctilucam*, quasi lucentem luce aliena; *Splendidam*, *Lucife-*

Roderic. cit. in Par. Gyraldus & Cartar. citati. Claudian. lib. 11 Theatrū Deor. lib. 5. cap. 1.

ram, & *Hecatem*, ideſt longe radios jacientem, vt totum cum pluribus tradunt Rosinus, & Gyraldus. Fuitquè *Diana* existimata *virgo*, ab hominum consuetudine separata, ibiquè se exercens in venatione, vt melius servaret virginitatem, quam petiit à Patre Jove inquiens:

Da mihi perpetuò, vt sim virgo, da pater alma.

Habitavitque in solitudinibus, & sylvis, quam coluerunt Gentiles, vt Deam venationis, in cujus tutela sylvas, & lucos posuerunt, ex Cartario. Tum & habuerunt Dianam, vt præpositam *parturientibus*, quam vocarunt *Auxiliatricem fœminarum*: quare puerperæ *Dianæ* consecrabant vestimenta, vt Rosinus citatus cum aliis advertit.

Hecate. Centum.

232 *Diana*, & *Luna* fuerunt dictæ, & existimatæ *Hecatæ*, aut quòd longè radios jaciat, vt dixi num. præcedenti, aut vt eo nomine *Hecate* significarent *Dianã* præesse elementis, ac a Jove accepisse in omnia elementa potestatem: nam *Hecate* significarunt Græci *centum*, quo numero ipsi designarunt multitudinem, & *Hecate* habere infinitas potestates crediderunt. Aut *Hecate* dicta, quòd ei centum altaribus, ex viridi cespite factis sacrificarent, centumque ei victimas immolarent, quæ vt in plurimum erant *sues*, atque oves; at si sacrificium esset pro Imperatore centum *Leones*, aut *Aquilæ* mactabantur. Atque adeo hoc sacrificium dicebatur *Hecatombe*, quòd fuit celebre Græcorum sacrificium, à pluribus Imperatoribus magna cum lætitia celebratum, quòd nuncuparunt *opacum*, *umbrosum*, ac *splendidum*, dictumque *Hecatombea* celebritas, aut ab *aris* erectis, aut à victimis *oblatis*, aut à numero sacrificantium, sive personarum, sivè vrbium: quia Græci per *Hecate* significabant *centum*, aut vt alii volunt, *multitudinem*, & *mille*; & hoc festum dicarunt jam *Diana*, jam *Iovi*, & *Apollini*, & illa *Hecate*, isti *Hecatombei* fuerunt appellati. De qua *Hecate* dixerunt, sæpè *mutare speciem*, eamque *septies* invocabant & ei *epitheta* aseribebant, vt totum inter alia, tradunt Gyraldus, & Cartarius citati, eaque tu nota, ritèque, & debitè christianiza pro Christiano festo Centuriæ.

Gyraldus Synt. 12. fol. 306. num. 40. Cartario fol. 75.

Hecatombea. Centenaria. Canturia.

Gyraldus Synt. 17. fol. 420. & Synt. 12. fol. 308.

Pictura. Hecatis.

333 *Hecate* pingebatur, *Virgo*, *succincta*, *discalceata*, dextro tantum *pede* in terra *fixo*, & *sinistro elevato* à terra. Tribus capitibus simulacro prædito, dextro *equino*, sinistro *canino*, medio

Digitized by Google

rusticani hominis, aut vt alii volunt *aprino*, quòd ad Lunæ proprietates refert Cartarius, addens *Hecaten* ter *variare figuras*. Ipsum Cartarium vide fol. 78. Plura alia de *Hecate* tradam die 1. Junii, à num. 765. Tum & de *Ludis sæcularibus* pro Centuria dicam die 19. Julii, à num. 1002.

Diana.

Gyraldus Synt. 17. Cartarius à fol. 69. Roman. tom. 2. 2. lib. 2. cap. 11.

334 Redeo ad *Dianam*, cui hoodie sacrificabant *cervam*, aut *canem*, testibus Gyraldo, & aliis. Fuit *Diana* translata ad Laconas, vbi servabatur consuetudo sacrificii adolescentium *verberantium se*. Ritus erat hujusmodi; sorte ducebant aliquos adolescentes, quos aræ Deæ impositos ita verberebant se, vt vberrimè è toto corpore sanguis manaret: ipsique adolescentes verberati, ita sustinebant verbera, & dolores, absque aliqua mutatione vultus, vt alacri animo interse contenderent, quis virilius verbera illa perferret. Sacris præerat fœmina *virgo sacerdotissa Diana*, & quovsque ea signum faceret, verberatio durabat, Si ex iis quibus verberandi negotium datum esset, quis parcè ageret, & verberaret; ita gravè putabatur, vt à Sacerdote assistente puniretur. Præter hoc crudele sacrificium, alterum inhumanum fiebat apud Patres in honorem *Diana*, ad cujus aram quotannis mactabantur *virgo*, & *puer*, qui forma essent præstantissima. Idque factum vt Dianæ iræ placarent, ideo conceptam; quia in ipsius templo adolescens, nomine *Melanipo*, sæpè concubisset cum sacerdotissa, nomine *Comætho*, vt Cartarius, & Roman. tradunt. Qui Patrenses sacrificabant Dianæ *cervos*, *ancipitres*, *pisces*, aliaque animalia viva, injecta in ignem, quemadmodum & fructus arborum. Et in vigilia sacrificii erat supplicatio, & processio solemnissima, in qua magna cum pompa ferebatur idòlum Dianæ, & post idòlum ipsius sacerdotissa, per *cervos* vecta in curru.

Ritus.

Gyraldus Synt. 12. S. Aug. lib. 4. Civit. cap. 11.

335 *Diana* putata Dea *venatorum*, & *parturientium*, ex dictis: *viarum*, ex Gyraldo: *sylvarum*, ex S. Augustino, pluribus modis effingebatur à Gentilibus. Primò *Virginem* indutam habitu Nimphæ, & *succintam*, *armatam arcu*, *pharetra*, & *jaculis*.

Pictura.

1. Secundò pingebatur Diana *Virgo*, *stans*, *discalceata*, *succincta*, & *alata*, gestans manu dextera *Pantheram*, sinistra *Leonem*.

2. Tertiò effingebatur induta *cervina* pelle, ex cujus humeris pendebat *pharetra* sagittarum plena, gestans super frontem *cornutam lunam*, dexteraque manu *facem ardentem*, ac sinistra *duos serpentes*, propè astans *canis venaticus*.

3. Quartò pingebatur, specie fœminæ, *coma* disoluta, tenens *arcum*, & *sagittam*, videbaturque in venatione insequi cornutos *cervos*: quas picturas tradunt Gyraldus, Cartarius, & Rosinus.

4.

336 Coluerunt & Dianam Ephesinam, quam pingebant simulacro *Virginis excelso*, singulari artificio *perfecto*, cum *stola*, sinistra manu retinebat *arcum*, dextera *ardentem facem*, & cum *sagittarum manipulo*; quo significabant varios Dianæ influxus, quibus existimabant terram ditare, & locupletare, & ab ipsis appellabatur.: *Magna Diana Ephesiorum*, vt ait S. Lucas. Ratio ob quam Gentiles coluerunt Dianam, & Minervam tanquam Deas fuit (ex S. Hieronymo) quia illas fuisse virgines certo sibi persuadebant. Dianæ igitur Ephesinæ erexerunt templum numeratum inter septem orbis miracula, quod evertere noluit Alexander Magnus, quia dicatus *Deæ puritatis*, vt ex Plutarcho, ait Cartagena.

5.

Cartag. lib. 7. de Exp. hom. 1. & lib. 3. de Præs. hom. 5. Actor. 19. v. 28. Alap. hic S. Hie. lib. cont. Iov.

337 Ipso in Dianæ templo Ephesino erant *vota*, quæ fallaci Dianæ offerebant Gentiles, ob depulsum periculum, vel acceptum beneficium. Tum & erant *arcæ*, seu, *theca*, puta signa, & imagines *Dianæ*, aut templi ejus, ac *litteræ* Ephesiæ, quas contra febres, morbos, pericula, aut pro felici sorte, vel fortuna habebant. Fuitque Diana à Poëtis vocata *Lucifera*, *Clara*, *Succincta*, *Armata*, *Nocturna*, *Omnigava*, *Verecunda*, *Integra*, *Virginea*, *Aerea*, *Iuno* à juvando, *Lucina*, quòd partum in lucem proderet: quare in partu invocabatur, aliaque epitheta ipsi tribuebat cæca Gentilitas, vt Gyraldus, & alii tradunt.

Alap. cit.

338 Hoc igitur die, jam Gentilibus Nefasto, jam festo, ob Equitia, & Elaphobolia celebrata, ista in honorem armatæ Dianæ, illa in honorem Martis, à cursu equorum, & equitantium, ita nominata: nobis occurrunt nobiliores equites Christi, qui, hoc ipso die, vsque ad metã gloriæ cucurrerunt. Fuerunt hi *Iulianus*, & *Eunus*, qui camelis impositi, & per vrbem circumducti, flagris laniati, rogo injecti, ad beatitudinis metam pervenerunt cum martyrii laurea: ad quam pervenerunt *Alexander*, & *Antigonus*; quibus cum omine nominis sociati sunt

Martyr. Rom. Hispan. Mascul. hoc die.

Abun-

Digitized by Google

Abundius, & *Fortunatus*; qui Romam suo cruore decorarunt. Cum iis, & aliis ad metam gloriæ pervenit *Leander* præsul Hispalensis, qui gentem Visigothorum, cursu catholico convertit ad fidem, abjecta impietate Ariana. Pro iis igitur, aliisque hodiernis coelitibus verte ad sacra Feralia, vt die 18. hujus mensis: vnde habes Themata pro hodiernis coelitibus. Cumque ex dictis num. 329. tres agerent hoc die Gentiles festivitates Dianæ *succinctæ*, *cursus* Equiriorum, seu Martis, & *spectacula* Appollinarium Ludorum, eas christianizando hodiernos Sanctos encomia *Succinctos* castitate, *Currentes* virtutibus, *Spectacula* gestis mirandis ipsorum. Si Dianam ex dictis pingebant virginem indutam habitu Nimphæ, succinctam, & armatam, ex num. 335. inde ad sacra vertendo: hodiernos encomia Sanctos *Nimpheos* pulchritudine puritatis, *Succinctos* virtutibus, *Armatos* potentia accepta à Deo, ad mira sustinenda, & patranda. Insuper & vertendo 2. picturam citato num. adductam, ipsos hodiernos cœlites encomia, *Discalceatos* à terrenis affectibus, *Alatos* contemplatione in Deum, *Leones* fortitudine, *Panthereos* fragrantia virtutum, & exemplorum. Si facem Dianæ tribuebant, per *facem* ad sacra versam *Faceos* hodiernos Sanctos encomia, vt die 4. hujus mensis propè finem & ex dicendis die 6. Julii num. 941.

Themata.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

339 Transeo ad *Hecatem*, quam tricipitem, & cum tribus faciebus effingebant, ex dictis nnm. 333. capite scilicèt *equino*, *canino*, & *humano*. Adumbratur *equino velocitas*, *canino vigilantia*, & *humano sursum erectio*; enim homo Græcè, ex Anglico, appellatur *Antropos*, ideſt *sursum erectus*, eo quòd ab imo, ad contemplationem sui artificis spiritus regimine sublevatur, vti hodierni Sancti fecère: quare eos *Equinos* velocitate cursus in Dei obsequio, *Caninos* vigilantia, Humanos erectione sursum in Deum rectitudine, intentione, & operatione. Pro quibus coelicolis christianiza *epitheta* Dianæ adducta num 337. & cum hoc die forent Equiria dicata Marti, adapta Themata adducta die 28. Januarii propè finem.

Anglicus lib. 3. cap. 1.
9.
10.
11.

DIES XXVIII.

A. D. 59.

340 Hic dies, qui & pridie Kal. Martias, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 11. *Feralium*, & vltimus, ex dictis cum Ovidio, & Hospiniano die 18. hujus mensis.

Dies dicatus *Demetrio* ab Athenien-sibus, ex dictis cum Alex. ab Alex. & Masculo num. 49.

Hoc die *Tarquinius*, & re, & cognomento superbus, cum auxiliaribus Hetruscis, superatus, & oppressus à Romanis. Ita Cal. Vet. Plutarchus in Poplicola, Gyraldus de Mensibus fol. mihi 610. & Rosinus lib. 4. cap. 6.

Quo die *Ludi votivi* Romæ auctoritate Collegii Pontificum concepti (Ita Kal. Rom. & ex eo Beyerlinc hoc die) & extensi per *dies* 10. ex num. 343.

Quo *Scipio* Asiaticus de Antiocho rege triumphavit. V. C. anno 564. Ita Orosius lib. 4. cap. 20. & Berlinc hoc die.

Hoc mense *Trezene* festum *Trezeniorum*, actum à Græcis, quo in festo, per multos dies fiebat conventus, ac simul ludebant servi cum Civibus, & Domini servis convivium præbebant. Fiebatque festum per multos dies, sed non assignantur. Ita Hospinianus cit. cap. 9. fol. 60.

Hoc tandem die *Taurilia*, sivè Tauri *Ludi*. Ita Hospinianus de Festis cap. 10. fol. 66.

341 Cum hoc die *Ludos* agerent veteres: noto quod *Ludi* appellabantur à *Lydis*, *Ludo*, vel *Lusu*, & erant publicę celebritates, quæ à Gentilibus fiebant, vel ad *placandos* Deos, vel pro *salute* populi, vel in *gratiarum actionem* pro accepto beneficio. Finis Ludorum erat quædam superstitiosa religio, qua antiqui opinabantur, sese illis Ludis grata Diis facere. Tum & populi voluptas, cui Reges, Imperatores, & Respublica maximè studebat, vt sic homines demulsi continerentur in officio, ac populus haberet lætitiam. Fuit igitur primarius finis Gentilium suos falsos Deos Ludis honorare; secundarius autem populum lætificare. Fiebant enim Ludi corporum *certatione*, *cursu*, *pugillatione*, *equorum cursu*, *pugnaque* animalium, id cum *cantu*, *voce*, ac pulsatione musicorum instrumentorum, vt Rosinus, & Roman tradunt. Qui Ludi, quamquam juxta aliquos celebarentur in templis; at à Græcis, & Romanis quatuor in locis hæc festa celebrabantur: puta 1. in *Scena*, seu *Tabernaculo*: 2. in *Theatro*: 3. in *Amphiteatro*: 4. in *Circo Maximo*, vt Roman tradit.

Ludi in Comuni.

Tertul. lib. de Spectat. Rosinus lib. 4. cap. 5. Roman tom. 2. lib. 10. cap. 1.

Origo.

Ritus.

342 Pompa Ludorum fuit apud antiquos

Digitized by Google

antiquos ſic. *Primò*, ex Capitolio ducebant pompam viri dignitate præeminentes; *geſtantes Deos* ex Capitolio, per forum in Circum maximum, præcedentes filii Romanorum militum *equis vecti*, cæteri militares *pedeſter*, ordine *militari* diſtincti, per *alias*, *claſſes*, & *Centurias*, egregia diſpoſitione, & forma. *Secundo* ſequebantur *quadrigarii*, *bigarii*, ſingulariumque equorum agitatores, & poſt hos *Athletæ* certaminum, graviorumque, pudenda tantùm tecta, cætera nuda. *Tertiò*, ſequebantur tres chori ſaltatorum: 1. *virorum*: 2. *imberbium*: 3. *puerorum*; poſt quos *tibicines*, & *cithariſtæ* tibias inflantes, & *ſeptem Lyras* plectentes. Cuique choro ſaltantium vir vnus præcedebat, qui ſaltationis formulas dictabat. *Quartò*, ſequebantur *Satyrici* ridiculo amictu, vel ex *hircinis*, aut *ſcorteis* tunicis, aut conſerto ex omni genere *florum*. Inter quos Satyros, ad majorem luſum permittebantur *Iambi*, jacientes dicteria in victores, & Imperatores. *Quintò* ſequebatur agmen *cithariſtarum*, & *tibicinum*: poſt quos alii geſtantes *arculas*, aut *naviculas argenteas*, vel *aureas*, thuribulaque ſuffitum facientes: *Sextò*, extremum agmen claudebant bajuli ſimulacrorum, geſtantes *effigies* variorum Deorum, Semideorumque. Peracta pompa confeſtim à victimariis, mactatis victimis, Conſules, & Sacerdotes *ſacrificium offerebant* ſupra aras impoſita mactata animalia, *ſuccenſo igne*, & de ſuper effuſo *vino*. *Poſtremò*, ſpectabantur certamina quadrigarum, bigarum, ſingulariumque equorum curſus: quo finito, qui cum aurigis curru vehebantur, deſilientes in pedes, *curſu* in ſtadio *certabant*, & poſt hos athletæ, curſores, luctatores, & pugiles. Cæterum inter certamina, medio tempore victores *coronabantur lauro*, aut olea. Militareſque, vti dixi, erant in *alas*, *claſſes*, & *centurias* ordine diſtincti, coloribus, vt *albo*, *palido*, *cæruleo*, & *ruſo*. Tum & diſtincti ſignis, & vexillis, de quibus vexillis latè Lazius citatus de Repub. Romanor. lib. 7. à cap. 1. quæ ſigna varia erant, vt *aquila*, quæ erat primarium, & archiducale ſignum Romanorum; *Draco*, *capita* animalium, *facies* hoſtium devictorum, *effigies* manuum, *ſartagines* cum igne, *circuli*, *theſſeræ*, victoriæ *ſigna*, & *felicitatis*, *imagines* Deorũ, Pigna literaria &c. Et hæc cum marginatis de Ludis in communi, eorumque pompa.

Pompa. Ludorum. Dion. Hal. lib. 7. Roſin. lib. 5. cap. 4. & 23. Lazius lib. 6. & 7.

Ritus.

343 Hoc die 28. erant Romæ *Ludi votivi*, qui à Magiſtratibus vovebantur, vel ad Deorum *placandam* iram, vel ad *obtinendam* aſſiſtentiam in bello, obtinendamque victoriam, vel in *actionem gratiarum*, poſt bellum hoſte devicto, partaque victoria. In quibus Ludis *donaria*, *votaque Iovi* offerebant, cui hos Ludos dicabant, & ex ipſius Senatus decreto *Ludos magnos votivos*, dicarunt *Iovi* per *decem dies* continuos, & in Circo per *quatriduum*, idque factum ob victoriam partam de Rege Antiocho, de quo, vti dixi, hoc die triumpharunt, pro qua obtinenda victoria, Iovi voverunt *Ludos magnos* facturos per *decem dies continuos*, dareque *dona* ad omnia pulvinaria, ſeu ornamenta, vt Roſinus marginatus notat, apud quem formulam hujuſmodi voti vide, ſicque hos Ludos actos Romæ, ab hoc die, vſque ad nonum diem Martii, incluſivè. Lege Roſinum marginatum, apud quem invenies plura ſcitu digna.

Ludi votivi. T. Livius lib. 22. & 27. Roſinus lib. 5. cap. 22.

344 Fuerunt & hoc die *Taurilia*, ſeu *Ludi Tauri*. Horum Ludorum origo fuit; quia regnante *Tarquinio ſuperbo*, magna incidit peſtilentia in mulieres gravidas, orta ex carne *Taurorum*, diu vendita populo. Quare inſtituti fuerunt *Ludi Tauri* vocati, acti in honorem *Deorum inferorum*, quos Ludos vocarunt & *Boalia*, & *Lupetios*. Quamquam autem nominati *Tauritii* non fiebant à *Tauris*, ſed *equis curribus* junctis à campo Martio, per Equiriam currentes, ad *ſeptem metas*, in circum flamineum ferebantur. Ita Blondus, & Hoſpinianus marginati.

Taurilia. Blondus lib. 3. de Inſtaurata Roma cap. 76. Hoſpinian. cit. cap. 10. fol. 67.

Ritus.

345 Hoc menſe Februario, Romani agebant *Februalia* dicata *Februo*, ſivè *Plutoni*, inſtituta à Numa. In quibus *Februalibus*, ſivè *luſtrationibus*, ſequentem ſervabant ritum. Cenſor luſtrationum, magna ordinum frequentia, *Deos præſides* Imperii invocabat ſolemni *proceſſione*, vt Rempublicam Romanorum, Vrbes, Templa, Fines, & Aquas, perpetuò ſervarent incolumes, & proſperos darent ſucceſus, dubiiſque conatibus adeſſent, malaque impediret, vota, petitioneſque promitterent. Quam proceſſionem in Vrbis circuitu faciebant, Pontifices, Flamines, Augures, Sacrificuli, Vates, Veſtales, Viri ſacrorum, catervaque populi. Sic Vrbes luſtrabant, expiabantque: qua cæremonia, ipſorum falſa opinione, duo peragebantur, & *Diis Manibus* placabant, vt defunctorum animæ ab ipſis reciperentur, foverentur, & tractarentur

Februalia.

Dicata Inſtituta.

Ritus.

Lucanus lib. 1. de bello.

Tamayus fol. 10. cum aliis.

Digitized by Google

tur quietâ, & pacificâ propensione; & vt vivis, sic lustratis, salutem, opes, & bonum omnem impartirentur. Ita marginati. Vide dicta die 1. Februarii num. 196.

346 Hoc igitur die, quo & in pluribus festis delirabant Gentiles, & Tarquinius superbus superatus, atque oppressus fuit; at multò cum majore probro, contumeliaque, Dii gentilium Gentilesque ipsi superati, à *Iusto*, *Macario*, *Ruffino*, & *Theophilo*, qui vsque ad mortem contra gentilitatem certarunt, passique pro Christo Romam decorarunt suo cruore. Etsi ipso hoc die delirabant Gentiles, pestis causa, in Taurilibus Ludis, iis opponimus *Presbyteras*, *Diaconos* aliosque *plurimos*, qui tempora Valeriani Imperatoris, cum Alexandriæ pestis sævissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissimè opetierunt mortem, quos velut martyres religiosa piorum fides consueuit venerari: quam Alexandrinam Civitatem decorarunt suo sanguine illustri martyres *Cerealis*, *Cajus*, & socii, cum quibus associatur cœlitibus *Romanus* Abbas miraculis clarus. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Feralia, vt die 18. hujus mensis: vnde habes Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Cumque & hoc die Gentiles delirarent in Ludis, pompam Ludorum Veterum num. 342. adductam christianiza, & ad sacra verte, pro hodiernis, aliisque cœlitibus. Quare si Ritus Ludorum, ex num. 341. erat certare *cursu*, *cantu*, *voce*, & *pugna*, & hæc ad sacra vertendo, hodiernos Sanctos encomia: per *Cursum* in Dei obsequio, *Cantum* laudationis divinæ, *Vocem* confessionis Dei, veræque religionis, *Pugnam* contra inimicos, vsque ad palmam obtinendam. Si Athletæ in Ludis certabant, & victores laudes, coronasque merebantur: verte & hæc ad hodiernos cœlites, eosque encomia veros Christi Athletas *Nudos* ab affectibus terrenis, *Victores* in stadio virtutum, *Coronatos* triumphis, *Laudandos* in Christi Ecclesia. Si in Ludis gestabant naviculas, arculas, thuribulaque fumum facientes, & hæc verte, indeque Sanctos encomia mysticas naviculas, aut arculas, *Æneas* fortitudine, *Argenteas* sapientia, fama sanctitatis, & exemplo, *Aureas* charitate in Deum, & proximum. Si classes ludentium coloribus distinguebantur, vt albo, palido, cœruleo, & rufo, verte & hæc ad hodiernos Sanctos eos encomiando *Albos* puritate, *Palidos* pœnitentiæ, *Cæruleos* vitæ cœlesti, *Rufos* flagranti charitate, aut martyrio. Si in Ludis erant Tibicines pulsantes Tibias, & *Tibia* est instrumentum musicum, quæ vocem suam nativam numquam relaxat: quare Tibiæ à Picinello ponitur lema: *Semper apta*. Hinc Tibia adumbrat hominem *cordatum*, *patientem*, & *erectum* animo semper in Deum: quare & Tibias verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Cordatos*, *Patientes*, & *Erectos* in Deum. Si erant in Ludis, & pulsantes *Lyras*, & ex ipso Mundo Symbolico Lyra adumbrat *harmoniam* virtutum, *mansuetudinem* in adversis, & *hilaritatem* in cruciatibus, verte & illum ritum Ludorum, & hodiernos encomia Sanctos *Lyras* harmonia virtutum, *Mansuetos* in adversis, *hilares* in cruciatibus. Si in Ludis victores coronabantur *Lauro*; habes & vertendo ad sacra per laurum Themata, die 26. Februarii. Daboque alia die 10. Augusti, num. 1110. Aliaque prophana faciliter poteris ad sacra vertere, & adaptare.

Martyrol. Rom. Mascul. & Baron. hoc die.

Mund. Symb. lib. 23. cap. 9. & 4.

8.

9.

10.

11.

12.

Thema.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

MARTIVS.

347 HIC mensis celebris fuit apud antiquos, etiam ante Romuli constitutionem: quem mensem non in eodem numero mensium Italiæ populi collocabant. *Albani* inter menses anni hunc constituebant 3. *Peligni* 4. *Phalisci* 5. *Hernici* 6. *Æquicoli* 10. imo & olim *Romani* hunc mensem constituerunt 1. anni; indeque voluerunt annum auspicari, quem mensem voluerunt à *Marte* dictum *Martium*, & esse sub tutela *Minervæ*, sive *Palladis*. Ex Romuli constitutione fuit hic mensis 1. anni, & habuit dies 31. vt cum aliis tradit Rosinus. Variè hic mensis nominatus fuit, ab Hebræis *Adar*; Ab Ægyptiis *Pharmuti*; ab Abissinis *Maschara*; à Græcis, & Athenienſibus *Munichion*; à Macedonibus *Dystros*; à Cypris *Aphrodisios*; à Persis *Phrudin*; à Saracenis *Rabiu*, 1. à Latinis *Martius*. Qui vti dixi, erat sub tutella *Minervæ*, aut *Palladis*. De *Minerva* egi die 3. Januarii, à num. 73. De *Pallade* agam die 3. hujus mensis à num. 369. Quem mensem, Athenienses sacrabant *Veneri*, & mulieres hoc in mense lavabant co-

Ovid. in 2. Fastor. Rosin. lib. 4. cap. 7. Tamayus tom. 2. fol. 1. Masculus in Fastis hic. Alex. lib. 4. cap. 20.

Digitized by Google

ronatas myrto, vt Alexander ab Alex. marginatus obſervat. De *Veneri* egi die 7. Februarii, à num. 230. Pergo ad Diarium. Sed antè noto quod totus hic menſis fuit *Baccho* dicatus, in cujus honorem agebant *Antheſteria*, quæ & *Dionyſia*. Ita Hoſpinianus cap. 11. fol. 70.

DIES I.

A.D. 60. 348 Hic dies, qui & Kalendis Martii, *Nefaſtus primò* notatur in Kalendario Maffeiano.

Iuno. Dies ſacratus *Iunoni*, vti & aliæ Kalendæ, vt dixi Kalendis Januarii. Dictis addo, quòd 1. die cujuſvis menſis Regina ſacrificiorum *Iunoni* ſacrificabat *ſuem*, & *agnam*, cæteræ verò mulieres ipſæ *Iunoni* offerebant *coronas* factas ex *herbis*, & *roſis*. Ita Roman tom. 2. lib. 2. cap. 2. Dies 1. quo agebant *Antheſteria*, ex num. 347.

Sol, Iano, &c. Dies ſacratus *Soli*, *Iano*, *Laribus*, ac *omnibus Diis*, ex dictis num. 49. die 1.

Quo die *Senatus legitimus* Romæ, ex dictis citato numero, & die.

Ludi. Dies 2. *Ludorum votivorum*, Romæ actorum, ex dictis die 28. Februarii, num. 340.

Ignis Veſtæ. Hæ Kalendæ fuerunt celeberrimæ apud veteres Romanos, ob renovationem *Ignis æterni* dicti, in ara *Veſtæ*, qui *ignis* ineunte anno, hoc die accendebatur à *Sole*, & poſtmodum per totius anni curſum inextinctus à Virginibus Veſtalibus ſervabatur: alioquin virgo ſocors pœna ſtatuta puniebatur. Ita Ovid. 3. Faſtor. Macrob. 1. Saturnal. cap. 12. Roſinus lib. 4. cap. 7. & Hoſpinianus cap. 12. fol. 75. De quo audi Ovidium citatum, & dicentem.

Neu dubites primæ fuerint quin ante Kalendæ
Martis: ad hæc animum ſigna referre potes,
Laurea flaminibus, quæ toto præſtitit anno,
Tollitur, & frondes ſunt in honore novæ.
Ianua tunc Regis poſita viret arbore Phœbi.
Ante tuas itidem Curia priſca fores.
Veſta quoque vt ſolio niteat velata recenti,
Cedit & illiacis laurea cana focis.
Adde quod arcana fieri novus ignis in æde
Dicitur: & vires flamma recepta capit.

Quo & die tam in *Palatio*, quam in *Curiis*, atque *domibus* flaminum, ac in *faſcibus* Conſularibus, *laureas* veteres amovebant, & illarum loco novas ponebant. Idque quia *laurus* triumphis *dicata*, victoriarum *nuntia*, domorum *exornatrix*, Romanorumque lætificatrix erat. Ita Ovidius, & Roſinus citat. Plinius lib. 5. cap. 30. & Tamayus fol. 3. *Laureæ.*

Initio hujus menſis, *Panathenæa* minora celebrata: Magna in Junio: vtraque acta in honorem *Minervæ*. Ita Hoſpinianus cap. 11. fol. 67. & cap. 27. propè finem. *Panathenea.*

Ancyliæ. Quoque initio hujus menſis ſolemnitas *Saliorum*, & *Ancyliorum*. Ita Hoſpinianus cit. cap. 11. Quæ ſacra *Mamuralia*, ſeu *Ancylia* nuncupata, dicata *Iovi*, & *Marti*, à Sacerdotibus Saliis. Ita Tamayus hoc die fol. 4. & Roman lib. 2. cap. 18. & Gyraldus de Menſibus fol. mihi 611. Ac à Kal. Vet. refertur ad ſequentem diem. Vide num. 354.

Templum dicatum. Templum *Iunonis Lucinæ* dicatum in Eſquiliis. Ita Gyraldus de Menſibus citat.

Munychia. Quo die à Græcis *Munychia* ſacra dicata Deæ *Munychiæ*, ideſt *Dianæ*. Ita Gyraldus cit. de Menſibus, & Roſinus lib. 4. cap. 4. dies 1. *Dionyſiorum*, ex num. 347.

Matralia. *Matralia*, aut *Matronalia*, acta in honorem *Martis* à Matronis: quare dictus hic dies feſtus Matronarum. Ita Hoſpin. cap. 12. fol. 75. Inſuper & dies *Triumphalis*, ex dicendis infra num. 360. *Triumphi.*

Hiſce Kalendis, Romani *munera* ferebant Matronis, famulis apparabant *cœnas* opipares, & filiis dabant liberam *togam*, cum ab annis pueritiæ fuerint egreſſi. Ita Papebrochius in acta SS. Martii, tom. 1. fol. 1.

Quinquatria. Quibus in Kalendis *Quinquatria* feſta, & *Ludi quinquatri*, extenſa per *dies quinque*, cœpta hoc die, & per ſequentes continuata, dicata, ex Cæſare Calà, *Palladi*, ex Ovidio, & Lazio *Minervæ*. Ita Calà quæſt. 1. fol. 38. num. 144. & Lazius de Rep. Romanor. lib. 10. cap. 10. fol. 1001. De feſto *Duodenario*, vide num. 350.

Numerus 60. 349 Sumus in Kalendis Martii, & die anni Romanorum 60. quare de numero *Sexagenario* noto: quòd hic numerus ſignificatur Hebraica litera *Mem*. Græca K, Latina P, cujus numeri hieroglyphicum eſt *polex* depreſſus à ſuperiore digito, ex S. Hier. & Bungio cum eo. Notatur in *circulo* ſeptemtrionali à polo, conſtante partes ſexaginta, vt ait Proclus. Eſtque hic numerus

S. Hieron. in Iovin.
Bungius de num. 60. & 666.
Proculus in Sphæra.
Halic. lib. 2.

pars

Digitized by Google

pars *sexta* dierum anni lunaris, constantis diebus 355. vt dixi num. 22. Gentiles Romani hunc numerum sexagenarium inter *sacros* habuerunt, vt Dion. Halicarseus advertit: quare Romulo regnante designarunt ad res sacras pro Civitate, & curia sexaginta publicos Sacerdotes, bini ex singulis curiis, qui integros essent corpore, præcellentes cæteros virtute, ac genere, necnon & maturi ætate, annum ingressi quinquagesimum. Fuit & apud Ægyptios sacer hic numerus dicatus *Crocodilo*, quem & coluerunt vt Deum, ac annos sexaginta vivere opinarunt, vt tradit Plutarchus. Apud Troglodytas habetur lapis, quem vocant *Hexecontalithon*, idest, *sexaginta lapidum*, adaptantque præfato lapidi nomen *sexaginta*, quoniam in parva magnitudine multicolor invenitur, cum habeat *sexaginta colores*. Qui numerus *sexagenarius* est addictus *Viduis*, gerit indicium *universitatis*, adumbrat rectè *rectores* sensuum, *observatores* mãdatorum Dei, *virtutem*, *perfectionem*, & sexaginta *sortes* ambientes lectulum Salomonis. Cant. 3. v. 7. per quos fortes intelliguntur *Pontifices*, *Doctores*, & *Prædicatores*, qui Ecclesiam defendunt, & animas custodiunt, vt cum SS. Augustino, Ambrosio, & aliis, latè Bungius marginatus, apud quem alia vide.

Duodenarium Festum.

350 Fiebat igitur ab Athenienssibus festum *Duodenarium* appellatum à duodecim mensibus anni, in quibus festum agebant, & ex duodecim animalibus sacrificium offerebant, vt ait Gyraldus marginatus. Quare hic noto quod Pythagorici numeris notabant duodecim signa *Zodiaci*: 1. *Leonem*: 2. *Aquarium*: 3. *Capricornum*: 4. *Sagittarium*: 5. *Cancrum*: 6. *Taurum*: 7. *Arietem*: 8. *Libram*: 9. *Scorpionem*: 10. *Virginem*: 11. *Piscem*: 12. *Geminum*, vt notat Bungius. Quare in *duodecim* primis hujus mensis diebus, & picturas, & aliqua alia de his diebus notabo, quæ à Lectore christianizata ad pluta poterunt accommodari. Hic primò notabo aliqua de iis signis in communi, post de signo *Leonis*, & de aliis, aliis diebus.

Gyrald. Synt. 17. à fol. 423.

Bungius de num. 9. fol. 346.

Zodiacus.

351 Quare noto quod *Zodiacus* est circulus obliquus distinctus in 12. partes, quæ à Philosophis vocantur *duodecim signa*, & nobis signant in qua parte Cœli *Sol*, & *Planetæ* immorentur. Sunt igitur duodecim signa duodecim spacia æqualiter distincta, & Stellis notabilibus ab Astrologis notata; vnumquodque autem signum dividitur in 30. gradus, & gradus dividitur in 40. minuta, ac minuta in 60. scrupula. Ita quòd 60. scrupula faciunt vnum minutum, & minuta 40. vnum gradum, ac gradus 30. vnum signum. Signa autem ista sunt propriis nominibus appellata, vt *Aries*, *Taurus*, *&c.* Quæ signa vocantur nominibus animalium, non quia animalia sint in Cœlo collocata, sed quia talium animalium proprietates aliquas representant, aut figurant: & quia *Zodion* Græcè significat animal; hinc circulus iste nominatur *Zodiacus*. Inter ista 12. signa quatuor, S. Isidoro teste, sunt *Cardinalia*, scilicet, *Cancer* in summo, *Capricornus* in imo, *Aries*, & *Libra* in medio. Duo prima dicuntur *Solstitiaria*: quia in *Cancro* existens Sol, vlterius ad nos non accedit, in *Capricorno* remotius non recedit. In primo Solstitio sunt dies longissimi, & noctes breves, in secundo verò è contra. In aliis verò duobus fit *Æquinoctium*, in Ariete *Vernale*, in Libra verò *Autumnale*, & tunc vtroque tempore sunt æquales dies noctibus. Ex iis igitur, duodecim signis; tria sunt *ignea*, scilicet, *Aries*, *Leo*, *Sagittarius*: tria sunt terrea, scilicet *Taurus*, *Virgo*, *Capricornus*: tria aërea, scilicet *Geminis*, *Libra*, *Aquarius*: & tria *aquatica*, nempe, *Scorpio*, *Cancer*, *Piscis*. Plura alia de iis signis in communi, Minorita Anglicus citatus tradit, quem vide.

Solstitia.

Æquinoctia.

Anglicus lib. 8. cap 9. S. Isidorus. Chaves tract. 2. à fol. mihi 112.

Leonis signum.

352 Pergo ad signum *Leonis* quem numero 1. notabant Pythagorici. Hoc signum est *igneum*, *masculinum*, *fixum*, atque *diurnum*, *rectum*, & *orientale*, cui assignantur tres facies: 1. *Saturni*: 2. *Iovis*: 3. *Martis*. Dicitur autem hoc signum *Leonis*: quia Leo animal fortissimum est, maximæque caliditatis præcipuè ex parte anteriore, & pectoris: sic Sol intrans partem hujus signi, acrius radios figit, & imprimit, quam in fine, quando ex hoc signo exit; vt cum S. Isidoro, & aliis observant Anglicus, & Chaves. Addit iste, Poëtas fingere in Cœlo hujus signi figuram, in memoriam luctæ Herculis cum Leone. Depingitur autem hoc signum *figura Leonis* constante stellis viginti septem.

S. Isidorus. Anglicus lib. 8. cap. 14. Chaves tract. 2. tit. 30. *Facies.* Pictura.

353 Dixi num. 348. quòd hoc die erant *Panathenea* sacra, dicata *Minervæ*, quæ dicta fuit *Æteronia* ab æthere, & hinc *Panathenea*, vt advertit Gyraldus, quare hæc sacra *Panathenea* nuncupata, & hæc fuit maxima celebritas Athenienssium, appellata & *Magna* sacra, acta singulis quinque annis hoc die, insti-

Panathenea.

Gyraldus Synt. 11. fol. 289. & Synt. 17.

Digitized by Google

instituta ab Erichtonio. Postea à Theseo institutum, vt in hac celebritate non certarent senes, neque ignobiles, sed tantum pueri, & victori in præmium daretur *corona* ex *olea*.

Ancilia, Mamuralia.

354 Fuerunt & hoc die Ancilia, seu *Mamuralia*, quæ erant sacra à Saliis Marti dicata, & à Numa instituta. Causam tradunt Ovidius, & Festus: nam Numa regnante, cum Pestis grassaretur in Vrbe, lachrimas ad Deos passim emittebant Gentiles Romani, remedium petentes. Cum ecce *Scutum æneum*, sive breve Ancilum è Cœlo cecidisse ferunt, in Vrbis salutem, vnaque edita vox, Civitatem fore omnium potentissimam, quamdiu in ea mansisset illud *Ancile*, quòd in Numæ regiam cecidisset è Cœlo, ipsique Numæ missum, vt ferunt. Quare Numa *Scutum* cœleste, aut *Ancile* servandum tradidit Saliis *duodecim*, quos instituit, & vocavit *Collinos*, *Agonenses*, seu *Quirinales*: curavitque in rei memoriam, nevè furtum pati posset, vt ad formam Scuti delapsi, numero 12. conficerentur *Scuta*, seu *Ancilia*, ita similia, & affabrè facta, vt vix vnum ab altero discerneretur (Hospinianus putat fuisse 11.) & ita factum à *Mamurio* artifice, sola mercede contento, vt in fine sacrificii, *Mamurii* nomen accineretur. Ob hanc que causam hoc festum *Mamuralia* nuncupatum dicatum *Marti*. Vide dicenda die 9. hujus.

Origo.

Institutio.
Plut. in Numa.
Ovid. 3. Fast.
Rosin. lib. 4. cap. 7.
Gyraldus Synt. 17.
Hospin. cap. 12. fol. 75.
Tamayus hoc die.

355 Lege igitur fuit cautum, vt custodes *Scuti*, aut *Ancile* non forent advenæ, sed indigenæ, & naturales Romæ, ac liberi, & quorum vterque parens viveret, qui *Salii* nominati fuerunt à *saltatione*, & *choreâ*, quæ saltibus constabat: enim hoc in festo servabant ritum, vt Salii *ornati*, tunicis versicoloribus *induti*, *succincti* æneis baltheis, tobis nexis fibulis, quas vocabant *trabeas*, gestantes in capite *mitras*, *accincti* gladiis dextera tenentes *lanceam*, aut virgam, læva *peltam*, *ancile*, aut *scutum*, sicque ornati pergerent per Vrbem tripudiantes, canentes carmina vocata *Saliaria*. Quæ omnia de festo Anciliorum notant marginati, à num. præcedenti: inter quos dicunt aliqui, *Ancilia* vocata, aut ab *ancile* desuper delato, aut à *remedio* morbi, aut à *cessatione* mali, quòd eo opinarunt obtinuisse.

Ritus.
Gyraldus Plutarch. & alii cit.

356 Fuit, vt retuli, hoc die festum nuncupatum *Munichia*, ab Athenienfibus dicatum *Dianæ*, & ita nuncupatum ab hoc mense dicto ab ipsis *Munychion*, aut à templo ipsi *Dianæ* erecto, à rege appellato *Munychio*, aut in Attica in loco maritimo *Munychio* appellato. Hinc que, ab Ovidio, *Dianam* appellatam *custodem*, & agri Athenienfium nuncupati *Munychii*, & portus. Causam hujus celebritatis fuit, ex Gyraldo, & aliis, ob sedatam *famem*, aut *pestem* immissam Athenienfibus à Diana propter versam ab ipsis occisam Deæ dicatam. Quare immissa plaga seducti fuerunt ab oracvlo, vt immolatione filiarum Deam placarent, vti factum fuit, & sedata plaga festum hoc instituerunt, in quo *virgines* ornatas veste *crocota*, nec minores quinto, nec grandiores anno decimo, decimabant: vel eas interimendo, & immolando, vel eas consecrando Idòlo, ante nuptias, quas & vrsas appellabant. Quod inhumanum, ridiculumque ritum, Gyraldus tradit.

Munichia.

Ovid. lib. 2. Metam.
Tamayus cit. fol. 5.
Gyraldus Synt. 12. fol. 317.
Origo.
Ritus.
Sacrificium.

357 Hoc & die agebant *Matralia*, aut *Matronalia* festum Matronarum, actum in honorem *Martis*, multis de causis: 1. quòd mulieres Sabinæ raptæ à Romanis, sua intercessione sedaverunt atrox bellum, quod inter amicos, maritos, & patres jam motum fuerat, ideoque constitutum, vt hoc die *Marti* sacrificarent; 2. vt favore Martis felicitatem consequerentur in filiis: 3. vt mense Martio terra fœcundaretur, qualiter matronæ cupiebant: 4. quia hoc die fuit consecratum, & juxta Hospinianum, cœptum templum *Lucinæ*, in Esquiliis, vt Dea favèret partubus earum: 5. quòd *Mars* credebatur Junonis filius, & quia istam putabant præesse conjugiis, aut matris obsequio, aut filii voto hunc festum celebrabant. Quòd & observat Tamayus.

Matralia.

Origo.
Ovid. 3. Fastor.
Rosin. lib. 4. cap. 7.
Hospinian. cap. 12. fol. 75.
Tamayus hoc die.

358 Ritus in hoc festo fuit, vt Matronæ celebrantes, & circa aras sacrificaturæ tenerent *faculas*, ac quodam gestu libamina conficiebant, ex Servio. Quarum gesticulamenta irridet Arnobius, lib. 3. adversus Gent. Insuper, mittebantur munera fœminis, à viris; sicut è contra in Saturnalibus mittebantur viris, à fœminis, ait Hospinianus. Quo in die matronæ Romanæ tria consequebantur munia: 1. quòd earum Saturnalia erant, quibus à viris munera accipiebant: 2. quòd Matronæ cœnas hoc die apponebant servis, vt tali honore eos provocarent ad promptius obsequium: 3. quòd *Marti* sacrificabant, vti dixi, & totum notant marginati.

Ritus.
Serv. lib. 3.
Arnob. Hospinian. citat.
Iuvenal. Satyr. 9.
Tamayus citat.

359 Fuerunt & hoc die *Quinquatria*, & *Ludi quinquatri*, acta in honorem *Minervæ*, extensi ludi per *dies* decem

Quinquatria.

cem, & in monte Albano quotannis celebrata, vbi erat institutum *collegium Minervæ*, ex quo sorte ducebantur qui fungerentur magisterio, redderentque eximias venationes, & ludos scenicos, super quæ erant certamina oratorum, & Poëtarum. Quo in collegio pueri cum vacabant, magistro munus offerebant. De origine Quinquatriorum late Ovidius 3. Fastorum, Calà, & latè Latius marginatus. Alii referunt *Quinquatria* ad 13. alii ad 14. diem hujus: quare vide dicenda ibi.

Ovid. 3. Fastor. Calà de Feriis quæst. 1. fol. 38. Lazius lib. 10. cap. 10.

Triumphi.

360 Fuit & hic dies Triumphalis: quare hæ Kalendæ apud veteres auspicatissimæ fuerunt, ob triumphos partos; nam P. Valerius Publicola Consul triumphavit de *Veientibus*, & *Tarquiniis* V. C. anno 426. & L. Æmilius Mamertinus de *Privernatibus* V. C. anno 476. & L. Cornelius Lentulus de *Samnitibus*, & *Lucanis*, V. C. anno 512. & Q. Luctatius Cereo triumphavit de *Phaliciis*, V. C. anno 537. vt Goltzius, & Masculus hoc die notant. Apud nos autem laureæ veteris Romæ, quæ jam exaruerunt, mutatæ sunt in virides novæ Romæ: enim triumpharunt multò magnificentius è nostris *ducenti sexaginta*, qui, jussu Claudii, in amphitheatro sagittati complevère martyrium: ad quam palmam pervenerunt *Nicephorus*, *Abundantius*, *Donatus*, & alii, quorum animi fortitudinem indicat, ille ipse, qui se adjunxit *Leo*, qui omnes suo cruore decorarunt Romam. Hanc martyrii palmam obtinuerunt, alter *Donatus*, *Hermes*, *Hadrianus*, & alii; imò & heroinæ *Eudocia*, & *Antonina*, illa sub Traiano, hæc sub Diocletiano, passæ pro Christo. Nec minor ea triumphi gloria fuit, quam de Trisonibus, & Batavis, aliisque Germaniæ populis reportavit *Suitbertus* præsul, illis gentibus Evangelium imbuendo. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra Ludos veterum, per quos habes plura christianizata Themata die 28. Februarii in fine, hodiernis adaptanda cœlicolis. Hoc & die in Templo Veste novus ignis accendebatur à Sole, quem, & servabant Vestales, & immortalem nuncupabant; sed harum laudem apud nos occuparunt *Eudocia*, & *Antonina*, quæ novo quodam igne cœlitùs accenso concitatæ, pro religione se devoverunt, triumpharuntque gloriosè: quare per triumphos veterum, classes, colores, & coronas, vt in diebus 5. & 20. Januarii habes alia Themata hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyrol. Rom. Baron. & Masc. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
&
10.
11.

361 Gentiles dicabant Dianæ (ceu, ex dictis, hoc die festum sacrabant) *Vrsam*, quæ potenter se opponit pro filiis, quos *lambit*, *lactat*, & *nutrit*, ac tempore amoris videre *erubescit*, curaque est illi de salute filiorum, vt Anglicus notat. Vnde per Vrsam hodiernos encomia Sanctos *Lambentes* benignitate, *Lactantes* doctrina, *Nutrientes* virtute, & exemplo.

Anglic. lib. 18. cap. 111.

12.

362 De Vrsa animali, transeo ad *Vrsam Stellam*, sic vocatam *Stellam polarem*, quæ & *Dux optima* vocatur à Picinello, & ex ipso, & aliis est emblema *Iustorum*, *Martyrum*, *Virtutis*, *Fortitudinis* animi, ac *Protectionis*: vnde Vrsam Dianæ dicatam, versam ad sacram habes pro Sanctis hodiernis Thema alterum.

Mund. Symb. lib. 1. cap. 12.

13.

363 Numero 1. denotabant Pythagorici signum *Leonis*, cui assignarunt tres facies *Martis*, *Saturni*, & *Iovis*, ex relatis num. 352. De quo Zodiaci signo *Leonis* notat Mundus Symbolicus, quòd in Zodiaci fascia è pluribus Stellis, seu gemmis compositus celsiorem titulum ostentat: *dominatur enim astris*, in quo signo eminent vt prærrogativæ *lumen*, & *ardor*: quare dictas facies, aut prærrogativas Themata efformare poteris. Vide dicenda die 11. Aprilis, in fine.

Mundus Symb. cit. lib. 1. cap. 12. à num. 402.

DIES 11.

364 Hic dies, qui & 6. Nonas Martii, *Faustus* notatur in Kal. Maffeiano.

A. D. 61.

Dies 3. *Ludorum votivorum* Romæ, extensorum per *dies decem*, ex dictis cum Beyerlinc, & Rosino die 28. Februarii.

Dies 2. *Quinquatriorum* actorum in honorem *Minervæ*, ex dictis cum Calà, & Lazio die 1. hujus mensis num. 348. & 359. Dies 2. *Antheseteriorum*, ex num. 347.

Dies Romanis *Ater*, & dicatus *Diis Manibus*, ex dictis cum Alexandro ab Alex. & aliis num. 49. die 2. & Macrobio 1. Saturnalium.

Dies dicatus *Semideis*, ac varonibus heroicis, ex dictis cum Roman citato numero. Dies 2. *Dionysiorum*, ex num. 347.

Quo die *Anciliorum* festum, nec nubere permissum. Ita Kal. Vet. Rosini lib. 4. cap. 4. quamvis alii hoc festum referant ad diem præcedentem: quare de eo, ibi egi.

Ad hunc diem Vet. Kal. refert *Mu-*

Digitized by Google

nychia sacra, dicata *Dianæ*, quòd festum alii referunt ad diem præcedentem: quare de eo ibi actum est.

Per hos dies, imò in principio hujus mensis Ægyptii celebrabant festum nuncupatum *Ingressum Osiridis in Lunam*. Ita Hospinianus citatus de Festis cap. 11. fol. 69.

365. Sumus in die 2. Martii, & numero 2. Pythagorici notabant signum *Aquarium*, quod in Zodiaci zona signum est vndecimum, *masculinum*, *fixum*, *diurnum*, *occidentale*, *tortuosum*, & *aëreum*. Quo in signo ingreditur Sol die 20. Januarii. Hujus signi pictura est imago hominis dextera tenentis *vrnam*, sinistro sub brachio *amphoram* inclinatam, fundentem aquam. Constat hujus signi imago Stellis 42. Dumque Sol est in hoc signo solet esse aquarum copia. Poëtæ vocant hoc signum *pincernam* Deorum, ipsique attribuunt tres facies, 1. *Veneris*: 2. *Mercurii*: 3. *Lunæ*. De quo & notat Albumasar, quòd in 4. gradu Aquarii oritur *Leo*, in gradu 11. *Stella regia*, & *lampades*; ac mutant aërem, & post oritur *Capricornus* caput Aquarii, quæ omnia tradunt Minorita Anglicus, & Chaves in suo Reportorio Temporis, quæ christianizata ad plura adaptare poteris.

Aquarium.

Pictura.

Chaves in Rep. Temp. tract. 2. tit. 35.

Anglicus lib. 18. cap. 20.

366. Hic igitur dies apud veteres, jam ater, jam faustus, & festivus, apud nos magna ex parte est purpureus, faustusque nostratibus illustribus martyribus *Iovino*, & *Basilèo*, qui passi sint Romæ sub Valeriano, & Gallièno: quibus associantur *plurimi martyres*, ibidem passi sub Alexandro Cæsare: ad quam palmam pervenerunt in Portu Romano *Paulus*, & *Heraclius*, *Secundilla*, & *Ianuaria*. Adquam martyrii laureolam pervenère in campania *martyres octoginta*: quibus meritò associatur cum sociis *Lucius*, aliique illustres præsules. Pro iis igitur adapta Themata, vt die 28. Februarii, vertendo ad sacra Ludos veterum. Cumque & hoc die delirarent veteres in Anciliis, vertendo hæc ad sacra, vt infra die 9. hujus mensis habes per *Ancile*, seu Scutum Thema hodiernis adaptandum Sanctis, pro quibus alia christianizare, & adaptare poteris.

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9. & 10.

367. Tandem cum hoc die delirarent Gentiles in *Munychiis* dicatis *Dianæ*, quam existimarunt *Lunam*, & *lucinam* ex dictis num. 331: hinc vertendo ad sacra, pergo ad *lucem*, qua, ex Mundo Symbolico adumbrantur *constantia*, & *fortitudo* martyrum, Sanctorum *virtutes*, *gratia*, *charitas*, & *fama* ipsorum. Vnde per lucem hodiernos Sanctos encomia *Virtuosos*, *Gratos*, *Charitativos*, *Constantes*, *Famosos* sanctitate, &c. Amplius, quia vt eum SS. PP. docet Anglicus, *lux* est substantia *clara*, *splendida*, *expellens* tenebras, *lucens*, *generans* alias luces, atque *concilians*, *fontalisque* substantia super quam lumen innitum. Vnde hodiernos Sanctos encomiare poteris.

Mundus Symb. lib. 1. cap. 2.

Anglic. lib. 8. cap. 40.

11.

12.

DIES III.

368. Hic dies, qui & 5. Nonas Martias, comitialis notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 62.

Dies 4. *Ludorum votivorum* extensorum per *dies decem*, ex dictis cum Rosino, & Beyerline die 28. Februarii.

Dies 3. *Quinquatriorum*, ex dictis cum Calà, & Lazio die 1. hujus mensis, quæ *Quinquatria* agebantur in honorem *Minervæ*, à Romanis veteribus.

Quo die, apud Ægyptios, festum sacratum *Minervæ*, quæ & dicta *Pallas*, ex dictis num. 49. De Minerva egi die 3. Januarii. De Pallade agam hoc die.

Dies *Nundinarum* ex dictis cum Alex. ab Alex. citato num. 49. Dies 3. *Dionysiorum*. Quo die, *occidit Ater è piscibus*. Ita Rosinus lib. 4. cap. 4. cum Kal. Astronomico. Dies 3. *Antheseriorum*, ex num. 347.

Dies quo sacrabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine: *Igni*, ex dictis die 9. Februarii: *Laribus*, ex dicendis die 1. Maii: & *Belo*, ex narrandis die 16. Decembris.

369. Sumus in die 3. Martii, & numero 3. notabant Pythagorici *Capricornum*, ex dictis die 1. hujus mensis, num. 350. Quod signum *Capricornum* in Zodiaci zona *decimum*, est *fœmineum*, *terreum*, *instabile*, *nocturnum*, *rationale*, *obliquum*, & *tortuosum*. Quo in signo vocato & *Capricorno madefacto*, Sol ingreditur communiter die 22. Decembris. Hujus signi figura est imago *Capri*, cum cauda *piscis*, & *cornibus* tendentibus sursum, vt solet caper cum ascendit ad folia arborum comedenda. Constat imago hujus signi Stellis 18. aut 28. Cui signo assignant Astrologi tres facies: 1. *Iovis*: 2. *Martis*: 3. *Solis*. De quo signo plura addam die 23. Septembris, num. 1345. vbi & dabo Thema adaptandum cœlicolis hodiernis.

Capricornus.

Anglic. lib. 8. cap. 19.

Chaves tract. 2. tit. 34.

Pictura.

Fuit.

Digitized by Google

Pallas. Gyrald synt. 12. fol. 291. Rosin. lib. 2. cap. 4. Cartar. fol. 240. Cartag. lib. 1. de Concept. hom. 3. in fine.

370 Fuit à veteribus, hoc die culta *Pallas*, putata *Minerva*, quam *Palladem* fabularunt natam, ex capite *Iovis* sciſſo ſecuri adamantina à *Vulcano*: dictaque fuit *Pallas*, vel à Pallante gigante occiſo, vel à Pallante patre, quem illa interemit virginitatem ſuam vitiare conantem: vel quia orta à Pallante palude: vel ab haſta vibranda, & concutienda: vel à ſaliendo, & ſaltando in bello. Quæ & alia veteres fabularunt de *Pallade*, cujus, ſeu Minervæ picturas adduxi die 3. Januarii. Dictis addo, veteres pinxiſſe *Palladem* natam ex cerebro Jovis, *armatam* galea, & lorica, *fortem* haſtam in manu tenentem, & *formidabilem* mundo foras prodiiſſe, cujus fortitudinem tantam aſſerebant, vt veneficum quemdam ingentem draconem, & omnibus infeſtiſſimum enecaret: quam fabuloſam narrationem, velut veriſſimam hiſtoriam, meritò vertit ad ſacra Cartagena pro Deipara immaculata concepta.

Pictura. 1.

Palladium. 2.

371 Fuit & apud antiquos *Palladium*, ita vocatum *Palladis ſimulacrum*, quem finxerunt à *Cœlo delapſum*, & traditum Æneæ regi, quod erat magnitudine *tricubitale*, *habitu* quaſi ingredientis, dextera præferebat *haſtam*, ſiniſtra *fuſum*, & *colum*, vt cum Halicarnaſſeo, ait Boulduc, quam picturam delineatam vide apud Cartarium. Quod ſimulacrum Romæ fuit repoſitum in Templo *Veſtæ*, & tanta diligentia cuſtoditum, vt nemini, nedum ad tangendum, ſed nec ad intuendum, pateret acceſſus, niſi cuidam ex virginibus, cui ejus cuſtodia erat demandata. Quod Palladium incenſa æde *Veſtæ* à Pontifice Metello finxerunt ſublatum, ex medio incendii, amiſſis luminibus, vt ex pluribus tradit Roſinus.

Halicarnaſ. Bould. in Epiſt. Iudæ v. 24. Cartar fol. 242. Gyrald. ſynt. cit. Roſin. lib. 2. cap. 12.

372 Numerum *ternarium*, ab antiquis ſacratum fuiſſe *Palladi*, ait Cartagena cum Pierio Valeriano: quare vt ipſe, & Cartarius adnotant *Pallas* fuit cognominata *Tritonia*: aut quia tres ſunt ſapientiæ partes, ſcilicet, *noſcere* præſentia: *prævidére* futura: *meminiſſe* præterita: aut quia dixerunt illam tradidiſſe tria præcepta, videlicet, *conſulare* benè, *judicare* juſtè, *agere* rectè.

Cartag. lib. 1. hom. 7. Cartar. fol. 422.

373 Hoc igitur die, quo in tantum delirabant veteres, jam in Ludis, jam in ſua Pallade, occurrit nobis matrona virilis animi, magnique roboris, nomine *Martia*, quæ & Martem, & Palladem ſuperavit. Fulget & hoc die *Cunegundis* Auguſta, Imperatrix celebris, quæ nupta ſervavit pudorem virginitatis. Quo & die ſpectaculorum veterum, noſtratum gloria obruitur: hi fuerunt *Hemeterius*, & *Celedonius* illuſtres martyres Hiſpani, qui mirando prodigio in aſtra miſerunt munera *annulum*, & *orarium*, vt canit Eccleſia: iis cum omine nominis ad eandem martyrii lauream aſſociantur *Aſterius*, *Luciolus*, *Fortunatus*, & *Felix*, cum aliis. Pro iis igitur, aliiſque hodiernis cœlitibus, verte ad ſacra Ludos veterum, vt die 28. Februarii, vnde habes Themata plura hodiernis adaptanda cœlitibus: quibus & adapta facies ſigni Capricorni, vt infra die 23. Septembris, num. 1345. Tum & pro ipſis cœlitibus ad ſacra verte Palladis picturam: quare ipſos encomia *Armatos* virtutibus, *Galeatos* fide, *Tenentes* haſtam Rectitudinis, & conſtantiæ. Quod ſi Pallas & fuit cognominata Tritonia, ex dictis præcedenti numero, verte & hæc ad ſacra, hodiernoſque encomia Sanctos, myſticos Tritones; quia *Iudicantes* juſtè, *Conſulentes* benè, *Agentes* rectè.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. 11. 12.

DIES IV.

A. D. 63.

374 Hic dies, qui & 4. Nonas Martias, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Qui dies *Ater* fuit Romanis, ex Macrobio, & Beyerline cum eo hoc die.

Dies 5, *Ludorum votivorum*, extenſorum per dies decem, ex dictis cum Roſino, & Beyerline die 28. Februarii.

Dies 4. *Quinquatriorum* actorum in honorem *Minervæ*, ex dictis cum Calà, & Luzio die 1. hujus menſis.

Dies dicatus *Mercurio*, ex dictis cum Platone, & Bungio, num. 49.

Quo die Manilius Torquatus Atticus Conſul illuſtrem egit Romæ *triumphum* de Phaliſcis, V. C. anno 512. Ita Goltzius, & cum eo Maſculus in Faſtis, hoc die.

Dies 4. *Anthesteriorum*, ſeu *Dionyſiorum* in honorem Bacchi, ex dictis num. 347.

375 Sumus in die 4. Martii, & numero 4. Pythagorici, ex dictis num. 350. notabant ſignum *Sagittarium*, quòd in Zodiaci zona eſt *nonum*, & ſecundum Miſaelem eſt ſignum *aqueum*, *maſculinum*, ac mediocre *diurnum*. Dicitur *Sagittarius*: quia ſicut *Sagittarius* emittit ſagittas, ſic Sol exiſtens in illa parte Zodiaci, ad nos emittit grandines,

Sagittarius.

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

dines, pluvias, atque nives. Huic signo Anglicus, ex Misaele, tribuit facies tres: 1. *Mercurii*: 2. *Lunæ*: 3. *Saturni*, domumque *itineris*, *fidei*, *sapientiæ*, & *honoris*, ex magistratu astrorum. In quo signo communiter Sol ingreditur die 22. Novembris, ait Hieronymus Chaves, addens esse signum *masculinum*, *bicorporeum*, *diurnum*, *igneum*, *rectum*, & ex parte *forte*, constans stellis 31. Depingitur hoc signum figura *Centauri*, aut *Onocentauri*. Dicitur autem Græcè Centaurus, Latinè homo; & à Centauro, per additionem, dicitur Onocentaurus, & est animal monstruosum compositum ex effigie *asinina*. & humana: nam ab vmbilico, & inferius formam habet asini, & sub manibus asininis habet inversam coronam; ac ab vmbilico, & sursum figuram habet hominis, manibus humanis tenentis arcum, & jacientis sagittam, vt in suo Reportorio Temporis Chaves depingit. De quo signo vide dicenda die 25. Octobris.

Anglicus lib. 8. cap. 18.

Chaves tract. 2. tit. 33.

Pictura.

Anglic. & Chaves citati.

376 Hic igitur dies, apud veteres jam Ater, jam Festus, jam triumphalis; sit apud nostrates verè triumphalis, purpureus, & lucidus, ob tot martyres, qui gloriosè triumpharunt de tyrannis, vti fuère *Nongenti* Romæ passi, & laureati martyrio: ad quam palmam pervenerunt *Cains* palatinus, & alii *viginti septem*: *Hadrianus*, & alii *viginti tres*, passi sub Diocletiano, &, alii, inter quos illustres martyres enituit *Lucius* Papa, qui multa passus martyrium capitis obtruncatione complevit. Reportavit & illustrem triumphum *Casimirus* Confessor illustris, ortus è Poloniæ regibus Casimiro, & Elisabetha Austriaca, qui, stupendo exemplo, virginitatem quam ab incunabulis servavit illæsam, sub extremo vitæ termino fortiter asseruit, decernens potius mori, quam castitatis jacturam: triumphavit igitur de *se*, de *mundo*, & *dæmone*: vnde per triplicem triumphum de tanto Confessore habes Thema: quem & encomia *Virginem*, *Misericordem*, & egenorum *Defensorem*, quòd nomen obtinuit. Pro quo, & aliis cœlitibus hodiernis verte ad sacra Ludos veterum, vt die 28. Februarii, vbi habes plura Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & verte ad sacra triumphos, *classes*, colores, & coronas veterum triumphantium, vt in diebus, 5. & 20. Januarii: vnde habes alia Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis. Quòd si veteres, hoc die delirabant in Mercurio, & vertendo ad sacra, ex dicendis die 4. Augusti, habes per Mercurium alia Themata, hodiernis accomodanda cœlicolis.

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
&
9.
10.
11.
12.
13.
14.

377 Tandem si hoc die, inter alios Cœlites veneramur *S. Lucium*: hinc pergo ad lucem; quia S. Bonaventura teste, *Lux est pulchrificativa Solis, Lunæ, & Stellarum*, Sanctorumque significativa, ac figurativa; quæ lux in *Stellis* est *visibilis* propter ejus temperantiam: in *Luna incomprehensibilis* propter ejus abundantiam: in *Sole inaccessibilis* propter ejus excellentiam. Tum & est *lux directiva*, *confortativa*, & *inflammativa*, ac *arguitiva*, vt totum tradit Seraphicus Doctor citatus: quare hodiernos Sanctos *luces* encomia, scilicet lux Stellarum *temperantia* vitæ: lux Lunæ *abundantia* virtutum: lux Solis *excellentia* meritorum, & gloriæ. Tum & ipsos encomia *Directivos* doctrina, *Inflammativos* amore, *Arguitivos* exemplo, *Confortativos* patrocinio.

S. Bonav. tom. 3. sect. 1. S. Ioan. fol. mi. 264.

15.

16.

DIES V.

378 HIe dies, qui & 3. Nonas Martias, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 64.

Dies 6. *Ludorum votivorum*, extensorum per *dies decem*, ex dictis cum Rosino, & Beyerlinc die 28. Februarii.

Dies 5. & vltimus *Quinquatriorum* actorum in honorem *Minervæ*, ex dictis cum Cæsare Calà, & Lazio, die 1. hujus mensis.

Quo die *Arctophilax occidit*. *Vindemiator oritur*. Ita cum Ovidio in Fastis, Rosinus lib. 4. cap. 4. Vide dicenda die 26. Maii, num. 732. vbi *Arctophilax* explicatur, & adaptatur.

Est *Vindemiator sidus cœleste*, quod hoc die 3. Nonas Martii apparet, vt Rosinus citat. advertit, & Calepinus V. *Vindemiator*, addens cum Plinio lib. 10. cap. 31. *Delphinus* occidens 11. Kalendas Septembris *Cæsari*, & *Assyriæ Stella*, *quæ vindemiator appellatur*, vt dicam eo die cum ipso Plinio.

Ipso hoc die *Bachanalia* Judæorum. Ita Beyerlinc in Theatro V. H. litera D. hoc die. Et ex Hospiniano cap. 11. fol. 70. dies 5. *Antheſteriorum*, in honorem Bacchi, vt num. 347.

379 Sumus in die 5. Martii: quare noto de numero 5. quod numero *Quinario* Pythagorici Notabant *Cancrum*, signum quartum in zona Zodiaci, vt dixi num. 350. Quo in signo Sol ingre-

Cancrum.

Digitized by Google

ingreditur communiter die 21. Junii, vt Chaves advertit in suo Reportorio Temporis, ex quo, & Anglico, hoc signum est *aqueum, famineum, rectum, nocturnum* & *Solstitiale*; de quo signo Anglicus notat habere tres facies: 1. *Veneris*: 2. *Martis*: 3. *Lunæ*. Constatque novem Stellis, & depingitur in figura *Cancri*: quia sicut *Cancer* est animal retrogradum, sic Sol peragrans illam partem Zodiaci, quæ vocatur *Cancer* facit in octavo gradu *Cancri* retrogradationem versus nostrum habitabile: quia non potest plus ascendere. Quare hoc signum adumbrat *Martyrum chorum, qui quasi retrogrado gradu per tormenta, & neces incessere*, ait Picinellus, inscribens huic signo lemma *Ad sublimia retrorsum*, quia coercendo sensus, fugiendo honores, calcando terrena, ad fastigium perfectionis conscenditur.

Chaves tract. 2. tit. 28.
Anglic. lib. 8. cap. 13.
Pictura.
Mundus Symb. lib. 1. n. 1882.

380 Dixi ad hunc diem retulisse Beyerlinc *Bacchanalia* Judæorum. Constat Hebræos coluisse plures falsos Deos, vt dicitur in libro Judicum: *Filii autem Israel peccatis veteribus jungentes nova, fecerunt malum in conspectu Domini, & servierunt Idolis Baalim, & Astaroth, & Diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philistiim, dimiseruntque Dominum, & non coluerunt eum.* Quo loco enumerantur septem Dii, quos coluerunt Hebræi, se mancipando nefario cultui ipsorum. Primò fit mentio *Baalim*, quæ vox comprehendit Deos masculini generis Gentilium. Secundò *Astaroth*, quæ vox significat Deas gentium. Tertiò, Deos *Syriæ* (forte Dii *Syriæ* erant *Baalim*, & *Astaroth*, quos Syrii, & Hebræi coluerunt inter alios falsos Deos) vt observat Abulensis. Quartò, Deos Sidonis, puta *Astarthe*. Quintò, Deos Moabitarum, puta *Chamos*. Sextò, Deos Ammonitarum, qui fuerunt *Moloch*, & *Chamos*. Septimò, Deum Philisthæorum, puta *Dagon*, vt observant Menochius, & alii marginati. Constatque Moabitas coluisse *Chamos*. Num. 21. v. 29. *Væ tibi Moab, periisti, populo Chamos*, quem Chamos vocatunt *Bacchum*, & *Dionysium*; vt notarunt Menochius citat. num. 11. & Maluenda in Num. 21. v. 29. Igitur Hebræi plures *Bacchum* coluerunt, qua

Iud. 10. v. 6. B. Max. hic. Abul. hic, qu. 13. Maluend. in Num. 22. v. 41. Menoch. de Rep. Heb. lib. 4. cap. 2. num. 8.

3. Reg. 11. v. 7. Alap. hic.

in amentia fuit Salomon, qui *ædificavit* ::: *fanum Chamos*, ideſt *Baccho*, vt ait Alapide: quare hic sequentia noto de *Baccho*, & *Bacchanalibus*.

381 *Bacchanalia* festa, quæ dicta fuerunt, & *Liberalia*, & *Dionysia*, & *Orgia*, erant dicata Baccho. At Liberalia, & Bacchanalia non eodem fiebant tempore: quia *Liberalia* fiebant die 17. hujus mensis, vt eo die dicam, *Bacchanalia* autem *singulis mensibus* agebantur semel, vt observant Gyraldus, & Roman. *Dionysia* tripliciter tribus in mensibus Athenis celebrata fuere: 1. in mense *Posideone*: 2. in mense dicto *Leneon*: 3. in mense dicto *Elaphebolione*, vt ait Gyraldus, & hæc fiebant in Februario: nam Februarius Elaphebolion nuncupabatur, vti dixi num. 189. Tandem *Orgia* dicebantur hæc festa ab *Orgis*, ideſt furenti, aut iracundo, quales solent esse ebrii, vt advertit Roman citatus.

Bacchanalia. Liberalia.

Dionysia. Orgia.

Ovid. lib. 3. Fast. Gyrald. synt. 17. fol. 416. Roman tom. 2. lib. 2. cap. 10.

382 Quæ *Bacchanalia* non nisi noctu fiebant, tanto luxu, vt nudis viris, cum nudatis fœminis matronis, viduis, ac virginibus convenirent ad sacra: omnes in capitibus, & femoralibus cincti pampinis, & vvarum racemis, ac aliqui tenebant in manibus racemos vvarum. Sic tumultuario cœtu, invicem commixti, saltantes, caput, cervicem, & brachia variis gesticulationibus moventes inhoneste, carmen turpe canebant Baccho, seque immiscendo viri & mulieres turpissima peccata perpetrabant, vt inter alios marginati tradunt; ac S. Augustinus ,, per hæc verba: *In Italiæ* compitis ,, ::: sacra Liberi celebrata, cum tanta ,, licentia turpitudinis, vt in ejus ho- ,, norem pudenda virilia colerentur: ,, non saltem aliquanto verecundiore ,, secreto, sed in propatulo exultante ,, nequitia. Nam hoc tempore mem- ,, brum turpe Liberi per dies festos, ,, cum honore magno, plostellis im- ,, positum, prius per rura incompitis, ,, & vsque in vrbem postea vehebatur. ,, In oppido autem *Lavinio* vnus *Libero* ,, totus mensis tribuebatur cultus, die- ,, bus omnibus verbis flagitiosissimis ,, vtebantur, donec illud membrum ,, per forum transvectum esset, atque ,, in loco suo quiesceret. Cui membro ,, inhoneſto matrem familias honestis- ,, simam, palam coronam necesse erat ,, imponere. Sic Liber Deus placandus ,, erat pro eventibus *seminum*. Hæc S. Augustinus, qui lib. 18. docet, ab exitu Hebræorum ex Ægypto, vsque ad mortem Josue, tunc temporis in Græcia, tam impudentissima *Baccho* dicata sacra cœpisse, per quæ, vt Roman advertit, magnam partem humani generis Græci corruperunt, extensa vsque ad Ægyptum, & Italiam. Post

Ritus.

Rosin. lib. 4. cap. 17. Roman citatus. Tit. Liv. lib. 9. decad. 4.

S. August. de Civit. lib. 7. cap. 21. & lib. 18. cap. 12. Vives ibi.

Sena-

Digitized by Google

Senatus consultò in Roma, & Italia prohibita, vti Roman, & Rosinus notant.

383 Insuper, & colentes *Bacchum*, in *Bacchanalibus*, ita impudenter, ac procaciter pergebant, vt præter nuditatem, aliaque relata gestarent pendentem è collo membrum virile, tamquam *tesseram*, vt cum Ovidio refert Roman: aut *idolum* ex nervis confectum ex Herodoto. Insuper alii gestabant *amphoram*, aut *vter* vini: alii *canistrum* ficorum, aut liborum, ideſt, *ciborum dulcium* confectorum in sartagine, ex *farre*, *melle*, *casseo*, & *oleo*, quod genus cibi appellabant *libum*. Alii gestabant *vannum*, aut *Zarandam* instrumentum ad purgandum triticum, & alios fructus terræ. Sequebantur qui gestabant *caprum* ad sacrificium. Antecedebat iis coronata Nimpha, gestans manu dextera super humerum *Phallum*, aut ductricem *virgam*, ornatam viridis foliis. Addo, ex Rosino, quòd *Bacchanalia* agentes in honorem Bacchi gestabant *mystras*; & ex Roman cum Diodoro, erant mulieres *Sacerdotissæ* Bacchi, quæ in Arcadia Græciæ, quotannis Baccho sacrificabant, & solemnitatem agebant *se ipsas verberando*. Et hæc de ritu Bacchanalium.

Ovid. lib. 3. Fastor. Ramon. citat. Herodot. lib. 2. Cartarius à fol. 282. Rosin. lib. 5. cap. 25. P. Diodorus lib. 5. cap. 2.

384 Bacchanalia computantur à Rosino inter festa movilia Gentilium, & non stato, certoquè tempore celebrata, qui cum Livio addit, primò celebrata quot annis *tribus diebus*: postea introductum, vt *singulis mensibus* celebrarentur, & per *quinque dies*, ex ipsis Rosino, & Livio, ac per totum *vnum mensem* quotannis in opido *Lavinio*, vt ex S. Augustino retuli num. 382. At *Liberalia* Baccho dicata die 17. hujus mensis Romæ agebantur, vt eo die dicam.

Rosin. lib. 4. cap. 17. Livius lib. 39.

385 Cæca gentilitas plures finxit *Bacchos*, quinque numerat Cicero: 1. Iove, è Proserpina natum: 2. Nilo, qui dicitur condidisse Nysam: 3. Caprio, patre, quem dicunt fuisse Asiæ Regem: 4. Iove, & Latona: 5. natum è Nilo, & Tyone; ex quibus quinque appellarunt Dionysium 1. natum ex Iove, & Proserpina, quem à Nympheis Nysæis fabularunt educatum ad *Nisæ specum*, quo in loco *Dionysium* eum nuncuparunt de patris, & Nimpharum nomine, vt ex Cicerone referunt Rosinus, & Gyraldus. Addit iste *Bacchum* docuisse rationem plantandi vsum *vitis*, & *vini* potionemque ex hordeo vocatam *cervisiam*. Ipsumque deinde cũ exercitu, non virorum solum, sed & mulierum, orbem lustrasse, nationesque plures subjugasse dicunt.

Bacchus. Cicero lib. 3. de nat. Deorum. Rosin. lib. 2. cap. 11. Gyrald. Synt. 8. fol. 231.

386 Variè dixerunt Bacchum dictum: quidam à *vociferando*: quidam derivant à quodam genere *Coronæ*, quæ Bacche dicebatur: quidam à voce Græca significante *vllulare*, & inconditè clamare, vt *Bacchæ* facere solent. Qui *Bacchus* dictus est *Liber Pater* à linguæ licentia, & cognominatus *Martius* ex Macrobio apud Gyraldum. Hunc *Bacchum* fuisse *Chamos* opinatur Menochius de Rep. Hebr. & in Num. 21. vers. 29. ad illa verba: *Periisti, populc Chamos*, ad quæ verba idem sentiunt Maluenda, aliique expositores, putantes *Chamos* fuisse eundem quem Græci putant *Comos*, interpretaturque quasi *aversor*, & *depulsor*, vt Menochius in Repub. citatus advertit. Fuit & *Bacchus* idem idòlum ac *Belphegor*, & *Priapus*, vt plures putant apud Menochium citatum num. 15. cui idòlo sacrificarunt Hebræi, vt dicitur Num. 25. vers. 1. Constat igitur quòd *Bacchus* fuit dictus Dionysius, *Liber Pater*, *Chamos*, *Belphegor*, & *Priapus*: quem Gentiles coluerunt, & cognominarunt *Nithidatem* Deum, *Conservatorem*, *Triumphatorem*, ac triumphi *inventorem*, *Salutarem*, Musarum *Ducem*, *Sertorem* vini, & *Inventorem* aratri; ipsumque veteres Romani coluerunt vt Deum *seminum*, & *agrorum*: quia sic Bacchum colendo seducti putabant fructus vberes consequturos, vt marginati tradunt. Inter quos Gyraldus cit. fol. 242. & Cartarius fol. 280. putant *Bacchum* à Gentilibus existimatum *Osiridem*, & *Solem*. Quæ & alia stulta gentilitas de suo Baccho finxit.

Gyrald. cit. fol. 232. Rosinus citat. Menochius de Repub. Hebr. lib. 4 cap. 2. n. 11 & in Num. 21. v. 29. Maluend. hic.

Chamos. *Comos.* *Belphegor.* *Priapus.*

387 Variè antiqui pingebant *Bacchum*, vt marginati advertunt, picturasque adducunt: enim interdum ipsum pingebant *puerum*, interdum *virum*, & aliquando *senem*: interdum *nudum*, interdum vestibus *contectum*: interdum in *curru*, aliquando sine *curru*, & coronatus *pampinis*, *hedera*, & *ficulneis* frondibus. Gestans in capite *cornua* vt solis radios representaret, tenebat manu dextera *vasculum*, & sinistra *falcem*.

Picturæ. 1. Cartarius à fol. 275. Rosin. lib. 2. cap. 11. Gyrald. Synt. 8.

Efingebatur 2. in *cursu* pampineo & *triumphans*, qui pampineus currus trahebatur, modo à Pantheris, modo à *Tigribus*, modo à Lyncibus.

2.

Tertiò: in *navi* tecta *hedera*, & *vite*: super quam navem *racemi* pendere videbantur. Hujus navis *vela purpurea*, in sinu splendentia, & intextæ

3.

bacchæ

Digitized by Google

bacchæ aureæ, in cujus navis medio *fons vini* scaturiebat, ex quo vectores omnes largiter bibebant, ipseque *Bacchus* stans super *puppim*, manu dextera tenens virgam, & aspectu terrentis, quo nautis Tyrrhenis furorem immittebat, ac demum convertit in *Delphinos*. Quam fabulosam picturam vide apud Gyraldum, & Cartarium, fabulosamque hanc navem apud hunc delineatam.

4. Quartò, pingebatur *Tauri facie*: enim fabularunt Iovem in Taurum conversum, cum Proserpina filia sua concubuisse, quæ, ex eo gravida effecta peperit *Bacchum* habentem *Taurinam formam*, vt Cartarius marginatus refert.

5. Quintò, ex Phylostrato apud Maluendam. *Bacchus* pingebatur *Iuvenis* mollis, ac *rubicundus*, veste indutus *flava* & *cærulea*, gestans in capite *coronã rosarum*, manu sinistra *venabulum*, aut *lanceam*, dextera vero *facem* habens. Tenens *caput* inclinatum ad pectus, ad lumbos *zonam*, & erant ad pavimentum imaginis *sparsæ spicæ*, ac diversi flores. Quam picturam *Bacchi*, aut *Chamos* marginati tradunt.

Maluenda in Num. 21. v. 29. Cartar. fol. 278.

388 Tribuerunt Gentiles *Baccho*, plures coronas, tum ex *hedera*, tum ex foliis *ficus*; tum ex *narciso*, tum ex aliis *floribus* confectas, tum ex *pampinis* vitis. Fabularunt enim Nimpham vocatam *Syre* adamatam à *Baccho* conversam in *ficulneam*: puerum nomine *Cisso* à Baccho amato, in hederam mutatum: quemadmodum & alteram Nimpham nomine *Staphile* in vitem versam, ob idque has arbores gratas Baccho, cui & sacrarunt *Tyrsum*, *Caprum*, & *Pantheram*. Fabularunt quoque de Baccho, quòd cum adhuc infans esset à Parcis fuit serpentibus cinctum, qui nihil eum lædentes, per faciem, ac pectus adrepebant. Itaque Bacchæ, ejus mysteria celebrantes absque vllo timore, ac periculo serpentes tractabant, ait Plutarchus, & Cartarius eum eo.

Corona.

Diodorus Cartarius fol. 287. ad 290. Plutarch. in vita Alexand.

Fabulæ.

389 Cedant prophana sacris, fabulæque Gentilium, & Bacchanalia Iudæorum, Bacchique triumphi, Christianæ veritati deserviant: cum hoc die præclarissimus M. Sanctos *Phocas* pro vera religione triumpharet, ac in religionis campo majorem fuisset assecutus gloriam, insigni prodigio, quo tanti martyris virtus declaratur: enim si quispiam à serpente fuerit morsus, & credens Januam Basilicæ martyris attingerit confestim evacuato veneno sanatur ad delubri fores. Triumpharunt & *Hadrianus* jugulatus pro Christo, & alii, qui cum *Eusebio* fuere coronati martyrio. Quo die *Theophilus*, & *Gerasimus* confessores illustres cœlitibus associati. Pro quibus, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra Ludos veterum, vt in die 28. Februarii: vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda Sanctis: quibus & alia christianizando per Minervam vt die 3. Januarii, adaptare poteris. Cumque & hoc die delirarent in Baccho, hujus 5. picturam num. 387. adductam, ad sacra vertendo hodiernos encomia Sanctos *Cinctos* zona castitatis, *Rubicundos* fortitudine, *Flavos* humilitate, *Cærulcos* vita cœlesti: quare gestant coronam gloriæ.

Martyrol. Rom. Masculus in Fastis hoc die & Baron.

390 *Baccho* tribuebant veteres *hederam*, quæ est arbor semper *virens*, & dicitur, ex S. Isidoro, hedera ab *hærendo*: quia cui adhæret suis ligaminibus se conectit, adumbrat ex Berchorio, & *coronam* gloriæ, & viros *perfectos*, ac *Sanctos*, qui eam meruerunt *vivendo* honestate vitæ, *adhærendo* proximis per compassionem, prædicationem, consolationem, & subventionem, *connectendo* se Deo, & proximis per amorem: quare vertendo ad sacra si Imperator Alexander suis triumphatoribus militibus tribuebat *hederæ* coronam, & Imperator cœli gloriæ coronam suis Sanctis, qui fideliter decertarunt pro Christo.

S. Isidor. Berch. in Red. lib. 12. cap. 48.

391 Tribuebant & *Baccho*, ex dictis ficum; quare & ad sacra vertendo, noto quòd *ficus* dicitur à fœcunditate: quia ter, vel quater in æstate producit fructum, quo alebantur tempore Pythagoræ Athletæ. *Hæc sola arbor*, S. Ambrosio teste, *ab initio germinat poma pro floribus*, habet humorem *lacteum*, & *vnctuosum*, ex Berchorio, qui, & Mundus Symbolicus notant adumbrare Sanctos, *fœcundos* operibus bonis, *Lacteos* castitate, *vnctuosos* pietate, *coagulatos* charitate: vnde pro hodiernis Sanctis alterum habes Thema. Quòd si Gentiles Baccho tribuerunt & *faculam*, & multiplices coronas, verte & hæc pro hodiernis, cœlitibus, in quibus viguit *facula fidei*, *illychnium* candidissimum puritatis, *splendor* virtutum, meritorum, & exemplorum: quare & ipsis tribuamus coronas multiplices. *viridem* virtutum, *narcissam*, aut liliam rubicundam, martyrii, aut flagrantis charitatis, floridam exemplorum. Pro quibus plura alia christianizare poteris,

S. Isidor. Amb. in Luc. 13. lib. 7. Mundus Symb. lib. 9. cap. 13.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.

Digitized by Google

DIES VI.

A. D. 65.

392 HIc dies, qui & pridie Nonas Martias, *Neſæus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 7. *Ludorum votivorum* extenſorum per *dies decem*, ex dictis cum Roſino, & Beyerlinc die vltimo Februarii.

Quo die, *Aſſumptio C. Octavii Auguſti Imperatoris ad Pontificatum Maximum*, quem honorem, & munus Pont. Max. receperunt ſequentes Imperatores, ab Auguſto, vſque ad Gratianum, ſimulque vt quiſque ad Imperium aſcendebat à Pontificibus offerebatur ei amictus, & continuo Pontificis Max. titulum vſurpabat. Ita Kal. Maffeianum, & Roſini, Tamayus hoc die, & Hoſpinianus de Feſtis cap. 12. fol. 77. cum Ovidio 3. Faſtor.

Ipſo die apud Græcos erat memoria *Theſei*: quia miſſus in Cretam magno ſuorum mœrore, ac metu: quare quotannis, hoc die Athenis *pompa virginum* mittebatur ad templum *Apollinis Delphici*, quaſi gratias actura eo quod *Theſeus*, occiſo Minotauro in laberinto Cretæ, proſperè reverſus fuit Athenas. Ita Maſculus in feſtis hoc die.

Quo & Athenienſes ſacrabant *Bono Genio*, guſtabant vinum poſt flatum *Tavonii*. Ita Hoſpinianus cit. cap. 11. fol. 69. cum Plutarcho lib. 7. ſimp. quæſt. 7.

Dies 6. *Antheſteriorum*, ſeu *Dionyſiorum* in honorem Bacchi, cui ſacrabant per totum hunc menſem. Ita Hoſpin. cap. 11. fol. 70. & S. Auguſtin. num. 382.

Dies à *Veſtalibus* ſacratus *Veſtæ*. Ita Roſinus lib. 4. cap. 4. Ovidius 3. Faſtor. Hoſpinianus de Feſtis cap. 12. fol. 77.

Taurum.

Anglicus lib. 8. cap. 11.

Chaves Tract. 2. Tit. 26.

393 Sumus in 6. Martii: quare ex dictis num. 350. noto, quòd Pytagorici hoc numero ſexto notabant *Taurum*, quòd ſignum in zona Zodiaci, juxta naturalem ordinem eſt ſecundum, & eſt ſignum *terreum*, *frigidum*, *fixum*, & *nocturnum*, in quo communiter ſol ingreditur die 20. Aprilis. Tres facies ipſi tribuerunt: 1. *Mercurii*: 2. *Lunæ*: 3 *Saturni*. In gradu. 6. hujus ſigni occidit Orion; in 8. oriuntur *Pleiades*, & in 16. *Hyades*. Cujus ſigni imago contat ſtellis 33. Depingitur à Chaves per dimidiam, anterioremque partem *Tauri*, cum poſteriore occulta, & habenti in fronte ſtellas *Suculas*, à Græcis vocatas *Lampades*. De quo vide dicenda infra die 14. Maii, num. 662.

Pictura.

394 Cum hoc die deliraret Græci in ſuo *Theſeo*, de hoc noto quod fuit filius ſpurius *Egei* regis Athenienſium, & *Æthræ* filiæ Pitei. Fuitque *Theſeus* pugnator, & vt alter Hercules habitus, *inventor* Ludorum Delphicorum, & qui primò victores in Ludis Delphicis coronavit *Palma*. Fuitque *Theſeus* habitus Tauri, Minotauri, ac Centaurorum domitor, qui regnavit Athènis, & fraude occiſus à Lycomede rege Scyrorum, oſſa ejus translata fuerunt ad Athènas, ob eam fabulam, quòd graſſante peſte, Athènienſes pro remedio conſuluiſſent oraculum, à quo ipſis reſponſum, duraturam peſtem, quouſque ibi tuliſſent *oſſa Theſei*, quæ ad Athenas translata, ſtatim ſedata fuit peſtis, quare Athenienſes Theſeum coluerunt, ipſique erexerunt templum, & mirabile, ſummæque magnificentiæ ſepulcrum: quod delinquentibus tutiſſimum erat *Aſylum*, & ibidem quotannis ſolemne quoddam ſacrificium fiebat *Theſeo*, vt cum Plutarcho obſervat Cartagena, de Aſcenſione Chriſti lib. 15. De quo Theſeo vide alia die 25. Januarii.

Theſeus.

Theatrum Deor lib. 4. cap. 21. Pier. Val. lib. 24 cap. de *Palma*.

Fabula.

Origo.

Plut. in vita Theſei. Virg. lib. 6. Aeneid. Cartag. lib. 15. hom. 13.

395 Fiebant & hoc die à *Veſtalibus* ſolemnia ſacra dicata *Veſtæ*. De *Veſta*, & *Veſtalibus* egi die 1. Februarii à num. 198. Dictis addo, quòd virgines *Veſtales* ad ſacrificandum Veſtæ ſe ornabant veſtibus ſacerdotiſſarum, quas veſtes ad hoc ſacrificium conſignatas habebant; & erant *albæ*, *longæ*, *quadratæ*, & ad modum Dalmaticarum, quas veſtes cingebant *cingulo* vocato *ſuffibulo*, & hoc erat nomen proprium habitus prædictarum virginum, quæ & capitibus geſtabant *vela ſacra*. Sic, geſtantes capitibus *coronas* ſacrificabant *Veſtæ*, ritu, quem retuli præfato die, num. 200. Addo inſuper, cum Roman, quòd *Veſtales* vnoquoque anno *Veſtæ* offerebant triginta pulcras *ſtatuas ſcirpeas*, quas vocabant *Orgeas*, eaſque, ex Varrone, in fluvio Tiberis proiiciebant. Addo tandem, quòd in iis ſacris, Veſtales ſe abſtinebant à vino: cum opinarent caſtæ Deæ, à caſtis miniſtris ſacra peragenda. Hinc & ſacrificia Veſtalium *caſta mola* fuerunt appellata, vt Stuchius marginatus, & Tamayus hoc die obſervant.

Veſta.
Veſtales.

Roſinus lib. 4. cap. 7. Roman lib. 2. cap. 12. Stuchius de Sacrif. Gent. fol. 35. & 49.

396 Omiſſis Gentilium mœrore, ſuperſtitione, ac pompa hujus diei, nobis occurrunt venerandi Heroes invicti, & auſpicato nomine *Victor*, & *Vi-*

[Martyr. Rom. Franciſc. & Baron.

Digitized by Google

Victorinus, qui cum soeiis verè victores constanter pro Christo patiendo impleverunt cursum, & ad metam gloriæ pervenerunt. His associatur *Canon* martyr, Nazarenus ortu, qui pedibus confixis clavis, ante rhedam Imperatoris jussus currere, in genua procumbens, in oratione spiritum reddidit Christo. Item *quadraginta duo* alii laureati, ac tres Antistites *Evagrius Basilius*; & Olegarius, sive Ildegarius, Canonicus Præpositus, & Episcopus Barchinonensis, ac simul Archiepiscopus, Tarraconensis, cujus sacrum Corpus incorruptum adhuc post quinque sæcula in Cathedrali Barchinonensi jacet in quodam Sepulchro marmoreo mirabili arte confecto, ybi honorificentissimè colitur; quibus, ex cœtu Seraphico, adde *Coletam* Reformatricem virginem, quæ divinis exornata virtutibus, innumeris clara miraculis, choro cœlestium virginum sociata hoc die. Pro iis igitur, aliisque cœlitibus hodiernis verte ad sacra Ludos, spectaculaque veterum, vt die 28. Februarii, vnde pro hodiernis Sanctis habes Themata adaptanda.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
&

397. Si ex dictis, hoc die, quotannis pompa virginum pergebat ad templum Apollinis Delphici lætanter, quasi in gatiarum actionem, ob memoriam Herois Thesei: serviat prophanitas religioni, vt christiana, religiosaque pompa virginum Clarissarum collætanter propter *Coletam* ad Christi templum pergat agendo Deo gratias ob tantam Heroinam, cui adapta picturam Vestæ adductam die 1. Februarii num. 200. *Coletam* inde encomiando pulcherrimam virginem *Albam* puritate, *Cinctam* obedientia, paupertate, &c. *Coronatam* triumphis, merito, gloria. Tum & ipsam encomia *Speculum* virtutis, *Regulam* morum, *Decus* virginum, *Reparatricem* Ordinis, *Parentem* fœcundam, *Gloriam* suæ gentis, per quæ, & alia encomia ex ipsius officio Ecclesiastico desumpta, plura efformare poteris Themata.

9.
10.

398 Dixi in Diario Sacro, hoc die, quo ad annum 40. exitus de Ægypto erant Hebræi in *Settim*, qua in regione, vt Anglicus advertit, sunt ligna *Settim*, arbores *pulcherrimæ, leves, imputribiles*, ineremabiles, ac *spinosæ*, habentes virtutem *stipticam, constrictivã, sedativam* fluxus sanguinis, folia autẽ *aspera*, *spinosa*, & *albida* cum flore *purpureo*, & alia quæ ibi videre poteris. Cumque *Settim* adumbret Sanctos, hinc habes plura Themata prõ Coleta, aliisque cœlicolis hodiernis.

Anglicus lib. 17. cap. 150.
11.
12.

DIES VII.

399 Hic dies, qui & Nonas Martias, *Faustus*, notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 66.

Dies 8. *Ludorum votivorum* extensorum per dies decem, ex dictis cum Rosino, & Beyerline die vltimo Februarii.

Dies 7. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum*, extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*. Ita Hospinianus cap. 11. fol. 70. & S. August. citatus num. 382.

Quo die *Veiovis* templum consecratum, ad duos lucos Asyli, in cujus dedicationis memoriam sacra Romæ, vt tradunt Kal. Vetus Ovid. 3. Fast. Rosinus lib. 4. cap. 4. & Tamayus hoc die.

Ipso hoc die sacrificabant *Lari familiari*, colebantque *Lares*, ritu adlato die 12. Januarii. Vide dicta num. 49. die 5.

Dies sacratus *Soli*, ex dictis cum Roman, & Alexandro ab Alex. citato numero die 7.

Quo die *Invonalia* sacra dicata *Junoni* reginæ, auspici nuptiarum. Ita Vet. Kal. Beyerline, & Masculus hoc die, ac Hospinianus de Festis cap. 12. fol. 75.

In Kal. Rosini lib. 4. cap. 4. notatur hoc die *Ortus Pegasi*. Mundus Symbolicus hanc constellationem *Pegasum* vocatam ponit pro emblemate Principis benefici, lib. 1. cap. 12. num. 405.

400 Sumus in die 7. Martii, quo numero 7. Pythagorici notabant *Arietem*, ex dictis num. 350. quod signum juxta ordinem naturalem in zona Zodiaci est primum, & *igneum*, *masculinum*, *diurnum*, *mobile*, & *æquinoctiale*: quia existente Sole in hac parte Zodiaci æquantur dies, & nox. Communiter putant Auctores, Deum creasse *Solem* in hoc signo, in quo & communiter *Sol* ingreditur die 20. hujus mensis. Tres facies huic signo assignarunt: 1. *Martis*: 2. *Solis*: 3. *Veneris*: cujus signi imago tredecim constat Stellis, & in gradu 10. hujus signi oritur Stella vocata *Alpheta*, ac in 25. occidunt *Pleiades*. Depingitur hoc signum figura *Arietis stellati*, quam imaginem finxerunt Poëtæ in Cœlum: quia fabulantur, quòd *Bacchi* exercitui sitienti, apparuit *Aries*

Aries.

Chaves tract. 1. tit. 26.
Anglicus lib. 8. cap. 10.
Albumas lib. de motib. Astrorum.

Pictura.

Digitized by Google

designans loquium copiosum aquarum, ob quod beneficium ibi in forma Arietis erexerunt templum dicatum *Iovi Hammon*, vt omnia refert Chaves, & Anglicus. Plura de Ariete tradam die 18. Iunii, à num. 862. vbi dabo plura Themata.

401 Fuit hoc die consecratio templi *Veiovis*, qui & nuncupatus fuit *Veiupiter*, & *Vedius*, ac *Iupiter nocivus*, qui non iuvandi potestatem, sed vim nocendi haberet: nam Gentiles quosdam Deos venerabantur vt prodessent, quosdam ne obessent placabant, & hunc coluerunt, & appellarunt *Veiovem*, dempta, atque detracta iuvandi facultate: quare nomine *Iovis* præponebant particulam *ve*. Quam nocendi facultatem, vt ostenderent, cum effingebant *puerum nudum*, capite *cornuto*, tenentem manibus *sagittas*, sinistra duas, dextera alteram, tamquam ad nocendum paratum. Ad cujus pedes erat *capra*, enim Veiovi *capram* immolabant, cum *Cornucopia* referta *floribus*, ac *fructibus* ipsi oblata. Quæ omnia marginati tradunt. Addit Rosinus hunc *Veiovem* à Martiano putari *Plutonem*, & ab aliis *Apollinem*.

Veiovis.

Rosin. lib. 2. cap. 5.

Masculus fol. 102.

Tamayo hoc die.

Cartario à fol. 105.

Pictura.

Sacrificia.

Fuerunt & hoc die sacra *Sunonalia* dicata Junoni Reginæ, sequenti ritu, vt marginati tradunt. Ab æde *Apollinis* duæ *albæ boves* fœminæ in Vrbem erant deductæ per portam Carmentalem, post eas portabantur duo signa Cupressea *Iunonis Reginæ*: tum viginti septem virgines indutæ longibus vestibus ibant canentes carmen in laudem Junonis Reginæ: virginum ordinem sequebantur decem viri, *coronati, laurea*, prætextatique, sic pomposè pergebant per forum Jugarium, virgineſque sonum vocis pulsu pedum modulantes incedebant, vsque ad ædem Junonis Reginæ. Ibi decem viri immolabant duas hostias, & simulacra cupressea in ædem collocabant.

Sunonalia.

Lazius lib. 10. cap. 10.

Hospin. cap. 12.

Livius lib. 7. decada 3.

402 Hoc igitur die, deliramentis gentilitatis opponimus nostratum Heroes illustres *Revocatus*, *Saturninus*, & *Eubulus*, qui strenuè pro Christo pugnarunt, laureamque obtinuerunt martyrii, ad quam palmam pervenerunt *Perpetua*, & *Felicitas*: cum quibus cœlitibus sociati *Pauli* duo, & alter *Gaudiosus*: necnon & *Thomas Aquinatis*, *Virgo* purissimus, lumen ingenii, Doctor Angelicus Ordinis Prædicatorum, nobilitate generis, vitæ sanctitate, & Theol. scientia maximè illustris. Pro iis igitur aliisque hodiernis cœlitibus vere ad sacra spectacula vetorum, vt die 28. Februarii, vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis: quibus & vertendo Dionysia ad sacra, vt die 5. hujus mensis, poteris accomodare facilimè Themata alia, ex dictis citato dio à num. 390. Tandem si vt dixi hoc die oritur *Pegasus*, & Stellæ sunt (Geminiano teste) *puræ*, *altæ*, *sphericæ*, *pulchræ*, *virtuosæ*, *luminosæ*, & *speciosæ*; hinc habes plura Themata, & pro Doctore Angelico, & pro aliis hodiernis cœlicolis, cujus ortus in Cœlo ab Ecclesia celebratur.

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7. & 8.
9.
10.
11.
Gemin. lib. 1. cap. 75.
12.
13.

DIES VIII.

403 Hic dies, qui & 8. Idus Martii, *Faustus* notatur in Kal. Masciano.

A.D. 67.

Dies 9. *Ludorum votivorum*, ex dictis cum Rosino, & Beyerlinc vltimo die Februarii.

Dies 8. *Anthesteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex S. Augustino citato num. 382. & Hospiniano de Festis cap. 11. fol. 70.

Dies *Ater*, ex Macrobio, Bungio, Alex. ab Alex, & alii. Vide dicta num. 49. Masculum, & Beyerlinc hoc die.

Dies à Græcis sacratus *Neptuno*, ex dictis cum Plutarcho, & Gyraldo citato numero die 8.

Quem diem ipsi Græci dicabant *Theseo*, ex Roman, & Alex. ab Alex. & ex Masculo *Vulcano*, vt dixi citato num. & die.

Quo & die *Corona oritur*. Ita Ovidius in Fastis, & Rosinus lib. 4. cap. 4.

404 Sumus in die 8. Martii, quo numero octavo Pythagorici nocabant *Librum*, ex dictis num. 350. quod signum juxta ordinem naturalem in zona Zodiaci est septimum, & *aqueum*, *masculinum*, *diurnum*, *rectum*, & *aereum*. Tres hujus signi facies refert Anglicus: 1. *Lunæ*: 2. *Saturni*: 3. *Jovis*. In primo gradu *Libræ* oritur *Leo*; in vigesimo secundo *Corona*; & in trigesimo primo oriuntur *Hyades*. Depingitur signum *Libræ* instrumento ponderandi: quia Sol existens in illa parte Cœli, quæ dicitur Libra, dies, & noctes æquales efficit, & similes, secundum S. Isidorum constatque Stellis octo, vt omnia notant marginati. Vide dicenda die 12. Septembris, num. 1275.

Libra.

Anglicus lib. 8. cap. 16.

Chaves tract. 2. tit. 31.

Gemin. lib. 1. cap. 31.

Pictura.

405 Hic dies, veteribus jam Ater, jam Festivus, & Faustus, ver Faustus sic nostratibus, qui fausté martyrii lau-

ream

ream percepérunt; vt *Philemon*, & *Apollonius*, ac alii plures, cum quibus ad eandem martyrii lauream pervenère *Arianus*, & socii, qui pro Christo in mare demersi, delphinorum obsequio, eorum corpora ad litus fuère delata: cum quibus gloriam adepti præclari Antistites *Cyrillus*, *Julianus*, & *Felix*, cum *Beata*, *Felicitate*, ac Viterbiensi *Rosa*, ex Tertio Minoritico viridario; quæ ab ipsa primum infantia omni virtutum genere fuit ornata, prophetiæ dono prædita, nec dum octavo supra decimum expleto anno migravit ad sponsum clara miraculis: cujus corpus usque hodie flexibile, & mirabiliter incorruptum perseverat, illiusque celebris translatio die 4. Septembris colitur. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra spectacula verum, vt die vltimo Februarii. Tum & Dionysia, vt die 5. hujus mensis: vnde habes plura Themata hodiernis cœlicolis adaptanda. Quod si *Rosa* adumbrat Sanctos, & est *spinosa*, *parva*, *medicinalis*, virtute *maxima* in flore: tum & est *alba viridis*, & *rubea*, ex qua (Anglico teste) fit aqua rosacea, *odorifera*, *nobilitans* spinam suam *odore*, & *decore*, tenens inter flores pricipatum, vt totum marginati notant; hinc plura Themata pro hodiernis cœlicolis poteris adaptare, & præcipuè pro S. Viterbiensi *Rosa*, cujus admirandam integritatem vidi, admiravi, & veneratus fui, suo in Cœnobio Viterbiensi: in quo ipsi cantatur sequens *Antiphona*, ex qua plura Themata pro ipsa poteris efformare:

Martyrol. Rom. Baron. ibid. Martyr. Francisc.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
7.
6.
8.
9.
10.
11.
12.

Bernh. in Reg. lib. 12. cap. 133.

Anglicus lib. 17. cap. 136.

13.
14.

15.

Salve Rosa *charitatis*,
Sacrum lilium *puritatis*,
Rarus flos *virginitatis*,
Rosa insignis pietatis,
Ora pro nobis Dominum.
Gemma *lucens pauperiatis*,
Rosa *rubens charitatis*,
Martyr *desiderio*.
Vas *totius puritatis*,
Speculum *castitatis*,
Viterbiensium gloria.
Decus *Morum*, *& Minorum*,
Suscitatrix *mortuorum*.
Prædicatrix *verbi Dei*,
Extirpatrix hæresum,
Tu forma *sanctitatis*.
Rosa beatissima ora pro nobis.
Intercede pro nobis ad Dominum Jesum Christum.

DIES IX.

406 HIc dies, qui & 7. Idus Martii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 68.

Dies 10. & vltimus *Ludorum votivorum*, ex dictis cum Rosino & Beyerline vltimo die Februarii.

Dies 9. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum*, extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex Hospiniano de Festis cap. 11. fol. 70. & S. August. citato num. 382.

Quo die *Ancilia arma Romæ mota*. Ita Vet. Kal. & cum eo Beyerline, & Masculus in Fastis hoc die.

Dies à veteribus destinatus *urbanis rebus*, & *nundinis*, ex Alex. ab Alex. & ipsum diem Thusci vocabant *Nonas*, quo die de propriis negotiis regem consulebant, vt cum Alciato Calà observat, & dixi supra num 49. dic 9.

Quo tandem die sacrificabant *Soli*, ex dictis citato numero in fine: *Igni*, ex dictis die 9. Februarii: *Laribus* ex dicendis die 1. Maii, & *Belo*, ex dicendis die 16. Decembris.

Ludi Martiales, alias *Salaria*, & iterati pridie Idus. Ita Lazius lib. 10. cap. 10. fol. 1000.

407 Sumus in die 9. Martii, quo numero nono Pytagorici notabant *Scorpium*, ex dictis num 350. quod signum juxta ordinem naturalem est octavum, & constat Stellis 21. Estque signum *fœmineum*, *aqueum*, *frigidum*, *fixum*, *rectum*, & *nocturnum*. Ingreditur *Sol* communiter in hoc signo die 23. Octobris, & juxta Abumazar, in 2. gradu *Scorpionis* oriuntur *Hyades*, & in 22. occidunt *Pleiades*. Tres facies huic signo assignant: 1. *Martis*: 2. *Solis*: 3. *Veneris*. Depingitur figura *Scorpionis*, quod est animal ore lambiens, cauda valdè pungens; & hujus animalis figura hoc signo depingitur: quia *Sol* existens in hoc signo declinat, & minus calefacit aëra: vnde aër distemperatus citò lædit, & pungit corpus, vt S. Isidorus, Anglicus, & Chaves observant. De Scorpione plura dicam infra die 6. Maii, num. 628. vbi & has tres facies christianizatas invenies. *Scorpius.* Anglicus lib. 8. cap. 17. Chaves tract. 2. tit. 32. Pictura.

408 Dixi quòd hoc die erant Romæ *mota arma Ancilia*. De *Ancilis* egi die 1. hujus à n. 354. Dictis addo, quòd *Ancile*, seu *Ancilium* scutum rotundum est. Numaque duodecim præfecit *Salios* custodes *Anciliorum*, quos elegit ex ordine Patricio, qui *Marti* sacra in Palatio celebrarent: vnde & *Palatini* *Ancylia.*

fuerunt

Digitized by Google

fuerunt appellati. His (teste Dionysio Halicarnaseo) erant saltatores, & laudatores Deorum præsidum belli, & festum hoc *Anciliorum* à *Saliis* factum incidebat in *Martium*, agebaturque publicè *per aliquot dies*, vt observat citatus Rosinus, quot forent, non invenio, & forsàn erant *novem*, ac veteres in fastis expresserunt solum primum & vltimum. Per quos dies *choreas* ducebant totam per Vrbem, vtque in forum, & Capitolium, ac alia loca tam publica, quam privata, ritu relato supra num. 355. cœtus *Saliorum* dicebatur *Collegium*, quibus, qui præerat vocabatur *Magister Saliorum*, qui & canebant carmina in Deorum honorem. Fueruntque & *Virgines Saliares*, quæ in Regia cum Pontifice sacrificabant, in modum Saliorum, vt Rosinus cit. notat.

Rosin. lib. 3. cap. 20. Dion. Hal. lib. 2.

409 Hòc igitur die, quo veteres arma, seu Ancilia movebant, longè tutius moverunt arma nostrates, vt heroes illi *Quadraginta* martyres, qui scuto veræ fidei armati, in stadio arma spiritualia moverunt, quousque pervenerunt ad palmam. His adjungunotur ad coronam gloriæ *Gregorius* magni Basilii frater, *Methodius*, *Cyrillus*, & Patianus, vir vita, & sermone conspicuus, & Barchinone in citeriore Hispania multum floruit. Is primum in matrimonio sanctam vitam agens, ex legitimo toro filium habuit nomine Dextrum; deinde Patianus propter suas singulares virtutes Barchinonensium Episcopus creatus fuit, & senio jam confectus hoc die migravit ad Dominum, quo etiam die ejus festum Barchinonc solemniter celebratur. Istis associatur Sancta *Francisca* Romana, quondam alumna in Tertio Franciscano Ordine; qui omnes spiritualia arma perbellè movère vsque ad assequutionem gloriæ. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra spectacula veterum vt die vltimo Februarii: tum & Dionysia, vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Quod si Scutum, seu *Ancile* adumbrat *Fidem*, *Crucem*, *Protectionem*, *Auxilium* supernum, *Passionem* Christi, *Tutelam*, & *Sanctos*, vt observant Mundus Symbolicus, & Novarinus marginati, verte Ancilia veterum ad sacra, & per Scutum hodiernos Sanctos encomia: vnde pro ipsis plura Themata poteris efformare.

Martyrol. Rom. & Franciscan. Eccl. Barchin. in Offic. S. Patian. Episcopi.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

Mundus Symb. lib. 22. cap. 17. Novarin. lib. 2. Elect. Sac. num. 735.

DIES X.

410 Hic dies, qui & 6. Idus Martii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 69.

Dies 10. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiarum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex dictis cum S. Augustino cit. num. 382. & ex Hospiniano cap. 11. fol. 70.

Quo die Græca juventus agebat *Ludos Olympicos*, *cursu*, *saltu*, & *disco*, extensos per dies *quinque*, & victor coronabatur *olea*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49. die 10. & 30.

Ad hunc diem referunt aliqui *Mysteria magna* acta hoc mense, & die dicata *Baccho*, cui & dicabant *parna*: ita vt *Parua* antiquiora celebrarentur in agro, *Magna* posteriora in Vrbe. Ita aliqui apud Hospinianum de Festis cap. 11. qui hæc refert acta die 12. quamquam alii velint acta hodie. *Mysteria magna.*

Apud Græcos *Nestea celebritas*, in qua jejunium servabant. Ita Gyraldus Synt. 17. fol. mihi 423. cum Æliano lib. 5. variarum histor. qui narrat: quòd cum Romani obsiderent Tarentinos, & fames fecisset expugnabiles, Rhegini decreverunt, *decimo quoque die mediam sustinère*, & Tarentinis alimenta permittere. Id cum fecissent Tarentini ab obsidione liberati, & calamitatis memores festum hoc instituerunt *Nestea*, ideſt, *Iejunium* nuncupatum, & forsan actum decimo die cujusvis mensis, quamvis hoc non ita expressum in authoribus reperiam. *Nestea.*

Dies *Triumphalis*: quia C. Luctatius Catulus navalem *triumphum egit*, ob victoriam partam de *Carthaginensibus*. Et C. Manlius Torquatus de *Sardis*, vt cum aliis observant Beyerline, & Masculus hoc die. *Origo.*

411 Sumus in die 10. Martii, quo numero Pytagorici notabant signum *Virginis*, ex dictis num. 350. quod signum juxta ordinem naturalem est inter signa Zodiaci sextum, & *terreum*, *fœmineum*, *frigidum*, *nocturnum*, *dextrum*, & *rectum*. Ingreditur Sol in hoc signo communiter die 24. Augusti. Depingitur à Poëtis, figura *Virginis discalceatæ*, *alatæ*, gestantis in capite *coronam*, & manu dextera *spicas*: quam imaginem opinarunt fuisse *Cereris* inventricis sementis, & collectionis frugum. Imago constat Stellis 26. per quas concinnatur hoc signum, ait Chaves. Observarunt stronomi, inter Persas, Chaldeos, & Ægyptios, vulgatum haberi signum *Virgo.*

Anglicus lib. 8. cap. 15. Chaves tract. 2. tit. 30.

Pictura. 1.

Virgi-

Virginis, quandam esse figuram variis concinnatam Stellis, quam describebant, *puellam pulcherrimam* teneræ ætatis, vultu *venustam*, habitu *honestam*, crinibus *oblongis*, & protensis, in Solio Regio, ac magnificè exculto, *habentem* in gremio *puerum* elegantem, & manu *tenentem spicas*, vt Castel refert. Hunc signo tres assignarunt facies: 1. *Solis*: 2. *Veneris*: 3. *Mercurii*. Dicturque *Virgo*: quia virgo sterilis est, & sine fructu: sic Sol intrans eam partem Zodiaci, quæ vocatur *Virgo*, suo calore humorem consumit, & sic terram à fructu sterilem facit, vt Anglicus observat. Vide alia de hoc signo die 9. Septembris, num. 1261.

Albumas. lib. 1. cap. 6. Thomas Radin. pag. 33. Francilog. Sac. lib. 1. n. 177.

412 Hoc igitur die, quo inter alia delirabant Veteres suis in prophanis triumphis, iis opponimus veros nostratum triumphatores, vt *Alexander*, & *Victor* ipse, ac præterea *quadraginta duo* in Perside laureati: quibus ad eandem martyrii lauream associantur *Dionysius*, *Cyprianus*, *Anectus*, *Paulus*, *Crescens*, & *Codratus*, hic stupendo spectaculo pro triumphali curru habuit nubes: enim post ortum emortua matre, cum lacte careret infans, mirè in altum à nube evehebatur, ibique divinitus pascebatur, de loco in quo passus fuit pro Christo fons erupit, vt refert Masculus. Quare verte ad sacra triumphos Veterum classes, colores, & Coronas, vt die 5. & 20. Januarii, ac die 3. Junii in fine: vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Pro quibus & verte ad sacra Dionysia dicata Baccho: vnde alia habes Themata, ex dictis die 5. hujus mensis à num. 387. & num. 391. vbi invenies Bacchi picturas, coronas, & tributa ad sacra versa. Tandem si hoc die delirabant Veteres Græci suis in Ludis Olympicis cursu, saltu, & disco, habes & per hos versos ad sacra alia Themata, die 10. Januarii, ac 30. Julii, à num. 1058. adaptanda cœlicolis hodiernis.

Martyrol. Rom. Mascul. in Fast. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

DIES XI.

A. D. 70.

413 Hic dies, qui 5. Idus Martii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 11. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*. Ita Hospinianus cap. 11. fol. 70. & S. Augustin. citat. num. 382.

Dies 2. quo Græca juventus agebat *Ludos Olympicos*, &c. ex dictis cum Calà die præcedenti.

Dies sacratus *Ictui* à Pytagoricis, quo agebant *Silicernium*, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 11.

Quo die, Græci agebant *Pithoegia* sacra *Baccho* dicata, in quo dolia primo relinebant, & nova vina gustabant, primitiasque novi vini libabant *Baccho*. Ita Hospinianus de Festis cap. 11. fol. 73.

Pithoegia.

Ritus.

Quo & die, *Græca sacra Romæ subobscura luce* fiebant. Ita Beyerlinc in Theatro V. H. hoc die, & Masculus.

Dies *Triumphalis*, quo L. Cornelius Scipio *triumphum egit* de Pennis, Sardinia, & Corsita, anno Vrbis 494. Ita Goltzius, Beyerlinc, & Masculus hoc die.

414 Sumus in die 11. Martii, quo numero vndecimo Pythagorici notabant signum *Piscis*, ex dictis num. 350. quod signum juxta ordinem naturalem est inter Zodiaci signa duodecimum, & est *fœmineum*, *aqueum*, *frigidum*, *dextrum*, *bicorporeum*, & *nocturnum*. Ingreditur Sol in hoc signo communiter die 19. Februarii. Depingitur à Poëtis per duos *Pisces*, & imago constat stellis 34. Tres facies hujus signi refert Anglicus: 1. *Saturni*: 2. *Iovis*: 3. *Martis*. Addit cum Albumaz. quod in 3 gradu hujus signi oritur *Virgo*: in gradu 12. *Libra*: in 19. *Cancer*: ac in 23. oriuntur *Orion*, & *Aquarius*. Dicitur autem hoc signum *Piscium*: quia tunc temporis calore Solis ascendente, & humores dissolvente, solent pisces effundere semen suum, & fit piscium generatio, ex S. Isidoro. Hæc Anglicus, & Chaves, qui addit hoc signum dominare super colores *viridem*, & *album*.

Piscis.

Anglicus lib. 8. cap. 21. Chaves tract. 2. titul. 36.

Pictura.

415 Cum simus in die 11. Martii, & anni Romanorum 70. die; noto de numero *septuagenario*: quòd hic numerus significatur Hebraicè per literam *Ain*, quæ interpretatur *fons*, vel *oculus*; Græcè per literam, O, & Latinè sic LXX. vel sic 70. Frequens est hic numerus in Scriptura Sacra, quo significatur *vita præsens*, *pœnitentia* perfecta, *observatio* Decalogi, & Legis Evangelicæ, *scientia* vera, *gratia* Spiritus Sancti, æterna *requies*, septuaginta *palmæ*, ideſt, *discipuli* missi ad prædicandum, *captivitatem* Babylonicam, & alia plura, vt videre poteris apud Bungium de hoc numero.

Numer. 70.

Bung de n. 666. fol. 625. Genebrard. in Psal. 118.

416 Triumphis veterum, hoc die actis, meritò opponimus nostratum Triumphatores veros, vti fuere *Heraclius*, & *Zosimus* martyres Carthaginenses: *Candidus*, *Piperion*, & alii vi-

gin i

Martyrol. Rom. & Franciscanum hoc die. Vvading. to. 6. an. Relig. 236. num 15. & 16. Chronol. Ant. cap. 25. Epit. Ditæ §. 20.

ginti passi pro Christo Alexandriæ: quibus associatur ad constantiam *Firmus*, & ad puritatem *Candidus*, ac ad perpetuam benedictionem præsul Medionalensis *Benedictus*. Cum iis associatur ad coronam gloriæ, ex Clarissarum Ordine *Catharina* Virgo Bononiensis, perfectione vitæ, & observantia Monastica insignis, supernis visionibus, ac crebris miraculis illustrata, grandæva ætate dum sumebat Eucharistiæ Sacramentum *pulcherrima* videbatur: pos mortem *nitebat* eodem colore, ac si juvenili floreret ætate. Tumulata à sepulchro *radii Solares* prodierunt, cujus corpus vsque nunc *integrum* perseverat; è sepulchro eductum suavem *spiravit* odorem, variis motibus, & signis *ter sacrum adoravit Sacramentum*, aucta fragrantia *sudorem emisit*, ac stupendo miraculo visum fuit *varios subire colores*. Omnium patuit conspectui, *pallenti* aliquando facie, aliquando *rubenti*, & etiam *calenti*; tum & *sanguinem emittere, capillos, & vngues excrescere*, vt Vvadingus, & alii marginati tradunt. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Triumphos veterum, Dionysia, ac Ludos Olympicos, vt remissivè præcedenti die: vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Et cum inter alios Sanctos hoc die veneremur *S. Catharinam* stupendam prodigiis, nuper inter Sanctos solemni ritu conscriptam, quam Dei Genitrix Maria per visum patri prænuntiavit, *veluti fulgentissimum Solem nascituram* (vt in Officio Ecclesiastico, ait Minoritica Ecclesia), Solque adumbret Sanctos: enim *Iusti fulgebunt sicut Sol*. Hinc nos, non vt cæca Gentilitas, quæ sacra hodie fiebat obscurè, & clam; sed clarissima luce hodiernos veneremur Sanctos, per Solem luminare majus. De quo Ecclesiasticus: *Sol in aspectu, annuntians in exitu, vas admirabile, opus excelsi*: vnde per verba *Annuntians*, *Vas* admirabile, & *Opus* excelsi, habes alterum, Thema pro hodiernis Sanctis, & præcipuè pro S. Catharina Virgine Bononiensi, Ordinis Sanctæ Claræ insigni ornamento.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

Offic. Eccl. hoc die.
Matth. 13. v. 43.

Eccl. 43. v. 2.

17.

DIES XII.

A.D. 71.

417 Hic dies, qui & 4. Idus Martii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 12. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*. Ita Hospin. de Festis cap. 11. fol. 70. & S. August. cit. num. 382.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute *cursu*, *saltu*, & *Disco*, ex dictis cum Cæsare Calà die 10. hujus mensis.

Choon.

Apud Athenienses festum *Choon* nuncupatum, *Baccho* dicatum: vnde & ipsum nominatum *Coopetes*. Fuit *Choon* mensura capiens *sextarios sex*. Ad quod festum Athenienses se expiabant, & *coronati* accedebant, ac vini *Choam* singuli apponebant; sicque litabant *Baccho*, & magna celebrabant convivia. Ita Hospinianus citat. fol. 73.

Mysteria.

Mysteria magna acta in honorem *Bacchi*, aliqui referunt ad diem 10. vt ibi dixi. Hospinianus ibi adductus ad hunc diem. Quare autem hæc sacra dicta *Mysteria* tradit Gyraldus syntag. 17. à fol. mihi 437. quia Sacerdos, vel præco publicus *silentium* indicebat, jubebatque sacris favere, & attentos esse: vnde dicta *Fida silentia*, aut Græcè *Mysteria*, quia silentio acta; ne vox obstreperet, ne ve quid triste audiretur: aut dicebantur hæc sacra Græcè *Mysteria*, quia *secluſa*, & occultè acta, vt cum aliis totum tradit Gyraldus.

Quo die Romæ *Ludi Palii*, sic à *Palio* nuncupati, & acti ab equitibus Romanis currentibus in equitibus ad littus Tiberis. Quos Ludos alii referunt ad sequentem diem 13. Ita Roman de Rep. Gentil. lib. 2. cap. 18.

Dies *Triumphalis*, ob triumphum partum à C. Flaminio, & P. Furio Coss. de *Gallis*, & *Ligu ribus*, vt ex Livio observant Beyerline, & Masculus hoc die.

Piscis.

418 Sumus in die 12. Martii, quo num. *duodecimo* Pythagorici significabant *signum Geminum*, ex dictis num. 350. quod signum inter signa Zodiaci, juxta ordinem naturalem est primum, & *æreum*, *masculinum*, *mediocre*, & *diurnum*. Tres facies hujus signi assignat Anglicus: 1. *Iovis*: 2. *Martis*: 3. *Solis*. Additque cum Albumas quòd in 1. gradu hujus signi oriuntur *Hyades*, & post *Echites*, & *Aquila*: ac in gradu 15. *Delphinus*. Depingitur in forma duorum puerorum, se amplexantium brachiis, & habentium in fronte duas Stellas. Hi gemini secundum Poëtarum fabulas, fuerunt *Castor*, & *Polux* fratres veterini, de quibus vnum possedisse Cœlos, alterum inferos fabularunt, vt referunt Anglicus, & S. Isidorus. De quo signo plura dicam die 19. Maii à num. 687.

Anglicus lib. 8. cap. 12. Chaves tract. 2. tit. 17. Pictura.

Trium-

Digitized by Google

419 Triumphis hodiernis veterum opponimus noſtratum veros triumphatores, præclaroſque Martyres *Theophanem*, *Mamilianum*, *Petrum*, *Egdunium*, & alios *ſeptem*. Opponimus & *Bernardum* Capuanum præſulem, ac Magnum *Gregorium* Papam, & Eccleſiæ Doctorem eximium. Pro iis igitur, aliiſque hodiernis cœlitibus verte ad ſacra Ludos Veterum claſſes, colores, & coronas, vt die 5. ac 20. Januarii, & die 3. Junii in fine, vnde habes, plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Pro quibus, & verte ad ſacra Dionyſia, vt 5. die hujus menſis à num. 387. vbi invenies picturas, coronas, & tributa Bacchi ad ſacra verſa, & faciliter pro hodiernis accomodare poteris Sanctis: pro quibus & verte Ludos Olympicos, vt diebus 10. Januarii, & 30. Julii. Tandem cum Veteres *Bacchum* putarent *Oſiridem*, & Solem ex dictis die 5. hujus num. 386. & hæc vertimus ad ſacra pro Sancto Gregorio, vt per *Solem* encomietur. *Lucens* doctrina, *Splendens* exemplo, *Magnus* dignitate, meritis prodigiis. Tum & *Sol*, *Sal*, ac *Civitas* ſupra montem poſita: ac Magnus *Nobilitate*, *Virtute*, *Sapientia*, *Dignitate*, *Miraculis*. Qui tanta fuit humilitate præditus, vt cum precibus non poſſet ſuam in ſummum Præſulatum electionem vitare, nec palam portas Vrbis exire, mutavit habitum, & ex Vrbe fugiens triduo latitavit, cavernarum latibula requiſivit. Cumque ab omnibus ſumma ſolicitudine quereretur, indicio *columnæ fulgidæ* ſuper ſe jugiter è Cœlo deſcendentis, agnoſcitur, capitur, trahitur, & apud S. Petrum Summus Pontifex conſecratur, vt marginati notant.

Martyrol. Rom. Baronius hic.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.

Petrus de Nat. lib. 3. cap. 192. Papebroch. in Acta SS. hoc die fol. 145.

420 Fuit olim Romæ *lactaria columna*, vt Alex. ab Alex. refert, *in qua deponebant infantes lacte alendos*. Verte & hæc ad S. Gregorium, qui verè ſunt myſtica columna *Lactans*, *Subveniens*, *Suſtentans*: vnde habes pro tanto Doctore alterum Thema. Dictis addo, ex Novarino, rem mirabilem de *columna*. Cum Paulus appuliſſet Rhegium, & ſilentium tantiſper popoſciſſet, donec exigua *candela* affixa *columnæ*, cui naves in portu alligabantur, abſumeretur. *Paulo* concionem protrahente, divinitus factum fuit, *vt columna ipſa candela vices ſubiret*, *& arderet*, quo miraculo Rhegienſes ipſi ad fidem Chriſti converſi ſunt: quin & ægris ſanitatem pulvis *columnæ* hauſtus conferebat. Huc ſpectat Hymnus, qui à Rhegienſi Eccleſia canitur ſic:

Alex. lib. 12. cap. 12. Novar. in ſched. lib. 11. cap. 11. num. 86.

Ave columna nobilis
Electro, & auro ditior,
Illaque Moyſis ignea,
Columna fortunatior.
Quod ore Paulus prædicat,
Te fulgurante comprobat:
Te conflagrante, Rhegium
Chriſti fidem complectitur.
Te palma tangens languida
Senſit medelam cælicam:
Hauſtuſque pulvis illicò,
Ægris ſalutem contulit.

Hucuſque Novarinus, quæ tu attende, & proportionatè accommoda Sancto Gregorio, juxta dicta, & à probatis authoribus narrata de vita tanti Doctoris.

DIES XIII.

421 Hic dies, qui & 3. Idus Martii *Endoterciſus* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 72.

Dies 13. *Antheſteriorum*, ſeu *Dionyſiorum* extenſorum per totum menſem in honorem *Bacchi*. Ita Hoſpinian. cit. cap. 11. fol. 70. & S. Auguſt. citat. num. 382.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, *curſu*, *ſaltu*, & *diſco*, ex dictis cum Calà die 10.

Quo die Romæ repetebantur *Equiria*, apud Tiberim, aut ſi aquæ increverant apud montem Cœlium. Ita Ovidius in Faſtis, Gyraldus de menſibus fol. 611. Roſinus lib. 4. cap. 4. & Hoſpinianus cap. 10. fol. 66. De quo feſto egi die 27. Februarii.

Ipſo hoc die *Iovi cultori* ſacrum Romæ. Ita Vet. Kal. & Beyerline hoc die.

Ad hunc diem refert Roman *Ludos Paliorum*, ſic vocatos à *Palio*. Ita tom. 2. lib. 2. cap. 18.

Quo die, & ſacra *Iovi Opt. Max.* Ita Lazius de Rep. Romanorum lib. 11. cap. 3. fol. 1036.

422 Joves plures ſibi finxit cæca Gentilitas, quibus plura tribuit cognomina, & attributa. Sedens Jovis ſtatua fingebatur, infernè *tecta*, ſupernè *nuda*, tria *mala* geſtans, læva *ſceptrum* tenens, dextera *aquilam* porrigens: qua pictura innuere ſolebant, qua ſedens *ſtabilitatem*, qua nuda *conſpicuum*, qua tecta *ignotum*, qua tenens ſceptrum *potentiam*, qua porrigens aquilam *imperium*, qua tria *mala* geſtans mundum tribus climatibus diſtinctum indicans, vt refert Novarinus. Iovis. Pictura. Novar. in ſched. lib. 3. cap. 29.

423 De Equiriis dixi die 27. Februa-

Digitized by Google

bruarii, dicamque sequenti die 14. Dicabantur, *Equiria Martis*, & ab equorum cursu, per Nobiles Romanos sacra vocabantur *Equiria*, vt supra dixi, magnaque solemnitate agebantur. At, nobis hoc die in veneratione veniunt nobiles currentes, inclyti martiales Christi Martyres, vt *Nicephorus*, *Rudericus*, *Salomon*, *Macedonius*, ac *Christina*, *Modesta*, & *Arabia*, qui omnes consummato martyrio cœlitibus associati: quibus adjungitur ad lauream virginitatis, & gloriæ *Euphrasia* conspicua virgo. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Dionysia, vt die 5. hujus mensis, vnde per picturam, coronas, & tributta Bacchi, habes Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Quibus & accommoda Ludos Olympicos ad sacra versos, vt in diebus 10. Januarii, & 30. Julii. Inter alios Sanctos hujus diei, quædam vocatur *Arabia*, quæ pro Christo igni tradita martyrium complevit: quare noto quòd est quædam Provincia Asiæ vocata *Arabia*, & est ferax *myrrhæ*, *balsami*, & *cinnammomi*, in qua & nascitur avis *Phenix*, ac triplex *Sardonyx*, multæque gemmæ inveniuntur, quæ Provincia *Sacra*, *Thurifera*, ac *Beata* nuncupatur, ex Anglico, & S. Isidoro: vnde habes Thema pro hodiernis Sanctis. Insuper & picturam Jovis num. præcedenti adductam verte ad sacra, & per eam ibi expositam, juxta relata à Novarino, hodiernos Sanctos encomia *Stabiles* in fide, & virtute vsque in finem: *Tectos* superno Dei auxilio: *Conspicuos* puritate vitæ: *Nudos* à passionibus terrenis, vti veri Christi Athletæ pugnatores, triumphatoresque vsque in finem. Tria gestabat *mala punica*, quæ & *rubea* sunt, & martyres symbolizant, ait Scotus in cant. 7. v. 12. addens florere Martyres *tripliciter*: 1. *Desiderando* martyrium: 2. ad eum se *offerendo*: 3. voluntariè martyrium *sufferendo*, sicque mala punica martyrum florere in Dei Ecclesia: vnde pro hodiernis martyribus alterum habes Thema.

Martyrol. Rom. & Baron. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

Anglicus lib. 15. cap. 4.
S. Isidor. lib. 15.

10.

11.

12.

DIES XIV.

A.D. 73.

424 Hic dies, qui & Pridie Idus, *Nefastus primò* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 14. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum*, extensorum in honorem *Bacchi*, per totum mensem. Ita Hospinianus de Festis cap. 11. fol. 70. & S. Aug. cit. num. 382.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, actorum à Græca juventute *cursu*, *saltu*, & *disco* ex dictis cum Calà die 10.

Quo die *Ludi Martiales* alias *Salaria* iterati, ex dictis cum Lazio die 9. hujus mensis.

Ipso hoc die *Equiria* iterata, aut *Ludi equestres*, apud veteres Romanos. Ita Rosinus lib. 4. cap. 7. & Kal. Maffeianum.

Festum dicatum *Annæ Perennæ*, actum Romæ, in quo festo conjuges cum liberis in agris læti convivia peragebant, vt Ovidius notat, quod festum ad diem sequentem referunt plures ibi citandi. Ad hunc autem diem hoc festum refert, cum Ovidio Beyerlinc hoc die.

Dies *Triumphalis*, ob triumphum actum à M. Val. Coruo, Cons. partum de *Calenis*, V.C. anno 418. Ita cum Livio, & Beyerlinc hoc die.

425 *Equiria* festa plura fuerunt apud Gentiles, vt in Januario die 28, in Februario die 27. in Martio hoc die 14. & in Aprili dicam die 18. De authore, dedicatione, ritu, & loco *Equiriorum* dixi præfato die 18. Februarii num. 163. Advertit Tamayus marginatus, cum Belenguero, discrimen, inter hos *Ludos Equirios*, & præcedentes, scilicet, quod illi fuerunt pro *equitatus lustratione*, & isti, *vt equitum numerus compleretur*.

Equiria.

Rosin. lib. 4. cap. 7.

Tamay. hoc die, fol. 6. tom. 2.

426 At, si vetus Roma dicabat hunc diem in suis *Equiriis*, in honorem Martis, nova Roma ritè, & religiosè celebrat veros Martiales, pro Christo sub Nerone gladio consumptos, Martyres *quadraginta septem*: quibus ad eandem martyrii lauream associantur Petrus, & *Aphrodisius*, sub Vvandalis passi: ac Monachi *duo* à Longobardis in arbore suspensi, in qua, licet defuncti, ab hostibus ipsis, stupendo miraculo, auditi sunt psallere. His adjungitur ad coronam gloriæ *Mathildis* Regina, humilitate, & patientia celebris. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra Dionysia, vt 5. die hujus: vnde per picturam, coronas, & tributta Bacchi, habes Themata iis adaptanda cœlicolis: quibus & accommoda Ludos Olympicos christianizatos, vt die 10. Januarii, ac 30. Julii; vnde & pro ipsis habes alia Themata. Et cum hic dies foret triumphalis, verte ad sacra triumphos veterum, classes, colores, & coronas, vt die 20. Januarii, à num. 132. vnde habes alia Themata

Martyrol. Rom. Baron. hic.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.

Digitized by Google

mata hodiernis adaptanda Sanctis. Si igitur cœca gentilitas ſuum Martem, cui hoc die dicabat Equiria, pingebat fulgentem *clypeo*, ardentem *galea*, aureatum *thorace*, ex dictis die 18. Januarii à num. 163. verte & hæc pro hodiernis Sanctis, eos encomiando per
15. *Clypeum* fidei, *Galeam* charitatis, & *Thoracem* juſtitiæ, quibus armati virtutibus vicerunt regna, triumpharunt de Mundo, Carne, & Dœmone.

Cant. 7. v. 13. Scotus hic, lib. 10. cap. 3. Dioſcorid. lib. 4. cap. 77. 427 *Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris*: eſt Mandragora herba *aromatica*, *cujus radix formam habet humani corporis*, *mala verò ejus ſunt ſuave olentia*; ait Subt. D. idem ſentit Dioſcorides, addens duplicem eſſe Mandragoram *marem*, & *fœminam*: quibus Mandragoris aſſimilantur juſti (Scoto teſte) qui tribus in portis dant odorem: in porta 1. Sacramentorum Eccleſiæ *Prædicando*: in 2. porta virtutum
16. *Vivendo juſtè*: in 3. perfectionis ſoli Deo *Vacando*.

DIES XV.

A. D. 74. 428 Hic dies, qui & Idibus Martii, Nefaſtus primo notatur in Kal Maffeiano.

Die 15. *Anteſteriorum*, ſeu *Dionyſiorum* extenſorum per totum menſem, in honorem *Bacchi*. Ita Hoſpinianus de Feſtis cap. 11. fol. 70. & S. Aug. citatus num. 382.

Dies *Fauſtus*, *Feriatus*, & agendis rebus *Felix*, vti & alii dies Iduum. Ita Macrobius 1. Sat. cap. 15. & Bungius fol. 84.

Dies dicatus *Iovi*, cui in ſingulis diebus Iduum immolabatur *Bos*, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 13. & 15.

Dies item dicatus *Laribus*, ex dictis cum Roman, citatis numero, & diebus.

Anna Perenna. Quo die *Annæ Perennæ* feſtum agebant, quo commode annare, & perennare ſolebant Gentiles, feſtas geniales obſervando, ac largioribus poculis indulgendo. Ita Kal. Vet. Gyraldus de Menſibus, Roſinus lib. 4. cap. 7. Alex. lib. 3, cap. 18. Hoſpinianus cap. 12. fol. 78. & alii.

Ipſe dies *Patricidium* nominatus: quia hoc die Julius Cæſar à conjuratis in Senatu 23. vulneribus interfectus, anno ante Chriſtum natum 42. quare & dicta *Patricidium*, ac lege lata, vt hic dies quo Julius Cæſar fuit interfectus, in poſterum haberetur *natalis Ty-*

bis, quaſi præfata Cæſaris nece libertas Reipublicæ reſtituta eſſet. Ita Kal. Vet. Gyraldus, Roſinus, & Hoſpinianus citati. Apianus lib. 2. de bello civili, & Beyerlinc hoc die.

Dies *Feſtus* Mercatorum, & Servorum, quod feſtum & agebatur die 13. Auguſti, vt ibi dicam. Ita Gyraldus ſyntagmate 17. fol. mihi 417.

Fuit hic dies partim funeſtus, ob præfatam Cæſaris cædem, partim triumphalis lætus, & fauſtus ob *Triumphum* actum à M. Valerio, partum de *Calenis*, V. C. anno 418. Ita Maſculus in Faſtis hoc die.

Anna Perenna. 429 *Anna Perenna*, quæ à Romanis culta, cuique hoc die agebant feſtum cum maxima hilaritate, quænam Roſin. lib. 2. cap. 17. fuerit, variè tradunt. Plerique exiſtimant fuiſſe ſororem Didonis, quæ Carthagine occupata, à Getulorum rege Ovidius 3. Faſt. fugerit in Melitam Inſulam: indeque ob metum Pygmaleonis fratris navi conſcenſa fugerit in agrum Laurentum, & ab Ænea hoſpicio fuerit exceptа; ibique in ſomnis à Didone monita, Fabula. quod Lavinio vxor Æneæ ſibi pararet inſidias, ideo ſuſpectum hoſpitium nocte fugeret per feneſtram, dilapſa ad *amnem Numitium* venerit, & in eum ſe præcipitaverit. Poſtridiè quæſita clamoribus per agrum *Laurentum*, cum præter veſtigia nihil appareret vſque ad fluvium, viſa fuerit clamantibus ex fluvio reſpondere. Et hæc fuit 1. cauſa, ac Origo: quare hæc Anna, ſolemni Origo. pompa culta fuit à Gentilibus, ait Roſinus, & Ovidius per ſequentes verſus:

Sidonis interea magno clamore per agros
Queritur, apparent ſigna, notæque pedum,
Ventum erat ad ripas, ineranı veſtigia ripis,
Suſtinuit tacitas conſcius amnis aquas.
Ipſa loqui viſa eſt: placidi ſum Nympha Numici.
Annæ Perennæ latens, Anna Perenna vocor.
Protinus erratis læti veſcuntur in agris,
Et celebrant largo, ſeque diem mero.

430 Ipſe Ovidius alteram adfert Ovid. citat. cauſam hujus feſtivitatis, dicens: quod Roſin. citat. & lib 4. cap. 7. hæc *Anna* fuit vetula quædam oriunda Tamayus hoc die. & Gyrald. ſynt. 1. *Bovillis*, quæ quaſdam ruſticas placentas detulit plebi in montem, cum in ipſo monte refugiata, defecerent ipſi plebi neceſſaria victus. In cujus beneficii memoriam plebs ſtatuit, pace inita

Digitized by Google

cum Patribus, vt perenne nomen ejus coleretur: ipsaque nuncuparetur *Anna Perenna*. Quod late narrant Ovidius, & Rosinus, locis citatis. Noto cum marginatis, quòd adhuc ipsi Gentiles discrepatunt in assignando quanam fuerit hæc *Anna Perenna*; enim alique dixerunt fuisse *Annam* sororem Didonis: alii *vetulam* oriundam *Bovillis*: nonnulli *Lunam*: quidam *Athamidem*: plurimi Jo, & cæteri *Themin* somniarunt. Vide Tamayum cit.

Martyr. Rom. 431 Hoc igitur die quo in tantum Roma vetus deliravit, nova religiosè celebrat SS. Martyres *Aristobolum* discipulum Apostolorum: *Menignum* fullonem passum sub Decio: *Nicandrum* laureatum martyrio, sub Dioeletiano: ad quam palmam pervenit *Leocrita* Cordubensis virgo, & *Matrona* ancilla cujusdam Judæ, quæ cum occultè Thessalonicæ Christum coleret, & fuitivis orationibus quotidiè Ecclesiam frequentaret, à domina sua deprehensa & multipliciter afflicta, in confessione christi incorruptum Deo Spiritum reddidit. Ejus corpus primum Thessalonicæ conditum, magna ibidem populi frequentia veneratum est; postea vero à christianis acceptum, & in navi impositum, ipsis nautis, nec cogitantibus, nec volentibus, divino Consilio, vi acerbissimæ tempestatis, ad litus Hispaniæ Tarraconensis juxta Barchinonem mirabiliter asportatum fuit, modo autem collocatum est in novo Cœnobio Venerabilium P.P. Capuccinorum, intra vrbem fabricato, clarum miraculis, ac præsertim siccitatis tempore, ad impetrandam à Deo pluviam magna à civibus Barcin. veneratione colitur; Idibusque Martii (quo die ejus festum celebratur) magno totius populi Barcin. concursu, frequentatur. His, aliisque martyribus ad coronam gloriæ associantur *Zacharias* Papa *Probus* præsul, ac *Speciosus* confessor. Quo die laureatus martyrio *Longinus* miles, qui latus Domini Lancea perforasse perhibetur. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Dionisia, vt die 5. huius: vnde per picturam, tributa, & coronas Bacchi, habes Themata iis adaptanda cœlicolis: pro quibus & vertendo ad sacra tryumphos veterum, vt die 20. Januarii à num. 132. accommodare poteris alia Themata: vt, & alia per Lares, aut Larium coronas, ex dicendis die 1. Maii.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.

432 Dixi quòd hoc die fuit Longinus laureatus martyrio. De quo Longino fertur, quòd caligaverant oculi, & sanguis Christi per lanceam decurrens, casu tetigit oculos Longini, & protinus vidit clare, conversusque ad Christum, monasticam vitam duxit, & plurimos convertit ad Christum. Ab Octaviano Præside tentatus, cum idòlis sacrificare nollet, illius jussu dentes excussi, & lingua abscissa fuit. ex hoc tamen loquelam non amisit. Sed capta scuti, idòla confregit. Demones autem de idòlis exeuntes, & in aëre vllulantes in Præsidem, & ejus socios intraverunt, qui ad pedes postrati Longini, ipse liberavit omnes ab oppressione, & dæmones in desertum misit. Ingratus Præses iterum tentavit Longinum, & excæcatus fuit. Adhuc Longinum decollari fecit, sed post, acta pœnitentia Præses visum recèpit, & corpus martyris honorificè tumulavit, vt totum refert Episcopus Aquilinus citatus. De qua lancea *Longini*, qua Christi latus fuit apertum, refert Novarinus, *inventam, fuisse sub terra sancta, Andrea id revelante anno Domini* 1099. Et Guilhermus Malbesburiensis tradit, quòd post, præfata lancea vsus fuit Carolus Magnus contra Saracenos, & *sic quando in hostes vibraverat, numquam nisi victor abibat.* De Achillis lancea fabulatur Homerus tantæ virtutis fuisse, *vt vulnera suscepta non nisi tactu ejus sanari possent*, quòd Cartagena adaptat lanceæ Longini perforanti latus Christi. De quo Longino Mantuanus lib. festorum sequentia scripsit. carmina.

Tu cæcus non mente minus, quam corpore, sanctum
Lancea, & admoto pectus mucrone pepigit.
Inde cruor confusus aquis hostilia circum
In digitos lapsus tetigit cum lumina, morbum.
Sustulit, ista Deus collyria misit, vt atram
Ex animo, ex oculis fugiens Aaratia nubem
Secum ageret, vitaque daret te carnere fontem.

Cumque ex quorundam sententia *Longinus* dicatur (Cartagena cit. teste) à voce Græca significante *hastam*, sivè *lanceam*: per lanceam *Longinum* Sanctum encomia *Rectum, Constantem, Longum* merito, & *Virtuosum*. 12.

Petr. de Natal. lib. 3. cap. 201. Novarin. Sched. lib. 11. cap. 6. num. 44. & 251. Guil. Mal. lib. 1. cap. 1. de gestis. Anglor.

Cartag. lib. 12. de Vuln. Lat. hom. 2. & 1.

DIES

Digitized by Google

DIES XVI.

A.D. 75. 433 Hic dies, qui & Postridiè dus, ac dies 17 Kal. Aprilis *Faustus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 16. *Anthesteriorum*, seu *Dionisiorum* extensorum per totum mensem in honorem Bacchi. Ita Hospinian. cap. 11. fol. 70. & S. August. citatus num. 382.

Dies Romanis *Ater*, ex dictis cum Macrobio, num. 49. & ex Beyerling in Theatro V.H. hoc die.

Dies dicatus Diis *Manibus*, ex dictis cum Tiraquello, & Bungio citato numero, die 16.

Ad quem diem aliqui referunt *Argea sacra*, quæ referam ad sequentem diem, vt ibi dicemus.

Quo die in Kal. Astronomico notatur: *Scorpius medius occidit. Lysander Athenis potitus.* Ita cum Plut. Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap. 4. Fuit Lysander homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitavit, victorias reportavit, post superatus à Cononе, & prælio occisus, pauper inventus, & mortuus honoratus. Ita Calepinus V. Lysander, & Plutarcus, in ipsius vita.

Numer. 75. 434 Sumus in die 75. anni Romanorum: quare de numero *Septuagenario quinto* noto, quod hic numerus, juxta expresionem numerorum Valerii Probi significatur per litteras S. & V. enim litera, S. significat *Septuaginta*, & V. *quinque*. Quo numero 75. significantur *descendentes* in Ægyptum, ex progenia Jacobo; adumbraturque natura *sensibilis*, & *insensibilis*, *corruptibilis*, & *incorruptibilis*, vt totum Bungius notat. Bung. de num. 75. & fol. 571.

Martyr. Rom. 435 Hic igitur dies Veteribus Romanis Ater, & Infaustus, quamquam aliàs Faustus, at novis Romanis verè Faustus ob inclytas victorias partas à nostratibus, vti fuère, *Cyriacus*, *Largus*, & *Smaragdus*, cum aliis *viginti*, sub Maximiano passi, & martyrio Laureati: ad quam palmam cum omine nominis pervenerunt *Hilarius*, & *Felix*, sub Numeriano passi, vna cum *Dionysio*, & altero *Largo*. His associatur martyr nomine *Papa*, variè tortus, clavatis calceis incedere jussus, deinde arbori alligatus, migrans ad Dominum, eandem arborem, ex sterili, reddidit fructuosam. Quibus ad coronam gloriæ associantur illustres præsules, sanctitate celebres *Agapitus*, *Heribertus*, & *Patricius*. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra Dionisia, vt die 5. hujus, vnde per picturam, coronas, & tributa. Bacchi, habes Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Cumque & Argea sacra agerentur hoc die, per ea christianizata, vt sequenti die, habes Thema. Tandem & eum hoc die occidat Scorpius, habes per Scorpionem alia Themata die 6. Maii num. 628. hodiernis adaptanda cœlicolis. Inter alios cœlites colimus hoc die *Smaragdum* illustrem martyrem: quare pergo ad gemmam Smaragdum omnium gemmarum virentium principem: quæ est *viridis*, *specularis*, *micans*, oculis *gratiosa*, quæ & *curat* morbum, visum *conservat*, & debilem *confortat*, vt notant S. Isidorus, & Anglicus marginati. Vnde alia Themata efformare poteris pro cœlitibus hodiernis, eos mysticos Smaragdos encomiando. S. Isidor. lib. 16. cap. de gemm. Virid. & lib. 14. cap. 3. Anglicus lib. 16 cap. 88.

Themata.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

DIES XVII.

A.D. 76. 436 Hic dies, qui & 16. Kal. Aprilis, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 17. quo agebant *Anthesteria*, seu *Dionisia* in honorem Bacchi. Ita Hospin. de Festis cap. 11. fol. 70. & S. Augustin. citatus num. 382.

Dies dicatus *Luctui*: enim cultores matris Deorum hodie incipiebant suum *Lamentum extensum per dies decem & septem*. Ita Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. & Bungius cum eo de numero 17. in Additione. Vide dicta die 17. Februarii, num. 282. Lamentum.

Hoc die *Argea sacra* Romæ. Ita Rosinus lib. 4. cap. 7. & ex Varrone Tamayus, & alii hoc die. Argea.

Ad quem diem agebant *Agonia* cum Varrone Gyraldus de Mensibus fol. mihi 611. & Rosinus lib. 4. cap. 4. De iis sacris vide dicta die 9. Januarii, quo & hæc agebant. Agonia.

Ad quem diem refert Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18. solemnitatem *Castoris*, & *Pollucis*. Castor. Pollux.

Liberalia hoc die acta in honorem Bacchi, seu *Liberi*, quo die dabatur *toga libera* adolescentibus à pueritia egressis: ob quatuor causas, quas cum Ovidio 3. Fast. adfert lib. 4. cap. 7. Rosinus: 1. vt in agendo se gererent *fortiter*, juvenesque, & fortes viderentur: 2. vt sumerent curam commendatarum rerum, & in ipsa toga haberent velut *pignus*, & signum hujus curæ: 3. vt *signum* libertatis à parria, potestate: Liberalia.

Digitized by Google

testate: 4. vt studiosius curarent *imitari* priscos. Ita Rosin. & Ovid. cit. ac Gyraldus de Mensibus fol. mihi 611.

Ad hunc diem refert Rosinus lib. 4. cap. 4. *ortum Miluii*, sic: *Miluius oritur*. Est *Miluius* signum cœleste, quod Plinius lib. 18. cap. 26. fol. mihi 334. num. 30. vocat *Milvum*, & ejus ortum, refert ad sequentem diem 15. Kal. Aprilis, respectu Italiæ.

Dies *Triumphalis*, ob triumphum actum à M. Valerio Messala Cons. partum de *Poenis*, & siculorum rege *Hierone*, V.C. anno 490. Ita Golzius, & cum eo Bayerline, & Masculus, hoc die.

Liberalia. 437 De *Liberalibus*, & *Bacchanalibus* dictis *Baccho*, quem plura tetigi die 5. hujus mensis à num. 380. vbi & *quinque dies* continuos acta præfata prophana festa dixi num. 384. & per totum hunc mensem extensa, ex dictis cũ Hospiniano, num. 347. & S. August. citato num. 382. Ritus, Picturas, & alia adduco præfato die 5. Dictis addo, *Liberalia* dicta festa dicata *Libero*, eo quòd per totum oppidum forent in iis feriantes sacerdotes *Liberi*, hedera coronati, cum *libris*, & *foculo*, aut ignitabulo paruulo, vt sacrificarent adhuc extra templa, aut in locis in quibus non erat ara. Quo in prophano festo & *Iovi* offerebant *primitias*, & *hedera* cincti, *bove*, *melle*, & *libo*, litabant Baccho, vt observant Ovidius, & Rosinus. Quæ *Liberalia* dicta à *libo*: quia *liba*, & *mella* offerebant Libero hoc mense putant alii, apud Tamayum.

Rosinus lib. 4. cap. 7.
Ovid. 3. Fast.
Macrol. 1. Sat. cap. 4.
Tamayus hoc die.

Ritus.

438 Dixi quòd hoc die sumebant adolescentes *Togam liberam* datam à veteribus, qui distinxerunt plures togas liberas, ex quibus altera vocabatur *Pura*, eo quòd esset coloris *albi* nulla admixta purpura, quæ & fuit appellata *Virilis*, *Libera*, & *Recta*, & hæc fuit communis toga hominum privatorum: altera *Candida*, & *splendens*, ea induti *candidati* vocabantur; vtebanturque ea, qui honores petere volebant, ac in signum petitionis. Erat autem *candida* plusquam alba: nam albus color nativus est Lanæ, candidus autem, & proprie splendens est ille, qui ab arte accipit incrementum albedinis, ac splendorem, vt cum S. Isidoro Rosinus citatus advertit: altera *Praetexta*, quia ei purpura prætexta erat, & ea vtebantur, qui ad Magistratum assumpti, aut assumendi erant, eaque vtebantur Magistratus, & Sacerdotales altera *Picta* coloris purpurei, auro distincta, & à triumphatoribus gestari solita; *picta* vocata, eo quòd in ea figerentur picturæ, vt ea species ad picturæ similitudinem accederet: altera *Palmata* sic appellata à *palmis* pictis in ea: altera *Purpurea*, quæ tota purpurea erat, sicque differebat à *picta*, quæ & distinguebatur à *praetexta*: quia hæc habebat limbum, non verò purpurea. Quas Togas *triplici cinctura* cinctas assueverunt gestare, vt cum Macrobio, & aliis totum tradit Rosinus.

Toga.
Libera.
Rosinus lib. 5. cap. 32.
Macrob. 1. Sat. cap. 16.
Pura.
Candida.
Praetexta.
Picta.
Palmata.
Purpurea.

439 Fuerunt, & hoc die, Romæ *Argea sacra* à Numa instituta, ita dicta ab *Argeis*, qui cum Hercule Argivo venerunt Romam. Quæ sacra fuerunt disposita in 27. Vrbis partes, sicque diffusa per tribus vrbanas, in quas Vrbs primum distributa fuit. *Argeos* vocabant scirpeas effigies, numero 30. aut 33. ex virgulto, quas singulis annis, statutis diebus, in Tiberim deiiciebant, arasque Deorum nominibus accenso foculo dicabant, & cum irent ad *Argeos* servabant ritum, vt desectum capillum tamquam sacrosanctum vulgò atteri non sinerent, sed in *loto arbore* conspicuæ magnitudinis, quæ colebatur in ara *Lucinæ*, apponerent; quam arborem ob id vocabant *Capillatam*, vt notant Alex. & alii. *Argea* loca Romæ appellabantur, quòd in iis sepulti essent viri quidam illustres Argivorum. De iis *Argeis* sacris dicatis *Herculi* agam die 15. Maii, à num. 665. vbi & de Argeis simulacris alia tradam, ac de Hercule dicam. Fueruntque *Argea* vocata, loca sepulchrorum illustrium virorum.

Argea Sacra.
Livius lib. 1.
Varr. lib. 4. de L. Lat.
Alex. lib. 4. cap. 12.
Anglic. lib. 10. cap. 5.

Ritus.

440 Hoc igitur die, tot deliramentorum Veterum Gentilium Romanorũ, nova Roma religiosè colit *Alexandrum*, & *Theodorum* inclytos Romanos martyres: quibus ad eandem martyrii palmam associantur *plurimi* Martyres Alexandrini, cæsi à cultoribus Serapidis, tempore Theodosii Imperatoris, cujus jussu & Serapidis templum destructum, & in eo loco extructa fuit Basilica S. Joanni Baptistæ dicata. Ad eandem palmam adnumeratur *Paulus* igne combustus Constantinopoli, pro cultu SS. imaginum. His adjunguntur ad coronam gloriæ Confessores celebres *Ioseph* ab Arimathæa, qui corpus Christi Domini in monumento novo sepelivit; *Patricius* præsul Hibernus, *Agricola* Gabilonensis præsul in Galliis, cum *Gertrude* clara genere, & sanctitate. Pro iis igitur, & aliis hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Dyonisia, vt die 5. hu-

Martyr. Rom. Baron. hic.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

jus

jus: vnde per picturam, coronas, & tributa Bacchi, habes Themata hodiernis accomodanda cœlitibus: quibus & adapta triumphos veterum, classes, colores, & coronas, vt in die 5. ac 20. Januarii, vnde habes plura Themata alia. Cumque & hoc die daretur à Veteribus *Toga libera*, quæ & fuit appellata *alba*, *pura*, *virilis*, & *recta*, ex dictis num.438. serviant prophana sacris, & nos hodiernos Sanctos veneremur, laudemusque: quia his inductos togis, *Pura* fidei, *Alba* castitatis, *Recta* operum, *Virili* fortitudinis, in laborando, patiendo, & triumphando per Christum, & pro Christo, ac *Libera* gloriæ, post hujus vitæ cursum cum Christo regnando. Tandem si hoc die erant sacra *Argea*, sic nuncupata loca sepulchrorum illustrium virorum, & teste Novarino, *lectus sepulchri imago est*: hinc vertendo ad sacra, tres noto lectulos in Cantica Canticorum: 1. *Tenebrosus*, in quo jacent pœnitentes, de quo Cant. 3. v.1. *In lectulo meo per noctem quæsivi quem diligit anima mea*: 2. *Armis* circumseptus, de quo Cant.3. v.7. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt*: 3. *Floridus* de quo Cant.1.v.16. *Lectulus noster floridus*, nam vt ait Scotus, qui omnia hæc notat, circundant eum flores rosarum, & lilia convalium. Vnde per hos tres *lectulos* alterum habes pro hodiernis Sanctis Thema.

9. 10. 11. 12. 13. Novarin. in Sched. lib. 11. num.290. Scotus in Cant. à §.405. 14.

DIES XVIII.

A.D. 77. 441 Hic dies, & 15. Kalend. Aprilis, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dionysia. Dies 18. *Anthesteriorum*, seu *Dionysiorum* actorum in honorem *Bacchi* per totum hunc mensem, ex dictis cum Hospin. & S. August.

Lamentum. Dies 2. *Lamenti* matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio die 17. hujus mensis, quod lamentum erat cultorum matris Deorum.

Veris initium. Ad hunc diem notat Anglicus lib. 9. cap.4. *Veris initium.*

Ad quem diem refert Plinius adductus die præcedenti num.436. *Ortum signi Milvii.* Et *Sol in Ariete* notatur in Kalend. Astronomico, & à Rosino lib. 4. cap 4.

Quo die *Iovis* templum exustum, cum libris Sybillinis. Ita Vet. & Beyerlinc cum eo hoc die.

Quo, ex Gyraldo Syntagm. 17. erant *Quinquatria* dicata *Minervæ*, sed hæc ad sequentem diem referenda, vt bene notant Ovidius, & Rosinus.

Vini festum. Hoc & die agebatur festum *vini novi* in honorem *Iovis*: quia vsque ad hunc diem vinum vetus, hoc die novum incipiebant adhibere ad sacrificia. Ita Roman tom.2. lib.2. cap.18.

Dies celeberrimus dicatus *Baccho*, vt cecinit cit. Ovid.3. Fastor.

Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.

Quo die processio fiebat, & pergebant ad templum *Castoris*, & *Pollucis*, quod consecratum fuit apud aquam *dioscurum*. Ita Hospinianus cit. cap.12. fol. 82. cum Ovidio.

Numer. 77. Bung.de num. 77. 442 Sumus in die 77. anni Romanorum, quare de numero *septuagenario septimo*, noto, quòd hic numerus adumbrat 77. descendentes ex Lamech diluvio deletos: *septuaginta septem generationes* per quas, secundum Lucam, Christus veniens in Mundum effusione sui sanguinis delevit peccatum, quod & tetigit S. August. *septem* in *undecim* faciunt *septuaginta septem*, & cum *undenario* significetur transgressio denarii, seu Decalogi, hoc numero 77. denotantur omnia peccata. Tum & designat omnium peccatorum remissionem per veram pœnitentiam: quare Petro de dimittendis peccatis, sic interroganti: Domine quoties peccaverit in me frater meus, & dimittam ei: vsque septies? Respondit Dominus: *Non dico vsque septies: sed vsque septuagies septies.* Quæ, & alia apud Bungium vide.

S. Aug. quæst. Evang. lib. 2. cap.6. Lucæ cap.3. Matth.18. v.22.

Baccho. 443 De *Baccho*, & Liberalibus, seu *Bacchanalibus* dicatis *Baccho* egi die 5. hujus. Dictis addo, cum Novarino, & aliis, quòd *Bacchus* olim colebatur cum indumentis mulieribus, pro Deo, juxta cujus aram, Nympharum aram ponebant: ipsi *Baccho*, aut *Apollini*, aut vtrique sacrabant *lapidem accuminatum*, quem ante fores statuebant: cui falso Deo, fœmentinoque *Baccho* mulieres tribuebant *vinum*, ex S. Augustino: ac *Trianguli vim* ex Plutarcho lib. de Iside, & Osyride.

Novarin. in Sched. lib. 7. cap.29.n.130. Suidas.

S.Aug.de Civ. lib.6. cap.9.

444 Deliramentis Gentilium de suo Baccho, quem ex dictis num.386. cognominarunt Triumphatorem, opponimus triumphatores veros, quos hoc die Sancta veneratur Ecclesia, vti fuerunt *decem millia Martyres*, qui Nicomediæ pro Christi confessione passi fuerunt: quibus ad eandem palmam associantur *Trophimus*, *Eucarpius*, *Alexander*, & *Narcissus*, cum *Felice* Diacono: hi duo Gerundæ in Hispania sub

Martyr. Rom.

Dio-

Digitized by Google

Diocletiano passi: cujus *Narcissi* præsulis corpus Gerundæ veneratur, clarificatus admirabili integritate, ac fragrantia, vt ego ipse vidi, & expertus fui. His ad coronam gloriæ adjunguntur *Eduardus* Rex Britanicus clarus miraculis, ac Antistites celebres *Cyrillus*, *Trigidianus*, & *Anselmus*. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus, vërte ad sacra Dionysia, vt 5. die hujus mensis: vnde per picturam, coronas, & tributa Bacchi, habes pro hodiernis cœlitibus Themata. Quod si hoc die delirabant veteres in vinum, quem tribuebant Jovi, verte & hæc ad sacra; vt in die 23. Aprilis, num. 576. Amplius: quia si hodie Veteres Baccho tribuebant Triangulum, & hoc ad sacra vertamus: enim *Triangulus* hominem significat, aut adumbrat, qui etsi Mundi circulum possideret, numquam tamen voluntas appetitum suum explere posset: nam creatus ad similitudinem Dei, capax Dei existit, neque vlla re creata perfectè vnquam saturabitur, vt cum S. Bernardo, ait Picinellus: quare inquit S. Augustinus. *Nihil est quod animam impleat, nisi tu Deus.* Adumbrat & Triangulus *SS. Trinitatem*, Deum vnum in essentia, & Trinum in Personis, cum hoc lemate *Æqualis vndique*, vt ait Picinellus in Mundo-Symbolico. Quòd si Gentiles decepti Trianguli vim tribuerunt Baccho; nos vero Deo vno, & Trino tribuamus vim, qua supernè adjuti Sancti veri victores, mysticiquè Trianguli extiterunt, triumphando de *Mundo*, *Carne*, & *Dæmone*: vnde habes, pro ipsis, Thema.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 6. 8.

S. Bernard. cap. 9. Medit.

Mundus Symb. lib. 21. cap. 22.

9.

445 Dixi Tract. Mansionum, cap. 35. à num. 699. quòd Hebræi castrametabantur in circuitu Tabernaculi sic: *Judas* ad Orientem; *Ruben* ad Meridiem, *Ephraim* ad Occidentem, & *Dan* ad Aquilonem. *Tentorium*, seu Tabernaculum *Judæ* significat *cor* nostrum, ex Scoto, & jubetur vt Judas figat tentorium ad Orientem. *Oriens*, est gratiæ illuminatio: *Meridies*, charitatis inflammatio: *Occidens*, temporalium administratio: *Aquilo*, tentationis inquietatio. Excubat homo ad *Orientem*, vt suos excessus videat, & corrigat: ad *Meridiem*, vt superna diligat, ad eaquè cor erigat: ad *Occidentem*, vt dum temporalia administrat, Mundum sibi subigat: ad *Aquilonem*, vt tentationes prævideat, & abigat. Hæc Scotus: vnde per *Orientem*, *Meridiem*, *Aquilonem*, & *Occidentem*, poteris efformare Thema pro hodiernis Sanctis. Ad Orientem fixit tentorium *Judæ*, ideſt, confessio; sub quo archiducali vexillo, erant *Isachar*, ideſt merces; & *Zabulon*, ideſt habitaculum fortitudinis, ait Scotus. Hinc per *Judam* ideſt confessionem fidei Christi: *Zabulon*, ideſt fortitudinem, in exercitio virtutum, & patiendo pro Christo: & *Isachar*, ideſt, mercedem, & gloriam, in Isachar, ex Scoto, adumbratam; vnde per hunc triplicem, aut quasi triangulum, habes pro hodiernis Sanctis alterum Thema.

Num. 2.

Scotus in Cant. §. 154.

10.

446 Ad Meridiem fixit tentorium *Ruben*, ideſt videns filium, sub quo archiducali vexillo erant *Simon*, ideſt obediens, & *Gad*, ideſt accinctus. Hinc per *Ruben*, qua videntem intellige, vigilantiam, ne animus turbetur: per *Simonem* promptam obedientiam; non curvatam voluntate propria: & per *Gad*, ideſt accinctum, gressus rectos: vnde hodiernos encomia Sanctos *Vigilantes*, *Obedientes*, *Accinctos*, & *Rectos*. Cumque *Meridie* adumbretur *inflamatio charitatis*, oportet figere tentorium *Videndo*, ideſt tendendo ad contemplationem gloriæ: *Obediendo*, subjectione recta: *Accingendo* se virtutibus, vt expeditè pergatur ad patriam.

Scotus cit. §. 156. Haye tom. 18. B. Max.

11.

12.

447 Ad Occidentem fixit tentorium *Ephraim*, sub quo archiducali vexillo erant *Beniamin*, & *Manasses*, vt dum temporalia administrantur, subigatur Mundus, de ipso triumphetur adjutorio gratiæ. *Ephraim* invitat ad vbertatem fructuum: *Manasses* ad fugiendam ambitionis vanitatem: *Beniamin* ad amoris suavitatem: vnde poteris efformare alterum Thema.

Scotus cit. §. 157.

13.

448 Transeamus ad *Aquilonem*, vbi suum tentorium fixit *Dan*, sub quo archiducali vexillo erant *Aser*, & *Nephtali*: qua in parte figere tentorium, & tabernaculum indicat abigere tentationem. Vt igitur ab Aquilone tentationum non superemur, figatur tentorium ad Aquilonem *Dan*, qui interpretatur judicium, invitet ad judicium veritatis: *Aser*, qui interpretatur felicitas, ad amorem supernæ felicitatis: *Nephtali*, qui dicitur dilatatio, invitet ad spem divinæ misericordiæ, vt totum notat Scotus: vnde alterum habes Thema, & pro vincendis tentationibus, & pro hodiernis Sanctis adaptandum.

Scotus cit. §. 158. lib. 2. cap. 24 fol. mihi 69.

14.

DIES XIX.

449 Hic dies, qui & 14. Kalend. Aprilis, Nefastus

A.D. 78.

Digitized by Google

ſius notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 19. *Anteſteriorum*, ſeu *Dionyſiorum* extenſorum per totum menſem in honorem *Bacchi*, ex ſepè dictis cum Hoſpiniano, & S. Auguſtino.

Dies 3. *Lamenti* cultorum matris Deorum, ex dictis die 17. hujus menſis cum Alex. ab Alex. & Bungio.

Quinquatria. Quo die *Quinquatria* acta in honorem *Minervæ*, ex dictis num. 49. die 19. de quo feſto, ſequenti num. dicam.

Minervæ natalis. Ipſo die *Minervæ natalis*, & *Minervalia* à pueris ſolvebantur. Ita Ovidius, & Roſinus lib. 4. cap. 7. putans *Quinquatria* dicata *Minervæ*, *Palladi*, aut *Herculi*.

Quo die, ex Horatio, & Juvenali *Feſtum Palladis* actum à pueris, & puellis, extenſum *per dies quinque*, ab hoc vſque ad 23. incluſivè. Vide dicenda num. 451.

Dies quo ſacrificabant *Soli* ex dictis num. 2849. in fine: *Igni*, ex dictis die 9. Februarii: Laribus ex dicendis die 1. Maii; & *Belo* ex dicendis die 16. Decembris.

Quinquatria. 450 Hoc die à Gentilibus agebantur *Quinquatria*, quod feſtum putant aliqui, apud Tamayum, fuiſſe feſtum vnius diei, dictum *Quinquatria* à *quinquando*, ideſt, *luſtrando*, quòd hoc die *arma* ancilia luſtrari ſint ſolita. At,

Tamayus hoc die.

Ovid. 3. Faſtor. Ovidius putat *Quinquatria* dicta à numero *quinque dierum* ſacrorum *Minervæ* inquiens:

Vna dies media eſt, & ſiunt ſacra Minervæ.
Nominaquè à junctis quinque diebus habet.

Fuerunt igitur *Quinquatria* ſacra dicata *Minervæ*, ob hujus Deæ *natalem*: quia hoc die 19. Martii natam putant, ex Gyraldo: aut quia *ædes ejus in Aventino monte conſecrata fuit, hoc die*, ex Roſino: & à numero *quinque dierum* horum ſacrorum dicta *Quinquatria*, vt aiunt Ovidius, Gyraldus, Varro, Feſtus, & Roſinus, Suetonius, ac alii. In *Quinquatriis* interdum immolabatur *Minervæ taurus albus*. Romæ verò dies 1. fuit ſine cæde, & victima, quòd eo die putabant natá Minervam: in cæteris autem diebus victimas cædere ſolebant, vt totum tradit Gyraldus. De quibus *Quinquatriis* diebus vide dicenda cum Hoſpiniano ſequenti die 20.

Gyrald. de Menſib. tol. 611. & Syntag. 17. fol. 459. Roſin. lib. 4. cap. 7. Sueton. in Auguſtum cap. 71.

Sacrificium.

Horat. lib. 1. Epiſtolar. Iuvenal. Satyr. 10. Feſt. app. Roſin. lib. 4. cap. 7.

451 Horatius, ex Juvenali, contendit hos quinque dies *Quinquatriorum* fuiſſe feſtos puerorum in honorem *Palladis*. Quodquè his quinque diebus, ab hoc vſque ad 23. læti pueri, & puellæ agebant ad placandam *Palladem*, ad quòd munera ipſi Deæ offerebant: ritumquè ſervabant, vt pueri *armis bellicis* digladiarent. Puellæ autem *ornatæ* incederent diſcendo *lanam* mollire, & plenas exornare *colos*, Hiſpanè *las ruecas*, vt latè Ovidius. Feſtus refert ab aliquibus putari *Quinquatria* eſſe appellata à numero *quinque dierum*, in quibus ſacra celebrabantur in honorem *Herculis*, quodquè in iis quinque diebus triduo celebrabant *Saturnalia*, & *Compitalia*.

Ritus.

452 Deliramentis Gentilium opponimus chriſtianos faſtos. Si igitur præſens dies feſtivus fuit apud Veteres, potiori, imò vero titulo feſtivus ſit apud noſtrates: quia dicatus Patri putativo Chriſti Sancto *Ioſepho*, cui ad coronam gloriæ aſſociantur illuſtres Confeſſores, vt *Apollonius*, & *Leontius* Antiſtites: *Ioannes*, *Landoaldus*, & *Amantius* Confeſſores: ac Martyres invicti *Quintus*, *Quintilla* & alii. Pro iis igitur, aliiſque hodiernis cœlitibus verte ad ſacra Dionyſia, vt die 5. hujus: vnde per picturam, coronas, & tributta Bacchi, habes Themata hodiernis cœlitibus adaptanda: quibus alia Themata accomodare poteris per Minervam, tum ex dictis die 3. Januarii: tum ex dicendis die 20. Maii, à num. 691. Quinquatria Veteres, juxta aliquos, dicebant Herculi, cui (ex dicendis die 15. Maii, num. 672.) Sacerdotes ſacrificabant coronati *laurea*, quæ eſt arbor victorialis. Hinc ad ſacra vertendo, habes infra, die 10. Auguſti à num. 1110. plura Themata per laurum hodiernis adaptanda cœlicolis. Eſt quoque *palma* victorialis arbor, quæ adumbrat Sanctos, & peculiariter Sanctum *Ioſephum*, cuiadaptare poſſumus illa verba Cant. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*, quæ arbor dat *Ornamentum* floribus, *Alimentum* fructu, *Vmbraculum* foliis, vt Scotus notat. Vnde habes Thema pro S. Joſepho meritiſſimo Virginis Mariæ Sponſo.

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.

Cant. 7. v. 7.

Scotus lib. 9. cap. 22.

13.

453 In *Quinquatriis* belligerabant pueri, vti dixi. Addo morem Antiquorum: enim dum Imperator ingrediebatur Vrbem, milites compoſitè incedebant, ſe invicem ad hoc hortabantur, quo populi oculos in ſe converterent, & admirationem ſpectatoribus parturiebant. Rem flectamus, cum S. Chryſoſtomo ad Chriſti militiam. *Incedamus* compoſitè, in obſervatione legis Chriſti: *Hortemur* nos invicem: *Pergamus* ita modeſtè, vt populi oculi ad

Novarin. in Sched. lib. 9. num. 121.

S. Chryſoſt. tom. 6 hom. de S. Pelag.

14.

Digitized by Google

nos convertantur, & admirationem spectatoribus parturiamus. Quæ, & ad hodiernos adapta cœlites.

DIES XX.

A.D. 79. 454 Hic dies, qui & 13. Kal. Aprilis *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 20. *Anibesteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem Bacchi, ex sæpè dictis cum Hospiniano cap. 11. fol. 70. & S. Augustino, citato supra num. 382.

Dies 4. *Lamenti* cultorum matris Deorum, ex dictis die 17. cum Alex. ab Alex. & Bungio.

Quinquatria hoc die acta, extensa per dies quinque, celebrata in honorem *Minervæ*, seu *Palladis*. Ita Hospinianus de Festis cap. 12. fol. 83. & Cæsar Calà de Feriis quæst. 1. fol. 39. num. 144. quamquam alii referant ad præcedentem diem. De quibus quinquatriis diebus agam num. sequenti.

Dies, apud Epicureos, feriatus, & solemnis, dicatus *Epicureo*, vt & dies 20. cujusvis mensis, ex dictis num. 49. die 20.

Quo die communiter *Sol* ingreditur *Signum Arietis*, ex dictis die 7. hujus, num. 399.

Quo tandem die sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine.

Quinquatria. 455 Erant hoc die *Quinquatria*, dicata *Minervæ*, aut *Palladi*. Celebrataquè fuerunt hoc die: quia in ipso fuit consecrata *ædes* Minervæ in monte Aventino. Quod festum habuit originem à raptu Sabinarum, fuitquè hoc festum appellatum *Quinquatria* à numero quinque dierum, quibus extendebatur festum, vt cecinit Ovidius 3. Fastorum, versibus adductis præcedenti die num. 450. Ritus hujus festi fuit, quòd die 1. fiebant sacrificia (quamquam alii putent die 1. sacrificium non actum, vt retuli præcedenti die): die 2. & 3. ac 4. edebantur *spectacula* gladiorum, quæ sacra quotannis fiebant in monte *Albano*, vbi institutum fuit *Collegium*, ex quo sorte ducti magisterio fungebantur, vt redderent eximias *venationes*, & scenicos *Ludos* Poëtarum, & oratorum certamina. Vltimo & 5. die *Quinquatriorum* celebrabatur *Tubilustrium*, quod Ovidius indicat his verbis:

Summa dies è quinque Tubam lustrare canoram,
Admonet, & forti sacrificare Deæ.

Hospinian. cap. 12. fol. 83. Calà q. 1. fol. 39. n. 144.

Origo. Ritus.

Nam in atrio *Sutorio*, aut *Saturio* tubæ lustrabantur. *Agna* fiebant, idquè propter mortuos, qui (vt Servius indicat) ad Tubam deduci consueverant; cum juberet religio, Lactantio teste, vt majoribus *Tuba*, minoribus *Tibia*, caneretur. Vnde Tubarum lustratio necessaria videbatur, & repetita fuit. Alii arbitrantur in hoc festo, non Tubas lustratas, sed Vrbem Tubis lustratam. Quòd totum notant marginati Hospinianus, & Cæsar Calà.

456 Abiectis veterum deliramentis, nobis sit præsens, dies pia devotione festivus, vti ab Ecclesia Sancta dicatus Sancto *Ioachimo* Patri Beatissimæ semper Virginis Genitricis Dei Mariæ, Avoquè Jesu-Christi. Cum Joachimo associati venerantur hodie illustres Antistites *Nicetas*, *Vulfraunus*, & *Guthpertus*, cum *Ambrosio* Confessore Ordinis Prædicatorum sanctitate claro. Veneranturquè & inclyti Martyres, inter quos *Paulus*, *Iosephus*, & *Victor*: quibus ad eandem palmam associantur *Alexandra*, aliæquè Heroinæ. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus verte ad sacra Dionysia vt die 5. hujus: vnde habes Themata pro hodiernis Sanctis: quibus & vertendo ad sacra per Minervam, vt die 3. Januarii, & 29. Maii, alia Themata adaptare poteris. Nec non & per Quinquatria, vt die præcedenti. Quod si hoc die Veteres delirabant in *Sole quem Iovis oculum appellabant*: ipsumquè Jovem appellarunt *Ioachim*, & ejus aram tribus oculis insigniebant, ex Pausania dicente: *Statuam Iovis tribus oculis insignitam fuisse, in subdiali ara*; per quos tres oculos indicabant curam Jovis erga *terrena*, *maritima*, & *cœlestia*, beneficè in iis influendo, vt Pierius observat. Verte hæc ad sacra pro *S. Ioachimo* vero mystico Sole, & tantum Patriarcham encomia per *triplicem* oculum, curam, aut respectum, ad *Christum* Nepotem: *Mariam* Filiam: & *Clientes*, veroquè devotos. *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit, me Sol.* Ait Sponsa, interius fide, & virtutibus decorata, exterius tribulationibus adusta. Vbi notatur animæ Sanctæ *Triplex color*: 1. *Sublimitas*, qua magna coram Deo, & hominibus: 2. *Voluptas*, qua spiritualiter in Deo delectatur, estquè Paradisus *voluptatis* à Domino plantatus: 3. *Claritas*, qua cœlestia contemplatur, juxta illud Corinth. *Revelata facie gloriam Dimini speculantes*, vt Scotus observat, addens tres Mysticos Soles, decolorantes

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11. & 12.
13.

Macrob. 1. Sat. cap. 21. Novar. lib. 4. Sced. cap. 5. Pausan. Alap. in Zach. cap 3. v. 9. Pier. Val. lib. 33. cap. 15.

Cant. 1. v. 6. Exod. 11. Gen. 2. v. 6. 2 Cor. 3. v. 18. Scot. lib. 1. § 65. & 66.

Digitized by Google

rantes justos: 1. *Amore*: 2. *Dolore*: 3. *Tentatione*. Primus Sol decolorat animam, dum amore de sublimitate descendit ad humilitatem. Secundus, dum voluptas qua delectatur in Domino, minuitur per tribulationem. Tertius, dum claritas, qua cœlestia speculatur, obscuratur per suggestionem. Quæ, & pro hodiernis SS. adapta, eos per Triplicem colorem, & Solem encomiando.

14.

DIES XXI.

A.D. 80.

457 HIc dies, qui & 12. Kal. Aprilis *Comitialis* notatur in Kal. Maffeino.

Dies 21. Anthesteriorum, seu Dionysiorum extensorum per totum mensem in honorem Bacchi, ex dictis sæpè cum Hospiniano & S. Augustino.

Dies 5. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio die 17.

Dies 2. *Quinquatriorum*, quo edebantur *Spectacula*, ex dictis die præcedenti cum Hospiniano, & Calà, n. 455.

Dies *Funestus* apud Chaldæos, ob pueros castratos, & in Persidem ductos à Præfecto Darii; ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 21.

Dies 1. sæculi, juxta aliquos. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 611.

Quo die 21. mensis Munichion Athenienſium, equester ordo prodibat *Iovi*, ipsique sacrificabat cum pompa. Ita Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18. Quo tandem die colebant Lares, ex dicendis die 1. Maii.

458 Sumus in die octoginta anni Romanorum: quare noto dè num. 80. quòd hic numerus in supputatione Valerii Probi significatur per literam R, estque numerus *senectutis*, & *fatalis*, repræsentans statum *peccati*. Notat *terminum* communiter humanæ vitæ: adumbrat sacramentum legis propter *Circumcisionem*, designat *Resurrectionem* Christi, & *gratiam* Evangelii, noviquè Testamenti, ac statum *gloriæ*, & salutis. Aliaquè vt videre poteris apud Bungium de hoc numero.

Numer. 80.

Bungius de n. 80. & alii ibi.

459 Prophanæ pompæ Veterum, aliisquè deliramentis ipsorum, opponimus nostratum religiosos Fastos: enim occurrunt inclyti *Martyres*, qui sub Constantio ab Arianis, & Gentilibus cæsi fuerunt in Ecclesia, in die Paraskeves: quibus ad eamdem martyrii palmam sociantur *Philemon* & *Domninus*, aliique. Quo die cœlitibus associati *Serapion* anachorita, *Lupicinus* Abbas mi-

Martyrol. Rom.

raculorum gloria illustris, ac *Benedictus* Patriarcha inclytus, disciplinæ Monachorum restitutor, ac mirificus propagator. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus, verte ad sacra *Dionysia*, vt 5. die hujus, vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Tum & vertendo *Quinquatria*, vt præcedentibus diebus, alia accomodare poteris. Quòd si Bacchum putarunt solem, verte & hæc, pro Sancto *Benedicto* verè mystico Sole Ecclesiæ, quem per solem encomiare poteris. Tandem si hoc die colebant *Lares*, & ipsis tribuebant coronas florum, ex dicendis 1. die Maii, num. 601. verte & hæc ad sacra, Sanctis adaptando lilia: nam justus *germinabit sicut lilium*: enim cum lilia, etsi de terra orta, sint *Nitentia* super terram: *Eminentia* in floribus terræ: *Fragrantia* super odorem aromatum, vt Scotus, & aliqui naturales notant, hinc habes per lilium Thema pro hodiernis cœlicolis, quibus & per lilium adapta alia, ex dicendis infra die 30. Aprilis, num. 598.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Osee 14. v. 6. 10.

DIES XXII.

A.D. 81.

460 HIc dies, qui & 11. Kal. Aprilis *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Die 22. *Anthesteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex sæpe dictis cum Hospiniano, & S. Augustino.

Dies 6. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis die 17. cum Alex. & Bungio.

Dies 3. *Quinquatriorum*, quo edebantur *Spectacula*, ex dictis die 20. cum Hospiniano, & Calà num. 455.

Quo & die *Feria* fuerunt in honorem *Minervæ*, diesquè celebratus *Spectaculo gladiatorum*. Ita Masculus in Fastis hoc die.

Per hos dies *Ludi Pythii* instituti ab *Apolline*, acti ob victoriam ab *Apolline* partam de dracone occiso sagittis ab ipso *Apolline*, in quibus Ludis victori dabatur *corona laurea*. Ita Hospinianus cap. 11. fol. 68. qui celebratos inquit initio Veris cum Dionysio his verfibus.

Ludi Pythii.

Instituere choros omnes, victoria quàdo
Grata fuit, cum jucundum ver incipit
Arboribus dulces nidos: subtexit Ædom.

461 Sumus in die 81. anni Romanorum: quare de num. 81. noto, quòd hic numerus consurgit ex *novenario novies repetito*, sic enim in se ductus no-

Numer. 81.

Digitized by Google

Bung. de num. 9. fol. 345. & de num. 81. Laert. lib. 5.

venarius constituit 81. & hunc numerum Sophistæ consecrarunt *Lunæ*. Est enim annus 81. *climactericus*, sivè *scansilis*, & in humana vita maximè formidabilis judicatus: quia rarò transmitti solet sine periculo vitæ. Obiitque Plato vitæ suæ anno 81. die 7. Novembris, quo natus fuerat, discumbens in nuptiis remotis dapibus expiravit, vt cum Laertio de vita Philosophorum lib. 5. ait Bungius, addens hunc num. 81. à Magis putatum perfectissimum.

462 Hic igitur dies lamenti, & nefastus Gentilibus, nostratibus verè fastus ob consummatas victorias: hi fuère *Octavianus*, & *multa millia Martyrum*, qui ob fidem Catholicam ab Vvandalis cæsi fuerunt: iis sociantur ad eandem martyrii lauream *Saturninus* cum *sociis*, & *Basilius* Presbyter, sub Juliano apostata passus, aliique inclyti Martyres. His ad coronam gloriæ associantur *Lea* Romana vidua virtutibus clara, & *Catharina* virgo filia S. Birgittæ: ac *Paulus*, aliique præsules. Quo die cœlitibus sociatus *Benuenutus* de Scotivolis Auximanus præsul in Piceno, Anconæ natus; Juris Civilis Doctorali laurea Bononiæ insignitus, ab Vrbano IV. Episcopus creatus, ante admissam dignitatem vota Minorum emisit; ac deinceps habitum Franciscanorum palam gestavit, quem adhuc videre est, inter sacras ipsius reliquias Ecclesiæ Auximanæ, quam vigilantissimè rexit annis tredecim: Præsciens suam mortem brevi secuturam, distributis facultatibus in pauperes, vniverso populo in aperto loco benedixit: Infirmitate gravatus in suam Ecclesiam se fecit deferri, ubi in nuda humo sanctissimè obiit; Quem ob crebra miracula cœlitum numero adscripsit Martinus IV. Ne sanctum ejus corpus, ob humilitatem, & reverentiam erga corpus Christi in altari immolandum, locaretur super altare, relicta excelsa ara, inventum fuit in maemoreo pavimento: sito tamen loco repositum supra aram, dum secundo, & tertio inveniretur in terra, intellexerunt Auximates, noluisse Dei servum corruptibile suum cadaver, vivifico Christi Corpori sub speciebus Eucharisticis consecratum præeminère, sed potius velle subesse; Quare condito alio sepulcro sub ipsa ara, sanctum pignus commendarunt, relicto priori mausoleo in rei memoriam. Quæ omnia tradunt Martyrologium Franciscanum, & Menologium. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra, & Dionysia vt die 5. hujus, & Quinquatria vt præcedentibus diebus: vnde habes per Dionysia, Quinquatria, & Minervam plura Themata, pro hodiernis cœlicolis; quibus alia per laurum adaptare poteris ex dicendis die 10. Augusti, vertendo ad sacra Ludos Pythios.

Martyrol. Rom. Baronius. Martyr. Franciscan. hoc die. Menolog. Franciscan. hic.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

13. 14. 15.

DIES XXIII.

463 HIe dies, qui & 10. Kal. Aprilis *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 82.

Dies 23. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex dictis cum Hospiniano cap. 11. fol. 70. & S. Aug. cit. num. 382.

Dies 7. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis die 17. cum Alex. & Bungio.

Dies 4. *Quinquatriorum*, quo edebantur *Spectacula*, ex dictis cum Hospiniano, & Cæsare Calà die 20. num. 455.

Alii autem referentes inceptionem *Quinquatriorum* ad diem 19. vt eo die dixi, ad hunc diem referunt *Tubilustrium*, seu lustrationem Tubarum in Sutorio agro. Et ita præter citat. ibi Kal. Maffeianum, Gyraldus de Mensibus fol. mihi 611. ac Masculus in Fastis hoc die.

Dies *Triumphalis*, quo triumphum egit C. Cornelius Scipion, ob victoriam partam de *Pœnis*, V. C. anno 500. Ita Beyerline, & Masculus hoc dies.

464 Nuncuparunt Veteres hunc diem *Tubilustrium*, vti dixi: quia eo, in agro *Sutorio* lustrabantur *Tubæ*, idque *agna alba*, & *mansueta*, quam sacrificabant *Minervæ* in templo *Iani*. De quo genere dixit Ovidius 3. Fastorum. *Tubilustrium*

Summa dies è quinque tuba lustrare canoras
Admonet & forti sacrificare Deæ.

Quæ lustratio fiebat sacrificando præfatam *agnam*, quam circumdatam Tubis ad templum ducebant, & sacrificabant simul offerendo *Placentas*, *Salsamentum*, & *vinum*, ac iis similia. Quæ lustratio, & sacrificium conficiebatur *sonitu* Tubarum, & *harmonia* musicorum: ob plures causas: 1. ad ista sacra indicenda, & homines convocandos: 2. vt in sacris attentè adstarent, & silèrent: 3. vt sono, & modo Deos lenirent, & placarent: 4. vt depellerent tristitiam adstantium. Cum igitur *Quin-*

Roman. lib. 2. cap. 15. Rosin. lib. 4. cap. 7. Alex. lib. 2. cap. 12. Stuch. fol. 113. Sacrificia.

quatria

Digitized by Google

Lustrum.

quatria foret festum quinque dierum, addo quòd *quinquennarium* numerum sacrarunt Gentiles Mineruæ, ex Servio, *digitos*, ex Novarino, addente morem fuisse Gentilium *Mineruam* pingere ante portas vrbium. Hoc igitur die vltimo, juxta aliquos, ex *Quinquatris* dicatoque Mineruæ, & lustrabant Tubas, & ipsum diem *Tubilustrium* vocabant. Quare noto ex ipso Novarino, ex S. Eligio, spatium quinque annorum dictum *Lustrum* à luendo, vel solvendo, aut quia eo spatio quinque annorum civitas lustraretur. Enim ex ipso S Eligio Noviodunensi Episcopo, fuit mos Romanorum, cum potirentur dominio mundi, per tria quinquennia exigere solutionem census, hoc modo: *vt aurum vno: argentum altero: æs vero tertio solveretur quinquennio.* Vnum quodque autem quinquennium vocabatur *lustrum*, & ipso expleto, censoque soluto in vnum conveniente populo Romano, sacrificium celebrabatur & cum *victimis* accensis, ac *lampadibus* Romana Vrbs lustrabatur, in honorem infernalium Deorum. Hæc ex S. Eligio, Novarinus. Video dicenda die 21. Maii n. 697

Serv. 1. Georgicor.

Novarin. in Sched. lib. 5. num. 77. & 108. ac lib. 7. num. 83.

S. Eligius hom. de Purificat.

465 Dixi hunc diem esse alterum lamenti cultorum *Matris* Deorum, hæc fuit *Berecyntia*, quæ & *Phrygia* dicta, & putata *Cybelis*, *Tellus*, *Rhea*, *Ops*, & *Ida*, ex dicendis 27. hujus mensis die num. 484. De qua *Berecynthia* matre Deorum vocata agunt S. Augustinus, aliique marginati. De qua cum Vives in 6. ait Gyraldus.

Berecynthia.

S. August. lib. 2. de ciu. cap. 4. Vives ibi. Gyraldus Synt. 4. fol. 129. Roman. lib. 2. cap. 13.

Qualis Berecynthia mater,
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Exta Deûm partu centum complexa nepotes.

Quæ & putata fuit mater Deorum omnium, vt scribit S. Augustinus matrginatus. Dictaque *Berecynthia*: quia putabatur præesse montibus Berecynthis: enim cinctos lingua Attica nuncupatur *Flos Hyacinthus*, & *viola*, vt aiunt Gyraldus marginatus, & alii apud ipsum. Colebantque *Berecynthiam* sequenti ritu: eam processionaliter gestabant in *Ferculo*, pulsabantque *Tympana*, & *Fistulas*, & ad somitum plangebant, pectoraque tundebant, vt cum Dionysio Hallearnaseo, ait Roman citatus, addens varia fuisse sacrificia, diversis in locis Berecynthiæ oblata: enim aliqui sacrabant *porcam*: alii *molam salsam*: alii caseum: alii *confectionem* ex caseo, lacte, & farina, alii alia ipsi sacrabant. Cum *Berecynthia* eadem putaretur, ac *Cybelis*, hujus vide picturas die 27. hujus mensis, vbi alia tradam.

Ritus.

Sacrificia.

Martyr. Rom.

466 Hic igitur dies, jam Nefastus, jam festus, & Lustricus, jam triumphalis, apud Veteres: verè *lustricus*, & triumphalis fuit nostratibus, qui veros reportarunt triumphos, vti fuère *Felix* cum aliis *viginti*, ad quam palmam pervenerunt, *Fidelis*, *Trumentius*, & *Victorianus*, quibus ad coronam associatur *Benedictus* Monachus, qui à Gothis in ardenti clibano inclusus, sequenti die inventus fuit illæsus. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Dionysia, vt die 5. hujus: Quinquatria, vt præcedentibus diebus: Triumphos veterum classes, colores, & coronas, vt die 20. Januarii, ac 5. ejusdem mensis. Cumque & Quinquatria dicarent *Mineruæ*, quam pingebant indutam veste ex triplici colore *aureo*, *purpureo*, ac *cæleſti*, per hanc picturam Christianizatam, hodiernos encomia Sanctos. Quòd si hoc die delirabant & in Berecynthia dicta à *flore*, *hyacintho*, & *viola*, & hæc verte ad hodiernos Sanctos, eosque encomia *Violaceos* humilitate, *Floridos* virtute, & exemplo, *hyacinthos* vita cœlesti. Tandem, vt alia omittam, si lilium habet *virorem* in hastili, *candorem* in foliis, & interius in granis *aureum colorem*, & hæc adapta cœlitibus hodiernis.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.

DIES XXIV.

A.D. 83.

467 Hic dies, qui & 9. Kal. Aprilis maximè vt *Felix* habitus à Siracusanis: eo quòd hoc die profligarunt Athenienses cum toto exercitu. Ita Masculus hoc die.

Dies 24. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*; ex sepè dictis cum Hospiniano, & S. Augustino.

Dies 8. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alexandro, & Bungio die 17. etsi hoc *Lamentum* finitum hic, ex Macrob. 1. Sat. cap. 21.

Dies 5. *Quinquatriorum*, quo agebant *Tubilustrium*, ex dictis cum Hospiniano, & Cæsare Calà die 20. num. 455. Quamquam alii ad præcedentem diem referant *Tubilustrium*, de quo ibi egi.

Dies quo sacrificabant *Soli*, ex dictis num. 49. in fine: *Igni* ex dictis die 9. Februarii: *Laribus*, ex dicendis die 1. Maii: & *Bello* die 16. Decembris.

Qui dies sic notatur in Kal. Masciano:

Digitized by Google

ffeiano: Q. Rex. C.F. ideſt *Quando Rex comitiavit fas*: quia hoc die Rex ſacrorum ibat in comitium ſacrificii cauſa, & peracto ſacrificio fugam arripiebat, qui Rex ſacrorum dicebatur, quem Romani præfecerunt ſacrificiis. Vt celebritas ſic notata in Kal. & à Gentilibus hoc die acta dignoſcatur, & ritus. Sciendum, quòd antiquitus Reges plura, & potiſſima ſacra peragebant, atque immolandis hoſtiis Sacerdotes aderant. Romani autem regibus omnibus ejectis ſacrificiis, alium præfecerunt; & iſte præfectus ſacrificiorum, dicebatur *Rex Sacrorum*. Statueruntquè, vt hunc *Regem Sacrorum* neque Magiſtratum gereret, neque cum populo ageret, quodquè ſolum in ſacrificiis ſerviret, vt in gratiam Deorum ſuſtinere Regnum videretur. Propterea in Comitium ire, illi non licebat, niſi hoc die, qui notatur in Faſtis. Ibat enim in comitium ſacrificii cauſa, & properantèr, facto ſacrificio, protinus fuga arrepta ſe è comitiò eripiebat. Eratquè *Rex Sacrorum*, qui peragebat ea omnia ſacrificia, quæ Reges antea fuerant executi, & ideo ſic nominatus, & ad id inſtitutus, non Princeps Sacerdotum: nam ſubditus erat Pont. Max. Vt totum marginati notant.

Kal. Maffeiano Roſin. lib. 4. cap. 7.
Plut. in quæſt. Rom. quæſt. 83.
Tamayus hoc die.
Ritus.

468 Hic igitur dies Gentilibus jam feſtus, jam felix: verè felix fuit noſtratibus, uti fuèrunt *Marcus*, *Thimoteus*, *Agapius*, duo *Romuli*, duoquè *Alexandri*, ac *Simeon* puer; qui pro Chriſto paſſi martyrio coronati ſunt: quibus ad gloriæ coronas feſtinantur Epiſcopi *Agapitus*, & *Latinus*, ac *Seleucus* confeſſor. Pro quibus verte ad ſacra Dioniſia vt 5. die hujus menſis, acta in honorem Bacchi, per cujus picturam: coronas, & tributa, habes ibi plura Themata, accommodanda hodiernis cœlitibus: quibus, & per Quinquatria dicata Mineruæ, alia adaptare poteris, ex dictis præcedentibus diebus, & die 3. Januarii. Tum & per ſolem, Ignem, Lares, & Belum: vnde habes vertendo ad ſacra plura Themata. Inſuper & inde hodiernos encomia Sanctos *Igneos* charitate in Deum, & proximum: *Soles* doctrina, & exemplo: *Belos* myſticos belligerando bella Domini exercicio Chriſtianarum virtutum: *Lareſque* patrocinio, & tutela ſuorum clientum. Quòd ſi Rex ſacrificulus ſe abſtinebat, inter Gentiles, à populari converſatione, ibatquè hoc die ad ſacrificium, & eo peracto fugiebat: ſerviant prophana ſacris: nam Sancti hodierni ſe *abſtinuerunt* à populari converſatione: *Fugerunt* occaſiones peccandi: *Perrexerunt* ad ſacrificium, ſe totos Deo offerendo. Amplius ad illa verba *Mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo*, quæ mulier animam Sanctam adumbrat *Fœcundam*, *Sedulam*, & *Gratioſam*, teſte S. Antonio Patavino: vnde hinc habes pro hodiernis Sanctis alterum Thema. Tandem nota plures *fugas*, quas arripuerunt Sancti: 1. à *peccatis*: 2. ab *occaſione*: 3. à *conſilio* maligno, & mundana converſatione: 4. à *detrimentis* virtutum: 5. à *timore* parvulorũ fortiter ſe pro Chriſto exponendo tribulationibus, anguſtiis, paſſioni. & morti. Vnde & pro Sanctis hodiernis habes alterum Thema.

Martyr. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.

14.
Apoc. 12. v. 6. S. Anton. Pat. hic.
15.
16.

DIES XXV.

469 HIc dies, qui & 8. Kal. Aprilis, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 84.

Dies 25. *Antheſteriorum*, ſeu *Dionyſiorum*, extenſorum per totum menſem in honorem *Bacchi*, ex ſæpè dictis cum Hoſpiniano, & S. Auguſtino.

Dies 9. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alexandro, & Bungio, die 17.

Quo die, mulieres *Veneri* dicabant ſacra. Ita Vet. Kal. & cùm eo Bayerline, & Maſculus in Faſtis, hoc die, & Lazius lib. 11. cap. 2. *Venus.*

Hilaria feſta hoc die acta in honorem Matris Deorum, & *Ludos* publicos, & *hilares*. Ita Macrobius 1. Saturnal. cap 21. & Gyraldus de Menſibus fol. mihi 611. Quæ feſta *Hilaria*, & acta die 22. Februarii, vt ibi dixi cum Lazio citato, & hoc die repetita. Dicataquè *Hilaria*, hoc die, *Pani Deo*, *omnium auctori*, ex Joanne Baptiſta Egnatio, apud Roſinum lib. 4. cap. 7. Quæ *Hilaria*, aut dicata in honorem *matris Deorum*, aut ſacrata *Pani Deo*, juxta diverſos authores, celebrabantur maxima populi *Lætitia*, & nobiliſſima *pompa*, quovis è populo inſignia cujuſvis dignitatis aſſumente, & ſimulante liberè, & impunè, vt à magiſtratu dignoſci non poſſet ſimulator. Ita Herodianus in Commodo, & Hoſpinianus cit. cap. 12. fol. 84. *Hilaria.* *Pan.*

Ad quem diem, in quo tempore Julii Cæſaris incidebat *Æquinoctium vernum* celebrabatur *Exordium lætitiæ*, eo quòd ab hoc die Æquinoctii ſol diem longiorem efficeret. Ita Hoſpinianus citatus, & Macrobius 1. Saturnal. cap. *Exordia lætitiæ*

12.

Digitized by Google

Lamenti finis, & causa.

21. Qui *Lamentum* cultorum Matris Deorum præcedenti die 24. finitum putat. Causam hujus lamenti adducit: ob *receſſum ſolis* à noſtro emiſpherio, quem receſſum putarunt lugère *terram*, quam *Tellurem*, & *Matrem Deorum* exiſtimarunt. Eamquè in monte Libano lugentem finxerunt, Simulacro *Capite obnupto*, & cooperto, ſpecie *triſti* ſuſtinens *faciem* manu Læva intra amictum, velut ſpecie *lachrymantis*. Qua *lugentis* pictura, exprimebant Matrem Deorum lugentem, cujus cultores lugentem, & lugentes venerabantur vſque ad præcedentem diem, ex Macrobio 1. Saturnal. cap. 21. vel vſque ad diem 2. Aprilis, ex Alex. & Bungio citatis die 17. hujus.

Pictura.

Hoc & die apud Lacedemonios ſolemnitas appellata *Diamaſtigoſis*, ideſt *Flagellatio*, quæ apud ipſos fuit ſolemnitas maxima, in quo ſacro, ante aram nobiles quoque adoleſcentes flagellis affligebantur, aſtantibus parentibus, & propinquis adhortantibus vt in flagellatione perſeverarent. Ita plures apud Gyraldus Syntag. 17. fol. mihi 424.

Diamaſtigoſis. Flagellatio.

470 Ad hunc diem videtur referendum, quòd ex Plutarcho, & Euſebio narrat Cartagena; quòd cum quidam *Thramnus* navigaſſet in Italiam (cum Epiterſe patre Æmiliani viri prudentis, & aliis) circa Inſulas appellatas *Echinadas*, defficiente flatu ventorum, noctu devenit propè *Paxas*: cumque omnes, qui ſimul navigabant, vigilarent *repentè* à Paxis inſula vox magna fuit audita, qua vocabatur *Thramnus*, qui homo erat Ægyptius, & navis gubernator. *Thramnus* verò bis vocatus, nihil reſpondit. Tertiò verò vocatus, reſpondit. Illum verò multò majori voce ſic exclamaſſe: quando juxta paludem fueris annuncia tunc: *Pan magnum mortuum eſſe.* Qua re audita omnes fuerunt terrore perculſi. Cumquè dubitarent omnes; vtrum obtemperandum illi voci, an non? Ab omnibus fuit approbatum hoc Thramni conſilium. Si ſecundi quidem ſpirant venti, nihil eſſe dicendum, ſi verò eſſet tranquilitas magna, & cum in eo eſſent loco, ventorum flatus omnino defficerent, non eſſe retieenda, quæ audivere. Cum igitur juxta paludem eſſent; quia nullus tunc eſſet flatus ventorum; tunc Thramnus pronus in mare reſpiciens, magna voce dixit, quæ audivit: *Magnus Pan mortuus eſt.* Qua re nunciata, magnus multorum imo innumerabilium; gemitus ſubitò fuit auditus. Et quoniam multi erant in ea navi navigantes, citòquè Romam veniſſent, Vrbs fuit repleta hujuſmodi rei rumore, & à Tiberio Cæſare imperante, *Thramnus* fuit accerſitus. Cui rei tantam fidem Tiberius præbuit, vt aceitis diligenter Philoſophis, qui tunc Romæ erant, curiosè ſcrutaretur: Quiſnam eſſet illa *Pan*? Reſponderunt, ſibi videri, nuntiatum fuiſſe de illo *Pane*, qui natus fuit à Mercurio, & Pelope. Hæc, cum Plutarcho, Euſebius lib. 9. de Præparat. Evangel. c. 9. & Cartagena lib. 11. de 7. Verbis, homil. 14.

Pan.

471 Cenſent quidam authores, apud ipſum Minoritam citatum, ibi fuiſſe ſermonem de falſo illo Deo *Pan* nominato, quorum ſententia, etſi vera foret adumbraret gloriam Chriſti Domini in Cruce morientis, quòd mors ejus falſos Deos deiicerent, juxta oraculum Sophoniæ: *Atenuabit omnes Deos terræ.* Hebraicè *Razach*, ideſt, emaciabit, macie conficiet, ne cultoribus ſuis favère valeant; quòd completum eſt per Chriſtum, Chriſtique fide prædicata tempore Evangelii. Tunc enim peractum eſt exeidium idolatriæ, & vera Dei, Chriſtiquè religio, vbiquè gentium recepta, toti mundo dominata eſt, vt obſervant marginati, aliiquè. Verùm alii, inter quos ipſe Cartagena, & Cardinalis Baronius, quorum ſententiæ ſubſcribo, arbitrantur, per *Pan*, vel vt alii dicunt *Pana* Chriſtum Dominum intelligendum, cujus mortem, vt ſuam ipſorum cladem luxerunt dæmones, qui adhuc, ipſo vivente, lamentabantur ab illo torqueri: *Ieſu fili David, vt quid veniſti perdere nos?* Luc. 4. Idque valdè conſentaneum cenſeo rationi, cum Minorita citato: enim vt rectè obſervat Jacobus Gretſerus, in aureo illo libro de Cruce: ſi *Pan* homo erat, longè ante illa ſæcula obierat: ſi verò Dæmon non moriebatur: cum ſpiritualis, intellectualiſquè creatura morti non ſubjaceat. Reſtat igitur portentum illud intelligendum de Chriſto Domino: maximè quia nomen Pan rectè illi convenit, qui de ſe ipſo dixit: *Ego ſum panis, qui de Cœlo deſcendi.* Imo pictura qua Gentilitas Deum panem pingebat, & alia quæ de ipſo falſo prædicabat, ſi attentè inſpiciantur, facilè Chriſto Domino adaptantur.

Cartag. citat. Sophon. 1. v. 11. Haye hic & Alap. cum SS. PP. Hieron. & Aug. Baronius tom. 1. annal. Gretſer. de Cruce. tom. 1. lib. 1. cap. 33.

472 In primis *Pan* Græcè interpretatur *totum*, eoquè nomine illum honorabant: quia falſo arbitrabantur

totius

Digitized by Google

totius naturæ Deum esse. Deinde alii illum fingebant Deum Pastorum: quare cecinit Virgilius:

Virg. 2. Eclog. Pan *primus calamos cera conjungere plures*
Instituit, Pan *curat oves, ovium que magistros.*

Cartarius cit. Gyraldus Synt. 15. Hospin. de Festis cap. 24. Hæc congruunt Christo Domino creatori Cœli, & terræ, & supremo omnium *Pastori*, qui de se ipso dixit: *Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas.* Depingebant panem, secundum partem superiorem, *naturæ rationali*, & intellectuali; secundum partem inferiorem *figuræ animali*, gestantem in manu *organum septem calamorum*, cum allusione ad septem planetas, in fronte *cornua*, cum vultu ardenti velut igne, ac coopertum *palio stellis pleno*. Significabant, per cornua *Lunam*, quia quandoque cornuta apparet: per vultum ardentem *Solem*: per palium stellatum *Cœlos*: per inferiorem partem animalis *terram*: per superiorem *humanam*, *intellectualemque naturam*: per organum in manu *harmoniam*, & miram consonantiam inter superiora, & inferiora denotabant. At, hæc in imagine illa Dei *Panis* prophana, vera adumbrant in Christo Domino, vt *cornua* in fronte Christum Dominum vnicornem à David vocatum: *Ædificavit sicut vnicornium sanctificium suum.* Sicut enim vnicornis non permittit aliud animal ad suum cubile accedere, (vt Lyranus, Lorinus, & alii advertunt.) Ita Christus Dominus non permittit hæreticos, spurcissima monstra, deturpare cubile Ecclesiæ suæ Catholicæ, sed à fidelium communione illos præcidit. Vultus ardens denotat quòd dixit Moyses: *Deus noster ignis consumens est.* Pars inferior animalis, cum superiori intellectuali, denotat duplicem Christi naturam, *divinam*, & *humanam*, illam superiorem, hanc inferiorem. Organum in manu significat benè *temperatam* carnem Christi, *organum* à Theologis appellatam, qua mediante miros sui amoris excitavit concentus in mortalium animis, vt totum notavit Minorita citatus. Vide de *Pane* dicenda die 20. Octobris à num. 1487.

Pictura.

Psalm. 77. v. 69.

B. Max. & Lorin. hic, & alii. Deut. 4. v. 24.

Hilaria. 473 *Hilaria* festa erant hodie: quare noto, quod Gentiles habebant

Hilares. quosdam dies nuncupatos *Hilarios*. Horum autem dierum aliqui erant privati, & *Hilarii* appellabantur, vt si quis celebraret nuptias: aut si cui natus fuisset filius: alii verò erant vulgares, & publici, qui *Hilaria* nominabantur, vt cum aliquis publicè proclamabatur Rex, tunc publicas *Hilarias* subditis exhibebat, & his quidem diebus neque lugere licebat, sed spectacula, & sacrificia quotidiè perficiebantur publicè: quin & judicia haberi cessabant, ludos spectabant, & convivia continua agebant, in diebus iis *Hilariis*. Præterea erat festum *Hilaria* nuncupatum, proprium Romanorum, actum hoc die in honorem Matris Deorum, imo verò Dæmonum. Quod festum agebant maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, vti dixi supra num. 469.

Rosin. lib. 7. cap. 7. Herodian. in Commod. lib. 1. Histor.

Ritus.

474 At, nobis præsens dies verè hilaris ob plures Sanctos, qui cœlitibus hoc die sociati memorantur, vt *Pelagius* Episcopus, *Hermelandus* Abbas, qui signo Crucis lampadem extinctam accendit, *Desiderius* Eremita cum pluribus aliis: inter quos & præclari martyres, vt *Irenæus*, *Quirinus*, & alii. At magis hilaris, quia hoc die contigit *Annuntiatio* Beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, *Incarnatioque* Filii Dei, quòd factum in Nazareth Galileæ. De hujus diei læta, & festiva celebritate, plura dixère SS. PP. Accipe, quæ ex Sancto Gregorio Thaumaturgo marginato tradunt Baronius, Henschenius, & „ Papebrochius in suis SS. Actis. Hodie „ Angelica acie hilariores splendescunt „ Dei laudes. Hodie ab Angelicis choris laudes divinæ celebrantur, & lu„ men Christi adventus fidelibus illu„ cescit. Hodie totus terrarum orbis „ gaudio ob adventum Sp. Sancti in ho„ mines plenus est. Hodie divina gra„ tia spes invisibilium effulget, & mi„ racula, quæ mentem, atque intelli„ gentiam superant, mysteriumque „ quod ab æterno occultatum fuit, pa„ lam nobis facit. Hodie perennis vir„ tutis texuntur Coronæ. Hodie sacra „ benevolorum, & religiosorum, dies„ que festos religiosè colentium capita „ coronare volens Deus, firmæ fidei „ amatores, tamquam vocatos, & hæ„ redes appellat: supernumque regnum, cum studio, eosque cœlestia la„ piunt, vt se divino incorporeorum cho„ rum ministerio conjugant, vocat. „ Hodie Davidicum adimpletum ora„ culum, quod dicit: *Lætentur Cœli, &* „ *exultet terra: gaudebunt campi, &* „ *omnia ligna silvarum, à facie Domini,* „ *quia venit.* Hodie celebre, atque nefabile Christianorum, qui spem suam „ in Christum consignarunt, mysterium planè nobis annuntiatur. Hodie „ Gabriel, qui Deo assistit, ad castissi„ mam

Baron. hic. Acta SS. hoc die fol. 581. & 534. S. Greg. Thaumat. hom. 1. hujus Festi.

Psalm. 95. v. 11. ad 13.

Digitized by Google

,, mam virginem veniens, illud: *Ave* ,, *gratia plena*, ipsi annuntiat. Hæc S. Gregorius. Quare pro tanta solemnitate, vertamus ad sacra Hilaria Veterum: enim *Abiit luctus* ob absentiam Solis justitiæ: *Venit Sol* justitiæ, Verbum caro factum in claustro Virginali Mariæ: *Duxit exordium lætitiæ* timentibus Deum. Amplius: quia Sp. Sanctus in B. V. Mariam venit, pervènit, & supervènit. *Venit* cum virtute castitatis: *Pervènit* cum virtute humilitatis: *Supervènit* cum mysterio Incarnationis; vnde habes alterum Thema. Quare de ipsa Virgine hodie meritò exclamandum: O, cœnaculum quod sicut dies verni *violæ* saltuum, *flores rosarum*, *lilia* convalium! Enim *redolet* humilitas, *fervet* charitas, *floret* virginitas: humilitas in *violis*, charitas in *rosis*, virginitas in *liliis*. Vnde habes Thema alterum pro tanta solemnitate, & exultatione Virginis in ea.

Thema. 1.

2.

3.

475 Amplius attende hoc mysticum Cœnaculum Marianum, vt dicat Virgo: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*; quod Cœnaculum præparatum considera *Lectulo* tranquilitatis, & pacis: *Mensa* devotionis: *Sella* propriæ humiliationis: *Candelabro* contemplationis. Hoc in Cœnaculo hodie pax vera de Cœlo descendit. Fuitque Virgo Mater *Candelabrum* quatuor lucernarum, *Stella*, scilicet, *Luna*, *Aurora*, & *Sol*. Igitur in tanto Annuntiationis V. Mariæ, & Incarnationis Filii Dei mysterio, ad tantum pergamus Candelabrum, vt luce tanta deducamur: enim fuit *Stella* errantibus, vt reducat ad viam: *Luna* in peccatis dormientibus, vt eis impetret veniam: *Aurora* pœnitentibus, vt illis leviget pœnitentiam: *Sol* diligentibus, vt eos deducat ad lucem supernam.

Cant. 1. v. 11.

4.

5.

476 Synagoga inflammata desiderio adventus Filii Dei clamabat: *Osculetur me osculo oris sui*; quasi diceret, ad erudiendum, & salvandum me, non jam Angelos, Patriarchas, & Prophetas mittat, sed ipse qui venturus est veniat in propria persona. Ad quod notandum tria in *osculo*: 1. *consociant* se labia osculantium: 2. *conspirant* interiores anhelitus: 3. *appropinquant* sibi corpora. In primò adumbratur *Conjunctio* naturarum, scilicet hominis, & Verbi. In secundò *Vnio* spirituum Divini, & humani: In tertio *Conparticipatio* passionum Christi, & Christiani.

Cant. 1. v. 1.

6.

477 Est insuper *triplex* osculum: 1. ad pedes, & *Reconciliatorium*: 2. ad manus & *Remuneratorium*: 3. ad os & *Contemplatorium*. In 1. adumbratur remissio peccatorum, quo & insinuatur Dei dilectio erga nos: in 2. adumbratur munus virtutum, & boni naturalis, nosque illustrari claritate: in 3. symbolizatur cognitio secretorum, & gratiæ spiritualis, nosque exaltari charismatibus. Itaque habemus de primo *Charitatem*: de secundo *Claritatem*: de tertio *Gratiam* multiformem, ex quo per triplex osculum habes pro hoc festo alterum Thema. Quod triplex osculum adapta: 1. ad *Confessionem*: 2. ad *Devotionem*: 3. ad *Contemplationem*, vt te cognoscas, Deumque laudes in tanto mysterio, quem religiosa devotione celebres, attentè contemples, & debitas Deo gratias agas.

7.

8.

478 *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo, at ille declinaverat, atque transierat*, inquit Sponsa. Ad quæ verba venit notandum, quòd est mysticum triplex pessulum, scilicet, *Fervor*, *Timor*, & *Amor*. Hæc tria aperiamus dilecto, qui venit, declinavit, atque transiit. *Venit* vt nos redimeret: *Declinavit*, vt incorruptionis avidos nos faceret: *Transiit*, vt nos ad regnum vocaret. Item Moraliter *Venit*, ad nostram consolationem: *Declinavit*, ne tepescamus per servitutem: *Transiit*, vt demonstraret quod non habemus hic manentem Civitatem: ex quo habes Themata vtilia. Pro Sanctis hodiernis verte ad sacra Dionysia vt die 5. hujus mensis: quibus cœlitibus, alia ex dictis christianizata poteris adaptare.

Cant. 5. v. 6.

9.

10.

DIES XXVI.

479 HIc dies, qui & 7. Kal. Aprilis *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 85.

Dies 26. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex dictis sepè cum Hospiniano, & S. Augustino.

Dies 10. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis, cum Alex. & Bungio die 17. hujus mensis.

Ad quem diem sacrificabant *Soli*, èx dictis num. 49. in fine: *Igni*, ex dictis die 9. Februarii: *Laribus*, ex dicendis die 1. Maii: *Belo*, ex narrandis die 16. Decembris.

Dies *Triumphalis*, ob triumphum actum à Germanico filio Drusi, parto de *Cheruscis*, ex Goltzio.

Ad quem diem *Ludi Isthimii*; dicti à Isthimio Acaie, instituti à Theseo *Ludi Isthimii.*

Digitized by Google

in honorem *Milicertæ*, acti die 9. post incipiente Vere; sequenti ritu triplici, *Certamine* jaculorum, *Pugna* cursus, *Congressu* Poëtarum, & Musicorum. Ita Hospinianus de Festis cap. 11. fol. 69. qui addit, quòd in iis Ludis victores coronabantur *laurea*. Vide dicta die 18. hujus mensis, ac Calepinum V. *Ver*.

Martyrol. Rom. Baron. Masculus hoc die.

480 Hic igitur dies veteribus jam festus, jam triumphalis, verè triumphalis fuit nostratibus, vti fuère *Felix*, & *Lugderus* præsules illustres, ille Trevirensis, hic Monasterienſis, qui cum pergeret ad prædicandum Saxonibus, & Trisiis, adhuc in navi positus, vidit fana Deorum abiire in fumum vnà cum simulacris. Quo & die *Castulus*, *Petrus*, *Martianus*, *Cassianus*, & alii plures, qui tum Romæ, tum alibi martyrii lauream fuère consecuti. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus verte ad sacra, & Dionysia vt 5. die hujus mensis, & triumphos veterum classes, colores, & coronas, vt die 5. ac 20. Januarii: vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Cumque & apud Veteres coronarentur palma. Verte hæc ad sacra pro hodiernis Sanctis veris victoribus, quibus applica verba:

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

Cant. 7. v. 8. *Ascendam in palmam, & aprehendam fructus ejus*: vnde per triplicem ascensum eos encomia: 1. super *Mundum*: 2. super *cor*, calcando proprias passiones: 3. super *palmam*, carnem macerando, crucem, & mortem pro Christo amplectendo.

10.

481 Delirabant veteres, & sacrificando *Soli*: quare vt vertamus hæc ad sacra, noto, quòd *Sol* dicitur à *Solon*, quòd est commune; dicturquè *quasi solus*, & *fons luminis*, cujus radiatione superiora, & inferiora illustrantur; vt cum S. Isidoro Anglicus observat. *Sol* mysticus fuit S. *Felix* præsul: quia *Communis* ovibus: quia *Solus* à mundanis abstractus: quia *Fons* benefaciendo: quia *Illustrans* doctrina, moribus, & exemplo. Vnde pro Sanctis præsulibus habes Thema. Solis virtutes descripsit S. Ambrosius, inquiens: *Sol* est *oculus* Mundi, *jucunditas* diei, *pulchritudo* Cœli, *vigor* nascentium, *decor* Stellarum; quòd si Sol dicitur *Phœbus*, ideſt *pulcher*, vt Anglicus observat. Habes inde per Solem Thema debitè applicandum. De *Sole* notarunt marginati, quòd *Rubet* in mane, *Lucet* hora tertia, *Fervet* in meridie, *Pallet* in vespere. Vnde, ex Beda, & aliis, finxerunt habuisse quatuor equos, quorum prius *Eriheus*, ideſt rubens: secundus *Æthæus*, ideſt splendidus: tertius *Lampas*, ideſt ardens: quartus *Philogeus*, ideſt amans terram. Vnde Themata pro hodiernis Sanctis fulgentibus sicut Sol. efformare poteris.

Sol.

S. Isidor. Anglicus lib. 8. cap. 28.

11.

S. Ambros. in Examer. Anglic. cit.

12.

Anglicus citat. cum Beda. Bung. de num.

482 Dixi quod *Sol* dicitur quasi *solus*, eo quòd solus appareat obscuratis, fulgore suo, cunctis syderibus, ait S. Isidorus, addens quòd lingua Persica vocatur *El*, & à Poëtis *Electror*, qui & Soli tribuerunt *equos roseos*. Est Sol natura *igneus*, quem sæpè videmus *madidum*, atque *rorantem*. Fuitquè ab antiquis *Sol* vocatus, *quasi solus*: *Phœbus* quasi *pulcher*, & adolescens, eo quod quotidie oriatur, & nova luce nascatur: quare pingebatur vt puer: *Apollo*, ideſt medicus: & *Titan*, quasi robustus, & *excellens*, aut vltor, vt omnia tradit S. Isidorus marginatus. Vnde habes Themata hodiernis Sanctis adaptanda per *Solem*, qui & *Centimanus* fuit dictus, *Palma* adumbratus, ac depictus *juvenili*, ac *rotunda facie radiante*, stans super *navem* ductam à Crocodilo, ex Pierio marginato.

13.

S. Isid. Ethim. lib. 3. cap 71. & lib. 14. cap. 3. lib. 16. cap. 24. lib. 18. cap. 41. lib. 3. cap. 49. lib. 8. cap. 9. & lib. 9. cap 2. Pier. Val. lib 35. & 50. ac Comment. fol. 622.

14.

Pictura.

DIES XXVII.

A.D. 86.

483 Hic dies, qui & 6. Kal. Aprilis, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 27. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum*, extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex sepè dictis cum Hospiniano, & S. Augustino.

Dies 11. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio die 17. hujus mensis.

Quo die in Kalend. Maffeiano notatur sic, *N. P. Hoc die Cæsar Alexand. recepit.*

Ad quem diem refert *Regifugium* Gyraldus adductus die 22. Februarii, num. 316. Item dies *Triumphalis*, ex Masculo.

Megalesia sacra, quæ quamquam ad sequentem diem referantur à Rosino, cum Varrone, & à Livio ad diem 12. Aprilis: at, ad præsentem diem referuntur à Kal. Rom. & Beyerline cum Hospiniano de Festis cap. 12. addente, quod hoc die Romæ cum pompa celebrabatur *lavatio Matris Deorum*. Fuit origo, quòd in Almone fluvio, ad quem magna pompa à Sacerdotibus Gallis deferebatur simulacrum ejus, & in fluvio Almone, vbi non procul ab Vrbe miscetur Tiberi, simulacrum abluebatur in vndis Almonis: mox hinc inde originem traxit, quod cum Romam primùm hæc Dea advecta esset ex

Lavatio. Origo.

Asia,

Asia, Sacerdos lavit, antequam eam intulisset in Vrbem. Quare deinde per singulos annos servatum. Hæc Hospinianus cum Ovidio 4. Fastorum, & Prudentio.

Megalesia.

484 *Megalesia* sacra fuerunt dicata *Cybeli*, quæ & *Tellus*, seu terra, *Ops*, *Rhea*, *Berecynthia*, *Magna* mater, *Mater* Deorum, nec non *Ida*, à monte Phrygiæ (in quo Phrygii eam plurimum coluerunt) fuit appellata. Hæcquè prophana sacra dicta Megalesia: quia hujus Deæ templum in quo colebatur erat Pergami, propè murum *Megalesium*: vnde adducta Romam sacra ejus fuerunt appellata *Megalesia*, vt observat Gyraldus. *Opis* imago, vt ex Albrico, tradit Rosinus, erat depicta in similitudinem *Matronæ*, quæ *manu dextera aperta* opem omnibus dare velle prætendebat, *sinistra* verò manu panem pauperibus porrigebat. *Obsquè* dicta fuit terra, *eo quod opem ferat frugibus*, ait S. Isidorus.

Rosin. lib. 2. cap. 4. Gyraldus Synt. 17. fol. 415. S. Isidor. lib. 14. Ethim. cap. 1. *Opis* pictura.

485 Fabularunt Gentiles fuisse *Matrem Deorum* nuptam Hyperioni fratri, ex quo genuit *Solem*, & *Lunam*; & alii dixerunt, quòd ex *Titea* conjuge suscepit liberos 45. & muliebris sexus duos, *Reginam*, & *Opem*. Ipsam verò Matrem Deorum dixerunt genitam à Menœ vetustissimo Phrygiæ Rege, ex vxore Dindimene, & ab ipso expositam in monte Cybelo, ac à feris enutritam, evasisse in admirabilem pulchritudinem, inventamquè à muliere pastoria, educatam pro sua, dictamquè Cybelem, à monte in quo fuerat educata, & exposita: quam & dixerunt ingenii acumine multas inveniisse artes, & mortalibus docuisse, vt cantum *tibiæ*, sonitum *cymbalorum*, & *tympanorum*, *choreas*, *lusus*, artem *veterinariam*, & morbis infantium *lenimenta*, quibus multi curarentur pueri: quare *Magnam Matrem*, & *Matrem Deorum* nominarunt Cybelem. Quam depinxerunt *Sedentem* in curru ducto à Leonibus, manibus *gestantem tympanum*, & *turritam*, aut habentem in capite *turrem* loco Coronæ, vt omnia cum aliis refert Rosinus, quem, & Cartarium vide. Porro de hac Dea scribit Livius, quòd ex Pessinunte oppido Phrygiæ, Romam transvecta, & culta: ea causa, quòd cum durante bello punico sepius lapidibus pluisset, libris Sybellinis, inspectisquè, esset inventum carmen. Quandoque hostis alienigena, terræ bellum Italiæ intulisset; eumquè posset pellere, vincerequè Italia, si Mater *Ida*, Pessinunte Romam advecta esset. Moti eo carmine legatos miserunt ad Atalum Regem Asiæ, qui Matrem Deorum petierunt, ab eoque benignè accepti, & Pessimunte in Phrygia deducti, sacrum lapidem, quem Matrem Deorum incolæ nuncupabant, acceperunt, & Romam transtulerunt. Addit ipse Livius: senatum fuisse monitum oraculo Delphico, vt eam hospicio exciperet vir ille, qui Romæ esset optimus: quare ad hoc munus destinarunt Scipionem virum putatum optimum, eiquè munus excipiendæ Deæ delegarunt. Iste verò omnibus cum matronis Ostiam obviam Deæ perrexit, Deam de navi accepit, & matronis in Vrbem ferendam tradidit. Perlata autem fuit in ædem *Victoriæ*, quæ est in Palatio, *pridie Idus Aprilis*. Isquè dies festus fuit. Populus frequens dona Deæ in Palatium tulit. Sequenti anno ædem ei propriam in Palatio locarunt, & per id tempus ferè dedicata est Matri Magnæ *Idæ*. Ludiquè ob dedicationem facti, quos appellarunt *Megalesia*: quia factos in honorem Matris Magnæ adductæ Romam, ex templo Pessuntino appellato *Megalesion*, vt cum Livio, & aliis ait Rosinus marginatus. Qui addit hanc *Magnam Matrem*, & vocatam *Berecynthiam* à monte Phrygiæ Berecyntho, & à monte Cybeli *Cybelem*, idest gloriæ firmitatem. Quam fabulosam historiam & tradit Gyraldus. Picturam *Cybelis* tradit Cartarius, eam depingens *Sedentem* in curru à Leonibus ducto, *cinctam* zona, indutam *veste ramis*, *& floribus* ornatam, *discalceatam*, gestantem *sandalia* in pedibus, tenentem manu dextra *sceptrum*, sinistra *clavem*, gestantemquè in capite *turrem* loco *coronæ*. Quam picturam ibidem exponit Cartarius. Tu autem eam accipe, christianiza, & applica vt die 19. Novembris.

Rosinus citat. Cartar. fol. 140. Livius lib. 29.

Livius cit. Varro. Ioseph. Scaliger. Rosin. lib. 2. cap. 4. & lib. 5. cap. 13. Gyraldus Synt. 4. fol. mihi 84. Cartar. citat. Pictura *Cybelis*.

Cybelis pictura.

486 Quamquam hic dies Nefastus, planctus, & lamenti apud Gentiles, nobis autem celebris, ob Sanctos hodiernos, vti fuère *Ioannes* Eremita (qui spiritu prophetico plenus, Theodosio Imperatori prædixit victorias de tyrannis Maximo, & Eugenio) *Rupertus* præsul propagator mirificus Evangelii: quibus ad coronam gloriæ, cum laurea martyrii associantur *Alexander*, *Philetus*, *Lazarus*, aliiquè plures Christi milites, qui hoc die palmam martyrii meruerunt. Quibus, ad sacra vertendo, adapta Dionysia, dicata Baccho, putato Soli, vt die 5. hujus: vnde per picturam, coronas, & tributa ipsius,

Thema. 1. 2. 3. 4. 5.

Digitized by Google

habes Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Inter Stellas est *Orion*, quæ, teste S. Isidoro, significat martyres: nam sicut *Orion* nascitur in Cœlo tempore hyemis, *& in Ecclesia martyres procedunt tempore persecutionis*, ait Sanctus, addens, quòd: *Orion Stella est. Hic autem Orion gladius dictus est, eumquè Latini vocant Iugulam, sydus vt videtur armatum, & Stellarum luce terribile.* Est enim *Orion*, teste Minorita Anglico, constellatio maxime notabilitatis *magnitudine, virtute, pulchritudine fulgoret* quæ constellatio se extendit per tria signa *Tauri* scilicet, *Arietis*, & *Geminis*, & habet speciem *accincti*, & *armati* militis. Vnde pulcherrima Themata efformare poteris pro hodiernis Sanctis, vt habentibus *gloria firmitatem*, quòd mendosè de sua Cybele fabularunt Gentiles. Vide infra dicenda die 26. Junii, vnde habes alia Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis.

S Isidor. lib. de Nat. rerum cap. 20.

Anglicus lib. 8. cap. 36.

6.

7.

8.

DIES XXVIII.

A.D. 87. 487 Hic dies, qui & 5. Kal. Aprilis, dies *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 28. *Antheſteriorum*, seu *Dionyſiorum*, extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex sœpè dictis cum Hospiniano, & S. Augustino.

Dies 12. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio die 17. hujus mensis.

Ad hunc diem refert Rosinus in suo Kalendario, cum Varrone *Megalesia*. Ita lib. 4. cap. 4. sed cum aliis ea retuli ad præcedentem diem, in quo de ea egi.

Dies habitus *Ægyptiacus*, & Infaustus, quo putabant, si quid seriò agerent, non evenire ex sententia. Ita Masculus in Fastis hoc die.

Dies *Triumphalis* ob triumphum actum ab Attilio Regulo V. C. annò 459. ob victoriam partam de *Volcisis*. Ita Masculus citat, & cum Livio Beyerlinc hoc die.

Quo agebant sacra *Iano*, *Concordiæ*, *Saluti*, *Paci*, & *Cereri Eleusinæ*. Ita Kal. Rom. & cum eo Beyerline in Theat. Vitæ Hum. hoc die.

488 Inter alia sacra stultè acta à cæca Gentilitate, in hoc die, quæ erant dicata *Cereri*, de qua audi S. Isidorum: „*Cererem*, idest terram, à creandis fru„gibus asserunt dictam, appellantibus „eam nominibus pluribus, vt *Opem*, „quòd opere melior fiat terra: *Proser„pinam* quod ex eo proserpant fruges: „*Vestam* quod herbis, & variis vestita „sit rebus, vel à vi sua stando: quam „& *Tellurem*, & *Matrem Magnam* fin„gunt *turritam*, cum *tympana*, & *Gal„lis*, ac strepitu *cymbalorum*. *Matrem* „vocarunt, quòd plurima pariat: *Mag„nam*, quòd cibum gignat; *Almam*, „quia vniversa animalia suis fructibus; „enim est nutrix alimentorum terra. „Quòd simulacrum cum clave fingi„tur: quia tellus hyeme clauditur, ve„re aperitur, vt fruges nascantur. Per „*tympanum* quòd habet, significare vo„luerunt orbem terræ. Quòd *curru* „vehi dicitur: quia ipsa est terra, quæ „pendet in aëre. Quòd sustinetur *rotis*: „quia Mundus rotatur, & volubilis est. „Quòd *Leones* illi subjiciunt mansueti, „vt indicarent nullum genus esse tam „ferum, quod subigi, aut superari non „possit. Quòd in capite gestet *turritam* „*coronam*, indicarunt superpositas ter„ræ Civitates, quas insignitas turribus „continet. Quod *sedes* finguntur circa „eam, vt indicarent ipsam non move„ri: cum omnia moveantur. Quòd *Co„rybantes* ejus ministri cum strictis „gladiis esse finguntur, vt significetur „omnes pro terra sua debere pugna„re. Quòd *Gallos* huic Deæ servire fe„cerunt: significarunt, terram sequi „oportère, qui semine indigeant. „Cymbalorum *sonitu* indicarunt cre„pitus ferramentorum in colendis „agris. Eandem *Vestam*, & *Ignem* esse „perhibent: quia terram habere ig„nem, ex Ætna, & Vulcano constat. „Et ideo Virginem putarunt: quia ex „elemento ignis nihil nasci potest. „Propterea & Virgines *Cereri*, aut „*Tellurs* servire dixerunt. Hæc S. Isi„dorus.

Cereris. S. Isidor. Ethim. lib. 8. cap. 11.

Pictura explicata.

489 *Salutem* quam hoc die colebant Gentiles, depinxerunt Deam sedentem in throno, tenentem læva *virgam*, porrigentem dextera *poculum anguis*, aut porrigentem *pateram*, ex qua anguis exurgit, cum hac inscriptione: *Salus Publica*. Fuit enim commune apud antiquos, per *anguem* significare *Salutem*: quia ex carne viperina excogitatum fuit singulare remedium pro gravioribus morbis, vt totum notat Pierius. Ita Romani salutem coluerunt (ex Macrobio) vt ei dicarent ædem depictam à Fabio pictore, & huic adi vicina erat porta *Salutaris* vocata. Dedicaruntquè hunc diem in honorem Salutis purè, & exactè servandum, vt tradit Rosinus.

Pictura *Salutis*.

Pier. Val. lib. 16. fol. 159.

Macrob. 1. Sat. cap 16.

Rosinus lib. 2. cap. 18.

Pro-

Digitized by Google

490 Prophana sacra rejecta, amplectamur Christiana, verèquè religiosa in honorem Xysti III. Papæ, & Confessoris, *Spei* Abbatis, cujus anima in Columbæ specie visa est in Cœlum ascendere, *Gunthramni* Regis Francorum: quibus ad coronam gloriæ cum martyrii palma sociantur *Prisius*, *Malchus*, & *Alexander*, sub Valeriano passi. *Castor*, & *Dorotheus*, aliiquè plures. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus verte ad sacra Dionysia, vt 5. die hujus mensis: vnde per picturam Bacchi, putati Solis, coronas, & tributta, habes Themata pro hodiernis cœlicolis: quibus & adapta triumphos veterum, classes, colores, & coronas, vt die 5. ac 20. Januarii: vnde habes alia Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Quod si hoc die salutem coluerunt Gentiles, & hæc vertamus ad sacra: enim *Salus* nomen dictum est à *Sale*, & *Sal* dictum à *Salo*, *Sole*: & *exilio*: eo quòd etsi Sal igneus, in igne exiliat, fugiens ignem, cujus Salis colorum differentiæ sunt plures, vt *Albus*, *Rufus*, *Purpureus*, & *Lucidus*, ac *Splendidus*, in Pachyno Siciliæ imagines reddat, vt totum tradit S. Isidorus marginatus. Vnde per diversos Salis colores, habes pro hodiernis Sanctis alterum Thema.

Martyrol Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

S. Isidor. lib. 16. Ethimol. cap. 2.

11.

DIES XXIX.

A. D. 88.

491 Hic dies, qui & 4. Kal. Aprilis, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 29. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum* actorum in honorem *Bacchi*, ex dictis sæpè cum Hospiniano, & S. Augustino.

Dies 13. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio die 17. hujus mensis.

Quo die sacrificabant *Soli* ex dictis num. 49. *Igni*, ex narratis die 9. Februarii: *Laribus* ex dicendis die 1. mensis Maii: & *Belo*, ex adducendis die 16. Decembris.

Dies *Ater* & Infaustus habitus, vti & omnes 4. Kalendas, ob cladem passam cannensem. Ita Macrobius 1. Saturnal. & Masculus in Fastis die 2. Augusti. Quo die, & num. 1074. vide à nobis dicenda.

492 Cum hic dies *Ater* fuisset Romanis, dictis in principio hujus Diarii cap. 5. num. 37. addo cum S. Isidoro „ sequentia. *Fasti* dies (inquit) sunt, „ quibus jus dicitur, *Nefasti*, quibus „ non dicitur, *Feriati* dies, in quibus „ res divinæ fit, & abstinere homines à „ litibus oportet. *Profesti*, festis con„ trariis, ideſt, sine religione. *Festi* tan„ tundem otii, & religionis sunt. *Atri* „ sunt, qui & communes vocantur „ (quos *Atros* velut infausta appella„ tione damnarunt, & nonnulli *Com„ munes* ad emendationem nominis vo„ caverunt) *Siderales* in quibus sidera „ moventur, & homines à navigatio„ nibus excludumtur. *Præliares*, quibus „ fas est hostem bello lacessere. Hæc S. Isidorus, qui & ponit dies appellatos *Iustos* continuos triginta, qui ex Festo, & Macrobio, à *Præliaribus* non segregantur: *Iusti* sunt, inquiunt, continui triginta dies, quibus exercitui imperato *vexillum rufi coloris*, in aëre positum est. De quo & dixi citato numero.

S. Isidor. lib. de nat. rer. cap. 1. de diebus. Ovidius 1. Fast. Festus.

Macrob. 1. Sat. cap. 17.

493 Etsi Gentilibus Ater, & Infaustus præsens dies, nobis sit Felix, & Lætus, ob præclaros Sanctos, quos sacra hodie veneratur Ecclesia, vt *Eustasius* Abbas sanctitate conspicuus, *Saturus* Confessor, aliique invicti martyres *Ionas*, *Cyrillus*, *Pastor*; & alii, cum quibus *Victorinus*, qui suo nomine indicatam habuit victoriam. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Dionysia, acta in honorem Bacchi, putati Solis: per cujus picturam, coronas, & tributta, habes Themata die 5. hujus, hodiernis adaptanda cœlicolis: quibus alia poteris adaptare per Solem, Ignem, Lares, & Belum. Cumquè, hoc die, inter alios cœlites, veneremur *Victorinum*, noto. Quòd *victoria est dicta, quòd vi, ideſt virtute adipiscatur*, ait S. Isidorus, addens: quod *Pompa* fuit dicta *ab ostensione publica*: Trophæum *à fuga hostium*: *Triumphus* ab *exultatione*: quòd si triumphans antiquitùs ornabatur *purpura*, *toga picta*, & *palmata*, *lauro*, *palma*, & *aurea corona*, vt Sanctus citatus refert, & nos diximus supra die 20. Januarii, ac 17. hujus, inde habes Themata alia, hodiernis applicanda Sanctis.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

S. Isidor. Ethim. lib. 18. cap. 2.

10.

DIES XXX.

494 Hic dies, qui & 3. Kal. Aprilis, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

A. D. 89.

Dies 30. *Antheſteriorum*, seu *Dionysiorum*, ex sæpè dictis cum Hospiniano, & S. Augustino.

Dies 14. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio, die 17. hujus mensis.

Dies

Digitized by Google

Dies sacratus *Cereri Eleusinæ*. Ita Masculus in Fastis hoc die fol. mihi 111.

Dies sacratus *Defunctis*, ex Suida, & Bungio citatis num. 49. die 30.

Quo die *Ludi Olympici* acti à Græca juventute *cursu*, *saltu*, & *disco*, extensi per dies *quinque*, ex dictis cum Cæsare Calà num. & die citatis.

Quo tandem die, festum, & sacra *Iani*, *Concordiæ*, *Salutis*, & *Pacis*. Ita Rosinus lib. 4. cap. 4. & Hospinianus de Festis cap. 12. fol. mihi 84. addens quod hoc die conjunxerunt hæc numina: quia prudentiam *Iano* tribuebant, *Prudentia* concordiam facit: *Concordia* salutem, & pacem tribuit.

Pax.

S. Isidor. lib. 1. Diff. lit. F. & lib. Ethim. 18. cap. 1.

495 Hoc die colebatur *Pax*: quare noto, quòd inter *Fœdus*, & *Pacem* S. Isidorus assignat discrimen: nam *Fœdus Pacem* prævenit, & posteriùs *Pax* accipitur. Addit ipse Sanctus, quòd „*Fœdus* est *Pax*, quæ fit inter dimicantes, dictum à facialibus, ideſt, Sacerdotibus, per quos fiebant fœdera. „Alii volunt fœdus dictum à porca „fœdè occisa, cujus mors optabatur „ei, qui à pace resiliisset. Et dictæ *Indutiæ*, quasi in dies ocia. Addit Novarinus, quod olim Romani iis litteris, quibus pacem nuntiabant, *addebant laurum in signum latitiæ, & victoriæ.* Dixitquè Simeon filius Gamalielis, esse pacem fundamentum mundi, inquiens: *Super tria fundatur mundus, super justitiam, veritatem, & pacem*, quæ pax omnis boni perfectio est. Hinc apud Hebræos pax dicitur *Salom* à radice *Salam*, ideſt perfici: & compleri, quod omnis prosperitatis sit complementum, ait marginatus Novarinus. Ad quam suadendam pacem addit S. Isidorus: *Pacem ama, pacem dilige, pacem cum omnibus retine.* Antiqui significarunt *Pacem* per *Caduceum*, seu virgam cum duobus anguibus implicatis, vt tradit Pierius, addens se vidisse simulacrum *Pacis Alatum*, cum Caduceo, & quodam serpente abeunte. In altero numo alium, ait, se inspexisse *Pacis* simulacrum *Alatum*, tollens dextera *Vestimentum*, à pectore ad faciem, læva *Caduceum* porrigens, pedibus *Calcans* serpentem. Variè ex Rosino effingebatur *Pacis* simulacrum, interdum cum *Spicis*; interdum coronatum *Oliva*, *Lauro*, & *Rosa*.

Novarinus in Sced. l. 9. n. 65. & lib. 12. n. 16. ac l. 11. n. 130.

S. Isidor. lib. 2. Synonimor. V. Pax.

Pier. Val. lib. 15. Rosin. lib. 2. cap. 18.

Picturæ Pacis.

1.

2.

3.

4.

Salus.

Cartar. fol. 62. Picturæ. 1.

Salus effingebatur forma *mulieris*, in Solio *sedentis*, tenentis *pateram* penès quam erat *ara*, & aræ involutus *anguis*, attollens caput. Amplius in veteribus numismatibus Antiochi pro emblemate *Salutis* cernitur *Triangulus triplex*, invicem *insertus*, lineis *quinque* constans, in quibus, litteris Græcis, scriptum *Salus*.

496 Hic igitur dies, jam luctus, jam festus veteribus: verè fuit festus nostratibus, qui ad æternum festum gloriæ pervenère. Hi fuere *plurimi martyres*, qui toleratis inauditis tormentis de Macædonio hæresiarcha triumpharunt: quibus ad martyrii palmam associantur *Quirinus*, *Dominus*, *Victor*, & alii, ac ad coronam gloriæ *Regulus*, *Zozimus*, & *Pastor* præsul; ac B. *Angela* Fulginatis Tertii Ord. Franciscani, vt in nostro Breviario hoc die: quæ 28. Decembris ponitur in Menologio S. Francisci. De qua in præfato „Menologio sic: Nobilibus parentibus „nata, Tertii Ordin. S Francisci professa, multis privilegiis, ac donis, à „Domino decorata: S. P. Francisco sibi apparente, & monente *concepit* „spiritum pœnitentiæ, facultates suas „pauperibus *distribuit*, terrena *contempsit*, ac per octodecim gradus ad „perfectionem *ascendit*. Vehementer à „diabolo tentata, & cruciata, extases „passa, apparitionibus Christi, Angelorum, & Sanctorum, recreata, languente amore, dextro brachio fortiter amplexata à Christo, dicente: *Diligo te Sponsa mea, Amica mea, & ideo te summè dilectam amplector.* Angeli ei apparentes refecerunt eam „Eucharistico Sacramento, ex quo sacro convivio tantam fortitudinem „reportabat, vt per *duodecim* continuos annos, nihil corporalis cibi degustaret, plenè satiata hac esca cœlesti, quam quotidiè digno sumebat „fervore. Obitum suum longè ante „præscivit. Post & ante obitum prodigiis, & miraculis claruit. Decreto „Innocentii XII. ritu duplic. major. „venerata. Hæc Menologium Franciscanum. Pro qua, & aliis hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Dionysia, vt die 5. hujus: Ludos Olympicos, vt die 10. Januarii: Pacem vt die 30. ipsius Januarii mensis, vbi invenies plura Themata adaptanda, & B. *Angelæ*, & aliis hodiernis Sanctis.

Martyrol. Rom. Martyr. Francis.

Menolog. S. Francisc. die 28. Decembris.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

DIES XXXI.

497 Hic dies, qui & pridie Kal. Aprilis, *Comitialis* notatur in Vet. Kalendario.

A. D. 90.

Dies 31. & vltimus *Antheſterio-*

rum,

Digitized by Google

rum, seu *Dionysiorum* extensorum per totum mensem in honorem *Bacchi*, ex dictis sæpè cum Hospiniano, & S. Augustino à num. 449.

Dies 15. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio, die 17. hujus mensis.

Dies ab Athenienſibus ſacratus *Demetrio*, ex dictis cum Alex. & Masculo num. 49. die 31.

Lavatio. Quo die *Lavatio Matris Deorum*, Ita cum Arnobio, & Lucano Rosinus

Ritus. lib. 4. cap. 7. addens quòd hoc die simulacrum *Cybelis*, seu *Idæ* magna pompa ducebatur ad fluvium *Almonem*, vbi non procul ab Vrbe *Tiberi* miscetur: ibique ad confluentem duorum amnium, simulacrum *Cybelis* abluebant, quod ablutum, & sacris litatum, in pristinum locum reponebatur à Sacerdote *indutoveste purpurea*. Ita cum aliis Rosinus citatus.

Luna. Diana. Eodem die fiebant sacra *Lunæ*, & *Dianæ* in monte Aventino. Ita Ovidius, Gyraldus de Mensibus fol. mihi 611. Rosinus lib. 4. cap. 4. aliique, ac Hospinianus de Festis cap. 12. fol. 84. addens: fuisse templum *Lunæ* præfato in monte, in cujus templi Vestibulo affigebant cornua boum. Fuit origo: quia fabularunt fuisse oraculum à Vate, vt in Aventino monte Bos immolaretur Dianæ. Dies 2. *Ludorum Olympicorum*, ex num. 495.

Numer. 90. 498 Sumus in die 90. anni Romanorum: quare noto de numero *Nonagesimo*; quòd hic numerus, juxta supputationem Valerii Probi, significatur per litteram N. fuit *infœlicitatis* nota Mathematicis, & Chaldæis, qui Nonagenariam radiationem, minacem, malignamquè esse dixerunt. Fuit à Pythagoricis judicatus tristis. Adumbrat *Jevitiam* Pharaonis, *persecutiones* hæreticorum, & infidelium. Indicat dies 90. quibus domi lacte nutritus fuit *Moyses*,

Bungius de n. 90. antequam in *Nilo* expositus, & alia, vt Bungius, cum aliis, omnia observat.

499 Fastis veterum, nostratum fastos opponimus: enim venerantur

Martyrol. Rom. hodie *Balbina* virgo, *Amòs* Propheta, cum quibus associantur cœlitibus martyres invicti *Beniamin*, *Theodulus*, *Felix*, & alii. Pro iis igitur, aliisquè hodiernis cœlitibus verte ad sacra, Dionysia, vt die 5. hujus: vnde per picturam Bacchi, putati Solis, coronas, & tributa, habes Themata pro hodiernis Sanctis: quibus adapta alia per Ludos Olympicos, vt die 10. Januarii: & per Lunam, ex dicendis die 24. Augusti, num. 1177. vbi dabo per Lunam plura christianizata Themata. Tandem si hoc die delirabant veteres in lavatione cybelis, vertendo ad sacra, & christianizando præfatum ritum, nos lavemus, & purificemus triplici imbre (vti Sancti fecere): 1. *imbre* lachrymarum: 2. *imbre* mortificationum: 3. *imbre* lætificationis, sic lætè tolerando adversa pro Christo, vt post cum eo lætemur in gloria per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

APRILIS.

500 APRILIS dictus est quasi *Aperilis*, eo quod, tunc plurimum germinis aperiatur in florem, ait S. Isidorus, addens, quod Aprilis dicitur quasi *Afrodis*, pro Venere sic Græcè dicta. Variè nominatus fuit hic mensis, ab Hebræis *Iiar*: ab Ægyptiis *Pachon*: ab Athenienſibus *Thargelion*: à Græcis, & Macedonibus *Xanticus*: à Lecedæmonibus *Hecatombeus*: à Gallis *Auril*: ab Italiis *Aprile*, &c. Celebris mensis ob decorem, admirabilis ob pulchritudinem, memorabilis ob venustatem: ideoquè anni splendor, temporis specimen, & Mensium corona dictus: in quem mensem consPirant, & cœli clementia, & naturæ benignitas: quem voluerunt aliqui dictum *Aprilem*, quasi *Aphrilem*, à *spuma*; vnde ortam Venerem crediderunt Gentiles. Nero jussit hunc mensem appellari *Neroneum*, fortè quia ipse matris suæ viscera ferro aperuit. Totum notant marginati.

S. Isidorus lib. de nat. rer. c. 4. & lib. 5. Ethim. cap. 31. Tamay. fol 430. Mascul. in Fast. fol. 149.

DIES I.

501 HIc dies, qui & Kal. Aprilis *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 91.

Dies 16. *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. & Bungio die 17. Martii.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute *cursu*, *saltu*, & *disco*; ex dictis cum Cæsare Calà die 30. Martii.

Item dies sacratus *Junoni*, *Iano*, *Laribus*, & *Omnibus Diis*, ex dictis cum pluribus num. 49. die 1.

Quo die festum *Vernalia* dictum, dicatum *Veneri*, cui fiebat sacrum cum

Vernalia. Venus.

flor-

Digitized by Google

Ritus. *floribus*, & *myrto*; ac mulieres *sertis myrteis* redimitæ lavabantur. Ita Ovid. 4. Fastor. Plutarchus in Numa. Gyraldus de Mensibus fol. mihi 612. Tamayus hoc die, & Rosinus lib. 4. cap. 8.

Fortuna Virilis. Item hoc die festum dicatum *Fortunæ Virili*. Ita Gyraldus de Mensibus citatus, & Hospinianus cap. 14. fol. 88.

Ritus. addens, quod mulieres apud templum huius *Fortunæ*, quod erat in ripa Tiberina, consueverunt *coronatæ* sacrificare; & lavari. Quod sacrificium teste Rosino lib. 4. cap. 8. fiebat à *virginibus*, addit causam ex Ovidio 4. Fastor. quòd virgines viro maturæ, in ejus *Fortunæ* templum ducebantur, & ibi, depositis vestibus, omnia corporis vitia detegebant, sperantes fore, vt ea viros lateret *Fortunæ* beneficio. De quo sacrificio scribit Gyraldus, solitas fuisse mulieres ventitare in templum Fortunæ, & nudato corpore *Thus* offerre in *igne* in honorem Fortunæ. Ita Synt. 16. fol. 392.

Ipso hoc die, alterum dicabant

Fortuna Muliebris. festum *Fortunæ Muliebri*, vt cum Ovidio, & Vives dico num. 502.

Venus Verticordia. Quo & *Venerem Verticordiam* colebant, vt puellarum animos lascivos ad castitatem verteret. Ita Ovid. 4. Fastor. & Rosinus lib. 2. cap. 10. ac

Ritus. lib. 4. cap. 8. vbi plura tradit de hac fabulosa Venere. Addit Hospinianus ritum: quòd Matronæ abluebant *simulacrum Veneris*, cui sacrificabant simul cum *floribus*, & *myrto*. Ita Hospinianus cap. 14. fol. 88.

Item apud Athenienses solemnitas dicta *Apaturia*, extensa per *quatuor dies*, dicatos *Veneri Apaturiæ*. Ita Tamayus hoc die, & Gyraldus Synt. 13.

Venus Apaturia fol. 423. à num. 10. de quo festo dicam num. 503.

Ad hunc ipsum diem refert Gyraldus citatus de mensibus, & Synt. 17. à fol. 419. celebre festum Græcorum

Hecatombea. *Hecatombe* vocatum. De quo festo pro *Centuria* applicandum (enim *Hecaten* significat *centum*, ex Gyraldo) dicam die 1. Junii.

Thargelia. Quo die *Targelia* sacra dicata *Apollini*, & *Dianæ*. Ita Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap. 4. & Gyraldus Synt. 17. fol. mihi 422. addens hoc festum fuisse Athenienium, à quo Thargelion dictus hic mensis, quo duos homines immolabant, vnum pro maribus, alterum pro fœminis.

Hoc die *Scorpius occidit*. Ita Rosinus in suo Kalend. citatus. Addo cum S. Isidoro lib. 3. Etymol. cap. 70. esse *Scorpium Vermem*, *Piscem*, *Sidus*, & *Sagittam*. Diesque nobilitatus *Triumphis*; enim Q. Martius triumphavit de *Hetruscis*: Valer. Messala de *Pœnis*: & Caruilius Max. de *Scardis*. Ita Masculus in Fastis hoc die. *Triumphi.*

Ipso hoc die festum quoddam Argivorum nuncupatum *Contumeliosa*, seu *Injuriosa*, in quo mulieres insolentius, ac petulantius in maritos agebant virilibus inductæ vestimentis. Fuit origo, in memoriam Patriæ, sua fortitudine ab hostibus, vindicatæ. Ita Plutarchus, qui historiam tradit lib. de virtutibus mulierum & cum eo Hospinianus de Festis cap. 13. fol. mihi 85. qui hoc festum refert ad hunc novilunium, etsi ab aliis referatur ad diem 7. *Injuriosa* *Origo.*

Quo die *Ludi Natalitii Antonini*. Ita Lazius de Repub. Romanor. lib. 10. cap. 15. fol. 1020.

Tandem hoc die *Ludi Magalesiaci*, extensi per *septem dies*, acti in honorem *Iovis* Opt. Max. *magna pompa*, & pro conservatione reipublicæ Romanæ. Ita Lazius citatus lib. 10. cap. 5. fol. 974.

502 Duplicem festum de *Fortuna* agebant hoc die Gentiles, alterum de *Fortuna virili*, de quo egi die præcedenti: alterum de *Fortuna Muliebri*, quod ad hunc diem referunt Ovidius, & Vives marginati. Cui Fortunæ dicatum erat templum in via Tiberina. Hoc Fortunæ simulacrum *bis fuisse locutum* dixerunt Gentiles, vt refert S. Augustinus, inquiens: *Simulacrum* Fortunæ muliebris, quòd à matronis dedicatum est, etiam locutum esse memoriæ commendarit, atque dixisse non semel, sed iterum, quòd eam ritè matronæ *dedicaverint*. Hæc S. Augustinus. Super quæ verba, vives ait: *Cum dedicaretur, bis locuta est imago. Prius sic: Ritè me matronæ vidistis, ritequè dedicastis.* Posterius locuta fuit imago *denuntiando periculum*. Ita Vives, ex Pluth. & Lactantio. *Fortuna Muliebr.* Ovid. 4. Fastor. S. August. 4. de Civ. cap. 19. Vives hic. Lactant. lib. 2.

503 Fuerunt & hoc die *Thargelia*, vti dixi, dicata *Apollini*, & *Dianæ*. De quo festo agam die 7. hujus mensis. Nunc autem cum *Thargelia* dicarentur *Apollini*, nunc noto cum S. Augustino, finxisse Gentiles *Simulacrum Apollinis cumani quatriduo fleviisse*: aut vt ibidem, ait Vives: *Simulacrum Apollinis lachrimavit per quatriduum* quam lachrimationem, aut deplorationem, opinarunt denuntiasse Romanis *prosperum*, Græcis *malum*: quare Senatu consulto obtulerunt Romani *dona*, & *Thargelia.* S. August. lib. 3. de Civ. cap. 11. & lib. 7. cap. 16. Vivef. hic. Tamayus hoc die.

sacrifi-

Digitized by Google

sacrificium *Apollini*; quem solem, Medicum, & Divinatorem dixerunt.

Apaturia. Alexand. lib. 6. cap. 19.

Dixi quod hoc die fuit Apaturia solemnitas dicata *Veneri Apaturiæ*, extensa per *quatuor dies*, acta in omni Græcia, ad aucupandam popularem gratiam, ex Alex. ab Alex. & eo ritu, vt in festo die Apaturiorum, mos fuisset Cureotis, vt præmia parentes proponerent, & à pueris recitarentur carmina multa, multorum Poëtarum, ac plures de novo versus, quòd tunc novi illis essent, decantarentur, ex Platone, & Novarino. Quæ solemnitas quatuor complebat dies, diversis nominibus vocitatos, prout variis celebritatibus addictos. In 1. sodales ad vesperam coacti in vnum epulabantur. In 2. nominato à sacrificando *Iovi* soladi, & *Palladi* sacra fiebant. In 3. *puellari* vocato, pueros, & puellas sodalitati adscribebant. In 4. dicto *Quarta*, seu *vltima* dies feriarum *Veneri* sacrificabant. *Apaturia* fuerunt appellata *deceptoria*. Causam tradunt Tamayus, & Giraldus: quia cum foret bellum inter Athenienses, & Boetios, quidam indutus hircina nigra pelle apparuit post Xantum Boetium, cui dixit iniquum facere, quo dicto respicientem Xantum interfecit. Vnde *Apaturia* cognominata *deceptoria*.

Origo.

Riius.

Plato in Timæo. Nov. in Sched. lib. 11. cap. 6. Tamayus hoc die. Gyraldus Synt. 13. fol. 343. Martyr. Rom.

504 Hoc die, quo tantũ deliravit cæca gentilitas, nobis qui luce catholica ducimur veniunt venerandi Sancti, vt *Valerius* Abbas crebris miraculis illustratus: *Hugo* præsul Grationopolitanus miraculis conspicuus: & inter alios martyres *Theodora*, *Stephanus*, & *Victor*. Pro quibus, aliisque cœlitibus hodiernis, verte ad sacra & triumphos veterum classes, colores, & coronas, vt die 20. Januarii: & Ludos Olympicos, vt die 10. ejusdem mensis, vnde habes plura Themata. Cumque, & hoc die delirarent Gentiles, in suis prophanis sacris, redimiti sertis eum floribus, & myrto. Vertamus & hæc ad sacra: enim myrtus adumbrat Sanctos, & est, S. Isidoro teste, *arbor* alia *nigra*, alia *alba*, *læta*, *florida*, *aromatica*, *imputribilis*, *consolidativa*, & *reparativa*; vnde habes Thema pro hodiernis Sanctis, quibus alia adaptare poteris.

Thema,
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

S. Isidor. lib. 17. Etim. cap. 7. Anglicus lib. 17. cap. 101.

8.

DIES II.

A. D. 92.

505 Hic dies, qui & 4. Nonas Aprilis, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies *Infaustus*, & dicatus *Diis Manibus*, ex dictis cum Alex. & Bungio num. 49. die 2.

Dies sacratus *Semideis*, & *varonibus Heroicis*, ex dictis cum Roman citato die, & numero.

Die 17. & vltimus *Lamenti* cultorum Matris Deorum, ex dictis cum Alex. &c. die 17. Martii.

Dies 4. *Ludorum Olimpicorum* actorum à Græca juventute *cursu saltu*, & *disco*, ex dictis cum Cæsare Calà die 30. Martii.

Dies 2. *Apaturiorum* in honorem *Veneris Apaturiæ*, ex dictis cum Tamayo, & Gyraldo num. 501.

Dies 2. *Ludorum Megalesiacorum* actorum in honorem *Iovis* Opt. Max. extensorum per dies septem, ex dictis cum Lazio num. 501.

Quirini Dei natalis notatur hoc die in Vet Kal. apud Tamayum hoc die, qui addit, aut hunc diem dicatum *Deo Diei*, quem, ex Gyraldo Syntag. 1. colebant Ægyptii, & Æthiopes: aut dicatum *Quirino*, sivè *Marti*, sivè Romulo.

Quo die *Pleiades occidunt*. Ita Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap. 4.

Pleiades.

506 Ductus occasione occasus *Pleiadum*, hoc die; noto differentiam *stellarum*, *siderum*, & *astrorum* verbis S. Isidori dicentis: *Stellæ* sidera, & astra „ interse differunt: nam *stella* est quæ„ libet singularis: *sidera* verò sunt plu„ ribus stellis facta, vt *Hyades*, *Pleiades*: „ at *astra* sunt *stellæ* grandes, vt *Orion*, „ *Bootes*. Sed hæc nomina confundunt „ Scriptores, & astra pro stellis, & „ stellæ pro sideribus ponunt. *Pleiades* „ à pluralitate dictæ sunt: stellæ sep„ tem ante genua Lauri, ex quibus sex „ videntur, & vna latet. Has Latini „ *Vergilias* dicunt à temporis signi„ ficatione, quòd est *ver* quando *exo„ riuntur*. Hæc S. Isidorus, qui lib. de „ natura rerum addit: *Pleiades* appel„ latas *Botrum* à multitudine stellarum: „ surgunt ab *Oriente* appropinquante „ claritate diei, adumbrant & *Prædica„ tores* Dei, *charitatem*, ac *proximos*: „ quibus stellis, eo quòd sunt septem, „ & splendidè micant, significantur „ *Sancti omnes septiformi spiritus virtute* „ *fulgentes*. Hæc S. Isidorus. Has vocat Job: *Micantes stellas Pleiadas*. Hebraice *cimach*, quam vocem cap. 9 v. 9. Vulgata vertit *Hyadas*, & Amos 5. vers. 5. *Arcturum*. Quas *Pleiadas* alii nominant *Vergilias*, ideſt, deliciæ; & voluptates, *flores*, *fructus delicatos*, *nimbosas*, & *pluvias*, vt Haye, & Pineda advertunt.

S. Isidor. Etim. lib. 3. cap. 60. & lib. de Nat. rer. cap. 26.

Iob. cap. 38. v. 31. B. Max. hic & Menochius. Pineda hic num. 2. ad 4.

Digitized by Google

Martyr. Rom.

507 Hoc igitur die, quo cæca gentilitas, inter alia deliramenta, celebrabat natalem sui Quirini; veniunt à nobis celebrandi plures Sancti, qui ipso hoc die nasci meruerunt in cœlo, vt *Amphianus*, & *Theodosia* Martyres: *Maria* Ægyptiaca pœnitens: *Nicetus*, *Abundius*, & *Vrbanus* Antistites, ac *Fraciscus* de Paula Minimorum Institutor. Pro quibus verte ad sacra, & Ludos Olympicos, & Ludorum pompam ac ritu, vt die 10. Januarii, ac 28. Februarii: vnde habes plura Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis. Cumque & delirarent in Heroibus, vertendo & hæc ad sacra, pro veris Heroibus hodiernis Sanctis, vide christianizatum Thema die 2. Junii. Tandem, vt alia omittam, cum incidiat hoc die occasus *Pleiadum*, & occasus SS. sit eorum in cœlo nativitas, per *Pleiades* vocatas *Nimbosas*, *Vergilias*, *Micantes*, *Flores*, & *Fructus*, habes Thema hodiernis Sanctis applicandum, & præcipuè pro Sancto Institutore Minimorum, suaquè Minimitana familia. Vide dicenda die 26. Septembris num. 1361.

Themata.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

10.

DIES III.

A.D. 93. Calend. Maff.

508 Hic dies, qui & 3. Nonas Aprilis, dies *Comitialis* ex Kalendario Maffeiano. Dies 5. *Ludorum Olympicorum*.

Qui dies 3. festi *Apaturiorum* ex dictis supra num. 502.

Ipse dies apud Athenienses *Sacratus Minervæ*, ex Vet. Cal. Tamayo, & Gyraldo. Quem diem dicabant Ægyptii *Minervæ* in vnoquóque mense. Romani autem faciebant, nundinas, ad hunc diem ex dictis num. 49. Advertit Tamayus, quod solemnia hoc die Minervæ dicata perficiebantur mactatione taurorum, & agnorum, quòd & tradit Alex. ab Alex. *Dierum Gen.* lib. 3. cap. 12.

Tamayus hic. Gyraldus Synt. 17.

509 At, nobis hoc die venerandi veniunt Sancti plures, qui à Sancta coluntur Ecclesia, inter quos illustres Martyres *Pancratius Vulpianus*, & *Benignus*, *Richardus* Episcopus Sanctitate, & miraculorum gloria conspicuus. Virgineque & Martyres *Agapis*, & *Chionia*, quæ pro Christo missæ in ignem, & à flammis intactæ, ibi oratione ad Deum fusa animas reddiderunt Creatori, cum quibus cœlitibus associatur Abbatissa virgo *Burgundofora*. Pro quibus Sanctis per picturas *Minervæ* Christianizatas adductas num. 77. habes Thema.

510 Dictis de Minervâ supra num. 77. addo ex S. Isidoro, finxisse Gentiles „ *Minervam* natam ex capite *Iovis*: quia „ sensus sapientis, qui invenit omnia „ in capite est. In cujus pectore finxe„ runt caput Gorgonis, quòd illic est „ omnis prudentia, quæ confundit alios, „ & imperitos comprobat: in pectore „ *loricam*, ad insinuandam sapientiam, „ & virtutem. *Tritonia* fuit dicta Mi„ nerva: quia dixerunt apparuisse vir„ ginali ætate circa Triton, quòd est „ Africa palus. Quæ *Minerva*, & dicta „ fuit *Pallas*, vel ab insula Palle, in qua „ nutrita, vel ab hastæ concussione, „ vel quod Pallantem gigantem oc„ ciderit. Hæc S. Isidorus, qui lib 15. citatus addit, quòd Athenas, antea nominata *Cecropia* à Cecrope conditore, post & sacrata fuit Minervæ, & à Minerva nominata Athenas. Quòd si *Minerva* ex dictis num. 77. pingebatur induta veste, ex triplici colore, *aureo*, *cælesti*, ac *purpureo*, verte hæc ad sacra, encomiando hodiernos Sanctos *Aureos* charitate, *Cælestes* vita, *purpureos* martyrio, aut regia dignitate in cœlis cum Christo. Amplius: quia ex dictis eodem numero *Minerva* pingebatur armata, gestans Læva *Clipeum*, dextera *Hastam*, capite *Galeam auream*; quæ & vertendo ad sacra encomia præfatos Sanctos verè sapientes, & armatos *Clypeo* Fidei, *Hasta fortitudinis*, *Galea aurea* divini splendoris accepti à Deo.

Minervæ,

S. Isidor. Etym. lib. 8. cap. 11. & lib. 15. Etymol. cap. 1.

Thema. 1.

Lauret. in Silva. Cartar. fol. 240.

Thema. 2.

DIES IV.

A.D. 94. Calend. Maff.

511 Hic dies, qui & pridie Nonas Aprilis, dies *Comitialis*, ex Kalend. Maffeiano.

Qui dies 4. & vltimus festi *Apaturiorum*, ex dictis num. 502.

Ipso hoc die erant *Ludi* Matris magnæ Deorum, qui dicebantur *Megalesia*, sivè Ludi Megalenses, qui per sex dies durabant, ab hoc scilicet vsque ad nonum inclusivè, & ex præfatis sex diebus, hic 4. dies habebatur festus, vt totum notat Rosinus. Tamayus quoque ad hunc diem refert Megalesia, ac Kal. Maffeian. At, Ovidius 4. Fastorum ad diem sequentem, & Livius Decad. 3. lib. 9. ad 12. diem hujus mensis.

Rosinus lib. 4. cap. 8. & lib. 5. cap. 13. Tamayus hic. Masculus. in Fast. fol. 151.

Hunc diem sacrabant *Mercurio* ex Platone, Roman, & allis, ex dictis supra num. 49.

Hoc & die triumphavit Romæ Agrippa Menenius Lanatus Cons. de Sabinis. Ita Masculus.

Mascul. ch. fol. 151.

512 Dixi quòd hoc die erant *Me-*

galesia,

Digitized by Google

Ludi. Megalienſes.

galeſia, aut *Ludi Megalenſes*, & vſque ad diem 9. per ſex dies, quod feſtum ex Livio erat à pridie Idus Aprilis ſicque à die 12. vſque ad 17. inclusivè. De quibus Ludis Megalienſibus, noto: Factos fuiſſe in honorem Matris Deorum, aut Cybelis, ob rationem relatam ſupra numero 485. Factoſque fuiſſe in palatio, & æde Victoriæ, magna pompa per matronas ſpectatæ pudici iæ pſallentes & ludétes ante Deæ ſimulacrũ. Quibus diebus Romanæ cõſuetudinis erat convivia, & ſodalitates invicem agere, & comeſſari victu fragali, & modeſto: nec die tantum, ſed & nocte epulari. Hi & Ludi & *caſti* putabantur, & magno ſpectantium favore erant conſpicui, ad quod non licebat adire ſervos, ſed agebantur per nobiles, Prætores, & Magiſtratos purpuratos *toga prætexta*, atque in ornatu maximo: quare purpura Magalenſis in vulgi proverbium venit. Quibus diebus *ſtipem* cogere proprium fuit famulis *Idæ* Matris, quòd conſtat iis verbis: *Præter Idæ Matris famulos, feſtis diebus, ne quis ſtipitem*, &c. His in Ludis Principes civitatis ſe ad convivia invitabant, & apud Conſules taxatum erat, quantam in ſingulas cœnas pecuniam poſſent conſumere, notat Agellius. lib. 2. cap. 24. apud quem, Roſinum, & Alex. relata invenies. *Stipem* fuiſſe nummum, aut ſignatam pecuniam, vt Feſtus, & alii apud S. Iſidorum, dixerunt.

Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 19. Ro n. lib. 5. cap. 13.

Ritus.

S. Iſidor. Etymolog. lib. 10. lit. S.

513 At, ad hunc diem à nobis veniunt colendi præclari Sancti *Agatopolis*, & *Teodulus* Martyres, *Zoſimus* anachoreta, qui funus S. Mariæ Ægyptiacæ curavit. *Plato* monachus officio proprio, ſub ritu ſemiduplici cultus à Monachis S. Baſilii: cujus vita in Acta SS. Papebrochii latè legitur, ac *Iſidorus* Hiſpanus, & Epiſcopus, *doctrina, ſanctitate*, ac *zelo* Catholicæ fidei conſpicuus. Quod ſi gentiles hoc die inter alios prophanos ritus colligebant *ſtipem*, aut numiſma ſignatum, quòd (ex Novarino, cum S. Auguſtino) *ſanguis* olim dicebatur; ſerviant prophana ſacris, & dos vertamus ſermonem ad ſpiritualia numiſmata: quæ Sanctos adumbrant, ex S. Paulino. Etſi inter alias monetas, fuit moneta Aaronis *argentea* ſculptura ſigilli *ſignata*, in qua ex vno latere erat *virga amigdalina*, & ex altero *vrna* figurata, cum hac inſcriptione: *Jeruſalem Sancta*: quo figurabatur & *vrna* in qua erat manna, & Aaronis *virga* amigdalina, ac *flos* ejus, vt ait ipſe Novarinus. Verte hæc in laudem S. Iſidori. Pro quo per *flores* virtutum, *vrnam* ſapientiæ, & *virgam* potentiæ, habes Thema pro tanto Doctore encomiando.

Martyrol. Rom. Act. SS. hoc die à fol. 364.

Nav. in Sched. lib. 5. num. 34. S. Paulin. epiſt. 4. Novarin. cit. lib. 7. num. 29.

Thema.

DIES V.

A.D. 95.

514 Hic dies, 2. *Ludorum Megalenſium*, ex Kal. Maſſeiano, & aliis citatis num. 511. Ad quem diem (ait Roſinus in ſuo Kalend.) Nonis Aprilis *Megaleſia Romæ celebrata in honorem Matris Deorum*. Ita & Ovidius. Dieſque ſacratus Berecynthiæ, ex Maſculo.

Roſin. lib. 4. c. 4. Ovid. in 4. Faſt. Maſcul. fol. 151

Hunc diem 5. ſeu Nonarum faſtum, & feriatum, ac agendis rebus felicem habuerunt, ex Macrobio, & Bungio: quo die ſacrificabant *Lari familiari*, ex Alex. ab Alex. ex dictis num. 49.

Hic dies 5. Nonis Aprilis dictus, dicatus fuit à Gentilibus Deæ *Cybeli*, vt Roman advertit, & convenit Maſculus citatus: enim *Berecynthia*, & *Cybelis* pro eadem Dea fuit habita, vt ipſe Roman advertit cap. 13. Vide dicta à num. 484.

Roman. lib. 2. cap. 18. & 13.

515 Nobis verò faſtus, & agendis rebus felix erit dies præſens, ſi hodiernos præclaros Sanctos imitemur, vti fuère *Irenes* virgo, quæ pro Chriſto, tolerato carcere, ſagitta percuſſa, & in igne cremata, martyrium conſummavit: ac *quinque martyres* paſſi in Lesbo, qui admodum adoleſcentes fortiter paſſi fuere: erant juxta aliquos viri, juxta aliòs puellæ, & gladio jugulatæ: quamplurimique *martyres* in Africa congregati in Eccleſia in die Paſchæ, cæſi ſunt ibi ſub Geiſerico Rege Ariano, in loco vocato Regia: *Zenon*, qui detracta pelle, pice illitus, in ignem conjectus eſt: quibus cum aliis Sanctis aſſociatur cœlitibus *Vincentius* confeſſor, cognomento Ferrerius, ordinis Prædicatorum. Athletæ antiquitus certabant oleo *uncti*, *nudi deorſum*, vt à Rege ſurſum coronarentur, quòd ad Chriſti Athletas ſpiritualiter pro Chriſto certantes contra vitia vertunt Sancti, vt Paulinus, Auguſtinus, & Ambroſius, dicens iſte: *Athletæ ſumus, legitimè certandum eſt*, oleo charitatis, & lectionis ſpiritualis doctrinæ (ex S. Ambroſio) *uncti*: *nudi* paupertate ſpiritus, quæ dum ſpoliat, armat (ex Novarino cum S. Petro Cryſologo) *deorſum* humilitate, vti pugnarunt hodierni Sancti, vt coronarentur in Cœlo. Eſt enim hæc *unctio*

Martyr. Rom. Acta SS. hoc die fol. 399. & 400.

Athleta.

Paulin. Epiſt. 2. Aug. in Pſal. 30. Ambr. lib. de Elia, & jejun. cap. 21. & in Pſal. 118. Novar. in ſched. lib. 3 cap. 15. S. Laurent. Iuſt. de Paup. cap. 1.

Themata.

Digitized by Google

athletica magna quædam, & admirabilis exercitatio, virtutum scilicet (ex S. Chrysostomo hom. 16. in epist. ad Hebræos) quæ vnctio (ex S. Laurentio Justiniano) *est portus* tranquillus, *nutrix* confidentiæ, *porta* perfectionis: vnde pro hodiernis Sanctis veris Christi Athletis Themata efformare poteris.

Scotus in Cant. §. 313. Matth. 3. v. 43.

Quadruplicem esse lucem, ait Doctor Subtilis. Prima est *in documentum* ad fidem: Secunda *in exemplum* ad imitationem: Tertia *spirituale donum*. Quarta *in Cælo* ad Dei visionem. *Fulgebunt justi sicut Sol, &c.* Per quam quadruplicem lucem, alterum pro hodiernis Sanctis habes Thema, & præcipuè pro S. Vincentio Ferrerio, qui potens opere, & Sermone, multa millia infidelium evangelica prædicatione, convertit ad Christum.

Thema.

DIES VI.

A.D. 96.

516 Hic dies, qui & 8. Idus Aprilis, dies 3. *Ludorum Megalesium*, ex dictis num. 511. & Kalendario Maffeiano, in quo & *Nefastus primo* notatur præsens dies sic. N. P. *Ludi*.

Kal. Maffeiano.

Qui dies consecrationis templi *Fortunæ* in colle Quirinali; ex Rosino in suo Kalendario, Varrone, Beyerlinc, & Tamayo; quod templum Fortunæ publicæ fuit dicatum.

Rosin. lib. 4. cap. 4. & 8. Beyerl. & Tamayus hic.

Hoc & die apud Athenienses, *Civitatis lustratio*, ex Veteri Kalend. apud Tamayum citat.

Ipse dies auspicatissimus fuit Græcis ob multa: 1. quia in eo Natalis *Socratis*: 2. Natalis Alexandri Macedonis, qui post ipso die fertur vita functus. Quem diem Philippus Macedo, vt lætum mirificè observabit, quòd triplici gaudio delibutus fuit: 1. ob victoriam quadrigarum suarum. 2. qua ipsius Dux Parmenio hostes fugavit: 3. quia ipsi natus filius Alexander. Ita Alex. ab Alex.

Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Ipso die, ex Rosino, *Dianæ nativitas*. Quo & die templum Dianæ incensum, & deflagratum ab Herostrato, vt scelere famam nominis propagaret. Ipso die Persæ ad Plateas superati ingenti clade à Græcis: quare ex voto Melchiadis trecentas capras quotannis, hoc die, immolabant Athenienses, ex Alexandro ab Alex.

Mascul. fol. 151. Rosin. lib. 4. cap. 4. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. citato.

Lustratio

517 Civitas *lustratio* erat hoc die, vt num. præcedenti dixi. Vide dicta de *Lustro* num. 463. & de *Lustratione* à num. 208. Dictis addo, quod inter plura prophana facta, quæ vetus gentilicaque religio habuit, quædam solemnia stata, quæ eodem stylo, modoquè semper servari fuerunt solita: quorum ritus, & cæremonias transgredi, aut omittere nulli fas erat. Fiebat lustratio cum mina, terroresve cœlestes, aut è terra, renuntiarentur, vel si terribilis species, aut quid novum, vel inopinatum, vt cum duo visi Soles, facesvè de Cœlo coluxissent, vel igneus turbo fulsisset, strepitusvè armorum de Cœlo auditus, aut terribilia monstra, & prodigia cœlestia apparèrent. His avertendis terroribus fiebat lustratio, dicabant sacrificia ad placandas iras: Vel *Iovi, Vulcano*, & *Minervæ* indicebantur feriæ. Fiebatque lustratio, & supplicatio, eo ritu: vt collocarent idòla sublimè supra aras, cum fasciculis, ex verbenis pro capitibus, & omnes ordine, aut in tribus ordinibus dispositi, gestantes *coronas* in capite, manu tenentes *lauream* (*tædam*, aut *facem* accensam, ex num. 208.) præcedentibus pueris, & virginibus coronatis, voce modulata canentibus, circuibant vrbem, pergebant ad delubra, phanaque, offerebant sacrificia, supplicabant, petebant pacem, aut Diis gratias rependebant. In quo & mos fuit, vt viri gestantes prætexta, atque amplissima ornamenta, à mulieribus semoti, & coronati præcederent, vt eorum notat Alex. ab Alex.

Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 27.

Ritus.

518 Quamvis Gentilibus hic dies jam *Nefastus*, jam lætus, nobis Catholicis lætus, ob præclarissimas victorias partas ab hodiernis Sanctis, ex quibus pro fide coronam martyrii adepti fuerunt *centum viginti*; quibus ad eandem martyrii palmam, præter alios, adjunguntur *Platonidis*, *Marcelinus*, & *Xystus* Papa: quibus associantur cœlitibus alter Papa *Cœlestinus* nomine (qui Nestorium damnavit, & Pelagium fugavit) cum S. Episcopo *Celso*, aliisque plurimis Sanctis, qui hoc die in Cœlo nasci meruerunt. Si hoc die erat apud Gentiles Civitatis lustratio, aut purificatio; serviant prophana sacris, & per tres lustrationes Gentilicas adductas, & christianizatas supra num. 209. habes Themata pro hodiernis Sanctis.

Martyr. Rom. Acta SS. hac die à fol. 530.

519 *Puritas*, ex Scoto, coalescit ex quatuor: *abjectione* mundanæ voluntatis, *deploratione* peccati, *oratione* quærendo superna, *dilectione* misericordiam in proximos exercendo. Quam pulchritudinem, & puritatem habebat sponsa, seu anima perfecta, de qua dicitur

Scotus in Cant. §. 848. & §. 847. Cant. 7.

Quam

Themata.

Quam pulchra es, & quam decora, charissima. Vbi notat Doctor Subtilis, quòd *pulcher* dicitur *pollens cultu*, & *decorus* dicitur *Deus cordis*. Est igitur anima perfecta *pulchra* morum maturitate, *decora* cordis puritate, *charissima* superna rum delitiarum suavitate: per primum est hominibus *grata*: per secundum Angelis *cognata*: per tertium dilecto *approbata*. Hæc Scotus vnde habes Themata, & pro hodiernis Sanctis encomiandis, & vt quæratur Christiana spiritualis lustratio. *Pulcher*, ait S. Isidorus, dicitur quasi *rubens pellis*: postea transit nomen in genus. Nam pulchritudo hominis, aut in vultu est, vt in *Ore* rubicundo; aut in *cap-pillis* roseis; aut in *oculis* lætis; aut in *manibus* candidis, eboris decore; ait S. Isidorus, quæ ad pulchritudinem spiritualem applicanda lectori relinquo.

S. Isidor. Ethim. lib. 10. lit. P.

DIES VII.

A.D. 97.

520 Hic dies, qui & 7. Idus Aprilis, dicti 4. *Ludorum Megalesium*, ex dictis num. 301. & Kalend. Maffeiano.

Kal. Maffeiano.

Quo & die *Natalis Castoris*, & *Pollucis* Romæ celebratus 7. die Targelionis, ex Veteri Kalend. Rom. Tamayo, & Beyerlinc. Vide & Gyraldum citat.

Tamayo, & Beyerlinc hic. Gyrald. Synt. 5. fol. 162.

Eodem die, *Natalis Apollinis*, aiunt, ex Plutarcho, Beyerlinc citatus, & Rosinus in suo Kalendario.

Rosin. lib. 4. cap.

Ipso hoc die, *Carnia*, & *Thargelia* festa Cyræncorum, & Athenienſium *Apollini* celebrata, ait Beyerlinc, ex Plutarcho. *Carnia*, sivè *Carnea* festa erant *Apollini* dicata, & *novem diebus celebrabantur*, ex Gyraldo; sicque ab hoc die, vsque ad 15. hujus mensis inclusivè.

Beyerlinc hoc die.

Gyrald. Synt. 7. fol. 210. à num. 30.

Qui & dies natalis fuit summorum Philosophorum in Græcia *Socratis*, atque *Platonis*. Ita Masculus. Vide infra num. 528.

Mascul. fol. 152.

521 Dixi quod sæca gentilitas hoc die celebrabat natalem *Castoris*, & *Pollucis*. Hos dixerunt fuisse germanos fratres, quos post mortem inter notissima sidera constituerunt, quod signum Gemini dicunt, ait S. Isidorus. De iis egi diebus 26. & 27. Januarii. Dictis addo: fuisse dictos *Dioscoros*, quare ipsorum festa *Dioscoria* dicebantur, idest festum *Castoris*, & *Pollucis*. Præter duas picturas ipsorum adductas num. 156. addo 3. ex Novarino cum aliis. Pingebantur *Juvenes Formosi*, habentes *Castoream* ve-

Castor, & Pollux.

S. Isidor. Ethim. cap. 71.

Novarin. in Sched. lib. 2. cap. 28.

Pictura.

stem, & *Lauream* sereams, & duas *Stellas* super capita eorum imminentes, equitantes in equis candidis, & *Jaculum* in manu gestantes.

522 Dixi num. 520. quòd hoc die Athenienſes celebrabant *Thargelia* festum diem dictum *Apollini*, quod festum *Carnia*, & *Thargelia* nominatum, & *novem diebus celebratum*, ab hoc die vsque ad 15. inclusivè. *Thargelia*, ait Gyraldus, festivitas Athenienſium dicata *Apollini*, & *Dianæ*, à qua mensis Aprilis denominatus, in quo duos homines immolabant, vnum pro maribus, alterum pro fœminis. Hos vocabant *Pharmacos*, idest *Medicos*, & saginatos in custodia publica asservabant. Est verò Thargelos olla quædam, in qua antiqui fructuum primitias coquebant. Hæc Gyraldus.

Thargelia.

Gyraldus Synt. 17. fol. 422. num. 10.

523 *Thargelia* igitur dicata erant *Apollini*, quemadmodum, & *Carnea*, quæ à tota fermè Græcia peragebantur. Sanè Apollinem *Carneum* vocatum constat: quidam putant sic dictum à Carno genere ex Acarnania: alii à Carno filio Jovis: quidam à Carno vate denominatum putant. Hinc etiam Carneatæ deducti, qui tenera ætate per sortem eligebantur, ad hæc sacra ministranda. Quæ *Carnia*, seu *Carnea novem diebus* celebrabantur militari specie, & modo in tentoriis, quæ vmbracula dicebantur, novemque in singulo vmbraculo tribubus delecti describebant à trinis. Vt totum tradit Gyraldus.

Carnea.

Gyrald. Synt. 7. fol. 210. n. 30. Rosin.

524 *Apollo* fuit à Gentilibus putatus idem ac *Sol*; quem Apollinem existimarunt Citharædum, ac citharædorum Deum: Medicum, & Medicinæ inventorem: Sagittarium, & jaculatorem: Vatem, & vaticinii Deum. Quatuor artium inventorem: quatuorque Apollines memorarunt: quorum primum natum ex Vulcano, & Athenarum custodem. Secundum filium Corybantis natum in Creta Insula. Tertium natum ex Jove, & Latona, quem Delphos advenisse ferunt. Quartum natum in Arcadia, Legislatorem Arcadum, & ab istis Nomionem appellatum; ex quibus tertium potissimum cultum à Romanis, natum ex Jove, & Latona, fratremque Dianæ existimatum, vt marginati tradunt.

Apollo. Sol.

Rosin. lib. 2. cap. 7. Gyrald. Synt. 7. à fol. 189. Cicero 3. de nat. Deorum.

525 *Solis* nomina adduxi supra n. 482. Filium Jovis finxerunt *Solem*, quem nominarũt *Apollinem* quod nomẽ sumpserunt nunc pro *Sole*: nunc pro *Vate divino*: nunc pro *Deo*: nũc pro Mundo, nũc

pro

pro significatione humanæ vocis, cui & tribuerunt novem *Musas*. Triplicem potestatem *Soli*, aut *Apollini* attribuerunt, quem dixerunt esse *Solem* apud superos, *Liberum* patrem in terris, *Apollinem* apud inferos: vnde tria signa circa ejus simulacrum effingebant: *Lyram*, quæ cœlestis harmoniæ imaginem monstrabat. *Gryphum* æneum, vel clypeum, vt eum ostenderent terrenum numen; & *Sagittas* quibus indicabatur noxius, & infernus Deus: vnde & dictus *Apollo* ab jaciendo, vt referunt Gyraldus, & Rosinus. Erantque sacrati Apollini *Cygnus*, *Gallus*, *Accipiter*, & *Laurus*. Sub cujus Apollinis tutela opinabantur esse Lupos: quia sicut Lupi pecora rapiunt, & Apollo radiis absumit humorem.

Gyrald. cit. fol. 190. Rosin. cit. Cartario à fol. 41.

526 *Solem*, aut *Apollinem* pingebant, in specie juvenis, modò facie puerili, modò juvenili, semper imberbis, & licet tali facie esset formatus, in capite portabat *tripodem* aureum, in dextera manu habebat *sagittas*, *arcum*, & pharetram; in sinistra autem *citharam* tenebat.

Pictura. 1. Rosin. cit. Cartar. cit. à fol. 36.

Secundò figurabatur, vt manu dextera tres *gratias* gestaret, sinistra autem *arcum* cum *sagittis*. Vide alteram expositam à num. 723.

2. Gyrald. citat.

Tertiò fingebatur: juvenis ornatus *flava* cæsarie, quæ fulgentis Solis radios designaret, quemadmodum & adolescentia indicaretur quòd virtus, calor, & Solis influxus non inveteresceret: manu dextra protensa, aurigæ more gestans *flagellum*, & sinistra tenens *fulmen*, ac *spicas*.

3.

Quartò apud Spartanos figurabatur statua, quæ quatuor manus, totidemque aures haberet, eo quòd fabularentur, quòd ea forma pro ipsis pugnantem, se præbuerit cernendum; aut fortasse ex Cartario, per aures prudentiam indicarunt.

4.

Quintò Phænices pro imagine *Solis* habebant *lapidem* ad basim *orbiculatum*, atque latum, paulatimque in acumen vergentem, & circa acumen ornatum orbe *solari*, quem cœlitùs demissum jactabant. Hunc què verum Solis simulacrum, divina, non humana ope, factum habebant, ex Cartario.

5.

Sextò pingebatur (præter alia Solis, aut Apollinis insignia) habens *colũbam* infixam in humero, vt lib. 3. genialium dierum tradit Alex. ab Alex. & ex eo Cartarius fol. 64.

6.

Septimò pingebant *Phœbum sedentem* in suggestu, *juvenem formosum*, *flava* cæsarie, & *radiante* facie, in cujus conspectu erant quatuor *urnulæ* diversorum metallorum formatæ: vna ex *ferro*, ex qua ab ipsius cacumine flamma flagrans prodibat. Secunda ex argento fulgenti, in qua sculptæ cernebantur *Sol*, *Luna*, & *Stellæ*, qua vrna denotabant vernantem Cœli temperiem. Tertia ex *plumbo*, ad denotandum vndosum hyemem, algidumque rigorem. Quarta ex pellucenti *vitro* salo resplendens, quam Phœbo propriorem putabant. Hunc falsum Deum pingebant *manibus* extensis ad has vrnas, ex quibus alternatim hauriebat: ex 1. *ferrea*, ignem, pestem, & aeris intemperiem: ex 2. *argentea*, aeris temperiem, & clementiam: ex 3. *plumbea* torpentem frigorem, & venena: ex 4. *vitrea*, salubres aquas, & qualitates. Hæc Cartarius, qui addit Antiquos Phœbo tribuisse *coronam*, quæ duodecim flammis ignitorum lapidum fulgurabat. Has, & alias Apollinis picturas tradunt marginati, apud quos videndas, & plura cognomina Apollinis, præcipuè apud Gyraldum citatum Synt. 7. De cognominibus autem *Apollinis* solùm noto, quòd eum vocarunt *Sandaliarium*, & vt quidam volunt (Rosino teste) à *Sandalio*; quia simulacrum Apollinis sandaliis fuerunt ornatum.

7. Phœbi pictura.

Cartario à fol. 56. & 64.

Rosin. lib. 2. cap. 7.

527 Dixi num. 525. quod Antiqui novem *Musas* tribuerunt Apollini. Quare de Musis noto, quòd *Musæ* fuerunt opinatæ filiæ *Cœli*, & *terræ*, quas quidam dixerunt fuisse *virgines*, alii *matres*. Quidam dixerunt tres tantum Musas fuisse, quas nominarunt *Meditationem*, *Memoriam*, *Cantum*. Quidam fuisse quatuor. Quidam fuisse quinque tradiderunt, & habuisse nomina quinque sensuum. Quidam septem: propter septicordem *Lyram*: propter septem *zonas*: propter septem vocales, & propter alia. Quidam postremò dixerunt fuisse novem ipsarum inventrices. Feruntquè, quòd 1. dicta *Clio* invenit historiam: 2. nominata *Thalia* invenit *artem* plantarum: 3. dicta *Euterpe* invenit *tibiam*: 4. *Melpomene* invenit Oden, idest *cantilenam*: 5. *Terpsicore* iuvenit tripudium: 6. *Erato* invenit *nuptialia*, & *saltationem*: 7. *Polymnia* dicta invenit *agriculturam*: 8. *Vrania* vocata, invenit *astrologiam*: 9. & vltima dicta *Caliope* invenit *poësin*, atque ob hæc Deas Musas fuisse inventrices fabulati sunt antiqui. *Musæ* pingebantur pulcherrimæ adolescentulæ, puellari, & Nympharum habitu indutæ, vestibus

Musæ. Cartar. à fol. 38. Gyrald. Synt. 7. à fol. 224.

Pictura.

varios

varios colores referentibus ornatæ, cum variis, & diversis musicis instrumentis pro artium ratione, quibus præsunt; Coronabanturque variis coronis *florum, frondium, & palmarum.*

Has *Musas* allegoricè, aut juxta allegoriæ leges posuerunt hoc ordine: primò loco *Vraniam*, ideſt sublimitatem humanæ intelligentiæ: secundò *Polymniam*, ideſt capacitatem memoriæ: tertiò *Euterpe*, ideſt voluntatis delectationem: quartò *Erato*, ideſt amabilem: quintò *Melpomene*, ideſt profundam cogitationem. Sextò *Terpſichore*, ideſt quasi associationem delectationis artium: septimò *Caliope*, ideſt venustatem: octavò *Clio*, ideſt bonam famam, & gloriam: nonò *Thalia*, ideſt germinationem virtutum. Harum Musarum officia complectit Gyraldus sequenti Græco, in Latino verso Epigrammate: Gyrald. citat. Synt. 7. fol. 226.

Caliope heroi monſtravit carminis artem,
Cliv dulciſonæ citharæ modulamina prompſit,
Euterpea chori tragici reſonabile carmen,
Melpomene dulci concentu barbita movit,
Gartaque Terpſichore calamos inflare paravit,
Aſt Erato divum jucundos reperit hymnos,
Harmoniam numeris, ſaltuſque Polymnia junxit,
Vrania aſtrorumque chorum, cœlique voratus,
Comica vita Thalia tibi eſt, mareſque reperti.

Quæ & alia apud marginatos vide: quæ christianizata ad plura deservire poterunt lectori candido: quare, cum ex dictis supra num. 49. quotidiè per totum annum Gentiles solerent ter colere *Solem*; visum fuit in hoc die *natalem Apollinis*, plus solito calamum extendere.

528 Quòd si hic dies fuit auspicatissimus apud veteres, ob natalem *Apollinis, Socratis, Platonis, Castoris*, & *Pollucis*, vt dixi num. 520. & 521. Et, (Masculo teste) Magi, & Sapientes Platoni immolabant victimas, quem loco numinis habebant. Fuitque hic dies insignis victoria Græcorum de Persis. Tot prophana rejecta, pergamus ad Sanctos mysticos *Soles*, qui hoc die nasci meruerunt in Cœlis, quorum natalitio præsens nobilitatur dies; vti fuerunt *Caliopius* Cruci affixus capite in terram verso, nobili corona martyrii decoratus; cui ad eandem coronam associantur *Ciriacus* cum sociis decem, ac in Ponto *ducenti* Martyres victores fortissimi, cum *Epiphanio, Donato*, & aliis Martyribus, cum quibus & verè triumpharunt Confessores illustres: quibus applica christianizatas picturas *Solis* num. 526. adductas: enim fuère verè soles, fulgentes sicut Sol inconspectu Dei. Quòd si primò pingebatur *Sol*, aut *Apollo* habens in capite *tripodem aureum*, quo tripodis nomine designabant ornatum, mensam, sellam, & alia constantia tribus pedibus, Sancti habuerunt aureum tripodem *Fidei, Spei*, & *Charitatis*: sagittas *Defensionis* fidei, *Prædicationis*, & *Amoris*: *Citharam* sonantem, *Virtute, Rectitudine*, & *Tolerantia*, sicque plura habes Themata, pro hodiernis Sanctis applicanda, Pluraque alia efformare poteris ex aliis picturis adductis, & ex dictis de Sole à num. 481. Calepinus V. *Tripus.* Lauretus V. *Sagitta.* V. *Arcus.* V. *Cithara.* Themata.

Masculus citat.

Martyrol. Rom. Baron. hic.

DIES VIII.

529 Hic dies, qui & 6. Idus Aprilis dies 2. quo agebantur *Thargelia*, & *Carnea* festa dicata *Apollini*, ex dictis à num. 520. ad num. 523. A.D. 98.

Quo die. *Ludi* instituti, & celebrati Romæ ob victoriam Julii Cæsaris partam de Juba Rege Mauritaniæ, anno 45. ante natum Christum, ex Roman, Beyerlinc, Masculo, & Tamayo. Roman lib. 2. cap. 18. Beyerl. Mascul. Tamay. hoc die.

Ipso hoc die Gentiles dicabant celebritatem *Neptuno*, ex dictis supra num. 49.

In Kalendario autem Maffeiano notatur *Nefastus* dies præsens. Kal. Maffeiano.

At, in Kalendario Rosino sequentia notantur ad hunc diem. *Libra occidit. Dies pluviosus. Orion occidit.* Rosin. lib. 4. cap. 4.

Tandem hic dies 5. *Ludorum Megalesium*, ex dictis supra num. 511.

530 Quamvis autem Gentiles ob Cæsaris victoriam Ludos hoc die celebrarent, planè illa Cæsaris pugna Ludis fuit collata cum ea, quam ipso hoc die habuit strenuus religionis dux *Ædesius*, qui post alia tormenta, in mare demersus fuit pro Christo: quam palmam, præter *Ianuarium*; & fœminæ obtinuerunt, vt *Concèſſa, Macària*, & *Maxima*, cum quibus cœlitibus associantur Episcopi illustres *Dionysius, Perpetuus*, & *Redemptus*. Quòd si hoc die occidit *Orion* per hanc constellationem habes num. 486. Thema hodiernis Sanctis Martyrol. Rom. Mascul. citat. Thema.

Digitized by Google

ctis applicandum. Cumque ipso hoc die *Libra* occidat, vt præcedenti numero dixi, & de signo dicto *Libra* notatum relinquam supra num. 404. quòd habet tres facies primam *Lunæ*, secundam *Saturni*, tertiam *Iovis*: per 1. intellige adumbratam *claritatem*: per 2. devorationem ideſt totalem mortificationem passionum: per 3. potentiam; per quas tres facies habes alterum Thema. Tandem si *Libra* dicitur *Mna*, *Mina*, & *Pondo*, quibus designatur *Gratia*, *Doctrina*, *Iustitia*, & *Perfectio*, vt in sua Sylva ait Lauretus. Hinc Lectori candido alterum Thema offero applicando pro hujus diei Sanctis: pro quibus verè extitit dies *pluviosus*, pluvia gratiæ, qua adjuti, tam celebres reportarunt victorias.

Thema.

Lauretus verbo *Libra*.

Thema.

DIES IX.

A.D. 99.

531 HIc dies, qui & 5. Idus Aprilis, die 3. quo agebantur *Thargelia*, & *Carnea* festa *Apollini* dicata, ex dictis à num. 520.

Quo die Romæ agebantur *Cerealia*, & Ludi Circenses in honorem Cereris. Ita cum Vet. Kalend. Rom. Tamayo. Addit Rosinus hos Ludos factos ob victoriam Cæsaris. Vide num. sequentem.

Tamay. hoc die. Rosin. lib. 4. cap. 12. & cap. 4.

Ipse hic *dies instaurationis* notatur à Rosino citato in suo Kalend.

Ad hunc diem refert Varro *fundationem Romæ*, posuisseque primum lapidem Romulum, & Remum, vt ex ipso Varrone refert Victoria in Theat. Deorum, lib. 6. fol. 728.

Varro lib. 4. de ling. Latina.

Hic & dies 6. & vltimus *Ludorum Megalesium*, quæ sacra in honorem magnæ Matris Deorum agebantur, ex dictis supra num. 511. & advertit Masculus.

Mascul. hoc die, fol. 153.

532 Dixi, quòd hoc die in Roma veteri agebantur *Cerealia* in honorem *Cereris*: quæ sacra eo ritu agebantur: vt Sacerdotes Cereris, in vestibus albis, cum lampadibus, & tedis accensis, mactata porca sacrum peragerent, canentes luculentum carmen, vt cum Gyraldo, Virgilio, & Ludovico de la Cerda tradit Tamayus. Addit Roman, quod ad majorem solemnitatem Cerealium, servabat Gentilitas hoc die alium ritum: extrahendo, scilicet, omnes statuas suorum Deorum. De Cerere vide dicta supra à num. 149.

Cerealia. *Ritus.*

Tamay. fol. 441. Roman. lib. 2. cap. 18. fol. 61.

533 At, hoc die, inter alios Sanctos datos Ecclesiæ, quos nova veneratur Roma, sunt *Concessus*, *Demetrius*, *Prochorus*, *Hilarius*, & alii. Quibus associatur *Eupsychius*, qui Cæsareæ in Cappadocia, ob eversum fortunæ fanum, sub Juliano Apostata martyrium consummavit. Est quoque sacer hic dies, ob passionem septem virginum, & martyrum, quæ Sirmii, dato simul pretio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternam. Hic dies demum sacer est, ex Sancta *Maria Cleophe* Sorore Sanctissimæ Dei Genetricis Mariæ, & ex translatione Romæ Corporis Sanctæ *Monicæ* Matris Magni, Egregiique Doctoris Augustini Episcopi, quod ex Ostiis Tiberinis, Martino Quinto Summo Pontifice in Vrbem delatum, in Ecclesia ejusdem Beati Augustini honorificè fuit reconditum. Si igitur ex dictis num. præcedenti, & 150. Cereri dicabant festum *vestibus albis*, *lampadibus accensis*, dicando *flores*, *spicas*, & *coronas*. Hæc christianiza, applica, & pro hodiernis Sanctis habes Thema.

Martyrol. Rom. Baronius hic.

Ioan. c. 19. v. 25.

Expositor. hic.

Mascul. citat. fol. 153.

Thema.

DIES X.

A.D. 100.

534 HIc dies, qui & 4. Idus Aprilis, dies 6. & vltimus *Ludorum Megalesium*, juxta Ovidium, & Rosinum volentes hos Ludos cœpisse die 5. Aprilis, ex dictis supra num. 511. & 514.

Qui dies fuit 4. quo agebantur *Thargelia*, & *Carnea* festa dicata *Apollini*, ex dictis à numero 520. Masculus ad hunc diem refert *Ludos circenses Soli dicatos*, sed cum per *novem dies* agerentur hi Ludi, vt pro certo habet Tamayus; immerito dicitur hoc die fuisse initium horum Ludorum: nam ex Plutarcho, Rosino, Gyraldo, Beyerline die 7. hujus celebrabatur *Natalis Apollinis*, in cujus honorem agebantur hi Ludi, *Carnea*, & *Thargelia* festa: quare hic dies non fuit primus, & initium hujus celebritatis, sed quartus.

Mascul. hoc die, fol. 153.

Tamay. hoc die.

In Vet. Kalendario *Aser* notatur hic dies apud Tamayum cit.

Circensibus aditus notat hoc die in suo Kalendario Rosinus ex Macrobio.

Rosin. lib. 4. cap. 4. & 8.

In Kalendario autem Maffeiano hoc die notantur *Ludi in circo*, quòd & capite 8. de diebus festis hujus mensis advertit Rosinus. Pro *centuria* vide dicenda die 19. Julii.

Kalend. Maff.

535 Hoc die putant quidam fuisse natalem humani generis, eodemque postea putant Christum liberatorem, crucifixum, & humanum genus redemptum. Ita Masculus, quòd & nos tetigimus in *Diario Sacro* hoc die num. 2017. Vnde juxta relatam opinionem

Mascul. fol. 153.

die

die quo conditor humanum genus condidit, post reparavit cum sua morte.
Luc. 23. v. 48. Eodemque die quo accidit *spectaculum* passionis, & mortis Christi (de quo spectaculo S. Lucas) Solque obscuratus est, in ipso die, ac tempore Roma vrbium regina ludebat, & illudebat Deo, & cum Solis cursum imitabatur in Circo, Sol se subtraxit, ne adesse videretur ludo sibi à mortalibus dato, dum Christus verus justitiæ Sol, & mundi conditor,
Martyrol. Rom. non sine magno ludibrio addicebatur morti. Hoc igitur die pro Christo fuderunt sanguinem martyres plures, tum Romæ, tum Alexandriæ, tum in Africa, cum sociis magnus ille martyr *Pompeius*, meritò excedens
Rosin. lib. 2. cap. 5. Pompeium antiquitatis. Quòd si Gentiles jovem appellarunt *Pompeium*, aut *Pompeianum*, ipsique Jovi tribuerunt nomina *Sol*, *Victor*, & *Conservator*, per hæc epitheta Jovi, aut Prompeio antiquo tributa, ea christianizata, pro hodiernis Sanctis habes Thema. De numero *Centenario*, dicam die 19. Julii.
Thema.

DIES XI.

A.D. 101. 536 Hic dies 10. qui & 3. Idus Aprilis *Nefastus* notatur in Kalendario Maffeiano: in Vetere laude caret, ex Masculo, hoc die.
Kalend. Maff. Mascul. fol. 154. At, ex dictis à num. 520. fuit dies 5. quo agebantur *Thargelia*, & *Carnea* festa dicata *Apollini*. Terque, Gentiles hoc die colebant *Solem*, vti & quotidiè, ex dictis supra num. 49. rituquè ibidem relato.

Dies lætus veteri Romæ, in qua celebrabantur *Ludi* ob *Natalitium Ælii Veri*, vt cum pluribus observat Rosinus.
Rosin. lib. 5. cap. 22.

Martyrol. Rom. 537 At, in Roma nova nobilitatus est præsens dies à *Leone* hierarcha, qui ob excellentiam in *Doctrina*, *Constantia*, ac *Virtute* meritò dictus est Magnus, quem sequitur *Stanislaus* præsul, & martyr, ac *Philippus* Episcopus, cum aliis martyribus, & confessoribus. Quòd si, (Macrobio teste) *Sol in Oriente specie Leonis*, *nomine Mithræ colebatur*, verte prophana ad sacra, & Sancto *Leoni* nomine, ac Soli qua Sancto applica picturas Solis adductas num. 526.
Macrob. lib. 1. Saur. cap. 17.
Themata. applicando ipsi, ex 1. pictura *Sagittas* amoris, *Arcum* potentiæ, *Citharam* sapientiæ, & doctrinæ. Vnde & facile applicabis 2. Ex 3. *flavam* cæsariem contemplationis, amoris, rectitudinis; *flagellum* quo Attilam compressit, orbavit, flagellavit, *fulmen* quo terruit Nestorium, aliosque hæreticos. Sicque alias picturas acommoda.

538 *Leo* Græcè idem est quod rex Latinè, eo quòd rex sit omnium animalium. Leo *pectore* adumbrat virtutem, *capite* firmitatem, *oculis* vigilantiam, vt totum notant S. Isidorus, Anglicus, & Berchorius: quare per *virtutem*, *constantiam*, & *vigilantiam* habes alterum Thema, pro S. Leone, aliisque hodiernis Sanctis applicandum.
S. Isidor. lib. 12. Anglicus lib. 12. cap. 63.
Thema.

539 Est & signum cœleste *Leonis* dictum, de quo signo egi num. 363. Domus est filiorum, novorum vestimentorum, librorum, & honorum, secundum Misaelem. Est signum *igneum*, *masculinum*, *diurnum*, fixum, domus Solis, & illius exaltatio, adumbrat prælatos, qui debent esse *ignei* per severitatem, *masculini* per probitatem, *diurni*, & clari per veritatem, fixi per firmitatem constantiæ, domus, & *habitaculum* Solis Christi per gratiam, charitatem, & æquitatem. Tresque facies habet hoc signum: primam *Saturni*, qua adumbratur pietas; & saturatio pauperum: secundam *Iovis*, qua adumbratur auctoritas: tertiam *Martis*, qua adumbratur strenuitas in adversis, quæ tria debet habere prælatus, vt sit in ipso *pietas*, *auctoritas*, & *strenuitas*, per quas tres facies habes pro *S. Leone* alterum Thema.
Berch. in Red. lib. 5. cap. 14.

DIES XII.

A.D. 102. 540 Hic dies, qui & pridie Idus Aprilis 6. quo Romæ agebantur festa *Thargelia*, & *Carnea* dicata *Apollini*. ex dictis n. 520.

Qui dies, & *Nefastus*, & *Festivus* notatur in Kalendario Maffeiano sic: *N. Ludi Cereri.*
Kalend. Maff.

Ipso hoc die *Magna mater Romam adducta*, ait in suo Kalendario Rosinus, cum Tito Livio. Idem sentit Masculus, & retuli die 27. Martii, vbi & dixi num. 485. fuisse hunc diem, apud Gentiles festivum ob præfatam translationem Magnæ matris. Fuit igitur hic dies, & festivus, & dicatus Magnæ matri, aut *Cereri*, cui dicabant *Ludos Cereales* per *octo dies*, ex Tamayo, & Masculo, sicque ab hoc die, vsque ad 19. inclusivè, quamvis alii putent actos hos Ludos per sex dies, & solum ab hoc, vsque ad 17. inclusivè, ex dictis num. 512. De sacris *Cereris*, egi die 9. hujus, Nunc de Ludis Cerealibus agam.
Rosin. lib. 4. cap. 4. Mascul. citat. fol. 154. Tamay. hoc die, fol. 441. S. Aug. de Civit. lib. 2. cap. 4. Vives ibid.

541 Igitur *Ludi Cereales* haudquaquam Romæ inventi, sed Græciæ, quos
Cereales Ludi.

Digitized by Google

Ritus. *Eleusinos* vocabant. Quibus in Ludis Matronæ Ludum Cereris ob raptam *Proserpinam* repræsentantes, quotannis prodibant in vestibus albis, facibus accensis, abstinentes à cibo vsque ad noctem, sic jejunando, humique jacendo, ac substernendo cubilia foliis agni casti. Quo ritu mulieres in *veste alba, facibus accensis, coronas spiceas gestando*, quas Cereri offerebant, spectabant Ludos, & Sacra. Ludorum tempore erant homines in toga candida: Exhibebantur Cerealibus certamina Equestria, vt ait Dio lib. 47. Donaria dabantur, & aspergebantur in vulgum ab his, qui Ludos exhibebant, ad plausum, & populi favorem captandum. Fuerunt quæ *Cerealia* dicta *Tesmophoria*: quia *Ceres* & *Tesmophora, Isis*, & *Luna* vocata, ait Gyraldus. De iis sacris canit Ovid.

Tamay. hoc die.

Gyrald. synt. 14. fol. 382.

Dio lib. 47.

Stuch. lib. 1. cap. 33.

Ovidius lib. 10. Metam.

Festa pia Cereris celebrant annua matres,
Illa quibus niveæ velatæ corpora vestis,
Primitias frugum dant spicea serta suarum,
Per novem noctes Venerem, tactusque virilis
In vetitis numerant.

Et quia iis diebus se abstinebant à Venere, & viri cubilia substernebant foliis casti agni. Vnde & Athenis *Temesphoria* agebantur à mulieribus servantibus castitatem, vt Gyraldus observat. Vide dicta die 24. Januarii, num. 149. ac die 10. Augusti.

Martyrol. Rom. 542 Verte igitur prophana ad sacra. Sit igitur nobis præsens dies lætus ob Sanctos, quos hoc die Catholica veneratur Ecclesia; qui vberem segetem gloriæ messuerunt; quam laudem assecuti sunt, *Iulius* Pontifex, qui Arianis; *Zeno* Veronensis præsul, qui Gallieno Cæsari; & *Saba* cum plurimis, qui Athanarico Regi Gothorum se opposuerunt, strenuè certando pro vera religione: iis Christi militibus adjunguntur meritò, & *Constantinus* Episcopus, & *Victor* Martyr, ac *Vissia* Virgo, & Martyr, qui cursu feliciter consummato, hoc die cœlitibus associari meruerunt veste *alba* castitatis, *face* accensa fidei, flagrantisque charitatis, *corona* spicarum vbertorum meritorum. Vnde per ritum Ludorum Cerealium christianizatum habes Thema applicandum hujus diei, Sanctis.

Thema.

DIES XIII.

A.D. 103. 543 Hic dies 13. qui & Idibus Aprilis, & *Nefastus primus*, & festus ob *Ludos* notatum in Kalend. Maffeiano sic: *N. P. Ludi*, ob Natalem *Veri Imperatoris*.

Kal. Maff. hoc die.

Hospin. cap. 24. fol. 135.

Qui dies fuit 7. quo Romæ agebantur *Largelia*, & *Carnea* festa dicata *Apollini*, ex dictis supra num. 520.

Dieique 2. *Ludorum Cerealium* ex dictis num. 540.

Qui dies olim *fastus, feriatus, & solemnis*, dicatus & *Laribus*, & *Iovi*, ex dictis num. 49.

Celebris fuit & hic dies, ob duo sacra fieri consueta, alterum dicatum *Iovi Victori*: alterumque sacratum *Libertati Dex*, vt tradit Ovidius, & ex eo Rosinus, Tamayus, & Masculus, omnes hoc die. Iste addit, quòd Aurelius Cotta de Pœnis, ac Siculis ipso hoc die egit *triumphum*.

Iovis. Libertas.

Rosinus, Tamayus, Masculus, hoc die.

Aser Acotiis ob suum *Dagon* dejectum ante arcam. 1. Reg. 5. v. 3. ex Diario Sacro.

Diar. Sacr. à num. 2026.

544 Duæ igitur solemnitates fuerunt hoc die: Vna dicata *Iovi Victori*: eo quòd Q. Flabius adversus Sabinos pugnans *Iovi Victori* votum vovit, vt si victor evasisset præfato Jovi templum dicaret; vti parta victoria fecit hoc die, dicando Ædem in monte Pacino constructam. Quare hoc die festum colebant, de qua re Ovidius.

Iovis Victor. Tit. Liv. Hist. Rom. lib. 10. Gyrald. synt. 2. fol. 73. n. 56.

Occupat Aprilis Idus cognomine Victor
Iupiter, hæc, ille data sunt templa, dies.

De quo præter Livium, & Gyraldum, Rosinus, Tamayus, & Roman, qui addit præfatum Fabium, magna devotione (re vera superstitione) coluisse hunc Jovem, ejusque templum ornasse spoliis Sabinorum, ad quod templum totus populus concurrebat magno, quotannis hoc die, acto festo. Jovem victorem *sedentem, nudum* pectore, & è sursum, manu sinistra tenentem *sceptrum*, dextra gestantem *aquilam*, aut *victoriam* allatam, vt tradit Cartarius.

Tamay. hoc die. Roman. lib. 2. cap. 18. Cartar. fol. 98.

Pictura.

545 Altera hujus diei festivitas fuit dicata *Deæ Libertati*, quæ culta fuit à Romanis, ab eo tempore quo in libertatem se se vindicaverunt. Templumque Libertatis ex mulctatitia pecunia extructum, æreis columnis, & statuis pulcherrimis ornatum à Livio, dedicatum fuit à Tiberio Graccho: cujus templi atrium Cornelius instauravit, & auxit; postque Pollion restituit, & atrium Bibliotheca polivit, vt ait Suetonius. Antiqui pro signo libertatis posuerunt *pileum*: vnde & servi qui libertate donabantur, capite raso gestabant pileum. Hinc & Bruti monetam cudi-

Libertas Dea.

Rosin. lib. 2. cap. 18. Gyrald. synt. 2. fol. 38. à n 50.

Sueton. lib. 2. in Augustum.

runt

runt eum *pileo* impoſito duobus pugionibus, pro ſigno libertatis, vt totum Gyraldus affert.

546 At, nos hoc die libertatem agamus præclaram Sanctorum, qui Jove victo, impietateque captiva, triumpharunt per Chriſtum. Hi fuere *Carpius* Epiſcopus, *Iuſtinus* Philoſophus, *Hermenegildus* Hiſpaniæ Princeps cum aliis martyribus, quibus ad coronam gloriæ aſſociatur *Vrſus* Ravennæ Antiſtes. Hi igitur præclariorem egerunt triumphum, quàm Cotta. Si igitur Gentiles Jovi tribuerunt *ſceptrum*, *aquilam*, & *victoriam*, & ſceptro (ex Laureto, & aliis) adumbrantur *Fides*, *Spes*, *Charitas*, *Crux*, & *Cura*; ac Aquila ſymbolizantur Martyres, & Sancti, & horum *rectitudo*, *contemplatio*, *magnanimitas*, *generoſitas*, & *protectio*; vt ait Mundus Symbolicus; victoriaquè eſt multiplex, de *Carne*, *Mundo*, *Dæmone*, & *Tyranno*, per tributa fabuloſo Jovi inſignia, ea chriſtianizando habes teſſeram ad plura Themata accommodanda SS. hodiernis.

Martyrol. Rom.

Lauret. in Sylv.

Mund. Symbol. lib. 4. cap. 8.

Themata.

DIES XIV.

A.D. 104.

547 Hic dies, qui & 18. Kalendas Maii, ſic notatur in Kalend. Maffeiano: *Tord. N. P.* ideſt, *Fordicidia. Nefaſtus primò*, at, hæc ad ſequentem diem referuntur à Roſino, Tamayo, & Maſculo.

Kalend. Maff.

Qui dies 8. quo Romæ agebantur *Thargelia*, & *Carnea* feſta dicata Apollini, ex dictis ſupra num. 520.

Dieſquè 3. *Ludorum Cerealium*, ex dictis num. 540.

Hunc & diem dicabant *Diis Manibus*: putabantque religioſum, ominatum, & infauſtum, ex dictis num. 49. die 2. & 14.

Ater & hic dies Romæ; quamquam non tàm ipſi, quàm Hieroſolymis ater fuit; quippè quo Pompeius civitate capta, in auguſtiſſimum ejus vrbis delubrum audactér, ac temerè ſe intulit, auſus etiam oraculi ſubire cortinam; ait ad litteram Maſculus.

Maſcul. hoc die, fol. 155.

Ater etiam hic dies Azotiis ob ſuum *Dagonem* ſecundò dejectum *ſuper faciem ſuam in terram coram arca Domini*, mutilatum capite, & palmis manuum. 1. Reg. cap. 5. v. 4. ex dictis in Diario Sacro hoc die num. 2040.

Roman. lib. 2. cap. 18.

Victoria Auguſti de Modenenſibus, ex Roman.

548 Ex num. præcedenti dictis, & in Diario Sacro die 13. ac 14. hujus menſis, conſtat, quòd Aprilis die 12. videtur Philiſtæos intuliſſe arcam veri Dei in Templum *Dagonis* quaſi victoris, cui deferrent blaſphemè agendo præfatam arcam, vt ſpolia nobiliſſima. *Dagon* derivatur aut à radice *Dagan*, ideſt *frumentum*, quem colebant Philiſthæi, vt Deum frumentarium, ſive frumenti præſidem, vt ſuis cultoribus daret meſſis copiam, & frumenti abundantiam: putantque, vt advertit Maluenda *Dagonem* eſſe *Iovem*, *Ianum*, aut *Cererem*. Alii putant quòd *Dagon* derivatur à radice *Heb-daga*, ideſt *piſcis*, aut ex S. Hieronymo *piſcis triſtitiæ*, quòd ab vmbilico, & infra piſcis figuram, ſupra vero hominis formam habuerit: *Syrenamque* fuiſſe volunt. Alii *Dercetem*, aut *Venerem* mutatam in piſcem, aut Syrenam, vt marginati cum pluribus tradunt.

Dagon

S. Aug. 17. de Civ. cap. 4. B. Max. Maluen. Alap. in 1. Reg. 5. Menoch. de Repub. Heb. lib. 4. cap. 2. n. 12.

Pictura.

549 *Ater* igitur fuit præſens dies Azotiis ob ſuum Dagonem dejectum, & mutilatum: nobis autem fauſtiſſimus, & quia arca Dei veri triumphavit de Dagone, & ob victorias Sanctorum martyrum *Tiburtii*, *Valeriani*, & *Maximi*, quibus ad eandem martyrii coronam aſſociatur *Domina* virgo cum ſociis; ad coronamque gloriæ cum aliis confeſſoribus aſſociatur *Abundius*. Si igitur hoc die arca veri Dei triumphavit de *Dagone* picto, ex dictis, in formam Syrenæ, quæ in mari dulciſſimè cantat, trahitque dulcedine cantus (Anglico teſte). Finxeruntque tres Syrenas, vt ait S. Iſidorus, ex parte virgines, & ex parte volueres alas habentes, quarum vna *voce*, altera *tibia*, tertia *Lyra* canebat; per quas tres Syrenas, tres concupiſcentias, carnem ſcilicet, mundum, & hoſtem intelligit Berchorius. De iis tribus concupiſcentiis triumpharunt hodierni Sancti, adumbrati in arca, quæ tam nobilem triumphum reportavit de *Dagone*. Vnde per triplicem triumphum, pro iis Sanctis habes Thema. Amplius: cantus adumbrat *concentum* virtutuum, ex Laureto: *Lyra* ob ſuavitatem, *oblectat*, & *allicit*; *Tibia*, quia vocem nativam ſuam numquam relaxat, inſignitur hoc lemate; *Semper apta* (ex Mundo Symbolico): vnde Thema alterum facilè applicare poteris. Cumque ex dictis, per Dagonem intelligatur *Iovis*, *Ianus*, *Ceres*, aut *Venus*, per horum picturas, plura accommodare poteris.

Martyrol. Rom. Maſcul. citat.

Anglicus lib. 18. cap. 95.

S. Iſidor. lib. 11. & 20.

Berch. in Redd. lib. 10. cap. 90.

Themata.

Sylva verbo Cantus.

Mund. Symbol. lib. 22. cap. 4. & 9.

Digitized by Google

DIES XV.

A.D. 105. Kalend. Maff.

550 HIc dies, qui & 17. Kal. Maii *Nefastus* notatur in Kalend. Maffeiano.

Qui dies 9. & vltimus, quo Romæ agebantur *Thargelia*, & *Cerrea* dicata *Apollini*, ex dictis supra num. 520.

Dies 4. *Ludorum Cerealium*, ex dictis supra num. 540.

Rosin. lib. 4. cap. 4. & 8. Gyraldus Synt. 17. fol. 417.

Hoc & die *Fordicidia sacra*, ex Ovidio, & aliis cum Kalendario veteri, in quo sic notatur, *Ford. N.P. Ludi.* Ita & Tamayus, Masculus, & alii, vt præter relatos Gyraldus observat.

Quo & die sacra fiebant *Iovi Capitolino*, ex Masculo citato.

Fordicidia.

551 *Fordicidia* fuerunt sacra à Numa instituta; qui Fordicidia dicebantur à *Bove forda*, seu *gravida*: enim immolabatur bos prægnans: Vnde hæc sacra fuerunt dicta *Fordicidia*, & *Hordicidia*; à mactata forda, & horda: quia bos prægnans, nedum forda, sed & horda vocatur à Festo, & Varrone. Causa fuit, quòd tellus passim reddebatur sterilis, jam ob nimiam siccitatem, jam ob plurimam pluviam. Quare Numa consuluit *Faunum*, qua ratione sterilitas averteretur, & dii placarentur, & à Fauno accepit Numa, placandam *Deam Tellurem* duabus hostiis, quas vna tantum juvenca daret. At, cum hoc Ænigma à nemine intelligeretur, illud à Ægeria Nimpha est interpretatum, de bove gravida, quam vocant *Fordam*. Quo die post immolationem harum Boûm in Curiis accedebat *Virgo* Vestalis *Maxima*, & quos vitulos ex Fordarum sacrificiis extrahebant ventre, cremabat, quorum cineres in *templo* servabantur *Vestæ*, vt inde suffimen fieret, quo in Palilibus populus purgaretur, vt ex Ovidio Tamayus, & alii marginati referunt.

Varro. de ling. Lat. lib. 5. Tamay. hoc die. Rosin. citat.

552 Si igitur hic dies prophanè fuit Gentilibus sacer, ob plures victimas mactatas *Telluri*, *Iovique Capitolino*; abjecta superstitione, nobis sit religiosè sacer dies præsens ob plurimas, quæ sponte, victimas se obtulerunt ad martyrium pro Christo perferendum, vti fuère *Basilissa*, & *Anastasia* sub Nerone; *Eutiches*, & *Victorinus* sub Traiano; *Olympiades*, & *Maximus* sub Decio; alijque sub aliis tyrannis, quibus ex Minoritico cœtu, ad lucem æternam associatur *Lucius* confessor; quibus applica christianizatas picturas Telluris, aut Cybelis ex num. 485. Jovis à num. 546. & epitheta ex num. 535. & habes Themata. Quòd si Antiqui suis in triumphis *coronas*, & *spolia*, Jovi Capitolino, in Capitolio offerebant in signum gratitudinis, nos factum christianizando, & Sanctorum, nostratumque triumphos vero Deo offeramus.

Chovl. lib. de relig. Rom.

553 Quòd si hoc die agebantur *Fordicidia* à *Bove forda* sic dicta & in Bove est signum *generositatis* in pelle sub gutture; sunt *alti*, *pii* erga socios, *ducentes* aratrum, ad ipsumque *dirigentes* socios, & hos *diligentes*, & *trahentes*: cum in Bove adumbrantur Sancti, & Martyres ducentes, & summè diligentes aratrum fidei, & religionis per *Ductionem*, *directionem*, *dilectionem*; *generositatem*, *altitudinem*, & *pietatem*; Thema habes pro hodiernis Sanctis. Vide marginatos.

S. Isidor. lib. 12. Anglic. lib. 18. cap 12. Berchor. in Red. lib. 10. cap. 201. Mundus Sym. lib. 5. cap. 7. Thema.

DIES XVI.

A.D. 106.

554 HIc dies, qui & 16. Kalend. Maii, *Nefastus* notatur in Kalend. Maffeiano citato.

Dies 5. *Ludorum Cerealium*, ex dictis supra num. 540.

Quo die Augustus acclamatus fuit Imperator, vt in vetustissimo Kalendario Romano legitur sic: *Octavius Augustus, Imperator salutatus est*, quòd & cecinit Ovidius his carminibus:

Ovidus Tamayus Rosin. Masculus, omnes hoc die. Roman. lib. 2. cap. 18.

Hanc quondam Cytherea diem propere tantus ire.
Iussit, & æthereos præcipitavit equos;
Vt titulum imperii, quam primum luce sequenti
Augusto inveni prospera bella darent.

De qua Augusti Octaviani in augurationem ad imperium hoc die agunt Ovidius, Tamayus, Masculus, Rosinus, & Roman, qui addit hunc diem Romanis antiquis fuisse festivum: quia in eo Augustus totaliter vicit Antonium.

Ad ipsum hunc diem refert Rosinus in suo Kalendario: *Occasum Hyadum.*

Rosinus lib. 4. cap. 4.

555 Hoc igitur die, quo Augustus salutatus fuit Imperator, tituloque tanti honoris decoratus, majori jure laudandi Sancti, verè regnantes, & imperantes cum Christo, bello Christiano feliciter expleto, vti fuère inclyti Martyres *Calistus*, & *Carisius* cum aliis septem, *Successus*, *Martialis*, *Plubius*, *Felix*, & alii passi sub Decio Cæsare Augustæ in Hispania, cum *Caio*, *Crementio*, & *Lamberto*, quibus offo-

Martyr. Rom. Tamayus Masculus hoc die.

Digitized by Google

ciantur præsules illustres *Turibius*, *Fructuosus*, & *Paternus*. Cumque hoc die, ex Rosino in suo Kalendario Astronomico, occasus *Hyadum*, aut *Pleiadum*, & occasus Sanctorum, sit ipsorum nativitas in cœlo, per has stellas habes Thema, ex dictis die 2. hujus à num. 506. Amplius: quia *Hyades*, (quæ & *suculæ* dicuntur) sunt quædam stellæ pluviales, in capite *Tauri*, quæ suo ortu pluvias generant, quibus terra irrigatur, & fœcundatur, suntque Hyades stellæ *clarissimæ*, per girum *ordinatæ*, vt, cum S. Isidoro, Anglicus advertit, adumbrant (ex Berchorio) Sanctos *Florentes* veritate fidei, *Ferventes* Charitate, *Splendentes* operibus virtuosis, *Irrigantes* purpureo. *Vnde* habes Thema.

Hyades.

S. Isidor. Ang. lib. 8. cap. 37. Berch. in Red. lib. 5. cap. 36. Thema.

DIES XVII.

A.D. 107.

556 Hic dies, qui & 15. Kalend. Maii, quoque notatur *Nefastus* in Kalend. Maffeiano citato.

Dies 6. *Ludorum Cerealium*, ex dictis num. 540.

Quem & Diem *Quinquatrum* appellarunt; feriatum, & Festum, quo ad ædem *Minervæ* solemniter conveniebant ex dictis num. 49.

Suculæ Tamay. hoc die, fol. 443. Malu. & Tirin. in Iob. 9. v. 9.

Quo die, *Suculas* vesperi occidere Ægypto, notavit Tamayus, ex Ovidio, & Carolo Neapolitano, addiitque has stellas *suculas* esse *Hyades*, aut *Hyadas*, seu *Pleiades*, vt inter alios dicunt Maluenda, & Tirinus.

557 At, Gentilium superstitione rejecta, nobis hoc die veniunt colendi, illustres Martyres *Anicetus* Papa, cum *Mappalico*, *Marciano*, *Fortunato*, & aliis, quibus *Innocentius* Episcopus, & *Stephanus* Abbas Cistercienſis ad gloriæ coronam associantur. Quòd si hoc die *Suculæ*, *Hyades*, aut *Pleiades* occiduunt, per has stellas habes Themata, die 2. ac 16. hujus mensis, hodiernis applicanda Sanctis.

DIES XVIII.

A.D. 108.

558 Hic dies, qui & 14. Kalend. Maii, notatus quoque Nefastus in Kalendario Maffeiano citato.

Dies, 7. *Ludorum Cerealium*, ex dictis num. 540.

Rosinus lib. 4. cap. 4. Tamay. & Mascul. hoc die.

Quo die duo alia sacra notantur in Fastis, alterum in Circo Maximo dictum *Equiria* die 27. Februarii, & 14. Martii.

Alterum sacrum dictum *Vulpium conbustio*, peragebatur Romæ ipso hoc die in honorem *Cereris*, ridiculo sacrificio, & ritu. Colligebantur quamplures vulpes, & eas in Cireo cum stipulis ardentibus, in cauda appensis, dimittebant, donec comburerentur, quo more, rituque, & *Cererem* placabant, & plebs læta vulpium conbustione ridebat. Causa hujus ridiculi sacrificii, sic à marginatis fertur. Fuit quidam rusticus nomine *Carseolanus*, qui vulpem laqueo implicatam deprehendens, eam involuit stipula, & accenso igne dimisit. Quæ cùm aufugeret, & inter maturas fruge voluta retur, omnes adussit. Hinc mos exortus, vt hoc die, singulis annis, *Ceres* litaretur cum vulpibus *in Circo* stipulas accensas ad caudam deferentibus.

Conbust. Vulpii.

Ritus.

Ovid. in Fast. Rosinus cit. & lib. 4. cap. 8.

Præterea colebant hoc die *Consum*, *Ditem*, & *Proserpinam*, horum aræ erant sub terra, ad ipsorumque aras, sacra, & Ludos dicabant. Ita Alexander ab Alexandro. De *Dite* egi num. 17. De *Conso*, & Consualibus dicam die 18. Augusti. Nunc autem.

Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 26.

559 De *Proserpina* noto, quòd Gentiles fabularunt fuisse Proserpinam filiam Jovis, & Cereris, puellam pulchram, quæ cum in pratis Siciliæ flores colligeret cum aliis puellis, rapta fuit à Plutone capto ejus amore (aut secundum alios ab Orco) ductaque ad inferos, ibi cum Plutone regnavit, & à matre Cerere inventa, cujus inventionem luctu publico celebrarunt: Post, Proserpina reddita, & exorta lætitia, vt Dea frugum, & seminum culta fuit, qui sacrificabant *vaccam*, & *suem* steriles: quia dicebant non habuisse filias *Proserpinam*, quam sic à *proserpendo* nominarunt, aut quia ex ea proserpant fruges, quam aliquando sumpserunt pro *Tellure*, aliquando pro *Luna*, vt ferunt Rosinus, & Cartarius: ex quo depingitur Proserpina puella *pulchra*, *cincta*, *discalceata*, gestans manu dextra *scepirum*, aut ambabus manibus *anserem* tenens, avem notam, *pato* Hispanè dictam.

Proserpina.

Theat. Deor. tom. 1. lib. 3. cap. 4.

Taxtor. in offic. Giraldus Syntag. 6. à fol. 176. Roman. lib. 2. cap. 11. Rosin. lib 2. cap. 4. Cartario à fol. 161.

Pictura.

560 Verte igitur prophana ad sacra: enim si hoc die erat Romæ Vulpium conbustio ipsi post, sunt objectæ illustriores flammæ; illæ scilicet inter quas *Eleutherius* antistes, & *Anthia* ejus mater impunè versarunt; atque ipse quidem ignis fuit religioni frugifer: per quem *Eleutherium*, ad fidem conversus *Corebus* gladio asequutus est Martyrii palmam; quam & obtinuerunt inoffenso cursu *Calocerus*, & *Perfectus*.

Martyr. Rom. Mascul. hoc die.

Quòd

Quòd si hoc die Gentiles colebant *Proserpinam*, vt frugum patronam, quæ anserem gerebat, & *Anser*, ex S. Isidoro, Plinio, & Berchorio, est animal *volans* ordinatè, *vigilans*, *fovens* aliena ova, *amans* herbam, & aquam: quare adumbrat Sanctorum volatum per contemplationem, vigilantiam in Dei obsequio; curam proximorum, dilectionem herbæ sanæ doctrinæ, & aquæ compunctionis, devotionis, & gratiæ; vt Berchorius observat. Vnde habes Thema, pro hodiernis Sanctis; quibus christianiza, & applica picturam Proserpinæ, eos encomiando *pulchros* castitate, *cinctos* zonis justitiæ, aliarumque virtutum, *discalceatos* terrenis affectibus, gestantes *sceptrum* potentiæ ad vincendos hostes, favendumque clientes.

Berchor. in Red. lib. 7. cap. 8.

Themata.

DIES XIX.

A.D. 109.

561 HIc dies, qui & 13. Kal. Maii, vltimus *Ludorum Cerealium*, qui cum incœperint die 12. hujus, durassentque per octo dies, hunc fuisse vltimum constat. Ita vetera Kalendaria, cum quibus Tamayus, Masculus, & alii; qui notant, quod licet in hisce 8. diebus aliqua diversa sacra Romæ peragerentur, non ex hoc Cerealia omittebantur, sed insimul agebantur.

Kalend. Constant. Tamay. & alii hic.

Quo & die Romæ fiebant *Græca sacra* ob inventam jam à Cerere Proserpinam: quæ sacra frugibus conferre putabantur, ex Masculo: dicebanturque Græca: *quia* ex Græcia translata, fiebant à Matronis, & aliquando luctu *triginta dierum*, ex decreto Senatus, vt Rosinus observat, cum aliis; addens quòd in iis Cerealibus sacrificabant *Cereri* duas porcas, vnam *auream*, alteram argenteam factas ex auro, & argento. Cum igitur hæc sacra *Græca dicta*, dicata *Cereri*, & Cerealia nominata per dies 30. agerentur, ab hoc die, vsque ad 18. Maii inclusivè erant acta.

Græca sacra.

Masc. cit. fol. 157.

Rosin. lib. 4. cap. 8.

Ipso hoc die in Kalendario Astronomico, notatur: *Sol in Tauro.*

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Ter *Solem* colebant hoc die, ex dictis supra num. 49. *Agonalia* repetebantur, ex dictis cum Ovid. num. 100.

Ovid. 5. Fastor. Hosp. fol. 57.

562 Dixi quòd hoc die *Græca* sacra fiebant Gentiles *Cereri* ob inventam Proserpinam dicata, *per dies* 30. *extensa*; Cerealia dicta, quia Cereri dicata, & *Græca* nuncupata: quia acta ritu Græco. Ritus igitur hujus festi videtur fuisse; vt *nocte*, & cum magnis *luminaribus* agerentur, (ex Roman die 27.) gestantes manibus *ramos Cupressi*, & in capitibus *coronas Apii*, & offerebant *Cereri* præter suas *spicas*, *flores*, *vinum*, & *lac*, quod sacrificium, & vocabant *Præcidaneum*: quia præcedebat ad messem; & quia fabulantur quòd ipsa Ceres, lampadibus accensis in monte Ethna, quæsivit Proserpinam, ipsi Cereri dedicarunt festum *lampadarum*; vt ait Roman, qui addit quòd in Catana Siciliæ celebre fuit templum Cereris, in quo ministrabant sacerdotissæ virgines, eratque imago talis structuræ, & formæ, vt Gentiles eam aspicientes crederent idòlum mutasse representationes, & non humanitùs factum, sed divinitùs ibi collocatum, vt refert ipse Rosinus.

Græca sacra.

Roman lib. 10. cap. 6. & lib. 2. cap. 11. & 18.

Gelius lib. 4. cap. 6.

Roman cit. sup.

563 Rejecta tot prophana, vbertrima seges Sanctorum hoc die nobis occurrit, vt *Timonis*, qui de flammis triumphans, & Cruci affixus coronam martyrii adeptus; cui ad eandem lauream associantur *Caius*, *Rufus*, *Vicentius*, & alii, ac ad segetem gloriæ illustres antistites *Georgius*, *Vrsmarus*, *Leo* Papa IX. & alii. Quòd si *Apium* fuit quoddam triumphantium ornamentum, & est herba *purgans*, *sanans*, *latificans*, & *succurrens* morsibus venenatis, ex S. Isidoro, & Anglico. Hinc christianizatas coronas Gentilium, aplica hodiernis Sanctis.

Martyrol. Rom.

S. Isidor. lib. 17. Anglic. lib. 17. cap. 13.

Thema.

DIES XX.

564 HIc dies, qui & 12. Kal. Maii, Nefastus notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 110.

kal. Maffeiano.

Dies 2. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri* ex dictis num. 562.

Dies solemnis dicatus *Epicureo*, ex Roman, & Alex. ab Alex, vt dixi num. 49.

Ad hunc diem referunt plures *Palilia*, sive *Parilia*, dicata Deæ *Pali*, & dies *natalis vrbis*, fundationisque Romæ. Ita Ovidius, Varro, Festus, Plutarchus, & alii apud Rosinum. Idem sentiunt Masculus, Roman, & Gyraldus: quamvis alii cum veteribus Kalendariis *Palilia*, fundationemque Romæ referant ad sequentem diem 21.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Masc. fol. 157. Roman lib. 2. cap. 18. Gyraldus Synt. 17. n. 4. fol. 415.

In nonnullis Kalendariis vetustioribus leguntur duo alia festa, scilicet *Quirinalia*, & *Agonia*, vt apud Reusnerum, Tamayum, & Gyraldum.

Reusner. in Miscel. Tamay. hoc die. Gyraldus Synt. fol. 417.

Ad hunc diem refert Alex. ab Alexandro: *Romæ fundamenta primùm jacta fausto, & felici omine*, & ad sequentem diem *Palilia*. Addit ipse auctor, quòd

Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22.

Ritus.

Digitized by Google

quòd hoc die, Gentilium mos fuit ovilia purgare, transilire flammas, *sapa*, & *milio* sacrum facere, Geniales dies agere; cœnas apparare, à litibus abstinere: quo prosperos successus decernebant. Et *Genia* festum dicabant. Hæc Alexander. Vide dicenda infra die sequenti num. 570.

Genius.

565 De *Parilibus* dicam sequenti die. De *Agonio* & *Agono* dixi die 9. Januarii. Vide ibi dicta. Quæ *Agonia* vocabantur *Quirinalia*, quia erant sacrificia facta in monte Quirinali: quare præfata sacrificia etsi duplicia ab aliquibus videantur, verius videtur fuisse vnum sacrum dictum *Agonia*; quia dicatum *Agonio* putato Deo rebus agendis præsidenti; & quia hoc sacrum in præfato Quirinali monte agebatur *Quirinalia* dictum; ac ita ex aliis sentit Tamayus. Vide & Gyraldum marginatum. Die autem 21. Maii erant Romæ *Agonalia* festa, sed an hæc distincta ab Agoniis eo die dicam.

Agonia.

Tamay. hoc die. Gyraldus Synt. 17. fol. 417. n. 10. & Synt. 1. fol. 50. n. 30.

566 Dixi cũ Alexandro, quòd hoc die Gentiles Romani festum dicabant *Genio*, quem putaverunt à gignendo dictum. Huncque finxerunt vim habuisse omnium rerum gignendarum, *præpositum* rebus agendis, *hospitalem*, *hortatorem* ad bonum, *tutelarem*, quem vt domesticum numen, & proprium vnicuique habebant, & in tabula ad portam, vti custodem, ponebant, & alia plura de suo fabuloso *Genio* fabularunt, & vna cum *Laribus* colocarunt, atque venerati sunt. Præter domesticos *Genios*, & Genium Principis, ac *Genium* Civitatis maximo honore, ac cultu venerabantur; habebanteque peculiarem Genium tutelarem Romæ, quem hoc die venerabantur. *Genio* sacrabant merum, seu *vinum purum*, & *flores*, ex Gyraldo citato. Ipsumque *Genium* variè pingebant: interdum forma serpentis: Interdum jam *pueruli*, jam *juvenili*, & aliquando *senili* ætate, *coronatus* foliis *platani*. Tertiò pingebatur *ætate* puerili, *discalceatus*, *amictus* clamyde *varia*, & *stellata*, præcinctus *zona*, coronatus *platano*, gestans manibus *cornucopiam*. Quartò in nummismatibus principium sculptus erat *Genius*, porrigens dextera patellam; (cuius *ara* erat ornata *sertis*) læva verò *flagellum*. Quintò effingebatur, vt homo *militaris*, *pectore* nudato, *capite* platano redimito, *dextera* pateram in modum sacrificantis habebat, *læva* cornucopiam gestabat, cum hoc Epigraphe *Gen. P. R.* ideſt *Genius populi Romani*, vt omnia tradunt marginati, Rosinus, Cartarius, & Gyraldus, apud quem plura alia videnda omitto.

Genius. S. Aug. lib. 7. de Civit. Rosinus lib. 2. cap. 14. Gyraldus Synt. 15. à fol. 369. Cartarius à fol. 299.

Sacrificia.

Pictura.

1.

2.

3.

4.

5.

567 Fuit igitur hic dies auspicatissimus veteribus Romanis ob sua Palilia, tutque alia prophana per quæ delinarunt. At, novis Romanis sit verè auspicatissimus præsens dies ob natalem in Cœlo *Sulpicii*, *Serviliani*, *Victoris*, & aliorum Martyrum, verè victorum, qui cum *Cæsario*, & *Vincentio* choro SS. Martyrum associati sunt; quibus ad gloriæ coronam adjunguntur *Marcellinus* Episcopus, *Theodorus* Confessor, & *Agnes* virgo de monte Politiano. Quòd si hoc die (præter relata num. 564. ex Alexandro) Masculo teste, pastores ter *ignem* transiliebant, ovesque lustrabant *sulphure*, & *lauro*, Cæsariqne dabatur honos, pro victoria; & sulphur est vena terræ igneæ, aut gleba *præstans* candorem; estque sulphur *vivum* colore, & hoc *medicinale*, *album*, *viride*, *perlucidum*, & *resplendens*, vt notat Minorita Anglicus: quare adumbrat Sanctos, qui per ignem tribulationum transierunt pro Christo, evaseruntque *Albi* castitate, *Virides* spe, *Vivi* gratia, *Resplendentes* operibus: vnde habes pro ipsis Thema.

Martyrol. Rom. Mascul. fol. 157. Anglicus lib. 16. cap. 94.

Thema 1.

568 Platanus est arbor *pulchra*, *fervida*, & *ficca*, *lenitiva*, *alta*, & *magna*, adumbrat Sanctos *Pulchros* virtutibus, *Fervidos* charitate, *Siccos* per austeritatem vitæ, *Lenitivos* per compassionem, *Altos* meritis, *Magnos* potentia à Deo accepta ad suos clientes favendos, hostesque terrendos. Vnde si hoc die Gentiles suum falsum *Genium* colebant *Platano* redimitum, nos mysticos Platanos, Sanctosque hodiernos; per Platanum encomiemus. Vnde habes Themata; ipsis, ex picturis *Genii*, applicando *pulchritudinem* platani, *flores* virtutum, *clamydem stellatam* cœlestium splendorum gloriæ. Amplius: quia si à Gentilibus *Genius* fuit veneratus vt *Custos* continuus, *Tutelaris* ad salutem appositus, *Pervigilans*, & *Incorruptus*, quem putaverunt, aut *elementa*, aut *signa cœlestia* cum *Sole*, & *Luna*, (vt totum tradit Gyraldus cit. Synt. 15. fol. 370.) & hæc christianiza, & vt oportet, applica.

Anglicus lib. 17. cap. 119. Berchor. Red. lib. 12. cap 115. Thema 2.

3.

4.

DIES XXI.

A.D. 111. kal. Matteiano. Rosin. lib. 4. cap. 8.

569 Hic dies, qui & 11. Kal. Maii, sic notatur in Kal. Matteiano *Par. N. P.* ideſt, *Parilia Nefastus primo*. Quod festum Parilia dictum ad hunc diem refertur à Rosino,

Tama-

Digitized by Google

Tamay. hoc die.

Tamayo, & aliis, quamvis Ovidius, & alii hæc referant ad diem præcedentem, vt ibidem dixi.

Quo die solemni pompa auspicabantur Romæ *natalem*, & *fundationem*, vt referunt Solinus, Plinius, Plutarchus, Tamayus, Rosinus, & alii, qui de origine Vrbis scripsere; Decretoque ne hostia mactaretur.

Plutarch. in Rom. fol. 10. Tamay. & Rosin. citati.

Dies quo *Iulius Cæsar* triumphavit de Hispanis: quare Senatus decreto concessum, vt honor triumphantis tribueretur Julio, atque Diis sacrificaret in *Ralilibus*; vt Dio scribit, & ex ipso, Tamayus.

Dio Cass. lib. 43. Tamay. citat.

Dies habitus vt *funestus* à Chaldæis, ob pueros castratos, & in Persidem missos à Præfecto Darii, ex Alex. ab Alex. ex dictis num. 49.

Dies 3. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, ex num. 562.

570 *Palilia*, aut *Parilia* sacra, hoc die peragebantur Romæ, dicata *Pali*, quæ *Pales* Dea *Pastorum* putabatur, aut *pabuli* (ex Gyraldo) *hortorum*: (ex Ovidio) cui *Pali* sacrificabant pastores pro partu pecorum, agricolæ pro partu quadrupedum. *Palilia* dicebantur sacra pastorum, à Pale ita nominata; *Parilia* autem à pariendo dicta, quæ à mulieribus gravidis agebantur pro feliciori partu. *Palilia* agebantur à toto populo, & publicè: *Parilia* autem à puerperis domi *in stratis*, vt Rosinus, Tamayus, & alii observant. *Palem* dicebant, jam genere masculino, jam genere fœmenino, quam dixerunt *Vertumni* vxorem, quam pinxerunt ornatam *falce*, & aliis *instrumentis hortensibus*, ex Cartario. Palilia occurrebant in diem natalem Vrbis Romæ: quare hoc die nulla victima mactabatur, cum putarent nefas esse, alicui vitam adimere, cum natale Vrbis celebraretur, vt citati Rosinus, & Cartarius observant. Addunt Solinus, & Sempronius, quòd hoc die, anno quo Roma fuit fundata *Sol* erat in signo Tauri; *Luna* in signo Libræ; *Iupiter* in signo Piscis; *Saturnus*, *Venus*, *Mars*, & *Mercurius* in signo Scorpionis. Agebantque hoc die *Palilia*, aut *Parilia*, quasi anniversarium fundationis Romæ, celebrando hæc prophana sacra in campo, & eo ritu: Vt homines se expiarent *fumo* ex sanguine equino combusto, *cinere* viculi mactati in aliis sacrificiis, atque *stipula* fabæ. Ovilia, oves, ac cæteras pecudes purgabant *fumo* ex sulphure: Postea cremabant rosmarinum, herbam Sabinam, oleam, tedam, & laurum, ac deinde per flammam fœno accensam transibant. Deinde *Pali Deæ* offerebant sacrificium confectum, ex *milio*, *lacte*, & *sapa*; tum preces solemnes ad *Palem* fiebant, & sic sacrificium absolvebant. Vtque fugarent lupos ab ovibus, pastores cum suis baculis exibant per campos, montesque. Quod totum tradunt Rosinus, & Cartarius cum Ovidio, aliisque marginatis.

Palilia Parilia. Gyraldus Synt. 1. fol. 43. Rosin. lib. 4. cap. 8. & lib. 2. cap. 20. Tamay. hoc dic. Cartarius fol. 158.

Pales.

Pictura.

Fundatio Romæ.

Solin. lib. de Mirab. Mund. c. 1. Semp. lib. de divis. Italiæ. Theat. Deor. tom. 1. lib. 6. c. 5

Ritus.

571 Rejecta prophana auspicatione veterum Romanorum, sit nobis lætus, & hilaris præsens dies ob natalem *Symeonis* præsulis cum aliis centum, qui pro Christi fide consummato martyrio, nasci meruerunt in Cœlo, quibus, (præter alios) associantur ad eandem lauream, vt sic laureati æternè vivant, *Vitalis*, *Fortunatus*, & *Felix*; ad quam gloriæ felicitarem adjunguntur præsules illustres *Anastasius* Sinaita, & *Anselmus*. Quòd si Gentiles hoc die *Pali* Deæ offerebant sacrificium confectum ex *Milio*, quod est herba similis cannæ, *parva*, *minuta*, & *ficca*, habens virtutem ad confortandum; quare adumbrat Sanctos *parvos* humilitate, *minutos* adversitate, *siccos* austeritate vitæ; ex *Lacte* quo adumbrantur *candor* castitatis, *calor* charitatis, *dulcor* benignitatis, scientiæ, & doctrinæ profuæ ad salutem, vt advertit Berchorius lib. 13. cap. 20. & ex *sapa*, quæ est vinum ex musto decocto, & confecto, quam *purpuream sapam* vocat Ovidius, & Hispanè vocatur *arrope*: vnde adumbrat Sanctos purgatos, & examinatos igne, velut aurum in fornace, *purpuratos* martyrio: quare sic christianizando sacrificium hodiernum Gentilium, per *Milium* humilitatis, adversitatis, & austeritatis vitæ: per *Lac* castitatis, charitatis, benignitatis, scientiæ, & doctrinæ salutaris: per *Sapam* velut aurum purificatam, *purpuratamque*, habes Thema pro hodiernis Sanctis applicandum.

Martyrol. Rom.

Berchor. in Red. lib. 12. cap. 101. Calep. V. *Milum*, & V. *Sapa*. Ovid. 4. Fastor. Thema 1. Thema 2.

DIES XXII.

572 HIc dies, qui & 10. Kal. Maii *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 112. kal. Maffeiano.

Dies 4. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, ex dictis num. 562.

Dies hic *lætus* fuit Romæ, *Funestus* Hierosolymis: quia hanc excidere aggressus est Titus, ait Masculus. At, vt dixi in Diario Sacro, die 14. hujus fuit Hierosolyma vndique concluſa, & circum-

Mascul. fol. 158.

Digitized by Google

cumvallata per Titum. Vide n.2039. ex primo Tomo.

Vinalia. Quo die, *Vinalia* priora *Iovi*, & *Veneri* dicata. Ita ex Ovidio, Plutarcho, Plinio, Festo, & Varrone, Rosinus in Kalendario; quamvis ipse Rosinus ad sequentem diem, ea referat in eodem libro cap. 8. vt & nos faciemus cum aliis.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

573 At, si lætus fuit præsens dies veteri Romæ, potiori titulo novæ, & quia prophana superstitio abolita, & tot Sancti suis triumphis, partis pro Christi fide lucidum, & lætissimum hunc effecerunt diem, vti fuère *Soter*, & *Caius* Papæ, cum *Iosepho*, *Iacobo*, *Apelle*, *Lucio*, & plurimis Episcopis, Monachis, & sanctis Virginibus, qui palma martyrii laureati ascenderunt in Cœlum; quibus ad coronam gloriæ associantur *Leo*, & *Theodorus* præsules clari. Quòd si hoc die *Vinalia* lætè dicabant *Veneri*, quam *victricem* fabularunt Gentiles, ipsique attribuerunt *Stolam*, *Palmam*, & *Coronam* ex dictis die 7. Februarii, ea christianiza, & applicata habes Thema pro veris Victoribus Sanctis hodiernis. Vide à num.231.

Martyrol. Rom.

Thema.

DIES XXIII.

574 HIc dies, qui & 9. Kal. Maii, sic notatur in Kal. Maffeiano *Vin. N. P.* ideſt, *Vinalia Nefastus primo.*

A.D. 113. kal. Maffeiano.

Dies 5. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, ex dictis num.562.

Ilii destructio notatur hoc die in suo Kalendario à Rosino. Est *Ilium* vrbs in regione Troiæ sita in Phrygia minore, condita à Dardano fabulato Jovis filio, à Rege verò *Ilo* ampliata, & *Ilium* nominata, quæ Regio fuit Priami, post decennali bello obsessa, & hoc die cremata fuit.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Ovid. lib. 14. Metam. Calep. V. *Ilium.*

Quo die *Vinalia*, agebantur, *Iovi*, ac *Veneri* Erycinæ sacra fiebant. Ita omnia Kalendaria, & cum ipsis Tamayus, Masculus, & Rosinus. Alia *Vinalia* rustica agebantur die 21. Augusti, vt eo die dicam.

Tamayus, Masculus, Rosin. hoc die. Ovid. 4. Fastor.

Dies quo Meretrices, & Puellæ sacrificabant *Veneri*, vt in sequenti num.

Vinalia. 575 Duo *Vinalia* sacrabant Gentiles, priora, & posteriora, illa hoc die, ista die 21. Augusti. Aliqui dicunt, quod hoc festum, *Vinalia* dictum, sacrabant *Iovi*; alii *Veneri*, at Ovidius, Plinius, & Masculus dicatum dicunt hoc festum *Vinalia* nuncupatum & *Iovi*, & *Veneri* Erycinæ; in cujus delubro effundebant vinum multum in signum lætitiæ. Quæ sacra *Veneralia* dicuntur à Plutarcho, addente causam quare multum effundebant vinum, inquiens: *Nam hoc signo monebant festos dies* sobriè, *non per* ebrietatem *debere agitari.* Quod est notandum à Catholicis. Tria *Vinalia* reperio à Veteribus acta: altera die 21. Februarii; vt eo die dixi num.313. altera hoc die: altera tandem aut Septembris die 18. aut 20. vt ibidem dicam, & refert Gyraldus. Hoc igitur die Meretrices (ex Tamayo) Puellæ (ex Ovidio) *Vinalia* agebant, sacra *Veneri* Erycinæ faciebant adventantes in ejus templum, offerebant Deæ *munuscula* rosarum, & florum, *myrtum*, & *Thus*, & orantes petebant à Dea favorem pro se ipsis, & pro populo, vt referunt Ovidius, Rosinus, & Tamayus.

Tamay. hoc die.

Plutarch. in quæst. Rom. 45.

Gyrald. Synt. 17. fol. 419.

576 Rejecta igitur prophana, sacra, nos sobriè, & lætè Sanctos hodiernos veneremur, vti fuère, inter alios, *Georgius* martyr illustris, *Felix*, & *Fortunatus*, qui cum eadem laurea coronati sunt, quibus associantur ad gloriæ coronam *Marolus*, & *Gerardus* præsules illustres. Quod si *vinalia* hoc die agebantur à Gentilibus, in quibus effundebant multum vinum, quo adumbrantur gratia Dei, Sancti, & Martyres; Christianiza prophana, verteque vinalia Gentilium ad sacra, in honorem Sanctorum hodiernorum, præcipuè martyrum, qui suarum venarum cruorem læti fuderunt pro Christo. Quòd si vinum habet *odorem*, *calorem*, & *saporem*, & in *calore* adumbratur honestas, in *sapore* charitas, ac in *odore* famositas, vt Berchorius advertit, inde habes Thema. Amplius: quia vinorum sunt plures species, vt *nigrum*, *album*, & *rubeum*; nigrum, ecce *humilitas*; album, ecce *castitas*; rubeum, ecce *charitas*, ait citatus Pictavienſis in Reductorio: vnde alterum habes Thema. Quòd si in *vinalibus* offerebant Gentiles *Thus*, *Myrtum*, & *Rosas*, per hæc christianizata, Thema alterum habes pro hodiernis Sanctis, quibus adapta quæ de *Myrto* dixi supra num. 234.

Mart. Rom. Mund. Symb.

Berchor. in Red. lib. 12. cap. 182. Themata. 1.

2.

3.

DIES XXIV.

577 HIc dies, qui & 8. Kal. Maii, dies *Comitialis*, ex Kal. Maffeiano.

A. D. 114. Kal. Maffeiano.

Dies 6. quo Romæ agebantur *Græca sacra*, dicata *Cereri*, ex dictis n.562.

Digitized by Google

Dies *Faustus* Græcis: quia ab ipsis in eo diecebatur Roma capta. Ita Masculus.

Masculus cit. fol. 159.

Timoleon reportavit hoc die victoriam de Syracusis, ex ipso Masculo citato.

Lustria festa Romæ *Marti* dicata, in quibus tubæ, aquilæ, & omnia arma bellica lustrabantur, vt ex Veteri Kalendario tradunt Beyerline, & Masculus.

Vet. kalend. Beyerlinc hoc die.

578 *Faustus* igitur sit nobis præsens dies ob triumphos celeberrimos Sanctorum, qui arma bellica christiana, tanta cum dexteritate, lustrarunt, vt inter cœlites triumphatores annumerari meruerint; vti fuerunt *Sabba* Dux militum, qui de igne triumphans, septuaginta viros ad Christum convertit, cum quibus laureatus fuit martyrio; quibus associantur ad eandem palmam *Leontius*, *Longinus*, ac, inter alios, *Alexander*; quibus & associatur cum aliis præsulibus, ad honorem gloriæ *Honorius*, & ad chorum Virginum *Dodæ* & *Bonæ*. Si igitur inter Gentiles hoc die lustrabantur arma bellica, & hæc in naturali *onerant*, *ornant*, *tegunt*, suntque *præsidium*, & *decus*, hæc applicea, & habes Thema ad hodiernos Sanctos encomiandos. Inter arma militaria sunt *Scutum*, *Galea*, & *Pharetra*, ex quibus *Scuto* adumbratur *Fides*; *Galea Spes*, *Pharetra* Amor. Tum & Scuto adumbrantur *Fides*, *Crux*, *Tutela*, & Decus: vnde pro ipsis Sanctis Themata adaptare poteris.

Martyr. Rom.

Mundus Symb. lib. 22. cap. 4.

Themata.

DIES XXV.

AD. 115.

579 Hic dies, qui & 7. Kal. Maii, *Nefastus primo* notatur in Kalendario Maffeiano citato.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Quo die in Kalendario Astronomico notatur, *Medium veris*: *Aries occidit*.

Varro lib. 5. de Ling. Lat. Fest. cap. 20. Tamay. & alii hoc die.

Ipso hoc die, *Robigalia* sacra dicata Deo *Robigo*, quem putabant avertere à segetibus rubiginem. Ita Varro, Tamayus, Masculus, Roman, & alii, etsi aliqui Robigalia referant ad diem 26. & Vives ad 28.

Apud Græcos agebantur hoc die sacra vocata *Plynteria* dicata *Cereri*, vt ex Vet. Kalend. Rom. tradit Tamayus hoc die.

Dies 7. quo Romæ agebantur *Græca sacra*, dicata *Cereri*, ex dictis num. 562.

Robigus.

580 *Robigalia* igitur hoc die agebantur, dicata *Robigo*. Fuit *Robigus* Deus à robigine, sive rubigine dictus, quem putabant avertere rubiginem à segetibus, habueruntque Deum agricolarum, vt Rosinus tradit. Vives putat *Robigum* dici quasi *Rodigum* à rodendo; de quo Robigo mentionem facit S. Augustinus lib. 4. de Civit. vbi dicitur Robigo genere fœmenino. *Rubigo* est ros putrefactus, fruges teneras corrumpens, & fricœns, quod vitium ad auroram Sol & segetibus accidere, silente Cœlo, sereniscque noctibus, in convallibus, vento non flante. Nam loca celsa, & ventosa huic incommodo non sunt ita obnoxia. Ad hoc malum avertendum à segetibus finxerunt Deum *Robigum*, quem Varro lib. 1. rerum rusticarum cum *Flora* conjungit, vt parem cum ipsa. *Robigo* igitur dicabant, hoc die festum *Robigalia* vocatum, à *Numa* institutum anno vndecimo sui regni. Quod festum celebrabant ne rubigo frumenta, segetes, atque arbores corrumperet; & eo ritu, vt ipsi *Rubigo* sacrarent *ovem*, & *canem* lactentem, quorum exta cum thure, & vino ipsi offerebant; vt latè describit Ovidius 4. Fastorum, Rosinus lib. 4. cap. 8. Tamayus hoc die, & Vives cit. Vide & Roman hoc die.

Robigalia.

Rosin. lib. 2. cap. 20. S. August. lib. 4. de Civ. cap. 21. Vives ibid.

581 *Plynteria* sacra hoc die acta erat festum Græcorum dicatum *Cereri*. De quo scribit Polux lib. 8. quo in *Plynteris* fuit à Solone permissum tria jurare numina, *Iceſion*, *Catharsion*, & *Hecatterion*, quæ sunt Jovis cognomina: hoc est *Suplicem*, *Expiatorem*, & *Depulsorem*. In quo festo templum *Minervæ* solebant claudere, ac quidquid fiebat ab ipsis, etiam in summa necessitate, putabatur *piaculum*, seu sacrificium ad purganda peccata, vt ex Xenophonte tradit Gyraldus, ac ex isto Tamayus hoc die.

Plynteria.

Gyrald. Synt. 17. fol. 422. num. 30.

582 Quamvis igitur præsens dies jam *Nefastus*, jam *Festivus* à Gentilibus haberetur, nobis sit religiosè *Faustus*, & Triumphalis, ob consummatas victorias Sanctorum, quorum natalem in Cœlis hoc die sancta veneratur Ecclesia: vti fuère (præter præsules) *Erminus*, & *Anianus* Confessores, *Stephanus* præsul, & Martyr; quibus ad eandem lauream associantur *Euodius*, *Calixtus*, ac *Marcus* Evangelista. Quòd si *Marcus*, (Lyrano teste) interpretatur, *Limatus*, *Fricatus*, aut *Expolitus*, ideſt *à rubigine absterſus*; abjecta prophana *Robigalia* Gentilium, perpende, & considera electum frumentum hodiernorum Sanctorum,

Martyr. Rom. Lyran. lib. Differ. V. *Marcus.*

Digitized by Google

rum, seu ipsas horum electorum segetes *expolitas* à rubigine peccatorum, *limatas* vera religione, verisque virtutibus, *fricatas* laboribus, & martyriis pro Christo patientissimè toleratis: vndè habes Thema. Tum, quia in *Robigalibus*, sacrabant *ovem* cum *vino*, & *lacte*, hæc Christianiza, quia Sanctis convenit, esse & *Lac* castitatis, eandoriscque, *vinum* amoris, & dilectionis, *ovem* sacratam Christo, ac mactatam pro ipso vnde alterum habes accommodandum Thema. Amplius: quia *ovis* est pecus placidum, laniferum, inerme, aptum sacrificiis, & videns vocatum, vt aiunt Sanctus Isidorus, Anglicus, & Berchorius: quate adumbrat Sanctos *placidos* benignitate; *laniferos* fœcunditate virtutum; *inermes* patientia, & humilitate; *aptos* fortitudine, ad pœnitentiam, adversa, & martyrium; *videntes* receptione donorum supernorum. Vnde pro Sanctis hodiernis candido lectori tertium offero applicandum Thema.

Themata. 1.

2.

3.

S. Isidor. lib. 12. Anglic. lib. 18. cap. 79. Berchor. in Red. lib. 10. cap. 75.

DIES XXVI.

583 HIc dies, qui & 6. Kalend. Maii, *Fastus* notatur in Kalendario Maffeiano.

A. D. 116.

Dies 8. Quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, ex dictis supra num. 562.

Ad hunc diem referunt *Robigalia* plures apud Rosinum in suo Kalend. & Gyraldum syntagm. 17. fol. 417. Quæ Robigalia, & referuntur ad hunc diem ab Alex. ab Alex. putante acta à Gentilibus, ne rubigo, vredo, aut grando invaderent segetes.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 8.

Quo die in Kalendario Astronomico apud Rosinum citatum notatur, *Canis oritur*.

Hoc die *Demetrius* liberavit *Athenienses* à jugo Macedonum, ex dicendis die 31. Julii, num. 1062.

584 Fastus, Lætus, & Festivus fuit Gentilibus dies præsens; abolita autem prophana eorum religione, nobis catholicis sit Lætus, & triumphalis, venerando triumphos tot hodiernorum Sanctorum; vti fuère Pontifices Summi *Cletus*, & *Marcellinus*, cum *Claudio*, *Cyrino*, *Antonino*, quibus ad eamdem martyrii palmam associatur præsul illustris *Petrus*, ac ad coronam gloriæ antistites præclari *Clarentius*, & *Lucidius*, cum virgine *Exuperantia*. Quòd si hoc die oritur *Stella* canis vocata; suntque duo canes in Cœlo, *major*, & *minor*. Minor *canicula* dicitur, (quæ

Martyrol. Rom.

stella oritur 17. aut 15. Kalend. Augusti, juxta authores ibi adducendos) *Canis* autem dicendo, *major* intelligitur; quæ est stella *magna*, *fervida*, *splendida*, de quo cane sydere dixerunt, quòd sequitur leporem fugientem, & habet in lingua stellam vnam, quæ propriè appellatur *Canis*, & vocatur *Syrius*; vt eum marginatis Calepinus tradit; de quo *Cane Syrio*, cum Sole ascendente, ait Ptolomeus Parvus, quod dat *honores*, *authoritatem*, & *fastum magnum*. Hæc Christianiza, ritéque applica pro hodiernis Sanctis verè fulgentia sydera, in Cœlo nata, vt *fervida* dilectione Dei, *Magna* virtute, *Splendida* gloria. Vnde habes pro ipsis Thema.

Canis. Calepin. verbo *Canis.* Plin. l. 10. c. 63. Xenoph. de Venat. Ptolom. Parv. lib. 2. cap. 18. fol. 105.

Thema.

DIES XXVII.

585 HIc dies, qui & 5. Kal. Maii, dies *comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

A. D. 117.

Dies 9. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte, & cum magnis *Luminaribus*, &c. dicata *Cereri*, ex dictis supra num. 562. Quæ Græca sacra ad hunc diem refert Roman, notans acta *nocte*, & cum magnis *Luminaribus*, sed *per dies* 30. *extensa* tradit cum aliis Rosinus adductus num. 561.

Roman. lib. 2. cap. 18.

Quo die, *Latinæ feriæ in sacro monte Albano*, consignantur in quibusdam pervetustis Kalendariis, cum quibus Gyraldus, Rosinus, Tamayus, & Masculus. De iis Feriis num. sequen.

Rosin. Tamay. Mascul. hoc die.

Ad quem diem refert Masculus *Apaturia* sacra Veneri dicata *per quatriduum*, etsi Rosinus dicat acta per triduum. De Apaturiis dixi supra n. 503.

Mascul. fol. 159.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Quidam ad hunc diem referunt *Pyanepsia*. Ita Rosin. in suo Kalendario. De qua celebritate Athenienſium dicam infra num. 587.

586 Hoc igitur die erant *Latinæ Feriæ*, quod festum institutum fuit à Tarquinio statuente, & designante Romæ templum *Romanis*, *Latinisque*, *Hernicis*, & *Volscis* commune, atque eis qui in societatem adscripti erant, vt convenientes quotannis in designatum locum nundinarentur, vnàque vescerentur, ac de communibus extis præcordiis, aut visceribus assatis animalium, quique eorum partem caperent, gratè susciperentes. Statuitque, vt quotannis in monte Celso *Albano* nundinas, & inducias facerent, & sacrificia dicarent *Latiali Iovi*, epulas agerent, vnaquæque vrbs suum locum accipiens. In sacrificio autem hodierno

Feriæ Latinæ. Tit. Liv. Hist. Rom. lib. 21. Dionys. Halic. lib. 4. Hist. Rom. Gyraldus Synt. 2. fol. 77.

Digitized by Google

Ioui dicabant *Taurum*, *Agnum*, *Lac*, & *Caseos*, vt tradit cum aliis marginatis Gyraldus, qui (Synt. 17. fol. 425.) præfatos *Tauros* in hoc festo immolatos *niveos candore* debuisse esse refert, quem vide, & Tamayum hoc die.

Pyanepsia.

587 Fuit & hoc die celebritas dicta *Pyanepsia* à Pyanis fabis, dicata *Apollini*. Hæc igitur à Græcis dicebantur *Pyanepsia*, & in mense Octobris agebantur, ex Gyraldo, sed hoc die ex aliis, apud Rosinum citatum. Gyraldus Synt. 17. fol. 422. Ritus.

Ritus huius celebritatis fuit, vt puer gestaret *ramum* implexum *lanis*, obvios vndique habentem *fructus*, qui olim ponebatur ante *januam*, in honorem *Apollinis*; quem ramum ferebat puer, & affigebat ad fores *Apollinis*, vt refert Gyraldus. Ramus erat *Oleæ*.

588 Hoc igitur die, quo gentilitas delirabat ob *fœdus* inter Romanos & Latinos, nos veneremur æternum fœdus hodiernorum Sanctorum cum cœlitibus in gloria. Ad hoc fœdus annumerantur *Antimus* Episcopus, cum penè vniverso suo grege, quibus ad martyrii palmam *Castor*, & *Stephanus* associantur, & ad gloriæ coronam *Tertulianus*, *Theophilus*, & *Ioannes*. Quod si hoc die in *Feriis Latinis* sacrabant Lac, agnam, & taurum; per *Lac* adumbrantur *castitas*, *charitas*, & *benignitas* (ex num. 571.). Per *Agnam* (quæ Græcè dicitur *Pia*, & est mansueta, humilis, vtilis) adumbrantur *Pietas*, *Mansuetudo*, *Humilitas*, & *Vtilitas*. Per *Taurum* niveum, qui curat potare *aquam puram*, & est *Velox*, *Fortis*, *Generosus* (vt Anglicus observat), significatur Justus, Velox in stadio perfectionis; Fortis in tolerantia passionis; Generosus in nobilitate operationis. Habes igitur per Lac, agnam, & taurum, materiam ad plura Themata efformanda, & ritè pro hodiernis Sanctis applicanda. Amplius: quia hoc die agebant Gentiles *Pyanepsia*, *puero* gestante viridem ramum oleæ, implexum *lanis*, vndique circumvallatum *fructibus*, quem ad januam *Apollinis* ponebant: Cumque *puer* ita dicatur à *puritate*. Verte hæc ad sacra pro hodiernis Sanctis, eosque considera *Pueros* puritate, *Ornatos* lanis divinæ gratiæ, *Gestantes* ramum victorialis oleæ, cum *Viride* spe, *fructuque* meritorum, sic intrantes festivè in templum gloriæ. Tandem: quia si in *Pyanepsiis* portabant ramum *Olivæ*, & hæc, ex Minorita Anglico, est arbor *Speciosa*, *Solida*, *Florida*, *Fructifera*, *Victorialis*, & *Excellens*, quia pro signo pacis assumpta. Hinc pro hodiernis Sanctis aptissimum Thema accommodare poteris. Est autem & *Oliva* (ex ipso Anglico cum aliis) arbor *Amara*, *Vtilis*, & *Medicinalis*, cujus fructus sunt in tripliti differentia. Primi sunt *Pontici*, & *Virides*. Secundò sunt *Subrubei*, vel *Iacintini*. Tertii videntur *Nigri*, & quanto sunt nigriores exterius, tanto sunt interius maturiores, & vnctuosiores. Vnde cum nigredo mortificationem adumbret, alterum Thema inde habes.

Berchor. in Red. lib. 10. cap. 3. Angl. lib. 18. c. 5. & 98. Themata.

Thema. 1.

Anglic. lib. 17. cap 111. Thema. 2.

Thema. 3.

DIES XXVIII.

589 Hic dies, qui & 4. Kal. Maii, sic notatur in Kalend. Maffeiano. N. P. *Ludi Flor.* id est *Nefastus primo*, *Ludi Floralia*, per triduum.

a. D. 118. Kal. Maff. apud Rosin. lib. 4. c. 21.

Dies 10. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte, & cum magnis *Luminaribus* dicata *Cereri*, ex dictis n. 562.

Dies 2. quo *Apaturia* sacra *Veneri* dicabant, ex dictis supra num. 585.

Quo die incipiebant *Ludi Antii* dicati *Fortunæ*, in cujus tutela erat *Antium*, & festum horum Ludorum *per dies* 14. extendebatur. Ita Masculus. De quo dicam num. sequenti.

Ludi Antii.

Mascul. hoc die.

Hoc die *Floralia* sacra *Floræ* dicata. Ita cum Veteri Kalendario, Ovidius, Plinius, Rosinus, Tamayus, Alex. ab Alexandro.

Rosin. & Tamay. hoc die. Alex. lib. 6. c. 8.

Tria festa refert ad hunc diem Roman, alterum dicatum *Floræ*, alterum *Vestæ*, alterumque sacratum *Phœbo*. De Vesta, & Phœbo jam egi; agam hoc die de Flora, & suis Ludis.

Roman. lib. 2. tom. 2. cap. 18.

590 Cum de *Vesta*, *Phœbo*, &c. actum sit, venit dicendum de *Ludis Antii*, *Floræ*, & *Floralibus*. Et primò de *Ludis Antii*. Est *Antium* Vrbs Latii, Volscorum caput, Romanorum colonia, *Antium* dicta, quòd ante alias Vrbes in ipso littore sita fuerit, ad otium, rerumque vrbanarum accommodata. In qua Vrbe celeberrimum erat Fortunæ templum (vt ait Horatius, & cum eo Calepinus). Præfatum templum in *Antio Fortunæ* dicatum, donis fuit opulentissimum, & Fortuna ibidem culta nuncupata *Antia*, *Antiana*, *Antiatena*, *Antiatis*, & *Anatina*, ab ave *Anate*, quæ exit ex aqua non madefacta, vt expœta Horatio, refert Gyraldus; qui addit quòd *Antios* Græcè interpretatur *Floridus*, à varietate florum: vnde dixerunt *antinas* vestes, quasi varias, per *Flores*, vt *Albeos*, *Purpureos*,

Antium & Ludi Antii.

Calepin. verbo Antium.

Horat. 1. Carm.

Gyrald. Synt. 16. fol. 396. à n. 20. & Synt. 8. fol. 247. a n. 20.

Hya-

Thema.

Hyacinthinis, &c. De pompa Ludorum in communi dixi supra à num. 341. Id applica Christianizando ad tuum propositum: nam aliud particulare de *Ludis Antiis* non reperio. Suppono tamen hos Ludos *Antios* vocatos: quia factos in Antio.

Flora Acca, Laurentia.

591 Pergo ad *Floram*, & *Florales* Ludos. Fuit *Flora* & *Acca* dicta, & *Laurentia*, aut Larentia, ac *Flava* cognominata: mulier *pulcherrima*, sed meretrix, quæ vt talis in Lupanari exstitit. Nupta fuit *Zephyro*, infantesque Romulum, & Remum suo Lacte nutrivit; quæ, ex meretricio quæstu, aut ex hæreditate mariti, ingentem acquisivit hæreditatem, de qua in suo testamento populum Romanum fecit hæredem, ea conditione, vt sibi quotannis suum natalem celebrarent editis Ludis. Hanc oraculo Sybillæ, Veteres Romani constituerunt Deam præsidem, & tutelarem *florum*, *arborum*, & *fructuum*, eaque sacrificabant, vt arbores affatim efflorescerent, & ad justam magnitudinem fructus excrescerent. Hocque die ipsi sacrabant; & annuos *Ludos* in ejus honorem dicabant. Hi *Ludi* convocato populo *nocte*, sonitu *tubæ* fiebant à mulieribus, *mutatis* corporibus, cum *armis*, & *lampadibus* accensis, discurrentibus per Vrbem, certando, & ludendo, magna cum obscœnitate; vt præter alios tradunt Rosinus, Gyraldus, & Alexander. Traditur à Gyraldo, & Cartario Pictura Floræ sic: *Nympha* pulcherrima, *discalceata*, *cincta*, induta *veste* varietate florum ornata, manu dextra *gestans* flores fabarum, & siceris, *coronata* serto ex variis floribus composito. Imo se ipsos, & templum *floribus*, & ramis ornabant.

S. Aug. lib. 6. de Civ cap. 7. Vives ibi. Rosin. lib. 2. cap. 20. Macrob. 1 Satu. Plin. lib. 18. Hist. nat. cap. 29. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 8. Gyrald. Synt. 1. fol. 42.

Ludi, Ritus.

Pictura.

Gyrald. citat. Cart. fol. 178. Roman. lib. 2. cap. 24.

592 Verè præsens dies *Nefastus* antiquis, qui à vera fide, religioneque aberrantes involuti fuerunt velut amentes in tanta superstitione, amentiaque, vt & scortum, velut numen colerent. Nobis autem sit Lætus ob tot Sanctos victores de idolatria, tyrannis, & vitiis, vti fuêre *Vitalis*, *Marcus*, *Eusebius*, *Patricius*, & alii, qui martyrio laureati, victores ascederunt in Cœlum: dictis associantur ad gloriæ coronam *Pamphilius*, & *Prudentius* præsules; illustresque matronæ, *Valeria* conjux Sancti Vitalis, Mediolani passa, & ornata martyrio, ac *Theodora* virgo, quæ vt scortum Floræ, obscœnaque Floralia generosius vinceret; etsi in Lupanar tradita, de hoc, idolatria, & tyranno triumphans, geminata Laureola virginitatis, & martyrii coelitibus est associata. Si igitur in *Ludis Antiis* induebant Antias vestes variatas floribus *albeis*, *purpureis*, ac *hyacinthineis*, per hos flores Christianizatos, Thema habes accommodandum hodiernis Sanctis, ex num. 590. Amplius: quia si Flora pingebatur *Discalceata*, aut nudis pedibus, *cincta*, *ornata* veste versicoloris, varietateque florum, ac *coronata*. Verte prophana ad sacra, pro hodiernis Sanctis, eos encomiando verè floreos: quia *discalceatos* terrenis affectibus, *cinctos* zonis Christianarum virtutum, *ornatos* versicolori veste donorum, & meritorum, *coronatos* gloria.

Martyrol. Rom.

Thema.

DIES XXIX.

593 Hic dies, qui & 3. Kal. Maii, dies *Comitialis*, & 2. *Ludorum Floralium* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 119.

Dies 11. quo Romæ agebantur *Sacra Græca* dicata *Cereri* acta nocte, & cum magnis *Luminaribus*, ex dictis num. 562.

Dies 3. quo *Apaturia* sacra Veneri dicabant *per quatriduum*, ex dictis num. 585.

Dies 2. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extensos *per dies* 14. ex dictis num. 589.

Dies quo ter Soli litabant *Resinam*, *Myrrham*, & *Cyphi* ex dictis supra num. 49. *Vestæ Palatinæ* sacrum Romæ, ex Ovidio. Ex aliis, die sequenti.

Ovid. in 4. Fast. Beyerl. hoc die.

594 At, spretis nugis, deliriisque gentilium, verte considerationem ad hodiernos Sanctos, in cujus honorem agenda luminaria sacra ritu Ecclesiastico, vti mos est in Catholica Ecclesia. Inter quos Sanctos fulgent hodie septem *Latrones*, qui ad Christi fidem conversi à Sancto Jasone, martyrio adepti sunt sempiternam vitam; ad quam martyrii palmam associantur Episcopi *Agapius*, & *Secundinus*, ac inter alios, *Petrus* Ordinis Prædicatorum, *Terinella*, & *Antonia*, istæ sub Valeriano, ille sub hæreticis passus est. Quo die in Sanctorum Catalogo adscripti inveniuntur *Paulinus*, *Hugo*, *Robertus*, & *Catharina* virgo Senensis. Si igitur Gentiles hoc die Soli offerebant *Resinam*, *Myrrham*, & compositionem thymiamatis, nominatam *Cyphi*; verte prophana ad sacra: nam cum *Resina* sit vtilis, & medicinalis, significetque gratias, & virtutes, quæ ab arbore Christi in Sanctis stillantur; *Myrrha* sit

Martyrol. Rom.

Calep. verbo *Cyphi*. Berchor. in Red. lib. 12 cap. 137. Angl. lib. 17. cap. 102.

Digitized by Google

sit gutta electa viridis, amara, & aromatica, *Cyphi*, aut Thimiama speciosa compositio odorum gratorum Deot hinc in *Resina*, *Myrrha*, & *Cyphi* habes Thema, hodiernis Sanctis accommodandum. Amplius: *Myrrha* est arbor altitudinis quinque cubitorum similis spinę, quę & incisſa, & non incisſa calore solis guttă stillat, & vtraque gutta dicitur myrrha, sed hæc electa. Est igitur myrrha arbor *aromatica*, *viridis*, & *pulchra*, cujus gutta est *viridis*, & hæc multum *amara*, & *aromatica*: Hujus guttæ, aut mirrhæ sunt plures species, *viridis*, *candida*, *electa*, *rufa* interius, & aliquantum *lucida*, vt cum S. Isidoro, & Plinio Anglicus advertit. Cum Sancti sint prætiosa myrrha, eos considera *candidos* castitate, *Virides* spe, *Electos* à Deo ad magna opera, mirabiliaque patranda, *Rufos* amore, aut dilectione, & martyrio, *Lucidos* gloria; sicque pro ipsis habes Thema. Tandem: quia jussu in antiqua lege *thimiama* componebatur, ex *stacte*, *onycha*, *galbano*, & *thure*; quæ adumbrant, per *Thus* religionem, & orationem, per *Galbanum* (vtpotè calidum, & pingue) charitatem, & misericordiam, per *Stactem* mortificationem (nam stacte myrrha est electa, ex Anglico & S. Isidoro) per *Onycham* (similem odore nardo) castitatem: hinc cum marginatis habes aptissimum alterum Thema pro hodiernis Sanctis.

Thema. 1.

S. Isidorus lib. 16. cap. Anglicus citat.

Thema. 2.

Exod. 30. v. 34. Alap. hic. cum S. Greg. lib. 1. Moral. cap. 39. Anglic. cit.

Thema. 3.

DIES XXX.

A.D. 120.

595 HIc dies, qui & pridie Kalendas Maii, *Comitialis* & 3. dies, & *Ludorum Floralium* notatur in Kalendario Maffeiano citato.

Dies 12. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte cum magnis *Luminaribus* dicata *Cereri*, ex dictis num. 562.

Dies 4. & vltimus, quo *Apaturia* sacra *Veneri* dicabant per quatriduum, ex num. 585.

Dies 3. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extensos *per dies* 14. ex dictis supra num. 589.

Quo die agebant *sacrum defunctis*, ex dictis cum Suida, & Bungio n. 49.

Sacra fiebant *Vestæ Palatinæ*, ob translationem ignis sacri in domum *Palatinam*, vt cum Carolo Neapolitano num. 287. observat Tamayus; addens quod hæc sacra distincta erant à *Vestalibus* incidentibus in diem 6. Idus, Junii.

Tamay. hoc die. Masculi. fol. 160. Rosinus lib. 4. cap. 4.

Ad quem diem tria festa referunt Ovides, & Vives, & relatum festum *Vestæ* actum in palatio Augusti, & festum *Floræ*, ac alterum *Apollinis*. Vide marginatos.

S. August. lib. 2. Civit. cap. 26. Vives ibi. Ovid. in 4. Fast.

596 Hæc flagitiosa festa ritibus diversis agebant: nam *floralia*, ludosque florales turpissimo ritu, à meretricibus agebantur, meretricia pompa, & exercentibus officia mimorum, gestibus, motibusque impudicis, vt ait S. Aug. lib. 2. de Civitate Dei c. 26. (& nos diximus num. 591.) qui addit obscœnos hoc ludos factos ante delubrum *floræ*, & ipsius simulacrum ibi collocatum: ad quam obscœnam pompam concurrente populo, & incunte; alii virginem *Vestam* supplices adorabant; vt ipse S. Augustinus advertit, Mulieresque adorantes *Vestam* tenebant ramum ex *Lauro*, prætextaque *quercu*. Alii *Apollini*, libabant, ipsique resinam, myrrham, & cyphi offerebant.

Ritus.

597 Veterum tanta obscœnitate, superstitioneque abolita, & spreta; verte considerationem ad Sanctos hodiernos veros flores, vti fuère *Marianus*, & *Iacobus* sub Daciano passi: *Eutropius*, *amator*, *Laurentius*, & interalios; *Ludovicus*, & *Maximus* omnes coronati martyrio; ad quă palmă associatur virgo *Sophia*, & ad coronam gloriæ præsules *Severus*, & *Donatus*, qui hoc die in cœlo nasci meruerunt, vt veros fragrantesque flores celebrantes gloriosa sponsalitia cum Deo. Quo die (etsi præcedenti obierit) colitur ab Ecclesia Sancta *Catharina* Senensis. Si igitur, (Plinio teste, & Cartagena referente) mos fuit apud antiquos, cum sponsalitia celebrabăt, vt sponsi coronis redimiti incederent, inter quas principem locum tenebat *spinea*, qua insignitur, depingiturque Catharina, pro ejus desponsatione encomianda, ponderandaque per quadruplicē *coronam* habes Thema: primam Spineā admirandæ pœnitentiæ: secundam *Argenteam* infusæ scientiæ: Tertiam *Floridam* ex viola humilitatis, lilio virginitatis, nardoque odoratissimi exempli. Quartam *Auream* flagrantissimæ charitatis.

Martyrol. Rom.

Plin. lib. 16. cap. 28. Cartag. lib. 10. de Pass. hom. 15. colum. 147.

Themata.

Corona.

598 Amplius: *viola* est parva herba, triplex in specie: quædam cum flore *albo*: quædam cum purpureo quædamque cum *mellino*; adumbratque perfectos, & Sanctos *Albos* castitate, *Mellinos* per mellifluam pietatem, *Purpureos* per charitatem, & martyriū: *Floreos*, odoriferosque per famosam exteriorem conversationem. Vnde hæ-

Berchor. in Reduc. lib. 12. cap. 188.

Thema.

bes

S. Isidor. Plinius. & Anglic. lib. 17. cap. 91.

bes alterum Thema. Est & *Lilium lactei* flores herba, *floſque in modum campanellæ reſupinus*, qui flos quanto altius in haſtili erigitur, tanto caput ſubmiſſius inclinatur; eſtque flos ejus, exterius planus, ſuavis tactu, forma rotundus, aſpectu delectabilis, & jocundus: componitur lilium *ex ſex foliis* contiguis, & ex *ſeptem granis aureis* intrinſecus decoratur, in quorum medio, aut concavo ſemen ejus loco fructus miro decore collocatur. Floſque lilii etſi prius *viridis*, poſt eſt triplex in colore, ſcilicet *albus*, *rubeus*, & *purpureus*, vt omnia cum aliis notat Anglicus. Cumque lilium Sanctos adumbret, eos conſidera *Viridis* ſpe, *Albos* caſtitate, *Rubeos* charitate, *Purpureos* martyrio, aut maieſtate, & potentia regnantes cum Chriſto. Eſtque inter flores & *Nardus* herba *modica*, *ſpinoſa*, *calida*, & *odoriſera*, adumbrans Sanctos *Parvos* humilitate, *ſpinoſos* penitentia, *calidos* charitate, *Odoriferos* per ſanctitatem vitæ, & famæ. Vnde pro hodiernis Sanctis per Nardum habes alterum Thema ex marginatis. Quòd ſi S. Iſidoro teſte eſt Nardi *ſpica* appellata à Græcis *Nardo ſtartes*, hoc die quo Gentiles ſua prophana Floralia agebant, nos ea abjecta, agamus myſticam & religioſam floraliam ſpicam, & flores hodiernos Sanctos imitando, & eos encomiando per relatos flores.

Thema.

S. Iſidor. lib. 17. cap. 110. Berch. in Red. lib. 12. cap. 106.

MAIUS.

Encomia.

Tamay. tom. 3. fol. 1.

599 PRÆSENTIS menſis plura tradit Tamayus *encomia*, vt quòd ſit *Monimentum* floridum temporum, *Spectaculum* purpureum annorum, *Cortinarium* delitium menſium, *Parvus* gratiarum, *Cingulum* veneris, Illicium Amoris, & cupidinum. Nam hoc menſe ſuaviter Zephirus flat, cuncta maritata fœcundat, & fœcunda curat floreſcere, ac parturire. Cum hæc pars anni Regina ſit temporis, in quo Cœlum fulget purius, Sol altior, Luna pulchrior, & Stellarum chorus clarius emiteſcit, &c. quæ & alia tradit Tamayus. Hujus menſis *etymologia* variè ab ſcriptoribus aſſignatur. Primò volunt *Maium* hunc menſem dictum per Romulum à *majoribus*, ſicut *Iunium* à junioribus in ipſorum honorem. Secundò nominatum volunt à *Iove* dicto *Maio* à magnitudine, & majeſtate. Tertiò volunt nuncupatum à veteri voce Cimbrica *Mai*, aut *Mei*, ſignificante virorem plantarum. Quartò Ovidius vult hunc menſem *Maium* dictum ob tres cauſas: primo à Maieſtate Dea Magiſtratum: ſecunda à *Majoribus*: tertia à *Maia* matre Mercurii, in qua ſententia eſt Macrobius, cum aliis opinantibus, quòd inde hoc menſe *Maiæ*, & *Mercurio* ſacrificabant Mercatores.

Etymolog. Roſinus lib. 4. cap. 9. Tamay. citatus. Ovid. in 5. Faſt.

Hic menſis ab Hebræis dicitur *Sivan*, à Syriis *Iiar*, à Chaldæis & Ægyptiis *Payni*, ab Abiſſinis *Paſchnes*, ab Athenienſibus *Sitrophorion*, à Græcis *Artemiſius*, à Cypris *Enicus*, Perſis *Chardad*, ab Alemanis *Mey*, à Latinis *Maius*, ab Hiſpanis *Maio* &c. Cujus menſis picturam adduco in Diario ſacro num. 208 o.

DIES 1.

A. D. 121.

600 HIc dies, qui & Kalendis Maii, *Nefaſtus* notatur in Kalendario Maffeiano citato.

Dies 13. quo Romæ agebantur *Græca ſacra* nocte cum magnis *luminaribus* dicata *Cereri*, & per dies 30. extenſa, ex dictis num 562.

Dies 4. quo agebant *Ludos Antios* dictos *Fortunæ*, & extenſos *per* dies 14. ex num. 589.

Quem diem Gentiles ſacrabant *Iunoni*, *Iano*, *Lari familiari*, *Soli*, & *omnibus Diis*, ex dictis ſupra num. 49. cum Tamayo, Roman, & Alex. ab Alex.

Quo die *Roma* condita, ex dictis die 17. Februarii, juxta aliquos. Alii referunt ad diem 20. aut 21. Aprilis.

Ovid. in 5. Faſt. Tamay. hoc die. Roſinus lib. 4. cap. 4. & 9.

Hiſce Kalendis Romani feſtum recolebant *Laribus Præſtitibus* dicatum, ob aram conſecratam præfatis *Laribus* à Sabinis Curibus. Ita Ovidius, Tamayus, & Roſinus.

Feſtum *Vmbraculorum*, Græcè dictum *Pallas*, ex Roſino in ſuo Kalend. De quo dicam num. 602.

Oritur *Capella*, Sydus ſcilicet ſic ab Aſtronomis nominatum. Ita Roſinus citatus lib. 4. cap. 4. cum Kalend. Aſtronomico.

Ritum. &c. vide num. 591.

Florales Ludi per *triduum*, ſicque ab hoc die vſque ad tertium incluſivè. Ita V. Kalend. & cum eo Roſinus, lib. 4. cap. 4. citatus: quare hi Ludi, etſi ex Kalendario Maffeyano inceperunt die 28. Aprilis, & 30. terminarentur; ex alio Veteri Kalendario, hoc die incipie-

Digitized by Google

cipiebant, & die 3. terminabantur.

Macrob. 1. Sat. cap. 12. Tamay. hoc die. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 8.

Hiſce & Kalendis *Majuma* feſtivitas *Maiæ* dicata, ſub nomine *Bonæ Deæ*, cui ſub hoc nomine *ædem* hoc die dicarunt, vt cum Macrobio, Tamayus obſervat; quam *Maiam*, aut *Bonam Deam* & dixerunt *Opem*, *Faunam*, *Matrem Deùm*, *Cybelem*, & *Rheam*, cui (ex Alex. ab Alex.) *per ſeptem dies*, dicabant ſacrum.

Maſcul. fol. 197.

Dies inſignis triumphis, quos egerunt P. Val. Poplicola de Sabinis: Q. Publ. Philo Proconſul de Samnitibus.

Lares Præſtites. M. Tull. 2. de divinatione. Gyraldus Synt. 1. fol. 17. num. 20. & Synt 15. fol. 374. Ovidius in Faſt. Maſcul. in Faſtis fol. 198.

601 Cum de *Laribus* jam egerim à num. 113. nunc de *Laribus Præſtitibus*, de feſto *Vmbraculorum*, ac de *Majuma* celebritate dicam. Et primò de *Laribus Præſtitibus*, quos vocarunt *Præſtites*: quia eos finxerunt *præſides* rerum omnium gerendarum. Hos M. Tulius dixit habere ſedem in 1. regione cœli in qua poſt Jovem, Conſentes, & Pennates, ponuntur à Tulio, Salus, ac *Lares*. Hos ex Gyraldo, finxerunt *Præſides*, *Familiares*, *Tutelares*, *Cuſtodeſque* hominum, domorum, locorum, &c. imò & quoſdam appellarunt Lares publicos, quoſdamque privatos quibus, vt Gyraldus cum Ovidio, & aliis obſervat, *quotidie ſacrificabant*, ipſis offerendo *Thus*, *Vinum*, & *Coronas florum*; imò & illis offerebant frugum *Primitias*: quare cecinit Ovidius:

Luciſero ſubeunte Lares delubra tulerunt,
Hic vbi ſit clara multa corona manu
Laribuſque paternis.
Thura dabo, atque omnes violæ jactabo Colores.

Quos *Lares* pelle canina induebant, ipſoſque ornabant, vt Maſculus obſervat.

Scyra ſeu feſtũ *Vmbraculorum.* Gyraldus Synt. 17. fol. 422. n. 20. Iul. Aur. lib. 2. de Cog. Deorũ.

602 Fuit & hoc die *Scyra* celebritas, ſeu feſtum *Scyreum* ſeu *Vmbraculorum*; quæ celebritas fuit peculiaris Athenienſium, vt advertit Gyraldus, addens quòd fiebat hæc celebritas ſcenis, & vmbra ferè in ſimilitudinem feſti vmbraculorum Hebreorum, ſeu *Scenopegia*. Quod feſtum *Scyra* fuit nuncupatum à menſe Athenienſium *Scyrophorion* noſtro Maio reſpondenti, vt vult Gyraldus, aut quia fiebat in honorem *Minervæ*, quæ dicta fuit *Scyradis*, vt opinatur Julius Aurelius. De feſto *Scenopegiæ* (ad cujus ſimilitudinem Gentiles fiebant *Scyra*) egi à num. 579. in diario ſacro. vide ibi dicta, hæcque, & illa Chriſtianizata, applica ritè.

603 Agebantque Gentiles hoc die *Majumam* celebritatem dicatam *Maiæ*, vocatam *Bonam Deam*, *Opem* &c: extendebantque celebritatem *per ſeptem dies*, vt cum Alexandro ab Alex. dixi numero 600. Quod feſtum fiebat hoc die, quo templum *Maiæ* fuit dicatum celebrabatur eo ritu, vt ad poſtes affigerent *frondes*, & *ramos*, ipſæque virgines ſtudioſè ſe ornarent, vtendo ad ipſarum ornatum omnibus *germinantibus*, & *florentibus*, præter *myrtum*. Sacraque fiebant à virginibus, vel in ædibus ipſarum, ex Alex. ab Alex. vel in domo Pontificis Max. vel Conſulis, aut Prætoris, vt vult Cartarius; & vterque, quod (& expulſis viris) & maſculæ picturæ tectæ erant, ac *palmite* tabernacula intexta. Templumque ipſum *Maiæ* ornabant multorum generum herbis, quas templi cuſtos libenter impertiebat ægrotis, qui eis indiguiſſent: quare & *Maiam* appellarunt *Medeam*, quam & *Damiam* nuncuparunt. Feſtum hoc erat Matronarum, & virginum, hæ ſolùm caſtæ, & quæ à viris abſtinuiſſent, ſacrificabant *Canes*, litabant *Lac*, & *Amphoram vini*, quam appellarunt *mellariam*, vinumque oblatum mellarium. Quod ſacrificium in honorem *Bonæ Deæ* actum, & *Damium*, quaſi occultum appellatum, offerebant pro ſalute populi; vt omnia tradunt marginati, præcipuè Alex. Roſinus, & Cartarius.

Majuma. Gyrald. cit. fol. 419. Roſinus lib. 4. cap. 9. Tamay. hoc die. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 8. Cartarius à fol. 159. Ritus.

Sacrificia.

604 Hanc *Opem*, aut *Bonam Deam* pingebant mulierem *Pulchram*, *Diſcalceatam*, *Honeſtam*, ac oculis demiſſis, manu dextra tenentem *Sceptrum*, ejus capite incumbente *Viti*, & ad latus erat *Serpens*, ac *Myrteus* baculus. Pingebant ſerpentes ad latus *Maiæ*, *Opus* aut *Bonæ Deæ*; quia finxerunt quòd in iis ſacris apparuerunt in templo ſerpentes indifferentes, nec *terrentes*, nec *timentes*. Quare autem in hiſce ſacris *myrtum* non admittebant, & virgam *myrtheam* ad latus ſimulacri ponebant? Reſpondet Plutarchus, id factum: quia Faunus volvit eam cognoſcere; cumque non poſſet, virga myrtea eam caſtigavit, & in capite percuſſit.

Pictura.

Cartario citatus Roſinus citatus. Plutarcho. in quæſt. Roman. q. 22.

605 Quamvis autem præſens dies Gentilibus *Neſaſtus*, & alias *Faſtus*, nobis ſit lætus, ob natalem Sanctorum Apoſtolorum in cœlis *Philippi*, & *Iacobi*, quorum alter cruci affixus, alter fullonis fuſte in cerebro percuſſus martyrio munus Apoſtolicum decoraruntur. His aſſociantur ad eandem lauream *Andeolus*, *Orentius*, & *Patientia*, cum quibus ad coronam gloriæ annumerantur

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

merantur *Orientius*, & *Amator* præsules, ac cum aliis *Sigismundus* Burgundiæ Rex, & *Grata* virgo. Si igitur, hoc die, delirabat gentilitas in suis *Laribus Præstitibus*, quos fingebat in regione Cœli, quos vocabat *Præsides*, *Familiares*, *Tutelares*, & *Custodes*: Hæc Christianiza, & applica hodiernis Sanctis, præcipuè *Philippo*, & *Iacobo*, eos encomiando *Præsides* regnorum Mundi, Dæmonis, & Carnis; *Familiares* Christi, Tutelares, & custodes hominum. Quòd si Laribus quotidie offerebant *Thus*, *Vinum*, & *Coronas*: & hæc Christianizando; per *Thus* orationis, *Vinum* amoris, & Coronas martyrii, aut virginitatis, alterum Thema accommodare poteris Sanctis hodiernis. Cumque *Thus*, ex Minorita Anglico, sit *Album*, *Mundum*, *Odoriferum*, & *Translucidum*: per *Albos* castitate, *Mundos* à terrenis affectibus, *Odoriferos* exemplis, famaque virtutum, & operum magnorum, *Translucidos* claritate; alterum habes Thema.

Thema. 1.

Thema. 2.

Anglic. lib. 17. cap. 153.

Thema. 3.

606 Tria, inter alia, prophana festa hoc die agebat gentilitas. Primùm *Larium* quos opinarunt *calites*. Secundùm *Scyreum*, seu *umbraculorum*. Tertium dictum *Maiuma*, actum ad lætitiam *viridis ramis*, *odoriferisque floribus*. Ea Christianiza, & applica ad religiosa festa hoc die acta in Catholica Ecclesia in honorem Sanctorum: quia *Cælites* hic, vita, in patria, societate, & gloria: quia *Scyreos*, seu umbraculum suorum clientum: quia *Maiumos*, idest, viridos, floreos, odoriferos, spe, exemplo, virtute: Vnde habes alterum Thema.

Thema. 4.

607 *Maiam Opem*, aut *Bonam Deam* finxerunt; quam appellarunt *Mellariam*, quæ culta fuit à virginibus, & honestis matronis cum viridibus *ramis*, odoriferisque *floribus*, quam pingebant *Pulchram*, *Ornatam*, gestantem *Sceptrum*, &c. ex dictis à num. 604. Hæc Christianiza, & applica Virgini Matri verè *Mellariæ* sub floridi titulo de *Rosario*, sub quo colitur per hos dies ab Ecclesia, ipsique applica *Maiæ* picturam; *floridam*. *Deiparam de Rosario* encomiando, *Pulchram*, & gratiosam in se; *Ornatam* virtute, gestantem *Sceptrum* potentiæ ad conterendos hostes suorum devotorum, populique Christiani.

Thema. 5.

DIES II.

A.D. 122.

608 Hic dies, qui & 6. Nonas Maii, sic notatur in Kalendario Maffeiano: *F. Comp.* hoc est, *Festus, Compitalia*.

Kal. Maffeiano, & Rosin. lib. 4. cap. 9.

Dies 14. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte cum magnis *Luminaribus*, dicata *Cereri*, & per dies 30. extensa, ex dictis supra num. 562.

Dies 5. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extensos per dies 14. ex num. 589.

Dies 2. quo agebant festum dicatum *Maiæ*, *Opi*, aut *Bonæ Deæ*, extensum *per septem dies*, ex dictis num. 603.

Dies 2. *Ludorum Floralium* qui per *triduum*, ex dictis num. 600. dicati *Floræ* ex Roman, qui ad presentem diem refert *Sacrificium Spicarum* actum à Gentilibus.

Roman lib. 2. cap. 18. fol. 61.

Dies quo flare incipit ventus vocatus *Argestes*, & quo *Hyades* Stellæ oriuntur. Ita Rosinus in suo Kalendar. Vide num. sequentem.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Dies sacratus *Semideis*, & *Favonibus heroicis*, ex dictis num. 40.

Dies celebris Romæ ob *triumphum*, de Comensibus, & Insubribus, partum à M. Claud. Marcello Cons. quem honorificentissimo plausu Roma recepit, ex Goltzio ann. 557. Reusnero in Diario Historico, fol. 68. Tamayo, & Masculo. Qui dies *Ater* Romanis ex altero Kalend. & cum eo Beyerline.

Tamayus hoc die. Mascul. fol. 298. Beyerl. hoc die.

609 *Argestes* ventus, Hispanè dictus *Maestral*, flare incipit hoc die, ex Kalendario Rosini, qui ventus *Caurus*, *Corus*, *Favonius*, & *Zephirus* dicitur ex Plinio, & Calepino. Est ventus Cardinalis, ortus in occidente sub paralello æquinoctiali, dictus *Favonius* eo quòd *foveat*, *quæ nascuntur*, vt cum S. Isidoro Anglicus advertit, addens quòd præfatus ventus versus austrum vocatur *Zephirus*. Hunc depingit Cartarius *Forma* juvenili, *Facie* decora, *Humeris* alatis, *Decorans* verrata, herbis, & floribus.

Argestes.

Favonius & Zephirus. Plin. lib. 2. c. 47. Calepin. verb. *Argestes.*

610 *Compitalia*, aut compitalitia sacra erant *Laribus* dicata, vt Macrobius, Varro, & alii observant: quibus Laribus quotannis hic dies dicabatur, & sanctificabatur *Laribus*, ac *Maniæ* Deæ materi Larium, ex responso Apollinis, quo præceptum fuit, vt pro capitibus supplicaretur. Quod sacrificium cruentum, & immane fuit aliquando: enim sacrificabant pueros. In quibus cruentis sacris effigies *Maniæ* suspensa erat pro fossibus domorum singulorum. Post ex instituto *Iunii Bruti* Consulis omissa mactatione puerorum, fiebat placatio capitibus papaverum, vt Dionysius Halicar-

Compitalia. Anglic. lib. 11. cap. 3. Cartar. fol. 177. *Pictura.* Macrob. 1. Sat. cap. 7. Dionys. Halic. lib. 4. Rosin. lib. 4. cap. 9. Gyrald. synt. 15. à fol. 373. Tamay. hoc die. Vide num. 621. Ritus.

licarnasseus, & alii advertunt, nosque diximus die 12. Januarii à num. 111. Tandem ad festivam consuetudinem hæc sacra fuerunt redacta: nam remota sacrificatione puerorum, festivè ministrantibus servis (quare hæc fuit dicta *festivitas servorum*, vt Tamayus observat) *vernium florum ornatu* sacrificabant *Laribus*. Quòd festivum sacrificium *Laribus* dicatum, ex Suetonio, & Struchio, bis Tranquillus fieri instituit; alterum *vernis floribus* (per quos vernos flores intelligit Suetonius *Heliochrysson*, *Hyacinthum*, *Rosam*, & *Violam* albam), alterum *æstivis floribus* (per quos intelligit *Lychnum*, *Florem Iovis*, *Amaracum*, *Iridem*, & *Lilium* quoddam), vt Tamayus cum marginatis observat.

Festivitas servorum.

Suet. in Aug. cap. 31.

Struchius de sacrif. Gentil. fol. 79. & cum his. Tamay. citat.

611 *Mania* fuit dicta *Lara Nimpha*, *Larunda*, & *Muta*, de qua fabularunt, quòd fuit Nimpha Tiberina, cui abscissa fuit lingua à *Iove*, eo quod indicasset *Iunoni* concubitum Jovis cum *Iuturna*. Quæ cum postea à Jove tradita fuisset Mercurio, vt eam deferret ad inferos; illectus Mercurius forma puellæ, rem cum ea habuit, & ex ea nati sunt gemini Lares. Quam fabulam narrat Rosinus. *Compitalitia* autem, quæ fuit Gentilium festivitas hujus dieì, solemnitas erat *Laribus* devota, eo quòd in *Compitis*, seu trivibus colerentur Lares, qui non tantum *viarum*, sed *familiarum*, *domorumque* privatarum præsides putabantur, ac *Vicorum* Deos, *Cuadesque* domorum, vt scribunt Arnobius, Rosinus, & Ovidius, qui dixit:

Rosinus lib. 2. cap. 14.

Ovid. lib. 2. Fast. Arnob. lib. 3. contr. Gentes.

Geminosque parit, qui Compita servat,
Et vigilant nostra semper in æde Lares.

Quos Lares custodes domus vocabant *domesticos*, & custodes vrbis *vrbanos*, de iis dixit Ovidius:

Ovid. lib. 5. Fast.

Stant quoque pro nobis, & præsunt mœnibus vrbis.
Et sunt præsentes, auxiliumque ferunt.

Aram *Larium*, cui imponebatur sacrificium ipsis dicatum, appellabant *Focum*, & ornabant ipsam aram *Corona*, quòd eum Catone Rosinus observat, quemadmodum & *Ludos Compitalitios* institutos fuisse in honorem Larium, à Servio Tullo rege, filio Tarquinii: quia præfatus Tullus pucavit se natum beneficio Laris familiaris. Cujus rei fabulam refert Plinius, & quia inhonestam, omitto. Picturam *Maniæ* adduxi num. 74. *Larium* autem supra num. 115. die 12. Januarii, quo die, & 1. hujus mensis plura de *Laribus* adduco, quibus ipsis sacrificabant *Thus*, *Vinum*, *Flores*, *Thymiama*, & *Coronas*.

Caton. de re Rust. cap. 5. & Rosin. lib. 4. cap. 9. in Parall.

Plin. l. 36. c. 27.

612 *Fastus*, & aliàs *Ater* fuit Gentilibus dies præsens, nobis autem sit Lætus ob tot Sanctorum hodiernum natalem in Cœlis, vti fuère, *Felix*, *Saturninus*, *Germanus*, *Cœlestinus*, & alii, qui pro Christo passi lauream martyrii adepti sunt: cum quibus ad eandem lauream pervenerunt præsules invicti *Vindemialis*, *Eugenius*, & *Longinus*, qui certarunt pro fide contra Arianos quoadusque obtruncato capite martyrium consummarunt. Dictis ad coronam gloriæ, associantur alii præsules *Secundus*, & *Antoninus*, præclarissimusque Doctor, & Strenuus propugnator Catholicæ fidei *Athanasius*. Cumque hoc die cæca gentilitas compitalia celebraret Laribus dicata, quibus sacrificabant *Thus*, *Vinum*, *Flores Thymiama*, & *Coronas*, vt dixi: ea Christianizando, per *Thymiama* habes Thema ex num. 594. per *Thus*, *Vinum*, & *Coronas*, ex num. 605.

Martyr. Rom.

Themata.

613 Amplius: quia *Laribus* hoc die Gentiles sacrificabant vernos flores, vt *Heliochrysos*, aut *Heliochrysum*, album florem, nunquam marcescentem, qui sole percussus aureus videtur, *Hyacinthum*, *Rosam*, & *Violam*; vnde ea Christianizando, & vertendo ad sacra, applica pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Heliochrysos* puritate, *Hyacinthos* vita cælesti, *Roseos* amore fragrantiaque famæ, & exempli, *Violaceos* passione.

Plin. lib. 2. c. 92.

Calepin. verb. *Heliochrysos.* Thema. 2.

614 Amplius tres sunt species, *Hyacinthi*, scilicet *Lana*, *Flos*, & *Gemma*; adumbrat *Lana* gratiam, *Flos* viaurem, fragrantiam, & fumum sanctitatis, ac exemplorum; *Gemma* meritа. Amplius: *Hyacinthus flos* est *purpureus*, & similis *violæ* in flore, & radice: *Gemma* autem est *Cærulea*, & aliquantulum *Saphirei* coloris, imo secundum Dioscoridem lapis *Hyacinthus* nunc est *Cæruleus*, nunc *Sub rufus*, nunc *Purpureus*, qui lapis singularis est virtutis enim *lætificat*, *confortat*, *fugat* tristitiam, & *resistit* diversis pestilentiis, vt totum notat Anglicus Minorita. Verte igitur hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Cæruleos* vita cælesti, *Sub rufos* formositate operum, *Purpureos* aut martyrio, aut flagranti charitate. Tandem ipsos singularis virtutis, mysticos *Hyacinthos* elogia, quia *Lætificantes* clientes, *Confortantes* debiles, *Fugantes* tristitiam, *Resistentes* noxis contrariis, & adversis. Vnde & pro *S. Atha-*

Thema. 3.

Anglic. lib. 17. cap. 86. & lib. 16. cap. 54.

Thema. 2.

Thema. 4.

nasio, & pro aliis hodiernis Sanctis habes Thema, quibus per alios flores, alia applicare poteris.

DIES III.

A.D. 123.

615 HIc dies, qui & 5. Nonas Maii, dies *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 15. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte, & cum magnis *Luminaribus*, dicata *Cereri* & per dies 30. extensa, ex dictis num. 562.

Dies 6. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ* & extensos per dies 14. ex num. 589.

Dies 3. quo agebant festum dicatum *Maiæ*, *Opi*, aut *Bonæ Deæ*, extensum per septem dies ex num. 603.

Dies 3. vltimus *Ludorum Floralium* per triduum, dicatos *Floræ*, ex dictis num. 600.

Quo die in Kalend. Astronomico, apud Rosinum, notatur *Ortus Centauri*.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Hoc in die in Kalendariis antiquis Romanorum nihil invenitur adnotatum, nisi quòd *Athenis Minervæ* sacra erant, quæ *tauris*, & *agnis* celebrari solebant, vt ex Alexandro, & Gyraldo tradit Tamayus. Quod festum & Ægyptii hoc die dicabant ipsi *Minervæ*, ex dictis num. 49.

Tamay. hoc die.

Veteres hunc diem dixerunt *infaustum*, & *ominosum*, ex Gyraldo, & Masculo, nobis sit faustissimus per Crucem inventam.

Gyrald. Mascul. fol. 199.

616 Tot prophana spreta, lætus nobis sit præsens dies ob triumphos Sanctorum martyrum, vti fuere duo *Alexandri* alter Papa, alter miles, cum *Eventio*, *Theodulo*, *Timotheo*, & aliis; quibus ad eandem lauream martyrii, cum flore virginitatis associatur *Antonina*: quam lætitiam Christianorum hoc die auget Sacrosanctæ *Crucis Dominicæ* inventio, sub Imperatore Constantino. Si igitur hoc die Gentiles *Minervæ* sacrabant festum, quam depictam reliquimus die 3. Januarii, picturam Minervæ Christianizando habes Thema, die 3. Aprilis hodiernis Sanctis applicandum. Amplius: quia inter arbores collocat Minorita Anglicus *Agnum castumque*, herba *ficca*, *calida*, & semper *virens est*, cujus *flos* potissimè nuncupatur *Agnus castus*; quia *odore*, *& visu* reddit homines castos sicut agnos, ex Platone, & Dioscoride: Hæc *inducit* castitatem, *sanat* infirmitates, *exiccat* superfluitates, *fovet* decoctionem; vt omnia Anglicus cum aliis: quare adumbrat Sanctos *Inducentes* puritatem exortatione, & exemplo, *Sanantes* infirmitates, virtute, *Exiccantes* superflua, & nociva, intercessione, *Foventes* ad bonum, & vtile, patrocinio. Quòd si agnum Gentiles hoc die sacrabant *Minervæ*, verte prophana ad sacra, & per *agnum castum* encomia hodiernos Sanctos, verè sapientes verè *agnos*, verè *castos*.

Themata remissive.

Anglic. lib. 17. cap. 15.

Thema. 1.

617 Tandem quia vt dixi cum Kalendario Astronomico hoc die *Centaurus oritur*, de qua *Stella* facit mentionem Andreas Argoli dictus *Ptolomeus Parvus*; est & arbor, seu herba dicta *Centaura*, quæ & est *amarissima*, *ficca*, *calida*, *medicinalis*, quæ & vocatur *Febrifugia*, & *Felterræ*; & ex S. Isidoro *Centaura* fuit vocata: quia à Chirone Centauro ejus virtus *primitus est inventa*; & est hæc arbor, aut herba duplex *major*, & *minor*, habetque major *ramusculos*, & *flores* majoris virtutis, & efficaciæ, habetque *quandam amaritudinem cum dulcedine*. Hæc cum S. Isidoro Anglicus, qui hujus amarissimæ arboris virtutem in *floribus*, & *foliis* addit: quia *sedat* dolorem, *clarificat* visum, *curat* paralypsim, *necat* vermes, *consolidat* vulnera. Hæc Minorita citatus, quæ meritò applicare poteris pro hodierna festivitate inventionis prætiosissimæ arboris *Crucis* Christi. Pro qua festivitate per verba *Sedat*, *Clarificat*, *Curat*, *Necat*, *Consolidat* pulcherrimum habes Thema.

Ptolom. Parv. fol. 12. Calepin. verb. *Centaura*. Plin. lib. 25. cap. 6. S. Isidor. lib. 17. Anglic. lib. 17. cap. 47.

Thema. 2.

618 Ex dictis triplex est *Centaura*, scilicet *arbor*, *flos*, & *stella*; arbor vmbrat, & protegit, flos curat, stella dirigit. Vnde salutifera *Crux* Christi in sua inventione venit encomianda: quia *Arbor* vmbrans, & protegens: quia *Flos* curans, *Stella* cunctis Astris splendidior dirigens; sicque inventæ Crucis festum recolatur, cujus præconium, vniversum per Orbem micanti lumine fulgeat, ex Ecclesiæ testimonio.

Thema. 3.

DIES IV.

619 HIc dies, qui & 4. Nonas Maii, dies *Comitialis*, ex Kalendario Maffeiano.

A.D. 124.

Dies 16. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte & cum magnis *Luminaribus* dicata *Cereri*, & per dies 30. extensa, ex num. 562.

Dies 7. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extensos per dies 14. ex num. 589.

Digitized by Google

Dies 4. quo agebant festum dicatum *Maiæ*, *Ovi*, aut *Bonæ Deæ*, extensum per septem dies, ex dictis n. 603.

Quo die *Ludi Maximi* Romæ incipiebant, & *per sex dies* extendebantur, vt notatur in Kalendariis veteribus Romanis, vt asserunt Reusnerus, Beyerlinck, Tamayus, & Masculus, qui addit hos Ludos vocatos *Compitalitios*; quia in compitis *Diis Laribus*, quos *vernis floribus coronabant*, & eorum matri *Maniæ*, hoc est insaniæ erant dicati. Hæc Masculus; etsi alii velint hos Ludos *Maximos* dictos: quia actos in *Circo Maximo*. De quo circo numer. sequenti.

Beyerlinc & Tamay. hoc die. Mascul. citat. fol. 199.

Dies quo A. Manlius Torquatus *triumphum* egit, & spolia retulit optima de Phalisciis, ex Masculo citato.

Ludi Maximi.

620 Hoc igitur die *Ludi Maximi* incipiebant, & in circulo dicto *Maximo* agebantur: quod *Circum* Tarquinius Priscus V. Romanorum Rex extruxit (inter montes Palatinum, & Aventinum) longum, latum, & figuræ circularis, sed magis in longum extensum, opus pulcherrimum, ornatum porticis, officinis, cellis, ordinibus sedilium, in tanta multitudine, vt centum quinquaginta hominum millia valerent sedere, ad spectacula percipienda; quòd alii extendunt ad hominum ducenta sexaginta millia. Insuper exornatum pyramide, columnis, statuis, fundo pulcherrimo cujusdam arenæ aureæ, obelisco, puteo aquarum, aliisque ad populi delitiam, & commoditatem conducentibus, vt præter alios, tradunt marginati. Quod circum, *Maximum* vocatum, *Soli* principaliter erat consecratum, habebatque ædem *Solis* in medio; ac de fastigio sedis solis effigies emicabat. In hoc circo à Tarquinio extructo, à Traiano restaurato, & ab Heliogabalo illustrato, ornamenti causa, suspendebantur, & gypseæ *imagines* Deorum, & *spolia* ab hostibus detracta. Dictum fuit *circum*, quòd in circuitu spectaculis ædificatis *Ludi* ibi fierent, & quod illi circum metas, ferretur pompa, & equi currerent. Alii volunt *Circum* dictum à *Circe* venefica, Solis filia; vt notat Tertullianus de spectaculis, ac cum eo Rosinus. Hoc *Circum Maximum* vide delineatum in citata descriptione *Romæ antiquæ*, Typis data Romæ anno 1687. per Joannem Baptistam Molo.

Circus Maxim. Dionys. Halic. lib. 3. Rosin. lib. 5. cap. 4. Romæ Antiquæ descript. à fol. 57.

Ludi Compitalitii.

621 Pergo ad *Compitalitios Ludos*, qui vt dixi cum Masculo numero præcedenti 619. *Diis Laribus*, & *Maniæ* eorum matri, erant dicati. Hi *Ludi* fuerunt instituti à Servio Tullo Rege, vt Plinius, & Rosinus observant, causam cum pluribus assignat Rosinus: quia Tullus putavit, aut fabulavit, se natum patre nullo, matre serva, beneficio Laris familiaris, vt innui num. 611. & tradit Val. Maximus. Advertit Scaliger, ante Vrbem *Compitalitia* fieri ab Agrestibus in vicorum compitis. Deinde hos Ludos intermissos, ac tandem restauratos; per Magistros vicorum, Agrestes *buccina* convocabantur ad eos, quos agebant in *Compitis*, solebantque fieri præfati Ludi in via, itinere, vicis, & vrbibus. Et forsasse hi Ludi *Maximi* appellati, aut quia vbique facti, scilicet in compitis, itineribus, domibus, vicis, & vrbibus, aut quia in *Circo Maximo* celebrati in Vrbe. Quibus in Ludis præter communem Ludorum pompam, Domini parcebant servis, hi vtebantur *pilis* libertatis; ac tanta libertate, vtebantur in edendo, sacrificando, &c. ac si forent Domini, ita vt nulla videretur differentia inter servos, & Dominos. Sacrificabantque *Laribus*, & *Maniæ* tot *pilas*, quot capita erant servorum, totque imagines, ligneas, aut cereas, & vtrasque depictas, quot erant liberi assistentes in sacrificio. Fuit in his *Ludis* alius ritus, vt primitus plures homines projicerent in Tiberim, vt ibi suffocarentur; post, ea tyrannidè ablata per Herculem, Vestales projiciebant in Tiberim, non homines, sed hominum imagines. Ita Roman, & Rosin. in Paralip. cap. cit. Alia de *Laribus*, ac Maniæ sacrificiis, dixi num. 610. At, de his *Ludis* dictis *Maximis* alia vide num. 634.

Plin. lib. 36. cap. 27. Rosin. lib. 4. cap. 9.

Paralip. Val. Max. lib. 1. c. 6. Scalig. lib. 1. cap. 28.

Ritus.

Roman. lib. 2. cap. 15. fol. mihi 58. Rosin. cit. supr.

622 At, Torquati triumpho successit præclarior ille, quem obtinuerunt *Sylvanus*, *Cyriacus*, *Porphirius*, *Florianus*, & alii martyres, cum quibus ad martyrii lauream associatur virgo *Pelagia*, & ad coronam gloriæ *Monica* S. Augustini dupliciter mater. Quòd si hoc die Gentiles coronabantur *vernis floribus*; & flores *delectant* colore, sapore, odore, & lenitate, *pulchrificant*, *decorant*, & sunt medicinales; verte hæc ad sacra pro hodiernis Sanctis, qui verè sunt *Flores* mystici delectantes *Colore* virtutum, *Odore* famæ sanctitatis, *Lenitate* beneficentiæ injuvando suos clientes: quare campum Ecclesiæ pulchrificant, decorant, & ornant. Vnde habes Thema pro hodiernis Sanctis.

Martyrol. Rom.

Berch. in Red. lib. 12. cap. 68.

Thema.

DIES

DIES V.

A.D. 125. 623 Hic dies *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano, qui dies & 3. Nonas Maii dicitur.

Dies 17. quo Romæ agebantur *Græca ſacra* nocte, & cum magnis *luminaribus* dicata *Cereri*, & per dies 30. extenſa ex num. 562.

Dies 8. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extenſos per dies 14. ex num. 589.

Dies 5. quo agebant feſtum dicatum *Bonæ Deæ*, *Opi*, aut *Maiæ*, & extenſum per dies 7. ex dictis num. 603.

Dies 2. quo agebant *Ludos Maximos* dicatos *Maniæ*, & *Laribus* & extenſos per dies ſex, ex dictis num. 619.

Rofinus lib. 4. cap. 4. Quo die *Lyra oritur*, vt notatur in Kalendario Aſtronomico, & Roſini.

624 *Lyra* eſt inſtrumentum muſicum, dictum Lyra à varietate vocum, eo quòd diverſos ſonos efficiat, vt ait S. Iſidorus. Dicunt Lyram à Mercurio fuiſſe inventam, dum regrediens Nilus in ſuos meatus varia in campis animalia reliquiſſet: tum & relicta teſtudo, quæ cum putrefacta foret, & nervi ejus remanſiſſent, extenti infra concham percuſſa à Mercurio ſonum dedit, & ad ejus ſpeciem Lyram fecit, & tradidit Orpheo, de quo finxerunt quod ſua Lyra, cantuſque modulatione, feras, ſaxa, & Sylvas attrahebat; quodque mortuo Orpheo, à Muſis Lyra fuit in cœlo collocata: quare & diſtinxerunt ſignum cæleſte vocatum à Græcis *Lyram*, ab aliis *Fidem*. Lyra igitur eſt inſtrumentum muſicum quod ſuo plectro, ſuavitateque vocis harmonioſè eſt *ſonans, mulcens, alliciens, & oblectans*, vt cum aliis obſervat Mundus Symbolicus.

S. Iſidor. & Anglic. cum eo lib. 19. cap. 143. Calep. V. *Lyra* & alii. Mundus Symb. lib. 23. cap. 4.

625 Hoc igitur die quo gentilitas delirabat in tot prophana ludicraque ſpectacula, nobis veniunt conſideranda feria religioſa, & ſancta ſpectacula Sanctorum, vti fuerunt *Sylvanus*, *Irenes*, *Ireuæus*, *Angelus* Carmelitani Ordinis ornamentum, qui eum aliis choro martyrum adnumerati ſunt. His cum aliis ad maximam, hilaremque coronam gloriæ, aſſociantur *Maximus*, & *Hilarius* illuſtres præſules. Hi enim verè ſunt myſticæ Lyræ conſonantia harmonioſa virtututum, & meritorum, fulgentes in cœlo, tum militantis, tum triumphantis Eccleſiæ, in quo regnant cum Chriſto. Quod ſi ex dictis num. præcedenti, Lyra eſt *Sonans, Mulcens, Allicions*, & *Oblectans*, per hæc verba habes pro hodiernis Sanctis Thema; qua *Sonantes* oratione, doctrina, prædicatione; *Mulcentes* charitate & beneficentia; *Allicientes* exemplo; *oblectantes* beneficio. Thema.

Martyr. Rom.

DIES VI.

A.D. 126. 626 Hic dies, qui & pridie Nonas Maii, dies *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano citato.

Dies 18. quo Romæ agebantur *Græca ſacra* nocte, & cum magnis *luminaribus* dicata *Cereri*, & per dies 30. extenſa, ex dictis num. 562.

Dies 9. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extenſos per dies 14. ex dictis num. 589.

Dies 6. quo agebant feſtum dicatum *Maiæ*, *Opi*, aut *Bonæ Deæ* & extenſum per dies 7. ex dictis ſupra num. 603.

Dies 3. quo agebant *Ludos Maximos* dicatos *Maniæ*, & *Laribus*, ac extenſos per 6. dies, ex num. 519.

Rofinus lib. 4. cap. 4. Hoc die notat in ſuo Kalend. Roſinus. *Scorpius medius occidit.*

Maſ. & Tahoc die. Beyerl. hoc die. Qui dies celebris fuit Romæ *triumpho* C. Martii Rutili Dictatoris parto de Tuſcis, vt Maſculus, & Tamayus, obſervant. Ad quem diem notat cum Paulo Jovio Beyerlinc, quod à militibus Caroli 5. Cæſaris fuit Roma capta, & direpta anno 1527.

Martyr. Rom. 627 Quamquam præſens dies illuſtris veteri Romæ ob triumphum Rutili Dictatoris, ſanè illuſtrior novæ Romæ ob triumphum partum à *Ioanne* Apoſtolo de Domitiano, flamma, dolioque ferventis olei, de quibus Apoſtolus exiit victor, puriorque quam intrayit. Pulcherrimi, & illi triumphi dicendi ſunt quos reportarunt, de turpibus Diis, *Heliodorus*, & *Veneſtus* cum aliis ſeptuaginta quinque, & alii illuſtres Martyres: cum quibus ad hujus diei luciditatē concurrit præſul *Lucius* Celeberrimus, & triumphus *Ioannis Damaſceni* decertantis pro cultu ſanctarum imaginum adverſus Leonem Iſauricum, cujus juſſu dextera manus amputata fuit ſed cœlitus reſtituta. Quibus aliiſque hodiernis, veris triumphatoribus, aſſociatur Romana virgo *Benedicta*.

Plin. lib. 11. cap 25. lib. 7. cap. 56. & lib. 22. cap. 15. 628 Dixi quod hoc die *Scorpius medius occidit*. Multiplex eſt *Scorpius*, & animal venenoſum cauda feriens, de quo

Digitized by Google

Calep. V. Scorp. Dioscor. Berchor. in Red. lib. 9. cap. 101. Gemin. lib. 1. de cœlo cap. 31.

quo Plinius: & *instrumentum* militare; ita dictum: quia subtilibus spiculis infert mortem, aut quia cauda habet scorpi similitudinem: & genus tormenti, vt *rubi* aculeati, & flagellum virgarum habens in summitate glandes plumbeas, quo tormento sæpè martyres afflicti, & de eo ipse Plinius: & *herba* scorpius vocata, habens semen ad similitudinem scorpii quæ valet adversus animal sui nominis, de quo ipse Plinius lib. 22. & *piscis* scorpius, fel habens medicinale, ex Dioscoride, & Berchorio: & *signum cœleste* scorpius, de quo communiter Authores, & nos supra num. 407. Advertit Geminianus, quòd signis cœlestibus adumbrantur *Fructus* Spiritus Sancti, hoeque 8. signo scorpionis adumbratur *Continentia*: quia etsi homo punctus aculeo, & tentatione: fructu lucis supernæ continentiæ armatus, non consentiendo, triumphat. Hinc triplicem distingue continentiam adumbratam in tribus scorpionibus: 1. in *Doctrina* adumbrata in signo cœlesti scorpionis, qua lucido, & cœlesti: 2. in *Virtute* adumbrata in scorpione marino, qua medininali: 3. in *fortitudine*, ac passione adumbrata in scorpione ferreo, qua forti. Vnde pro hodiernis Sanctis armatis hac triplici continentia habes Thema. Amplius: quia ex dictis præfato num. 407. Signo cœlesti Scorpii tribuerunt antiqui, astronomique tres facies, *Veneris* vnam, *Martis* alteram, & *Solis* alteram. Verte igitur hæc ad sacra pro hodiernis sanctis verè triumphatoribus, Rutilo oppositis; enim certarunt pro Christo, religione, & virtute: quare in suo occasu (verè natalitio in cœlo) eos encomia per tres mysticas facies fulgentes: Primam *Veneris*, ideſt amoris in Deum, & in proximos: Secundam *Martis*, ideſt certatoris contra carnem, vitia, dœmonem, tormenta, & tyrannos: Tertiam *Solis*, ideſt fulgoris in cœlo, beneficentiæ, & patrocinii erga suos clientes, ac devotos. Amplius: quia *continentia*, *fructus Spiritus Sancti*, adumbrata (ex Geminiano citato) in signo Scorpionis, assimilatur *margaritæ*: (ex ipso Authore) & inter margaritas quædam inveniuntur naturaliter perforatæ, hæ gemmæ adumbrant fideles, qui ad verbum Dei percipiendum per foratum habent auditum. *Margaritæ* igitur præclares sunt *Albæ*, *Claræ*, *Speculares*, & *Rotundæ*, hæ adumbrant Sanctos *Albos* virginitate, *Claros* per mentis puritatem, *Speculares* per conversationis sinceritatem, *Rotundos* per mobilitatem ad opera meritoria. Vnde pro hodiernis Sanctis 3. habes Thema.

Thema. 1.

Thema. 2.

Gemin. lib. 2. cap. 7.

Thema. 3.

DIES VII.

629 HIc dies, qui & Nonis Maii, sic notatur in Kal. Maffeiano. *Non N.* ideſt *Nonis Nefastus.* A.D. 127.

Dies 19. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte, & cum magnis *luminaribus* dicata *Cereri*, & per dies 30. extensa, ex dictis num. 562.

Dies 10. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extensos per dies 14. ex dictis num. 589.

Dies 7. & vltimus quo agebant festum dicatum *Maiæ*, *Opi*, aut *Bonæ Deæ*, & extensum per dies 7. ex dictis num. 603.

Dies 4. quo agebant *Ludos Maximos* dicatos *Maniæ*, & *Laribus*, ac extensos per 6. dies, ex num. 619.

Hoc die dicabant festum sacrificabantque *Soli*, ex dictis cum Roman, & Alex. num. 49.

Nobilitarunt Gentiles hunc diem duplici triumpho, alter eorum, quem *Fabius* Vobulanus 3. Conſ. de Æquis; alter quem *C. Sulpicius* Bæticus Dictator de Gallis retulit, vt ajunt Masculus, & Tamayus cum Reusnero, quos poteris videre. Tamay. hoc die. Mascul. fol. 200.

630 Quanquam aliàs *Nefastus*, & *triumphalis* Antiquis fuit dies præsens; sed augustiores triumphos de Idolis Gentilium martyres inclyti tulerunt, vti fuerunt *Quadratus*, *Flavius*, *Augustinus*, & *Augustus*, *Flavia Domitilla*, cum *Theodora*, & *Euphrosina*, qui martyrio triumpharunt, æternèque laureati sunt. Cum quibus cœlitibus associantur ad coronam gloriæ *Benedictus* Papa, *Ioannes*, & *Petrus* præsules illustres. Pro quibus per triumphum Antiquorum Themata habes num. 133. & 493. ac per triumphantium classes num. 144. Cumque & hoc die à Gentilibus *Soli* festum diceretur: præter plura Themata per Solem adducta à num. 481. Addo, quod Sancti assimilantur *Soli*: cumque *Sol* sit ex Anglico, Geminiano, & aliis *Fons* lucis, planeta dictus *Fortunatus*, & inter planetas medius, aut medium tenens locum, *Calidus*, *Lucens*, *Vniens*, & *Vivificans*: quare adumbrat Sanctos calidos, & *Ardentes* dilectione Dei; *Fulgentes* operibus virtuosis; *Vnientes* discordes charitate in proximos; Martyr. Rom. Gemin. lib. 1. cap. 13. Ang. lib. 8. cap. 28. & lib. 16. cap. 91. Thema. 1.

Digitized by Google

ximos; *Vivificantes* administrando aliis doctrina, exemplo, & patrocinio, vitam, spem, & formam vivendi. Vnde pro hodiernis Sanctis habes accommodandum Thema. Amplius: quia inter gemmas est *Gemma Solis* dicta, & ita nuncupata: quia ad similitudinem Solis in Orbe lucentis splendet, & emicat; quæ est gemma *Candida*, *Splendens*, *Micans* radiis: (vt Anglicus, & Berchorius advertunt) quare hæc gemma Sanctos adumbrat *Candidos* castitate, *Splendentes* per vitæ Sanctitatem, *Micantes* exemplo, doctrina, beneficentia, patrocinio. Vnde alterum habes Thema.

Ang. cit. lib. 16. Berch. in Red. lib. 11. cap. 120.

Thema. 2.

DIES VIII.

A.D. 128. Kalend. Maff. Mascul. fol. 200. Tamay hoc die. Gel. lib. 5.

631 Hic dies, qui & 8. Idus Maii, *Fastus* notatur in Kalendario Maffeiano: quamquam & aliàs *Ater* fuisset Romanis, ex Masculo, & Tamayo. Idem sentit Gelius, & cum eo Beyerlinc hoc die.

Dies 20. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, nocte, & cum magnis *luminaribus*, ac per dies 30 extensa, ex dictis num. 562.

Dies 11. quo agebant *Ludos Ancios* dicatos *Fortunæ*, & extensos per dies 14. ex dictis num. 589.

Dies 5. quo agebant *Ludos Maximos* dicatos *Maniæ*, & *Laribus*, ac extensos per 6. dies, ex dictis num. 619.

Hunc diem Græci sacrabant Neptuno, quem & dicabant *Theseo*, ex dictis cum Roman, Bungio, & Alexandro num. 49.

Roman. tom. 2. lib. 2. cap. 18. fol. 61.

Notat Roman Gentiles habuisse hunc diem *Festum*, insuper, & habuisse ipsum diem ita *ominosum* ad nubendum, vt hoc die nullus in toto mundi, nuberet eorum.

Sacrificabant *Laribus* ex numero 601.

632 *Ater*, vt dixi, suis antiquis Romanis præsens dies, novis autem *Triumphalis*, & candidissimus *Triumphalis*, inquam, victoria *Victoris*, qui pro Christo graviter fustibus cæsus, plumbo perfusus, sed Deo protegente expers doloris, nihilque lusus, eandem abscisso capite complevit martyrium. *Victori* associatur *Asarbius* centurio Imperatoris terreni, qui nobilius certavit pro Imperatore cœlesti, vsque ad abscissionem capitis, pro Christo. Candidissimum, inquam, & ob præclaros præsides *Diocletianum*, *Hel-*

Martyrol. Rom.

ladium, *Vsiranem*, & *Petrum*, ac ob Apparitionem Principis Cœlitum in monte Gargàno. Quòd si hoc die Gentiles dicabant festum *Laribus Præstitibus*, quos putarunt *Cœlites*, *Præsides*, *Tutelares*, & *Custodes*, vt dixi supra num. 601. Hæc christianiza, & pro hodierna festivitate S. Michaèlis habes Thema. Quòdque si ipsis *Laribus* sacrificabant *Thus*, *Vinum*, & *Coronas florum*, vt eodem numero dixi, ea & christianiza, ritèque applica.

Thema. 1.

633 Addo, ex Gyraldo, quòd *Lares Præstites* pingebant *Iuvenes Formosos*, *obvolutos* toga super humerum sinistrum, & sub dextro, *Custodes* domesticorum *familiares*, ac *blandos*, externis *Formidabiles*; quos salutabant *floribus*, *thure*, *thymiamate*, & interdum victimis, aliisque rebus sibi, suisque propitios faciebant. Dixeruntque aliqui apud Ægyptios fuisse quatuor Lares, quorum nomina hæc, *Dynamis*, *Tyche*, *Eros*, & *Anance*, ideſt *vis*, *Fortuna*, *Amor*, & *Necessitas*, vt omnia marginati tradunt. Quæ christianizando applica Sancto Michaèli; qua *Dynamis*, ideſt, Princeps armatus vi forti ad conterendum Luciferum, & suos: qua *Tyche*, ideſt, Fortunatus, aut Felix patronus Ecclesiæ Sanctæ Dei: qua *Eros*, ideſt Amator Clientum, suorumque devotorum: qua *Anance*, ideſt Necessitas, quatenus in necessitatibus nostratum, auxiliator, & refugium. Sicque pro tanto Principe militiæ cœlestis alterum habes, pro hodierno festo, Thema.

Pictura. Giraldus Synt. 17. à fol. 373.

Thema. 2.

DIES IX.

A.D. 129.

634 Hic dies, qui & 7. Idus Maii, sic notatur in Kalend. Maffeiano, *Lem.* N. ideſt *Lemuria*, *Nefastus*.

Dies 21. quo Romæ agebant *Græca sacra* dicata *Cereri*, & extensa per dies 30. nocte & cum magnis *luminaribus* celebrata, ex num. 562.

Dies 12. quo agebant *Ludos Ancios* dicatos *Fortunæ*, & extensos per dies 14. ex dictis supra num. 589.

Dies 6. & vltimus quo agebant *Ludos Maximos* dicatos *Maniæ*, & *Laribus*, ac extensos per 6. dies, ex dictis num. 619. Dixi supra num. citato *hos Ludos Maximos* dicatos Maniæ, & Laribus, ex Masculo, & *Maximos* appellatos: quia actos in *Circo Maximo*, vt ibidem dixi, aut quia actos in honorem *Larium* vrbis Romæ *maximæ* cum pom-

pa:

Digitized by Google

Rosinus lib. 5. cap. 19.

Pa: enim, vt observat Rosinus, ducenta millia nummùm impensa sunt, cum primitus fuerunt instituti: aut fortassè hi Ludi tam maxima pompa acti, & *Maximi* appellati fuerunt illi, quos post *victoriam* egit Tarquinius Priscus V. Rex Romanorum, dicavitque *Iovi*, *Iunoni*, & *Minervæ*. vt innuit ipse Rosinus.

Hunc diem destinarunt Gentiles vrbanis rebus, & nundinis, ex dictis cum Alex ab Alexandro supra num. 49.

Lemuria sacra nocturna tribus nocibus alternis, & discontinuis Romæ celebrata, ad fugandos, ex domibus *Lemures*, & terriculamenta nocturna. Ita Vet. Kalend. Ovid. Rosinus, Masculus, & alii. Cumque hæc profana sacra agerentur tribus nocibus *alternis*, & *discontinuis*, ad noctes hujus diei 9. & 11. ac 13. referenda. De quibus Lemuribus jam dico,

Vet. Kalend. Ovid. lib. 5. Fastor. Tamay. & Masculus. hoc die. Rosinus lib. 4. cap. 9.

635 Originem, Etymologiam, & Ritum *Lemurium* tradit Ovidius. Originem refert ad Romulum, qui hæc sacra instituit, eo quod occiso fratre Remo,

Lemuria.

Vmbra cruenta Remi visa est assistere Lecto.

Origo.

Quo viso, terrefactus oravit Romulus, qui hæc sacra instituit, quæ *Remuria* nominavit, & conversa litera R. in L. post *Lemuria* dicta fuère

Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit

Illam, qua positis juxta fervntur avis.

Aspera mutata est in Lenem tempore longo

Litera, quæ toto nomine prima fuit.

Ovid. citat. Masculus fol. 200. Gyraldus Synt. 17. fol. 450. num. 20. Tamay. hoc die. Alex. lib. 4. cap. 20.

Dixit Ouidius. Putabant veteres Romani *Larvas*, seu *Lemures* coruscare per domos noctu, atque horrificis spectris, & bellvinis formis terrère mortales, quos *Lemuréi*, & *Remures* voluere à præfata vmbra occisi Remi. Quare ad placandos *Lemures* instituerunt, & quotannis his diebus celebrabant *Lemuria*, eo ritu, quòd *fabam* noctu jacere solebant, clamantes se ex domo *Lemures* eiicere: quam tamen fabam, nigram accipiebant, & ita oportere existimabant; ipsamque fabam totis manibus, & pede nudo, per ora versabant, & post terga eiiciebant, faciebantque æris tinnitum, vsque *Lemures* fabis redempti domo abirent, novies orabant, & tribus alternis noctibus hæc prophana sacra repetebant, donec solutis religione animis, Manes expiatos

Ritus.

docerent. Amplius in hisce ridiculis sacris observabant, quòd nullius templi januæ aperirentur, quòdque nulli fas esset, eo tempore contrahere matrimonium, vt omnia marginati observant.

636 Rejecta tam prophana, quam ridicula Gentilium Lemuria: Apud nos est hodierna memoria præsulis Nazianzeni *Gregorii*, cui negotium fuit, non adversus inania ea spectra Gentilium, sed cum veris, & immanibus monstris, idest hæreticis: quamquam cum ipse navigaret Athenas, subita, & ingenti procella jactatus est; quo tempore ejus parentes per quietem visi sunt videre infernas Furias mare turbantes. Cæterum istis infestis, & hortificis spectris, ac terriculamentis inanibus opponuntur *trecenti & decem* strenuissimi martyres passi in Persida; quos, neque horribili aspectu lictorum, neque propositis fascibus, ac securibus, formido incessit: quare meritò se eis adjungunt *Gerontius* præsul, & *Beatus* confessor.

Martyrol. Rom. Masculus in Fast. fol. 201. & 219.

637 Quòd si, hoc die, Gentiles celebrabant festum *lemuria* dictum, ridiculo ritu relato, *claudendo* templum, aut istius januas, *orando*, totis manibus, & nudo pede *eiiciendo*, aut expellendo fabam nigram, quo ritu putabant se liberare à spectris, & terriculamentis: Verte hæc ad sacra: nam *Faba* nigra, ex Berchorio, adumbrat inflatam, & mundanam sapientiam Hæreticorum, aut Gentilium, qua expulsa *Claude* januas mystici templi hominis Christiani, idest, omnes sensus claude peccatos Ora Deum: Eiice, & expelle omnem tentationem, vti hodierni Sancti fecerunt, sicque liberaberis à Lemuribus infernalibus.

Berchor. in Red. lib. 12. cap. 58. Thema. 2.

638 Amplius: *Faba* genus leguminis satis notum, dictum Hispanè *Hava*, dicitur (ex S. Isidoro) à Græca etymologia, quasi *Faga*: nam *Fage* comedere dicitur: Estque Faba herba in hortis, & agris seminata, cujus hasta surgit anguloſa, grossa, concava, & nodosa, quæ in nodis folium, vel folia producit lata, plana, & aliquantulum acuta; producitque florem *Album*, *Nigrum*, *Purpureum*, & *Oderiferum*, multumque ab apibus frequentatum; haberque faba thecas carnosas, & oblongas, in quibus fabæ sunt in diversis domiciliis ordinatæ, vt omnia notant marginati Anglicus, & Berchorius; qui addit *thecam* fabæ adumbrare *religionem*, & *fabam* Sanctos triangulares.

S. Isidor. lib. 17. Berchor. citat. Anglicus lib. 17. cap. 64.

per

per triplicem virtutem theologicam *Fidem*, *Spem*, & *Charitatem*. Vnde pro hodiernis Sanctis habes Thema. Amplius: quia *Faba* ex ipso Berchorio adumbrat veram sapientiam: cumque ex Anglico *Faba* sit *viridis*, *mundificativa*, *purgativa*, ac dicta *optima*. Hæc applica S. Gregorio: qua S. fuit *Viridis* virtutibus, *Purgativus* doctrina, *Optimus* meritis, & pro tanto Doctore habes Thema: quemadmodum & pro hodiernis aliis Sanctis per flores relatos: quia *Albos* castitate, *Nigros* humilitate, *Purpureos* charitate, aut martyrio, *Odoriferos* exemplo.

Thema. 2.

Thema. 3.

Thema. 4.

DIES X.

A.D. 130.

639 HIc dies, qui & 6. Idus Maii, dies *Comitialis* notatur in Kalendario Maffeiano.

Dies 22. quo Romæ agebant *Græca sacra* dicata *Cereri*, nocte, & cum magnis luminaribus celebrata, ac per dies 30. extensa, ex dictis supra num. 562.

Dies 13. quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & extensos per dies 14. ex dictis num. 589.

Sueton. cap. 9. Tamay. fol. 6. hoc die. Masc. fol. 201.

Fuit hic dies celeberrimus Romæ ob nobilem triumphum, quem *Tiberius Cæsar* egit splendide de Ilyricis, Pannonibus, Dalmatis, atque Germanis. Ita Suetonius, Tamayus, & Mascul.

Rosinus lib. 4. cap. 4.

Ad hunc diem, ex Ovidio, & Varrone, notat in suo Kalendario Rosinus: *malum nubere*, & *Luminaria*. Sed quodnam esset hoc festum *Luminaria* nuncupatum, non explicat. Suspicor tamen fuisse *Lampadum* celebritas Athenienſium de qua mox dicam cum Gyraldo.

Quo die, vti & in omnibus totius anni, & colebant *Solem*, & *Lares Præstites*, ex dictis supra num. 49.

Luminum, Fest. Gyrald. Sym. 7. 17. fol. 423. n. 10. Roman. tom. 2. lib. 2. cap. 9. Cartarius à fol. 9.

640 Dixi cum Rosino quòd hoc die fuit festum *luminaria* nuncupatum, quòd suspicor fuisse *dies lampadum* Athenienſium: quæ celebritas Lampadum Athenienſium fuit triplex, vt Gyraldus advertit, dicata *Minervæ*, *Vulcano*, & *Promitheo*, quibus dicabant festum *Luminum*, seu *Lampadum* ritu, quem refero supra num. 98. quibus sacrificabant multiplicatis luminibus, aut Lampadibus: quia putarunt fuisse inventores diversarum rerum. Fabularum igitur *Minervam* inventricem plurium artium, vt die 3. Januarii dixi; *Vulcanum* inventorem ignis, vt die 8. ejus-

Prometheus

dem mensis refero; & *Prometheum* primum inventorem artis statuariæ, quod primum hominis simulachrum è terra finxisse dixerunt, furatum quæ esse ignem de Cœlo, & eo igne statuam animasse fabularunt: quare eum coluerunt vt Deum, ipsique erexerunt *aram* Athenis, ad quam confluebant, & ibi faces accendebant, ait Cartarius, & ex eo refero die 8. Januarii numero citato. Lege Gyraldum citatum, qui addit *Lampadem* excogitatam fuisse à *Vulcano*.

S. Aug. lib. 18. de Civit. cap. 8. Vives ibi.

641 De *Prometheo* mentionem faciunt S. Augustinus, Vives, Pineda, Gyraldus, & alii plures, ac latè Victoria in Theatro Deorum lib. 4. cap. 22. Hunc dixerunt filium *Iapeti*, & *Asiæ* Nymphæ, nepotem Cœli, & terræ, cujus matrem Hesiodus vocat *Climenem*. Pineda autem opinatur *Prometheum* fuisse filium Japheti, & nepotem Sancti Patriarchæ Noe, habuisseque fratrem Epimetheum vocatum. De quo Prometheo fabularunt plura, quò Jovem fefellit, & ferula è Cœlo surripuit, ac furatus est ignem quòdque eo igne cœlesti à Jove surrepto animasset statuas hominum, & mulierum, quas confecerat, ex quo igne febres, & macies mortalibus natas: quòdque ob tale furtum à Jove fuit Prometheus affixus monti *Caucaso*; aquila ejus jecur (subinde renascens) continuo depascente. Aliaque plura fabularunt de Jove, & Prometheo, horumque contentione, quæ omitto, & in citatis Authoribus videre poteris.

Fabulæ

Martyrol. Rom.

642 Fuit hic dies & *triumphalis*, & *luminum* apud Gentiles, sed ille triumphus nequaquam æquari potest cum illo, quem de Juliano Apostata obtinuerunt *Gordianus*, & *Epimachus*; de Alexandro tyranno *Calepodius*; nec cum aliis triumphis aliorum Sanctorum Martyrum, inter quos, triumpharunt hoc die *Quartus*, *Quinctus*, *Felix*, cum vxore *Blanda*, ac *Palmatius*, cum vxore, & filiis, vt palma verè triumphantium assequerentur æternaliter, & sine amissione. Pro quibus per triumphum antiquorum, colores, & chorum triumphantium, habes Themata supra die 20. Januarii, ac 23. ejusdem.

Themata

Lumina

Plin. in hist. nat. lib. 12. cap. 2. Anast. kircherus de Mūd. Subter. tom. 2. lib. 8. sect. 3.

643 Vt refert Plinius cœci Gentiles in tantum delirarunt, vt arbores tamquam Deos venerarentur, ipsisque tribuerunt cultus, appensis lampadibus accensis in ramis ipsarum. Imo Veteres Ægyptii posuerunt in sacris cryptis adytisque suorum Idolorum lam-

Digitized by Google

Scangia de Memorabil. Ægip.

lampades perpetuò ardentes, instructas ex illychnio asbesti, & bitumine, in ipsis lampadibus per canales continuo defluente, vt ajunt Anastasius Kircherus, & Auctor Arabs, Scangia vocatus, cujus hæc sunt verba: Fuit in Ægypto campus, cujus fossæ plenæ picis, & liquidi bituminis: vnde Philosophi vim naturæ cognoscentes, constituebant canales quosdam, ex hujusmodi locis vsque ad cryptas subterraneas, in quibus lucernam ponebant, quæ conjungebatur cum canalibus memoratis; lucerna verò habebat filum ex lino, quòd igne comburi non potest, & hoc pacto lucerna semel accensa, perpetuò ardebat, ob perpetuum bituminis afluxum, & ob filum lini incombustibilis.

Lampas. Veneris. S. Isidorus lib. 16. cap. de Gem. Anglicus lib. 16. cap. 1. 12. Berchor. in Reduc. lib. 11. cap. 44. Plin. lib. 19. c. 1 Calep. V. *Asbestus*, & *Asbestium*. Mundus Sym. lib. 14. cap. 8.

644 Quo ingenio effecerunt Lampadem perpetuo ardentem in templo quodam Veneris (vt tradunt S. Isidorus, & marginati) constructam cum Asbesto lapide. Nam *Asbestos*, aut *Asbeston* Arcadiæ est Lapis ferrei coloris, ab igne sic vocatus: quia si semel ignè succensus fuerit, extingui perpetuo non valebit, de quo fabricatum est illud mechanicum, de quo capti sacrilegio mirabantur Gentiles, qui in quodam Veneris templo construxerunt candelabrum, cum lucerna, ex asbestino lapide accenso, quæ nulla tempestate, nulloque igne extingui poterat, vt ait S. Isidorus. *Asbestus* igitur Latinè dicitur *inextinguibilis*: hinc & præfatus lapis Arcadiæ vocatur *Asbestus*, & quoddam genus lini, quod ignibus non absumitur: *Asbestinum*, & *Vivum* vocarunt, ex quo lino, ait Plinius, vidimus in focis conviviorum mappas ardentes, sordibus exustis splendentes igni, magis quam possent aquis. *Lampas* igitur accensa, quemadmodum & *Asbestus*, & Sanctos: Martyresquè adumbrant (vt præter Berchorium, ait Mundus Symbolicus) qui *lucent* perenniter, vt nec imbre mundanæ prosperitatis, nec vento adversitatis, & tribulationis extinguantur; imo *Ardent* amore, & dilectione; *Splendent* exemplo virtutis, mirabilibusque operibus. Vnde pro hodiernis Sanctis habes Thema.

Thema. 1.

Carthag. lib. 3. num 6. col. 41. Mundus Sym. lib. 1. cap. Thema. 24

645 Lampas enim vas est vitreum, in quo oleum, & aqua infunditur, vt ardeat, & lucem reddat. *Vitrum*, qua limpidum adumbrat castitatem, *Aqua* labores; *Oleum* misericordiam, & beneficentiam. *Lux* virtutem, & gratiam, vt Mundus Symbolicus observat. Vnde habes pro hodiernis Sanctis alterum Thema.

Anglicus lib. 17. cap. 100. Mund. Sym. lib. 12. cap. de Vitro. &c.

646 Amplius: *Vitrum* (Anglico teste) inter gemmas nuncupatur, & primò fuit inventum juxta Tholomaidam, juxta fluvium nuncupatum *vellum*, qui oritur de radice montis *Carmeli*, & dicitur *Vitrum* quasi *translucidum*, eo quod visui translucear, propter perspicuitatem. Massa autem vitrea in fornace liquefacta, & perfectè depurata contrahit ex vitrea substantia, *puritatem*, *transparentiam*, & *perspicuitatem*. Tantaque recipit in substantia docibilitatem, vt facilimè ad flatum artificis varias formas recipiat, habeatque potentiam imitandi in colore *Hyacinthos*, *Smaragdos*, *Amethistos*: quare à Mundo Symbolico insigni hoc lemate traditur: *Ab igne omnicolor*. Est igitur *Vitrum*, ex citato Anglico cum Avicena, *purum*, *diaphanum*, seu translucidum, & *abstersivum* immundiciarum; & gratiam Dei, Sanctos, ac martyres, adumbrat, Vnde vitreos eos encomiat: quia *Puros* castitate; *Diaphanos*, & translucidos, gratia; *Abstersivos* immundiciarum doctrina, & exemplo. Amplius, vitreos imitantes colores gemmarum, hodiernos encomia Sanctos, vt mysticos *Hyacinthos* cœlicos fulgentes vita cœlesti: *Smaragdos* recreantes aspectu excellentis viroris virtutum in ipsis fulgentium; *Amethistos* violaceos humilitate, purpureos charitate, aut martyrio. Vnde pro ipsis Sanctis habes alterum Thema.

Thema. 3.

Thema. 4.

DIES XI.

A.D. 131. Kalend. Maff.

647 Hic dies, qui & 5. Idus Maii, iterum *Lemuria*, & *Nefastus*, vt Kalendario Maffeiano, notatur sic: *Lem. N.* vide num. 634.

Dies 23. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, nocte, & cum magnis *luminaribus* celebrata, ac per 30. dies extensa, ex dictis num. 562.

Dies 14. & vltimus quo agebant *Ludos Antios* dicatos *Fortunæ*, & per dies 14. extensos, ex dictis num. 589.

Quo dies Sacerdotes Gentiles non sacrificabant Diis superis (loquor de Sacerdotibus Pythagoricis) nec accendebant ignes, nec se ornabant nobiles, & nuptæ à viris suis secubabant: quia putabant die 11. vmbras errare, & ob id agebant funebre convivium vocatum *Silicernium*: quia silencio mandicabant, & à convivio recedebant sic salutando;

Digitized by Google

salutando, quasi amplius non se essent visuri, ex dictis cum Bungio num. 49.

Ipso hoc die, ex Kalend. Astronomico, & Rosini: *Orion occidit.*

Rosin. lib. 4. cap. 4.

648 His diebus ter *Lemuria* celebrabant Veteres, vt dixi num. 634. & hoc dies 2. erat hujus celebrationis, de qua sic notatur in quodam veteri Kalend. Rom. *Lemuria altera: tum Iuvenes Romæ armati.* Qualis autem fuerit hic peculiaris ritus Juvenum Gentilium hoc die. Audi ex marginatis. Hac 2. nocte *Lemurium*, Romana juventus armabatur, vt Lemures sive Laruas de domibus expelleret, sicque juvenes armati cursitabant per domorum angulos, ponentes omnem conatum horrido strepitu adversus monstra tamquam dimicaturi cum ipsis Lemuribus.

Lemuria. 2. Ritus. Tamay. hoc die. Mascul. fol. 201.

649 Fuit, ex dictis, hoc die *Silicernium*, ita nuncupatum funebre convivium relatum, aut à *silentio* convivarum, aut quia silentes cernerent vmbras, idest, interius occuparentur phantas matibus, & vmbris: aut vocatum *silicernium* præfatum funebre convivium à quodam genere farciminis, quo funesta familia purgabatur, vt totum tradit Gyraldus.

Silicernium.

Gyraldus Synt. 17. fol. 449. n. 46.

650 Fuit & apud Æginenses celebritas *Monophagorum*, acta, passa clade in bello Troiano, ab Æginetis, paucis è præfato bello redeuntibus, clam quisque domi suæ exceptus. Quare ipsimet Æginetæ in conviviis ministrabant, nec quanquam alienum admittebant. *Neptuno* sacrificabant, & exercebant *Thyasos*, idest saltationem, & choream per 16. dies, silentio interse convivia celebrantes. Et quia solitariè vescentes *Monophagi* appellabantur, hæcque ridicula celebritas *Monophagorum* fuit dicta. Quo die inciperet, aut ageretur non invenio. Occasione autem *Silicernii* convivii, hic adducta, ex marginatis, trado.

Monophagorum festum. Plut. in quæst. Græc. Gyraldus Synt. 17 fol. 423. n. 20.

651 Fuit igitur hic dies alter, quo celebrata fuit à Gentilibus triduana Lemuria; qua abjecta: Comendatur à nobis hoc die antistes *Mamertus*, qui ad auertendam cladem, & horrifica quædam spectra, quæ Vienam obsederant, publicas, & triduanas lustrandæ vrbis instituit preces, ante Ascensionem Domini, quem ritum postea recipiens vniversalis Ecclesia comprobavit. Quo die de Diis & tyrannis triumpharunt, inter alios præclaros martyres duo *Anthimi*, *Diocletius*, *Maximus*, *Fabius*, & *Florentius*, & choro Martyrum annumerati; cum quibus ad agmen Confessorum associatur Illuminatus. Cumque in Lemuribus Gentiles vterentur *faba* per quem ritum Christianizatum, & per fabæ proprietates, ac flores, plura adduxi Themata die 9. hujus à num. 637. hodiernis Sanctis accommodanda. Cumque *Orion* hoc die decidat, vt dixi, sitque constellatio stellarum, ex dictis num. 486. & Sanctorum oceasus in morte sit ipsorum natalitium in Cœlo. Per Orionem habes citato numero alterum Thema hodiernis accommodandum Sanctis.

Martyr. Rom. Mascul. hoc die.

Themata.

652 Tandem si hoc die armati juvenes Gentiles cursitabant clamantes horrido strepitu, vt Lemures expellerent è domibus; Verte hæc ad sacra: nam hyems infidelitatis Gentilium transiit, imber errorum, & vitiorum abiit, & recessit. *Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit.* Oriente sole justitiæ Christo, caloreque gratiæ suæ ver legis novæ, & tempus Evangelii advenit. *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit: vox turturis audita est in terra nostra, scilicet vox prædicationis* Apostolicæ, *castitatis, pœnitentiæ, virtutum*; flores apparuerunt in terra nostra, flores scilicet virtutum, Martyrum, aliorumque Sanctorũ. *Vox* inquam, *turturis audita est in terra nostra*, quod si vox Turturis est vox *Pura*, *Gemens*, *Amans*, imò & est Turtur perseverantis amoris *simulachrum*, (*Turturque* à voce cantus sic nominatur) hæc applica ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Puros* castitate, *Gementes*, clamantes, & suspirantes pro suis devotis, *Amantes* vera dilectione Deum; sicque mysticos Turtures. Quod si vox est *dæmonum effugativa*, vt constat 1. Reg. 16. & Berchorius advertit. Estque (ex ipso, & Anglico) vox *Consona*, *Dulcis*, *Ordinata*, & *lætificativa*. Sic clamemus ordinatè voce consona fidei, *Dulci*, benignitate, *Ordinata* charitate, *Lætificativa* consolando afflictos, vti Sancti fecerunt, per quas vocis differentias habes Thema pro hodiernis Sanctis.

Cant. 2. v. 11. & 12. B. Max. & Alap. hic. Anglic. lib. 12. cap. 34.

Thema. 1. Berchor. in Red. lib. 2. cap. 20. Anglicus lib. 5. cap. 23.

Thema. 2.

DIES XII.

653 Hic dies, qui & 4. Idus Maii: *Nefastus primo*, notatur in Kalend. Maffeiano.

A.D. 132.

Dies 24. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, nocte, & cum magnis *luminaribus* celebrata, ac per 30. dies extensa, ex dictis num. 562.

Digitized by Google

Qui dies & fuit Romæ celeberrimus ob *Ludos* in circo dicatos *Marti Vltori*. Ita Vet. Kalend. Tamayus, Rosinus, Masculus, & Romæ, omnes hoc die.

Tamay. hoc die. Mascul. fol. 202.

Quo Romæ celebris triumphus *L. Cornelii* Maluginensis de Volcis, & Antiatibus, anno ab vrbe condita ex Livio 293. Ita Tamayus, & Masculus.

Fuit & hic dies celebris Athenis ob *Martynæam* victoriam, vt Masculus citatus observat.

Circenses Ludi. Rosin. lib. 4. c. 4.

654 *Circenses* igitur *Ludi Marti vltori*, aut *bisultori* dicabantur hoc die, vt cum Ovidio Rosinus observat: qui *Mars* fuit cognominatus *Bisultor* à duplici victoria, quemadmodum, & à victoria *Vltor*, vt cum Ovidio ait Gyraldus Hi Ludi Circenses fuerunt dicti à *certatione*, & pugna. Certabant enim in Circo, curribus, equis, gladiis, fustibus, hastis, pilis, aliisque armis, variisque modis. Tum & aliquando pugnabant cum bestiis, & quisque ludentium, aut dimicantium, nitebatur vi, aut agilitate vincere. Factiones pugnantium, qui in Ludis Circensibus palmam quærebant, fuerunt quatuor, distinctæ à coloribus vestium dimicantium. Scilicet *Albo*, *Viride*, *Cæruleo*, & *Coccineo*, aut *Rufo*. Magna pompa hos Ludos celebrabant, in quibus præter alia, & fiebat processio, cum assistentia Sacerdotum Idolorum, at quæ Idola gestabant, & ad januas domorum erectis altaribus alia ponebant, vt hæc, & alia tradunt Rosinus, & Roman.

Gyrald. Synt. 10 fol. 273. Roman. tom. 2. lib. 10. cap. 5.

655 Sed quid illustrius illa victoria, quam *Pancratius* adhuc adolescens, spretis Diis Gentium, retulit de ipsis, & Diocletiano? *Nereus*, & *Achileus* de Rufo? *Epiphanius* de Ario? *Germanus* de Leone Cæsare? Hi enim fuere verè victores pugnantes pro Christo, & fide, cum quibus cœlitibus associantur *Modoaldus* præsul, & *Dominicus* confessor. His attribue colores jam memoratos certantium, *Album* castitatis, *Viridem* spei, *Cæruleum* vitæ cœlestis, *Rufeumque* flagrantis charitatis, aut martyrii; & pro ipsis habes Thema. Sicque Christianiza factiones Circensium pro pugnatoribus, militibusque Christi. De Marte, rituque, & picturis ipsius egi supra num. 164.

Martyrol. Rom. Mascul. cit.

Thema.

DIES XIII.

A.D. 133.

656 Hic dies, qui & 3. Idus Maii notatur *Nefastus* in Kalend. Maffeiano citato.

Dies 25. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte, & cum magnis *luminaribus*, dicata *Cereri*, & extensa per dies 30. ex dictis num. 562.

Quo die *Lemuria* postrema Romæ agebantur, ex Veteribus Kalendariis, Rosino, Masculo, & aliis, vti & dixi num. 634.

Ad quem diem ait Rosinus cum Kalend. Astronomico. *Pleiades oriuntur. Æstatis initium.* Rosin. lib. 4. c. 4.

Ludi nuncupati *Persici* hoc die celebrabantur, ex Roman tom. 2. l. 10. cap. 1. Roman. cit.

Arcturi occasus 3. *Idus Maias*, ajunt Plinius lib. 9. cap. 47. & Maluenda in Job. cap. 9 vers. 9.

Lemuria, 3. Tamay. & Masc. hoc die.

657 Fuit igitur hic dies *Lemuriis* 3. quo Lemuria plenè absolvebant, ita vt crederent Ethnici, quod hisce sacris peractis Lemures, & cætera inferorum caterva è domibus abigerentur, nec in posterum reversura. Ita Ovidius & cum eo Tamayus, & Masculus. Vide dicta diebus 9. & 11. hujus mensis.

Ludi Persici.

658 *Ludi Persici* nuncupati hoc die agebantur solemni pompa, vt cum Roman dixi, de quibus Ludis præter pompam communem ludorum (de qua egi à num. 341. die 28. Februarii) nihil invenio. Suspicor *Persicos* vocatos, quia ex Persia ducti ad Romam, vti mos fuit Romanorum in aliis Ludis, & festis, vt sic magnificarent suam civitatem Ludis, festis, & moribus regnatum subjectorum: quare: *cum penè omnibus dominaretur Gentibus, omnium Gentium fervebat erroribus*, ait S. Leo. Cumque Persici Gentiles *ignem*, & *solem* colerent, vt præter alios tradunt S. Isidorus, & Anglicus, suspicor hos Ludos factos in honorem *Ignis*, & *Solis*, falsis Gentilium numinibus. De *Persia* autem egi in Diario Sacro, die 14. Martii, à num. 1890. Præter *Persicos* relatos habuerunt Romani alios Ludos nuncupatos *Francicos*, à Francia, aut Gallia, vnde advectos: alios *Alemannicos* ab Alemania: aliosque *Sarmaticos* à Sarmata barbarorum Provincia juxta Danubium sita, & ita nuncupata à studio armorum, vt cum S. Isidoro Anglicus notat. Hos Ludos celebrabant maxima cum pompa communi ludorum, addendo peculiariter vivam representationem *Cyclopis*, aut Gigan-

Roman. lib. 10. cap. 1.

S. Leo. ser. 1. in Natali. SS. Petri & Pauli. S. Isidor. lib. 15. Anglic. lib. 15. cap. 119.

Francici. Alemanni. Sarmatici.

Angli. lib 15. cap. 137. Roman cit. lib. Calep. V.

Cyropes. Procopius lib. 3. de Bello Gothi.

tis

tis habentis vnum oculum in fronte, & ab eo orbiculari oculo, *Cycoples* nuncupatus: nam circulus significat *lumen*, sivè *oculum*, qui *Cyclopes* more Græco, opulentè vestitus, magno comitatu pergebat. Nec de *Sarmaticis* Ludis aliud peculiare reperio. De *Francicis* autem solùm addo, morem fuisse Romanorum Imperatorum in Ludis nummos spargere ad populi lætitiam, sed nummismata ea, quibus vtebantur gentes, eorum ditioni subiectæ. *Franci* autem in suis nummismatibus non habebant sculptam Imperatoris imaginem, vt moris erat aliis nationibus, sed *sua impressa nummos signabant, ques Francicos vocabant*, vt Procopius advertit: quare hos spargebant, ad populi lætitiam. Quam *impressam*, thesseramque nuncupatam *Francicam*, gerebant in vexillis, vt plures tradunt.

659 At, abiectis Lemuribus, prophanoque ritu purgationis eorum spreto, sit nobis Lætus, & memoria dignus præsens dies, quo Bonifacius Papa IV. expurgato fano omnium deorum Pantheon vocato, religioso, & Ecclesiastico ritu dedicavit in honotem *Virginis Mariæ*, & *omnium Martyrum* Sit & Lætus ob victoriam *Mucii* de Diocletiano, *Gliceriæ* de Antonino, & plurimorum *Martyrum* Alexandrinorum de Arianis, quibus ad coronam gloriæ associantur *Servatius* præsul, & *Ioannis Silentiarius* dictus. Quo die à Minoritico Cœtu colitur B. *Petrus* cognomento *Regalatus*, virtutibus, admiranda pœnitentia, & propè innumeris miraculis illustratus, obiitque die 31. Martii.

Martyrol. Rom. Martyr. Franc. hoc die.
Arcturus die 31. Martii.

660 Hoc igitur die destinato purgationi præfati fani, ac consecrationi ejusdem in Ecclesiam, ad honorem Virginis *Mariæ*, & omnium *Martyrum*, destinatoque cultui Petri Regalati, & aliorum cœlicolarum memoratorum; oriuntur *Pleiades*, vti dixi cum Rosino, de quibus egi die 2. Aprilis à num. 506. Dictis addo *Pleiades* esse constellationem, aut congregationem septem Stellarum, quæ in fronte Tauri (Plinio teste), *Suculæ* vocantur: quare per eas adumbratur omnium electorum vniversitas, qui inter vitæ præsentis tenebras, spiritus septiformis gratiæ lumine nos illustrant. Quæ, & constellatio 7. Stellis decoratur: quia septem virtutibus fulget vniversitas electorum, scilicet quatuor Cardinalibus *Prudentia*, *Iustitia*, *Fortitudine*, & *Temperantia*: & tribus Theologicis *Fide*, *Spe*, & *Charitate*; quæ virtutes, etsi interse distinctæ, tamen confederantur in Sanctis, vt advertit Geminianus, qui & Berchorius quatuor notant, præter numerum, de iis Stellis. Primò *ordinationem* (sunt enim ordinatæ). Secundò *ortum*: enim oriuntur vernali tempore, & quanto aër est serenior, & frigidior, tanto ab aliis Stellis melior discernuntur. Tertiò *Aspectum*: quia vna ex illis latere videtur, nec ex toto se occultat. Quartò *Effectum*: quia Sol iter faciens per Pleiades, vernalibus pluviis temperatur aër, florum pulchritudine, terra adornatur. Hæc Sanctis adapta, & præcipuè Prælatis, Fundatoribus, aut Reformatoribus, vti fuit admirandus *Petrus Regalatus*; & primò *Ordinationem* regularis disciplinæ, pacis, concordiæ, & fraternalis charitatis: secundò *Ortum* vernali tempore, sereno, & frigido: quia electi per frigus tribulationis ad virtutes consurgunt, constrictique tribulationibus, virtuosiores cognoscuntur: tertiò *Aspectum* humilitatis: quia nec ex toto se occultant, nec ex toto se manifestant, vt dum opera faciunt, exigente charitate, in publico, intentio maneat in occulto: quartò *Effectum*: quia Sol justitiæ Christus gratiæ suæ radiis, eos decorans, terra rationalis florum pulchritudine adornatur. Vnde habes pro hodiernis Sanctis pulcherrima Themata. De *Arcturo*, cuius occasus hoc die, ex Plinio, & Maluenda; dicam die 12. Septembris in quo ipsi ponunt ortum *Arcturi*.

Pleiades.
Suculæ.
Plinius lib. 2. cap. 41.
Gemin. lib. 1. cap. 26.
Berch. in Red. lib. 5. cap. 37.
Themata.
1.
2.
3.
Plin. & Maluen. citat.

DIES XIV.

661 Hic dies, qui & pridiè Idus Maii, dies *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 134.

Dies 26. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri* nocte, & cum magnis *Luminaribus* celebrata, ac extensa per dies 30. ex dictis num. 562.

Qui dies auspicatissimus fuit Romanis, eo quod *Antoninus Caracallæ* fuit dictus Imperator à patre Severo, ac propterea hunc diem Romæ sibi auspicatissimum, vt cum Onuphrio ait Beyerlinc, & cum Reusnero, Tamayus, & Masculus, omnes hoc die.

Onuph. Reyerl. Reusne. Tamay. & alii.

Ipso hoc die *Taurus oritur*, vt cum Kalend. Astronomico notat Rosinus in suo.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Quo die, *Scirpea simulachra* proiiciebant in Tiberim, ex pontibus ipsius fluvii. Idque factum: quia antea, ipso hoc die, Gentiles Romani *Laribus* sa-

fica-

Digitized by Google

crificabant plures homines, aut pueros (vt dixi die 12. Januarii, ac 2. Maii), eosque in Tiberim projiciebant; quod crudele sacrificium, post commutarunt in præfatam projectionem simulachrorum scirpeorum in Tiberim hoc die, vt Roman advertit: quare hunc diem lætum habuerunt.

Roman. lib. 2. cap. 18.

662 Quòd si hic dies fuit auspicatissimus Antonino, ob titulum Imperatoris: at, potiori jure hunc titulum, atque laudem in religionis castris assequutus est, nec sine auspitio nominis *Victor* martyr, cui etiam auspicato nomine militis conjux fuit *Corona*, ne videlicet corona suis careret insignibus, vtrique è Cœlo coronas lapsas visas, vnam Victori, alteram coronæ. His associantur ad lauream martyrii *Bonifacius, Pontius, Iusta*, & *Iustina*, & ad coronam gloriæ, inter alios, alter *Bonifacius* præsul, & *Paschalis* Papa. Si igitur hoc die consignatur *Ortus Tauri*, de quo signo egi die 6. Martii, num. 393. Dictis addo quòd hoc signum Zodiaci vocatum *Taurus*, ex Berchorio, & Geminiano adumbrat *Iustum*, *Honestum*, *Pacificum*, *Humilem*, *Devotum*, & *Elatum* per affectum ad cœlestia. Vnde efformare poteris Themata pro hodiernis Sanctis in Cœlo Ecclesiæ, iis micantibus prærogativis.

Martyrol. Rom. Mascul. hoc die.

Taurus, Berch. lib. 5. cap. 11. Reductorii.

Gemin. lib. 1. cap. 31.

Themata.

663 Amplius: Triplex est Taurus, scilicet *Animal* satis notum; *Avicula* ex genere carduelium, nominata *Taurus*; quia Taurorum mugitus imitatur, præcipue in agro Arelatensi, ex Plinio; & *Signum* cœleste Taurus nominatum. Cumque, ex Anglico, animal Taurus non curet bibere nisi aquam *puram*, sitque *Velox*, *Fortis*, *Generosus*, & colore *Fulvus* declinans ad rubedinem aliquantulum. Hinc per Taurum habes pro hodiernis Sanctis Thema: quia *Puros* castitate, *Veloces* in Dei obsequio, *Generosos* charitate, *Flavos*, & *Fortes* in Dei amore, aut in patiendo pro Christo. Tandem per triplicem Taurum discurre: per primum quadrupedum ex dictis: per secundum, avem adumbratam contemplationem: per tertium signum micantium virtutum, &c.

Calepin. verbo Taurus.

Plin. lib. 10. cap. 42.

Thema. 2.

Thema. 3.

DIES XV.

A. D. 135.

664 Hic dies, qui & Idus Maii *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 27. quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri* nocte & cum magnis *Luminaribus* celebrata, ac per dies 30. extensa ex num. 562.

Quo die, quotannis Romæ, *Argeorum Scirpea Simulachra*, de ponte sublicio præcipitabantur in Tiberim. Ita ex Festo, & Varrone, Rosinus, & Tamayus. De quo ritu, & causa mox dicam, & fuisse in cultum *Herculis*.

Rosin. lib. 4. cap. 9.

Varro lib. 6. de Ling. Lat.

Tamay. hoc die.

Romæ hoc die sacrum dicatum *Iovi Ferretrio*. Ita Vet. Kalend. & cum eo Rosinus, & Beyerlinc, hoc die.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Beyerlinc hoc die.

Fuit apud veteres dies *Natalis Mercurii*, ac proinde inter felicissimos habitus: quo & die ad Circum maximum dedicata fuit ædes Mercurio; & per id tempus *Collegium Mercatorum* institutum. Ita cum Ovidio, & Tito, Rosinus, Tamayus, & Mascul. Vt dico infra num. 674.

Ovid. lib. 5. Fas. Liv. anno Vrb. 259.

Rosin. citat. Tamay. & Mascul. hoc die.

Dies Iduum: quare habitus *Fastus*, *Feriatus*, & agendis rebus *Felix*, ex Macrobio, & Bungio: dicatus *Laribus* ex Roman; *Iovi Statori*, ex Beyerlinc, & Alex. ab Alex. ex dictis num. 49.

665 Hoc igitur die *Scirpea Simulachra Argeorum*, præcipitabant ex ponte, de quo aliqua tetigi die 17. Martii, num. 439. Dictis addo, quòd præfata Argeorum simulachra n. 30. præcipitabantur quotannis hoc die in Tiberim, aut per virgines Vestales, vt ait Rosinus, aut per Sacerdotes, vt inquit Varro. Causa projectionis horum simulachrorum fuit: quia Barbari ea loca incolentes, si quos Græcorum cœpissent, eo modo interficiebant: quare Hercules (cujus admirabantur virtutem) eos docuit, vt dimissa præcipitatione hominum, in suum honorem projicerent simulachra 30. quo ritu eum colerent. Cumque antiqui nominassent Græcos *Argeos*, sive *Argivos*, hæc simulachra Græcorum nominarunt *Argeorum*, vt ait Plutarchus. Alteram causam hujus præcipitationis adfert ex Ovidio, Rosinus citatus, huic magis assentiendo; vt scilicet, in Italiis conservaretur memoria inimicitiæ habitæ à Græcis, erga ipsos.

Argea, Simulacra, Herculis.

Rosin. lib. 4. cap. 9.

Varr. lib. 6. de Ling. Lat.

Plut. in qq. Rom. quæst. 32.

Alex. lib. 3. cap. 18.

Ritus.

666 Fuit igitur hic dies sacratus *Herculi*: quare de Hercule noto: quod plures finxerunt Hercules: quidam tres, vt Diodorus: quidam, vt Cicero, sex Terentius, & alii 44. fuisse scribunt. Imò prisci omnes viros fortes, ac monstrorum domitores Herculis nomine nuncupavère. Primum, ac præcipuum dixerunt natum ex Jove, & Alemena, ex concubitu spurio Jovis cum ipsa, & hic est tam celebratus Hercules Gentilium. De quo fabularunt, quòd volente, & dis-

Hercules.

Rosin. lib. 4. cap. 17.

Digitized by Google

& disponente Jove, vt à Junone dormiente Lac puerulus suggeret: Juno expergefacta, id advertens, substraxit pectus à puero, Lacque sparsum cecidit, à quo Lacte sparso lilia alba genita fabularunt (ex Pierio), viam Lacteam factam in Cœlo (ex Nat. Com). Per quam suggestionem Lactis pueruli Herculis à Junone Dea, & fabularunt ipsum puerulum factum Deum, vt refert Minorita Victoria; aut ob fortitudinem, & victorias obtentas relatus inter Deos à Gentilibus. Omnes Hercules, qui variis temporibus floruerunt, omnesque heroica virtute, & rerum gestarum magnitudine insignes, fuerunt nominati ab hoc Hercule filio Jovis & Alcmenæ; cui attribuerunt reliquorum omnium labores, & triumphos: vt aiunt Macrobius, & Calepinus De quo Hercule mentionem facit S. Augustinus de Civitate Dei, ac Clemens Alexandrinus libro 5. Stromatum, inquiens, hujus Herculis *duodecim fuisse certamina*, præcipua scilicet: nam alia vsque ad 34. numerat Calepinus.

Gyrald. Synt. 10. à fol. 278. Pier. lib. 55. Hier. cap. de *Lilio*. Nat. Com. lib. 2. myt. cap. 4. Theat. Deor. tom. 2. lib. 2. cap. 2. Macrob. 1. Sat. cap. 20.

5 Calepin. verb. Hercul. S. Aug. lib. 18. de Civ. cap. 8. Clem. Alex. lib. 5. Stro. fol. 176.

667 Certamina 12. heroica, ab Hercule adulto, præcipuè gesta, sequentia narrantur.

Triumphi Herculis.

I. In Nemea sylva juxta Cleonas, quòd inusitatæ magnitudinis *Leonem* jugulavit, & detractam pellem gestavit pro insigni triumpho: de quo Virgilius, aut Ausonius, vti & de aliis insequentibus.

Virgil. lib. 8. Æneid. Auson. in Epigram. Rosin. lib. 2. cap. 17. Victoria lib. 2. à cap. 3. Virg. in Appen.

Prima Cleonei tolerata ærumna Leonis.

II. *Hydram* colubris, & capitibus pullulantem face, & ferro in Lerna palude oppressit.

Proxima Lerneam ferro face contudit Hydram.

III. In Erymantho Arcadiæ monte, terribilem *Aprum* (Hispanè puerco Javali) devastantem omnia circa illum, cœpit, eumque vivum ad Regem Eurysthcum attulit.

Mox Erymanthæum vis tertia perculit Aprum.

IV. *Cervam* æripedem, aureaque habentem cornua, in Mænalo monte cursu comprehendit, atque interfecit.

Æripidis quarto tulit aurea cornua Cervi.

V. Stymphalides crudeles aves devastantes regionem, sagittis, vt quidam volunt, interfecit: aut, vt alii opinantur, sonitu æneci crepitaculi vsque ad insulam Aretiadam fugavit.

Stymphalides pepulit volucres discrimine quinto.

VI. *Amazonas* debellavit, earumque Reginam Hypolitem, aut Treiciam cepit, cui baltheum abstulit. Euristheoque Regi tradidit: captamque Amazonam Theseo bellorum socio dedit.

Threiciam sexta spoliavit Amazona balteo.

VII. Tot victoriis præditus vicit se purgando stabulum Anguiæ Regis Elisi putati filii Solis, idque factum ab Hercule jussu Regis Euristhei, cui serviebat.

Septima in Anguiæ stabulis impensa laboris.

VIII. *Taurum* (cui Neptunus furorem immiserat, eo quòd Minos servare vellet, cum & pulcherrimus, & ipsi Neptuno sacrificandus foret), insulam Cretam fere totam devastantem domuit, eumque victum ad Euristheum Regem attulit.

Octava expulso numeratur adorea Tauro.

IX. *Diomedem* tyrannum Regem Bistonum in Tracia, qui suos equos depascebat carne, humanoque sanguine habebat pingues, vicit cum quadrigis.

Tum Diomedis equos nono, cum Rege perémit.

X. Gerionem Hispaniæ Regem bello superavit, ejusque armenta abduxit.

Gerionem extincto decimam dat Iberia palmam.

XI. *Mala* aurea in Hesperidum hortis interempto prius dracone peruigili, qui ea custodiebat, sustulit.

Undecima mala Hesperidum districta triumpho.

XII. Ad inferos descendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena victum ad superos traxit.

Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Hæc sunt duodecim præcipua certamina, & victoriæ, quæ antiqui fabularunt de suo Hercule adulto.

668 Dixi *adulto*: nam & de ipso infantulo fabularunt, quod adhuc in cunabulis jacens, geminos angues à Junone immissos in cuna, vt interficerent parvulum, ab eo fuerunt interempti: quare dixit Seneca. *Monstra superavit prius quam noscere posset.* Dixi etiam *præcipuè gesta* loquendo die 12. attributis Herculi adulto: enim præter duodecim præcipua narrata, quam plura alia ipsi attribuerunt, inter quæ, quòd cum Atlas fessus jam foret, succumbensque pondere Cœli, Hercules humeri Cœlum sulit, nec tanto pondere fessus fuit: quare meruisse Cœlū cecinit Ovidius inquiens:

Calep. citat. Seneca in Hercul. furente, actu 4. Victoria cit. cap. 3. & 18.

Ovid. lib. 1. de arte. Alber. lib de Imag. Deorum. Beor. lib. 4 de conf. mor. 7.

Me-

Digitized by Google

Meruisse Cœlum, quod prior ipse tulit.

Idem dixit Abericus, ac Boëtius de consolatione, qui laborum Herculis hunc numerat vltimum.

669 De Herculis morte ferunt contigisse dolo vxoris, ipsius nomine *Deyanira* quæ zelotipia ducta, subucula infecta veneno, eo maritum infecit, vt activitate veneni intus Herculis arderet: *caruleusque fluueret toto de corpore sudor*, dixit fabulando Ovidius, furens affectus ardore veneni, ascendit in montem Thessaliæ nomine *Oeta*, & collectis arboribus, *clava* pro pulvinari posita, accensa pyra igne fuit consumptus, anno creationis mundi 2775. ex Minorita: victoria: *cum duos & quinquaginta annos vixisset*, vt Clemens Alexandrinus observat. Huncque furentem, desperatèque morientem, stulta Gentilitas collocavit inter suos Deos, colveruntque Romani vt depulsorem *muscarum*, *febris*, & *pavoris*, vt ipse Alexandrinus observat oratione citata ad Gentes fol 17. lit. B. Phœnices autem, & Hispani præcipuè Gaditani ipsum coluerunt, vt Patronum, & Advocatum *Peregrinorum*, *Aratorum*, *Itinerantium*, *Laborantium*; ipsumque vocabant *Peregrinum*, *Fortunatum*, *Felicem*; & bonum laborum *Solutorum*; quem iis encomiis invocabant, & laudabant. Ipsique dicarunt templum in Gaditana Civitate Kalend. Decembris, vt eo die dicam.

Rosinus lib. 2. cap. 17. Teat. Deor. tom. 2. lib. 2. cap. 23. Macrob. 1. Sat. cap. vltim. Gyraldus Synt. 10. fol. 270. Carta. fol. 234.

670 Præterea fuit Hercules cognominatus *Magnus*, *victor*, *Triumphalis*, & *Defensor*, v tradit Rosinus. Fabularuntque quòd in pyra illa qua fuit crematus, pars humanitatis, quam habebat, fuit consumpta, & jussu *Iovis*, consensuque aliorum Deorum assumptus in Cœlum, & inter Deos collocatus, vt citato cap. 23: refert. Minorita Victoria. Amplius, *Herculem* posuerunt *pro Sole*, & duodecim heroica gesta ipsius, relata supra num. 667. adumbrare duodecim *signa Zodiaci* fabularunt, vt ex Macrobio, & aliis referunt Gyraldus, & Cartarius.

Herculem & habuerunt pro Deo *eloquentiæ*: quare in Arcadia ipsi erexerunt templum commune cum Mercurio; & Athenienses in Academia nedum *Musis*, *Minervæ*, & *Mercurio*, sed & *Herculi* posuerunt aras, vt totum refert Cartarius; addens picturas Herculis. Primò à Gallis pingebatur: *Senex*, *Calvus* paucis capillis: *Rugosus*, *Coloratus* colore fusco, Leonina pelle *Indutus*, dextera tenens *Clavam*, sinistra *Arcum*, dependente ex humeris *Pharetra* exeuntibus ex ore tenuibus *catenulis*, ex *auro*, & *electro* tendentibus ad aures multitudinis hominum, quos non invitos, sed sponte sequentes, illis catenulis trahebat. Hæc Cartarius: quamvis Picinellus in Mundo Symbolico referat præfatas catenulas prodiisse ab ore Galli. En ejus verba. *E Gallici Herculis ore catenulas aureas prodiisse ajunt, quibus populos passim in suas partes attraxerat.* Idque vertit, & ponit pro enblemate *Gratiæ* Dei, *Consionatoris*, & *Eloquentiæ*.

Mundus Sym. lib. 3. cap. 22. num. 68.

Pingebatur 2. *Fortis*, *Robustus*, *Nudus*, nisi quòd Leonis pelle tegebatur, coronatus frondibus populeis, Hispanè *de alamo blanco*, manu tenens *clavam*, & ad pedes habens *Gallum*.

Pictura 2.

Pingebatur 3. armatus *Sagittis* ab Apolline acceptis, *Ense* à Mercurio, *Thorace* à Vulcano, *Pelta* à Minerua, *Clava* ab ipso Hercule sibi confecta. Fabularuntque Herculi pugnaturo pro Thebis, contra Mineos: Mineruam arma suffeciisse, vt Cartarius citatus refert. Vide num. 874.

Pictura 3.

Pingebatur 4. ab Arcadibus cum *cicatrice in coxendice*, ea ratione: quia Hercules dimicavit cum filiis Hipocoontis, in qua dimicatione vulnere accepto in coxa, se clam subduxit, quo sanato, ipse Hercules dedicavit templum *Æsculapio Cotyleo*, ei referens sanitatis beneficium acceptum, & Arcades cum præfata cicatrice effecerunt Herculis simulachrum. Vide Cartarium, qui præter relatas picturas, alteram, ex Plinio, adducit: *Herculis tunicati*, facie *torua* in tunica, vel in dorso tunicæ, *eleo*, aut maculato habitu, vna manu tenens *clavam*, altera *Scyphum*.

Pictura 4.

Pictura 5. Plin. lib. 34.

671 *Herculi* sacrificabant *Boves*, *Iuvencos*, *Malum*, & aliquando ita ridiculè, vt in *Malo* suppositis quatuor ramis pro pedibus, & duobus pro cornibus, in formam bovis super aram, Herculi in sacrificium offerretur. Idque ex Suida, & Cartario: quia bos immolandus, aufugit. Tum & sacrificium Herculi dicabant ex *Pyra* accensa, idque fiebat in memoriam interitus illius.

Sacrificia. Cartarius à fol. 231. Gyraldus Synt. 17. fol. 457.

672 Ritus autem sacrificandi Herculi talis erat: Vt Sacerdotes alta voce publicarent, ne mulieres interessent: enim non admittebantur, eo quod Carmenta ab Hercule invitata, ad id sacrum non veniisset, aut quia ei sitienti potum fuit negatum à quadam muliere: quare interdictum fuit mulieribus adesse

Ritus.

Varro lib. 4. Rer. Rust. Rosinus lib. 2. cap. 17. Gyraldus Synt. 10. fol. 280.

Cartarius à fol. 227. Gyraldus Synt. cit.

Pictura 1.

Digitized by Google

adesse hinc sacrificio, ingredere templum & Laudes Herculis audire. Quo interdicto publicato, *populeis* frondibus, *Herculeis* vocatis, circum ornata templa, & altaria, populo manibus tenente *frondes populeas*, Salii *canebant* circum altaria incensa; & Sacerdotes *laurea* (ex Gyraldo) aut *populea* fronde coronati (ex Cartario) offerebant sacrificium *apertis capitibus*, & non velatis, & epulebantur sedentes, cum in aliis stantes, id facerent. Cumque sacrificarent Herculi nullum alium Deum vocabant, cui præterea *Decima* dabatur. Fabulantuntque quò in templo Herculis, nec muscæ, nec canes intrabant, vt omnia referunt marginati, apud quos plura videnda omitto, quæ de suo Hercule fabulavit gentilitas cœca. Cumque prophana vertendo ad sacra, Hercules adumbret *Fortes*, *Victores*, *Tutores*, *virtutem*, *Gratiam*, imo & clava, *Crucem* Christi vt cum pluribus dicunt Mundus Symbolicus, & Carthagena, imò & alia apud ipsos: Plus solito demoratus sum circa *Herculem*: sic nominatum à *fortitudine*, aut quòd Heroas afficiat gloria, ex Gyraldo Synt. 10. fol. 279. vt christianizata ritè applices.

Mundus Sym. lib. 3. cap. 22. Cartag. in homiliis.

Iovis Ferretrii. Rosinus lib. 2. cap. 5. Gyraldus Synt. 2. fol. 76. n. 30.

673 Dixi num. 664. quòd veteres die hoc sacrum dicabant *Iovi Ferretrio*, cui Romulus extruxit parvum templum in vertice Capitollini collis, vix longitudinem 15. pedum, & 5. latitudine. Quem Jovem putabant dictum *Ferretrium*, aut à *feriendo* hostes, aut à *ferendo* pacem: enim ex ejus templo sumebant *sceptrum* per quod jurabant, & lapidem *silicem*, quo fœdus ferirent. Quo in templo ponebant suspensa spolia & arma ab hostibus reportata: quare Propertius cecinit.

Nunc Iovis incipiam causas aperire Ferretri,
Armaque de ducibus trina recepta tribus.

Trinaque *spolia opima* huic Jovi *Ferretrio* dicarunt, vt tradunt Rosinus, & Gyraldus marginati. De *Mercurio*, cujus natalem hoc die celebrabant, & cui Mercatores dicabant festum, jam egi supra, quemadmodum, & de *Iove*. Dictis de Mercurio die 4. Januarii, addo de ritu hujus festi.

Mercurius. Mercatorum. Festum. Ritus. Ovid. in 5. Fast. Rosin. lib. 4. c. 9. Tamay. & Mass. hoc die.

674 Fuit igitur hic dies *Mercurio* sacer ob ejus natalitium; quo & die Templum Mercurio fuit dicatum ad Circum maximum, anno ab vrbe condita 259. ex Tito Livio. Mercatores festum agebant, nundinas celebrabant ad portam *Carpenam*: qui ad fontem Mercurii scaturientem apud eandem ædem se abluebant: ter Lauro immersa in fontem, aut vberioris quæstus gratia, aut propter expiationem perjuriorum & fraudium commissarum in negotiationibus: putabant enim, ad vtrumque numen haberet illa aqua: quare ea loti, & orabant, & Thus Mercurio offerebant, vt dixit Ovidius:

Alex. ab Alex lib. 3. cap. 18.

Templa tibi posuêre patres spectantia Circum.
Idibus: ex illo est hæc tibi festa dies.
Te quicumque suas profitentur vendere merces,
Thure dato, tribuas vt sibi lucra, rogant.
Est aquæ Mercurii porta vicina Carpenæ,
Si juvat expertis credere, numen habet.
Hùc venit incinctus tunica mercator, & vrna
Purus, suffusa, quam ferat hauriat aquam.
Vda fit hinc laurus, lauro spargentur ab Vda.
Omnia, quæ dominos sunt habitura novos.
Spargit & ipse suos lauro rorante capillos,
Et peragit solita fallere voce preces.

Hæc & alia de hoc festo, rituque ejus Ovidius citatus.

Ovid. Cir. nuper

675 Tot fraudibus, neniisque hodiernis Gentilium, opponamus ante alios *Isidorum* martyrem, cujus mors verè natalis, in cujus Basilica, quæ in insula Chio est, extat puteus, in quem fertur fuisse injectum, de cujus aqua, qui piè potarunt admirabili prodigio sæpius sanatis liberatique sunt à morbis. Et post *Isidorum*, *Torquatum*; & alios martyres Hispaniæ. *Petrum*, *Andream*, & socios passos Lampsacii in Helesponto, *Victorinum Maximum*, & alios alibi passos, cum quibus agminibus cœlitum associatam hoc die agnosce *Dympnam* Virginem, & Martyrem, ac filiam Regis Hiberniæ, quæ pro fide Christi & virginitate servanda, à patre jussa est decollari.

Martyrol. Rom. Mascul. fol. 202.

676 Populus est arbor à multitudine dicta, ob densitatem, & multitudinem ramorum; cujus genus est duplex, nam altera est *alba*, altera *nigra*, & alba habet folia bicoloris, ex vna parte alba, & ex altera *viridia*, ex qua arbore effluit resina *medicinalis*: quæ arbor est *molis*, *tenera*, *umbrosa*, & ma-

Digitized by Google

teria apta ad sculpturam, vt totum cum S. Isidoro, & Dioscoride Anglicus notat. Hæc arbor adumbrat religionem, & Ecclesiam, in qua sunt plures fideles. Quod si cæca gentilitas delirabat hoc die populeam arborem dedicando Herculi; in cujus honorem gestabant populeas frondes, & coronas: Abiecta prophanitate, verte hæc ad sacra in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando mysticas arbores Ecclesiæ populeas, ex Berchorio: quia *Albos* castitate, *Nigros* humilitate, *Virides* Spe, *Umbrosos* patrocinio, erga suos devotos, &c. In quorum Sanctorum honorem, alia plura ex dictis christianizare poteris, quæ consulto omitto. Solum addo: Hercule adumbratam fortitudinem; Mercurio scientiam; Jove potentiam. Verte ad SS. quia *Fortes*, *Sapientes*, *Potentes*.

S. Isidor. lib. 17. Anglicus lib. 17. cap. 20.

Berchor. in Reduct. lib. 12. cap. 116.

Thema. 1.

Thema. 2.

DIES XVI.

A. D. 136.

677 Hic dies, qui & 17. Kal. Junii, *Fastus* notatur in Kalend. Maffeiano.

Kal. Maff. citat.

Dies 28. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte, & cum magnis *Luminaribus* dicata *Cereri*, & per dies 30. extensa, ex num. 562.

Ater dies Romanis; ominosumque erat conferre signa, explicare aquilas, manus cum hoste conserere. Ita Mascul. fol. 103. Masculus, & Beyerlinc cum Macrobio.

Mascul. fol. 103. Beyerl. hoc die.

Dies *Diis Manibus* dicatus, ex dictis supra num. 49. ex Tiraquello, & Bungio.

Quo die, & sacrificabant *Laribus Præstitibus*, ex dictis cum Ovidio, & Gyraldo die 1. Maii, num. 601.

678 Fastus igitur fuit hic dies, & auspicatissimus victoriæ *Victoriano*, & *Aquilino*, vt ipsorum nomine Diis indicerent bellum, cui bello accessêre *Felix* Africanus martyr, aliique triumphatores de Idòlis, tyrannis, & tormentis; cum quibus, inter alios præsules, & *Honoratus*, & virgo *Maxima* agminibus cœlitum associantur. Si igitur hoc die, jam fausto, jam infausto Gentilibus; & hi delirabant, in suorum Larium prophano cultu, ipsis offerendo *Thus*, *Vinum*, & *Coronas florum*, vt reculi die 1. hujus mensis num. 601. Verte hæc ad sacra, pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Thuriferos* castitate, fragrantiaque famæ virtutum; *Vinifera* amore, fervente dilectione Dei, & proximi; *Coronatos* laurea martyrii, aut virginitatis.

Martyrol. Rom.

Thema. 1.

679 Amplius: *Thus* est nomen arboris, & gummis, inde emanantis. *Thus* arbor est magna, similis lauro in foliis, gummosa, Lenis in cortice, nata in accessis rupibus, vt aiunt S. Isidorus, Plinius, & Anglicus: quare ex Berchorio, adumbrat Sanctos *Magnos* per virtutum sanctitatem: *Similes Lauro*, per virentem honestatem: *Gummosos* per pietatem: *Lenes* in cortice per voluntariam paupertatem: & inaccessis *Rupibus* per statum contemplationis, & eminentiam perseverantiæ. Vnde habes alterum Thema.

S. Isidor. lib. 17. Plin. lib. 12. cap. 14. Anglic. lib. 17. cap. 153.

Thema. 2.

680 *Arabia*, quæ Asiæ est Provincia, nominatur *Sacra*, *Thurifera*, & *Beata*, ex S. Isidoro, & Anglico, qui præter plures arbores odoriferas, & aromaticas, quæ ibi nascuntur; addit, *Ibi nascitur avis Phœnix*. Addit insuper, cum Plinio, quod in ipsa Arabia Thuriferæ arbores nascuntur. Dicunt tamen Arabes: *Quòd Thus non dicitur recolligi, nec ejus arbores incidi, nisi à sacris, & religiosis non pollutis tempore collectionis, contactu mulierum: & sic putatur pro religionis observantia, augeri merces.* Hæc Anglicus, quòd nota pro viris religiosis, & veris Christianis, vt redolentibus puritate, aliisque virtutibus, evadamus thuriferæ arbores crescentes hic meritis, vt post, merces sit in gloria maior. Quòd si *Thus*, gummum (ex ipso Anglico) est *Purissimum*, *Calidum*, & si sit effusum hyemis tempore ex corticibus incisis, *Rufum*. Verte hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Puros* castitate: *Calidos* ardenti charitate: *Rufos* passione, aut martyrio. Tandem: quia *Thus* optimum fluit ab arbore thure, *Libanus* nuncupatus: quia in monte Libano gignitur, & hæc gumma à medicis *Olibanum* nuncupatur: estque hoc Thus optimum *Album*, *Solidum*, *Odoriferum*, *Mundum*, & *Rotundum*, vt totum cum S. Isidoro, & aliis notat citatus Minorita Anglicus; quòd accommoda hodiernis Sanctis, eos encomiando *Albos* castitate, *Solidos* fortitudine, *Odoriferos* fama sanctitatis, & virtutis, *Mundos* puritate cordis, *Rotundos* perseverantia.

Nota.

Thema. 3.

Thema. 4.

DIES XVII.

A. D. 137.

681 Hic dies, qui & 16. Kal. Junii, *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano citato.

Dies 29. quo Romæ agebantur *Græca sacra* nocte & cum magnis *Luminaribus* dicata *Cereri*, & per dies

30.

Digitized by Google

30. extensa, ex dictis numer. 562.

Qui dies caret Laude in veteribus Kalendariis, vt Masculus obseruat, & in ipsis Kalendariis cernitur. At, ex dictis supra num. 49. in fine, hoc die, Gentiles & sacrificabant *Soli*, ipsum colendo mané, meridié, & circa occasum; & *Laribus Præstitibus* ipsis offerendo *Thus*, *Vinum*, & *Coronas florum*, ex dictis præfato numero, die 1. Maii num. 601.

Martyrol. Rom. Baron. Mascul. hoc die. Martyr. Francis. hoc die. Offic. Eccles. lect. 3. ex 2. noct.

682 At, hic dies nobis celebris ob Sanctum *Torpétem* cujus recolitur memoria, ob sui corporis translationem, quamquam passus 3. Kalend. Maii, qui in regia Neronis fuit educatus, non vt disceret exercére crudelitatem, sed ferre crudelem. Torpéti associantur cum martyrii palma *Heradius*, *Paulus*, & socii, ac *Victor*, & alii, cum *Restituta* virgine, & martyre, triumphatrice celebri, de Diis, tyranno, igne, & mari. Cum iis ex Minoritico cœtu cœlitibus associatur *S. Paschalis Baylon* virtutibus, sanctitate; maximisque miraculis illustris; *Cujus corpus exanime jacens in feretro ad sacræ hostiæ elevationem bis oculos reseravit, & clausit*, stupendo miraculo adorans verum Solem Christum in Eucharistia. Cedat igitur cultus veterum erga Solem materialem, in honorem debitum Paschali, pio cultori Eucharistici Solis. Quòd si ex dictis num. citato 49. & die 29. Aprilis num. 594. Gentiles hoc die Soli offerebant *myrrham*, *resinam*, & compositionem thymiamatis nominatam *cyphi*, verte hæc ad sacra in honorem S. Paschalis, cum encomiando *Myrrham*, stupenda pœnitentiæ *Resinam*, virtutibus, gratiisque à Deo acceptis: *Thymiama*, idest, gratum Deo, & hominibus. Vide dicta die 29. Aprilis.

Thema. 1.

683 Thus, vinum, & coronas florum hoc die *Laribus* dicabant, vti dixi. De Thure, & Coronis dixi die præcedenti, & 1. hujus mensis, ea Christianizando, & in honorem Sanctorum vertendo. Nunc dicam de *vino*, ita dictum quasi *in vite natum*, vel à *vena*, eo quod potus ejus, venas sanguine citò repleat, vt ait S. Isidorus. Vinum enim inter liquores, & succus arborum optinet principatum: nam præ omnibus liquoribus moderatè sumptum *nutrit*, *confortat*, *sanat* vulnera, *lætificat* corda, ex Anglico: quare ex Mundo Symbolico adumbrat profectus Sanctorum, qui vt optimum vinum *Nutriunt* doctrina, *Confortant* charitate, *Sanant* pietate, *Lætificant* fama Sanctitatis; vnde

S. Isidor. lib. 10. Anglic. lib. 17. cap. 174. Berchor. in Red. lib. 12. cap. 182. Mundus Symb. lib. 9.

Thema. 2.

habes pro hodiernis Sanctis Thema. Amplius: quia ex ipso Anglico, antiqui vocaverunt Vinum *Theriacam magnam*, & vt ipse Minorita advertit vinum est quadruplex *Album*, *Nigrum*, *Roseum*, & *Citrinum*, seu aureum. Hinc hodiernos Sanctos encomia *Albos* castitate, *Nigros* humilitate, *Roseos* charitate, *Citrinos* adversitate, & passione tolerando pro Christo quæcumque adversa. Tandem: quia ex ipso Anglico, in vino sunt quatuor consideranda, *Liquor*, *Calor*, *Sapor*, atque *Odor*; quæ vertendo, & Sancto Paschali accomodando, considera *Liquorem* triduo miraculosè manatum ex cadavere; *Calorem* flagrantissimæ charitatis hujus Sancti; *Saporem* cœlestium dulcedinum, in contemplatione; *Aurum* laborum, adversitatumque tolerandarum pro Christo.

Thema. 3.

Thema. 4.

Hoc die Sol ingreditur Signum *Geminis*, ex dictis cum Cœlestino, num. 156.

DIES XVIII.

684 HIc dies, qui & 15. Kal. Junii, dies *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano. A. D. 138.

Dies 30. & vltimus, quo Romæ agebantur *Græca sacra* dicata *Cereri*, & per dies 30. extensa, acta nocte, & cum magnis *Luminaribus*, ex dictis supra num. 562.

Dies memorabilis apud Veteres Romanos, ob *Triumphum* T. Manlii Torquati (qui fuit dictus imperiosus) partum de Latinis, Campanis, Sidicinis, & Auruncis. De quo cum Livio, Reusnerus, Masculus, & Tamayus hoc die.

Troia à Græcis capta, & incensa secundum Halicarnasæum, & cum eo Boyerlinch hoc die.

Quo die Græci ad ortum Solis sacrificabant *Apollini* equum album ex Roman tom. 2. lib. 2. cap. 9.

685 Cedat igitur veteris Romæ triumphus, ob veros, præclaros, religiososque triumphos, hoc die partos per Sanctos, de Diis, tyrannis, & tormentis. Sic triumphavit *Ericus* Rex Suetiæ. *Venantius* vna cum aliis decem, *Alexandra* cum aliis virginibus, & martyribus, *Felix* præsul, & martyr, ac præter alios *Dioscorus* lector, cujus passionem nobilitavit fulgor cœlestis Luminis, & prophana Luminaria Cereris, extensa vsque ad hunc diem, devicit. Luminaria igitur *Cereris* hoc die

Martyr. Rom.

Digitized by Google

terminabantur; & *fulgor cœlestis Luminis* Christi inimicos perterrui. Quæ de Lumine noto; quod Lumen est defluxus quidem à substantia Lucis in aëre, vel in alio diaphano corpore recepto, & vndique circumfusus. Estque Lumen in triplici differentia *Reflexum*, *Fractum*, & *Directum*, & istud rursum, tàm aëris, quàm corporum transparentium est *Perfectivum*, *Decorativum*, *Latificativum*, vt totum notet Minorita Anglicus. Lumen adumbrat gratiam Dei in Sanctis: quare eos considera divina gratia Luminosos triplici differentia Luminis directi, reflexi, & fracti, eos encomiando *Luminosos Directè* ad Deum, omnia in Deum referendo, & propter Deum agendo; *Reflexè* ad proximos, eos illuminando doctrina, instruendo exemplo, diligendo charitate: *Fractos* passione, & martyrio. Tum & directè Luminosos, *Perfectivè* erga se ipsos, proficiendo Lumine gratiæ: *Decorativè* erga Ecclesiam: *Latificativè* erga suos devotos. Vnde pro hodiernis Sanctis habes Themata.

Anglicus lib. 9. cap. 12.

Thema. 1.

Thema. 2.

DIES XIX.

A.D. 139.

686 HIc dies, qui & 14. Kal. Junii, dies *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano citato.

Quo die nihil notatur in veteribus Kalendariis Romanorum, nec apud Masculum, Tamayum, Beyerlinc, & Gyraldum. In Kalendario autem Astronomico notatur *Sol* in signo *Geminis*. Ita Rosinus.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Dies festus *Quinquatrus* appellatus: enim 5. die post *Idus* festum habuerunt, per quinque dies extensum, sicque ab hoc, vsque ad 23. inclusivè, dicatum *Minervæ*, ac ejus eadem solemniter convenisbant, & cui sacrificabant. Ita Alex. ab Alex. & alii ex dictis num. 49. & 450. vbi cum Ovidio, & aliis de hoc festo egi.

Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 22. & lib. 3. cap. 8.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus Præstitibus*, ex dictis num. 49. in fine.

687 Vetus Roma delirabat hoc die *Quinquatria* agendo, sivè in honorem Minervæ, sivè Palladis, aut Herculis, moreque veteri arma lustrando, ex dictis num. 450. & 451. At, abscedat caligo lucæ veræ religionis, qua nova Roma celebrat hodiernos triumphatores, triumphatricesque celebres; inter has, *Pudentiana* (cum patre *Pudente*, munere Senatore) & *Cyriaca* cum quinque aliis virginibus, & martyribus, inter illos, præter alios martyres, *Pastorem*, cum *Petro* de Morono Summo Pontifice creato, & Cœlestino V. dicto, *Dunstano* præsule, & *Ivone* Confessore Tertii Ordinis Minoritarum. Quod si hoc die *Sol est in signo Geminis*, vt cum Rosino dixi numero præcedenti, & ex dictis die 12. Martii, num. 418. agendo de hoc signo: Signum hoc Geminis est *aëreum*, *masculinum*, *mediocre*, & *diurnum*; hinc præfatum signum, ex Berchorio, adumbrat Sanctos geminos per charitatem: *Aëreos* per conscientiæ puritatem; *Masculinos* per virium spiritualium probitatem; *Mediocres* per prudentiam, & maturitatem; *Diurnos*, & Luminosos per veritatem. Vnde habes pro hodiernis Sanctis Thema.

Martyrol. Rom. & Francisc.

Signum *Geminis*. Berchor. lib. 5. cap. 12.

Thema. 1.

688 Gemini est regio Cœli, quæ facit homines, qui in ea constellatione nascuntur *pulchros*, & *fortunatos*, & est domus *propinquitatis*, *consilii*, *religionis*, & *fidelitatis*, ait Berchorius in Reductorio citatus, ex Misaele, & Martiano. Quare hæc domus Geminis est domus, seu adumbrat domum Ecclesiæ, vel religionis, & ipsum signum adumbrat *Gaudium* fructum Spiritus Sancti, vt advertit Geminianus; addens adumbrare quoque *geminis charitatem*, scilicet dilectionem Dei, & proximi: quia Sole existente in hoc signo, geminatur virtus ad fœcundanda inferiora: quare adumbrat charitatem, quæ in nobis provenit à Spiritu Sancto; & ad fœcundandam vitam nostram geminatur in dilectione Dei, & proximi. Accommoda hinc hodiernis Sanctis, esse *Gemines* per charitatem, *Pulchros* per honestatem, *Fœcundatos* per multiplicitatem bonorum operum, & habes Thema alterum.

Berchor. citat. in Reduct. Geminian. lib. 1. cap. 31.

Thema. 2.

DIES XX.

A.D. 140.

689 HIc dies, qui & 13. Kal. Junii, dies *Comitialis*, notatur in Kalendario Maffeiano.

Dies 2. festi *Quinquatrorum*, ex dictis die præcedenti, & die 19. Martii, quod festum *Minervæ*, sive *Palladi*, aut *Herculi* dicabatur.

Dies feriatus, & solemnis dicatus *Epicuro*, ab Epicureis, ex dictis num. 49.

Beyerlinc in Theat. Vit. Hilit. D. hoc die.

Ad hunc diem refert Beyerlinc, ex veteri Kalend. Romano *Agonalia festa Romæ*. Alii autem hoc festum referunt ad diem sequentem. Quod festum Agonalia quater in anno celebrabant, scilicet 9. die Januarii: die 20. Aprilis: hac,

hæc, vel sequenti die Maii: & die 12. Decembris. Vide dicta die 9. Januarii, ac dicenda die sequenti.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus Præstitibus*, ex dictis num. 49. in fine. *Tubilustrium* ex dicendis infra n. 699.

Beyerl. cit. hoc die, & Mascul. fol. 204. Martyrol. Rom. Martyr. Franc.

690 Abiecta gentilitate, & perfidia tàm Gentilium, quàm Hæreticorum, plurimum à nostris habet ornamentum præsens dies: nam & Niceno Concilio initium dedit, à quo Liberatoris nostri divinitas adversus Arium defensa est, & decus accepit, vel à *Basilla* virgine nobilissima, quæ & regia nata stirpe, & purpura martyrii suum nobilitavit sanguinem, vel à *Plautilla* consulari matrona, omnium virtutum laude refulgente, vel à *Braudelio, Aquila, Alexandro, Asterio*, & aliis martyribus, quibus ex Minorum cœtu associatur *Bernardinus* Senensis, qui verbo, & exemplo, Italiam illustravit. Quòd si hoc die Gentiles quinquatria agebant in honorem Minervæ, seu Palladis, aut Herculis, culta Minerva pro sapientia, Pallade, qua pugnatrice, & Hercule qua forti: verte hæc ad sacra pro hodiernis Sanctis, eos encomiando verè *Sapientes* doctrina Christiana: verè *belliferos* contra Mundum, Carnem, & Diabolum, verè *Fortes* laborando pro Christo, aut martyrium sustinendo. Vide dicta die 3. Januarii, & Martii die 3. ac 19.

Thema. 1.

691 Amplius: quia si Minerva, ex dictis præfato die 3. Januarii, pingebatur *cincta, armata* gestans læva *clypeum*, capite *galeam auream*, induta veste, ex triplici colore, *aureo, purpureo*, ac *cœlesti*. Verte hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Clypeatos* fide, *Galeatos* charitate, *Præcinctas* zona castitatis, *Armatos* virtute, donisque superbis ad magna pro Dei gloria patranda. Vnde pro ipsis habes Thema. Amplius ipsos considera mysticè indutos veste ex triplici colore *Aureo, Cœlesti*, ac *Purpureo*. Cumque, Berchorio teste, ad colorem sit necessaria duplex lux, scilicet vna cœlestis, quæ est coloris causativa, altera solaris, quæ est coloris ostensiva. Hinc luce divinæ gratiæ adjutos præfatos Sanctos encomia mysticè indutos veste ex triplici colore *Aureo* charitatis, *Cœlesti* Spei, vitæque cœlestis actæ in terris, *Purpureo* patientiæ, virginitatis, aut martyrii.

Thema. 2.

Berchor. in Red. lib. 13. cap. 1.

Thema. 3.

692 Purpura est liquor piscis ex concharum genere habentis sub lingua in *vena candida*, hunc liquorem pretiosum *purpureum, roseum*, & *subluscentem*, quem salivando emittit, & tingendis lanis maximè est expetitum. Imo & Calepino teste, *Purpura* à pelago *Pelagia* appellatur, & pro Solis proprietate alium, atque alium habet colorem, jam *purpureum*, jam *roseum*, & *subluscidum*, jam *puniceum*, jam *violaceum*. Testeque Picinello, ipsa concha, quæ purpureo liquore tota rubescit, *Beryllum* generat candidissimum: quare eam insignit hoc lemate *Dat pretiosa candor*. Adumbrat Purpura, Virgines, Martyres, Prædicatores, & Doctores, qui vena salivæ bonæ doctrinæ prædicando, & docendo laborant alios purpurare per virtutes. De quibus Cant. 5. *Mel, & lac sub lingua tua*: vnde hodiernos Sanctos pretiosos encomia: quia *Violaceos* humilitate, *Puniceos* patientia, *Roseos*, & *Subluscidos* fervore charitatis, *Purpureos*, aut regia potestate à Christo accepta ad miranda opera patranda: enim regiam potestatem, & majestatem adumbrat purpura. Vnde & pro hodiernis Sanctis, ac pro S. Bernardino Thema alterum habes.

Calepin. verb. *Purpura*. Mund. Symb. lib. 6. cap. 38. num. 200.

Thema. 4.

693 In purpurea concha generatur candidissimus *Beryllus*; cujus (ex S. Isidoro) plures sunt species, scilicet alter *Candidus*, alter est *Pallidus*, & hic quantò magis pallet, tantò est melior; alter *Viridis* similis smaragdo, alter *Aureo* colore splendet, qui lapis politus habet fulgorem: quare à Picinello insignitur hoc lemate. *Rutilat discissus*. Adumbrat Sanctos *Candidos* puritate, *Pallidos* humilitate, & pœnitentia; *Viridos* Spe, honestaque conversatione: *Aureos* ferventi charitate: vnde & pro S. Bernardino, aliisque hodiernis Sanctis habes alterum Thema.

S. Isidor. lib. 16. & hym. cap. 7. Anglic. lib. 16. cap. 21. Berch. lib. 11. cap. 51. Mundus Simb. lib. 12. cap. 7.

Thema. 5.

DIES XXI.

694 Hic dies, qui & 12. Kal. Junii, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano citat.

A. D. 141.

Dies 3. festi *Quinquatruorum*, ex dictis die 19. hujus mensis, ac Martii.

Dies *Funestus* apud Caldeos, ob pueros castratos, & in Persidem missos à Præfecto Darii, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49.

Quo die *Tubilustria* Romæ celebrata, dicata *Vulcano*, ex Kalendario veteri Romano, & cum eo Beyerline hoc die; & Rosinus cum Ovidio dicente:

Rosin. lib. 4. cap. 9.

Proxima Vulcani lux est, quam lustria dicunt,
Lustrantur puræ quas facit ille rubæ.

De

De Tubilustrio dicato *Minervæ* egi supra die 23. Martii à num. 464.

In Kalendario Astronomico hoc die notatur: *Canis oritur.* Ita Rosinus ex. lib. 4. cap. 4.

Omnes hoc die. Hoc & die erat Romæ *Agonia*, sivè *Agonalia* celebritas, in qua plurimis litabant victimis. Ita Ovidius, Rosinus, Tamayus, & Masculus.

Agonia. Varr. lib. 5. de Ling. Lat. 695 Quæ celebritas *Agonia*, sivè *Agonalia* fuit dicta, ex Varrone, ab *Ago-ne?* eo quòd à Principe Civitatis interrogaretur, & Princeps gregis immolaretur. Nos causas quinque retulimus die 9. Januarii; Quinque & refert Ovidius sic:

Ovid. lib. 1. Fast. Tamayus hoc die.

Numinis esse potest, succinctus causa Minister,
Hostia cœlitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros
Semper, Agat-ne? rogat, nec nisi jussus agit.
Pars quia non veniant pecudes, sed agantur ab actu.
Pars putat hoc festum priscis Agonalia *dictum,*
Vna nisi, vt proprio litera dempta loco.
Aut quia prævisos in qua timet hostia cultros.
A pecoris lux est ipsa notata metu.
Fas etiam fieri solitis ætate priorum
Nomina de Ludis Græca tulisse diem.

Hancque vltimam causam probant Poëta & Festus, quam & vltimam retuli loco citato.

Martyrol. Rom. Anturus in Martyrol. Franc. die 18. Maii. Breviar. Francisc. 696 At, si apud veteres hic dies infaustus, & funestus habitus, apud nos sit faustissimus, ob tot victimas rationales, quæ non coactè, non metu, sed Christi virtute armatæ sponte tyrannis, & carnificibus se obtulerunt ad tormenta, & mortem toleranda pro fide. Inter quas rationales victimas; *Valens* præsul, cum tribus *pueris*, *secundus* cum sociis, *Thimotheus* cum aliis duobus diaconibus; quibus ad victoriam cum sociis, associatur *Victorius*, omnes laureati martyrio. Cum iis agminibus cœlitum adjuncti sunt *Hospitius* confessor, & ex Minoritico cœtu *Felix* à Cantalicio, abstinentia, charitate, obedientia, signisque admirandis coruscans, hoc die apud nos cultus, etsi obierit 18. hujus.

Virgil. 697 Sic igitur agebant veteres Romani hoc die *Tubilustrium*, in quo sacrorum tubæ lustrabantur, vt dixi die 23. Martii. Fuit tuba à Tyrrhenis primitus inventa; De quibus Virgilius:

Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera Clangor.

Anglic. lib. 19. cap. 133. Vtebantur autem antiqui tubis in præliis ad hostium terrificationem, ad animationem militum, ad provocationem in pugnam equorum bellicorum, ad congressionem ineundam bellorum; ad signandam in certamine cum victoria venerationem, ad fugitivorum revocationem. Item vtebantur tubis in festis, & conviviis propter *convocationem*, propter *exercitationem* ad Dei laudem, & propter invitationem ad *Lætitiam*. Præceptum enim fuit Judæis; vt in bellis tubis sacris clangerent. Jos. 6. &c. & vt annuum Jubileum (qui annus erat remissionis) tubarum sonitu pronuntiarent; & gaudium, & quietem omnibus promulgarent; Hæc Anglicus. Vide quæ de Jubileo diximus in Mansionibus cap. 34. à num. 684. Est enim tuba instrumentum, bellicis certaminibus adhibitum, & dicitur quasi *tova*, idest cava, & concava interius, ac valdè plana propter ampliorem flatus receptionem, vt notat S. Isidorus. Tubæ igitur adumbrant Apostolos, Prophetas, Prædicatores, Martyres, Obedientes, Virtutem, & alia, vt Lauretus, & Picinellus observant. Hinc cum Psalmista cantemus *Domino canticum novum: quia mirabilia fecit*, in hodiernis Sanctis. Psallamus Domino in ipsis Sanctis, eos encomiando *in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.* Vbi præter tubam corneam fit mentio tubarum ductilium, sivè metallorum: quare quatuor tubas distinguimus: 1. est *Cornea* adumbrans castitatem in cornu, qui carnem excedit, & superat, ex Laureto citato: 2. *Ærea* adumbrans fortitudinem: 3. *Aurea*, charitatem: 4. *Argentea*, famam, celebritatemque sanctitatis, magnitudinisque miraculorum, & virtutis. Vndè pro hodiernis Sanctis habes Thema, eos lustrando, & per tubas encomiando.

S. Isidor. lib. 18.

Lauret. verb. *Tuba.* Picinell. lib. 22. cap. 19. Psal. 97. v. 1. 5. & 6. B. Max. hic.

Thema. 1.

698 Amplius: quia si tubis in festis vtebantur Hebræi propter tria, scilicet *convocationem*, *exercitationem* in Dei laudem, & *Lætitiam*, vt præcedenti numero retuli, ex Anglico. Hoc die, quo erat Gentilium *Tubilustrium*, eo spreto, ipsum ad sacra vertamus; Tuba Christianæ prædicationis *Convocando* ad hodiernorum Sanctorum venerationem, & cultum, ob ipsorum magnitudinem; *Laudando* Deum, qui ipsos Sanctos ad tantam evexit celsitudinem, vt de hoste, mundo, & carne triumpharent; *Lætificando* ob ipsorum patrocinium

Thema. 2.

Digitized by Google

nium erga elientes suos. Vnde alterum habes Thema.

DIES XXII.

A.D. 122.

699 Hic dies, qui & 11. Kal. Junii, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano citato.

Dies 4. Festi *Quinquatrorum*, ex dictis die 19. hujus mensis, & Martii.

Quo die Romæ *Lustratio segetum. Fortunæ publicæ* templum dicatum. Ita Kalend. Vetus, & Beyerline cum eo, hoc die.

Ad quem diem referuntur *Feriæ Vulcani*, quibus Vulcanalis, flamen *Maiæ* Deæ sacra faciebat. Ita Masculus, sed à quo ista desumpsit non aperit, vt apud ipsum est videndum, & observavit Tamayus. At, desumpta videntur ex Rosino in suo Kalend. dicente cum Kalend. Veteri, & Macrobio. *Vulcani festum. Vulcanalis flamen rem Deæ Maiæ faciebat.*

Masculus fol. 205. Tamay. hoc die. Rosin. lib. 4. cap. 4.

Ad ipsum hunc diem Rosinus cum Varrone refert *Tubilustrium*, quod fuisse dicatum *Vulcano* observat Roman. At, hoc *Tubilustrium* ad diem 20. hujus referunt Ovidius, & alii, apud citatum Rosinum, apud quem alii ipsum *Tubilustrium* referunt ad diem sequentem 23. & ad 28. ipse Ovidius.

Rosin. citat. Roman lib. 2. cap. 18.

Dies dictus & *Soli*, & *Laribus Præstitibus*, ex dictis num. 49.

700 Dixi quod hoc die fuit *Segetum Lustratio*, sicque & *Ambarvale sacrum*, quod fiebat *ad arua & segetes lustrandas* multa preee, & ceremonia. *Aruum* dicitur ab arando, & *arua* significat *campos aratos*, & ad fruges dispositos. Hinc *Ambar* vale festum, sacrificium, & hostia Amuarualis dicta, quòd arua ambiret victima: sicut & dixerunt *Amburbale*; vel *Amburbium* sacrificium, quod Vrbem circuiret, & ambiret victima. Dictum ab *am*, antiqua particula, quæ *circum* significat, & addita littera, b, ad consonantiam. Fuit igitur dictum *Festum Ambarvale*, quod fiebat pro segetibus lustrandis. Hostiaque *Ambarvalis* appellata, quæ pro armis, & frugibus sacrificabatur, aut à 12. fratribus, aut ab omnibus, qui pro frugibus sacrificabant, vt Rosinus cum Sex. Pompeio notat. Vide & dicenda num. 1334.

Septum Lustratio. *Festum Ambarvale.* Macrob. lib. 3. Sat. cap. 5. Cyrald. synt. 17. fol. 412. à n. 10. Rosin. lib. 4. cap. 17.

701 Ritus hujus festi, & sacrificii dicati *Cereri*, ad arua, & segetes solemni pompa lustrandas, erat, cum fruges essent jam maturæ, antequam quisque falcem ad eas mitteret, *Cererem* coronatam *spicis* ducebant, facta processione ter circum arua faciendo, ducendo hostias immolandas, omnesque post clamantes sequebantur: ex quibus vnus querna corona ornatus, cum solemni saltatione composito carmine *Cereri* decantabat Laudes, ac postquam vino, & lacte libassent, antequam fruges meterent, immolabant *Cereri* porcam *præcidaneam* dictam. Cui sacro præerant Fratres Ambarvales dicti, qui ad hoc erant creati, vt terminos agri Romani circumferrent; quod sacrum fiebat, & à rusticis, & Romanis, & nobilibus. Imò & Patres Familias, vnusquisque in agro suo lustrationem particularem faciebat, ter agrum circundando, Laudes canendo, veluti in gratiarum actionem ob fruges maturas, preces fundendo, vt abundarent fruges, & ab agris mala averterentur, ad idque porcum, agnam, aut vitulum immolabant, libabantque vinum, & lac. Ita cum aliis Gyraldus, & Rosinus marginati. De quo festo, & sacrificio dixit Virgilius:

Ritus. Virgil. lib. 1. Georgic.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
Cui tu lacte favos, & mitti dilue Baccho:
Terque novas circum felix erat hostia fruges,
Omnis quam chorus, & socii comitentur ovantes;
Et Cererem clamore vocent in tecta, neque ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat, &c.

Quæ Amburbalia sacra, & descripsit Tubillus sic incipiens: Tibullus lib. 2. Elegia 1.

Quisque adest, faveat, fruges lustramus, & agros,
Ritus vt à prisco traditus extat avo.
Bacche veni, dulcisque tuis è cornibus vua
Pendeat, & spicis tempora cinge Ceres, &c.

Vide dicta cap. 6. de sacrificiis n. 40.

702 Dixi supra num. 699. quòd hoc die *Vulcanalis flamen* sacrum faciebat: quare noto, quod Numa Pompilius plura genera Sacerdotum instituit, octo scilicet, qui & intenderent in sacrificiis, docerentque hostias immolandas vnicuique Deorum, ritusque & ceremonias, quibus esset peragendum, vt eum Dionysio Halicarnaseo tradunt Roman,

Sacerdotes. Halicarn. lib. 2. Hist. Rom.

Digitized by Google

Roman. lib. 3. cap. 7. Rosinus lib. 3. cap. 13. *Curiones.*

Roman, Rosinus, & alii. Sacerdotes primi generis vocabantur *Curiones*, ita dicti à Curiis in quibus veluti parochiis præerant, quorum officium erat *orare, docère*, & *offerre* sacrificia publica; vnusquisque pro sua Curia, & veluti parochia: nam populus Romanus in triginta Curias erat distributus, & singulæ Curiæ singulos *Curiones* habebant, seu Sacerdotes, ita nominatos. Vnus autem, qui reliquis omnibus præsidebat, *Curio Maximus* dicebatur, & cujus authoritate cæteri *Curiones* regebantur, vt marginati, & alii tradunt.

Flamines.

703 *Flamines* vocabantur Sacerdotes secundi generis, & hoc genus Sacerdotum *adeò in Romanis Sacris (testante apice) excelluit, vt tres solos flamines haberent tribus numinibus institutos*: *Dialem* Jovi: *Martialem* Martii *Quirinalem* Romulo, vt ait S. Augustinus. Hi Flamines à Numa fuerunt præfati tres instituti, & quamvis flaminum numerus postea fuit actus vsque ad quindecim, at, illi tres instituti à Numa, vt præcipui semper fuerunt habiti; inter quos *Maximus* fuit *Dialis* qui Jovi sacra faciebat. *Martialis* autem, & *Quirinalis* veluti Deanus, & Arcedianus fuerunt. Mediocri autem *Flamines* erant: *Vulcanalis*, qui sacrificabat Vulcano, *Furinalis* Furidæ &c. Minimus omnium Flaminum *Pomonalis*, qui sacrificabat *Pomonæ* Deæ levissimæ, quæ putabatur præesse pomis. *Dialis* (qui Flaminum erat præcipuus, & quasi Episcopus, aut Patriarca, ex Roman cum Gelio, & Livio) fuerunt concessa 22. privilegia, interquæ, vt

S. Aug. lib. 2. Civit. cap. 15. Vives ibi.

Roman. cit. & alii. Gelius lib. 10. cap. 15. Livius Decad. 4. lib. 5.

inducretur *purpura*, vesteque regali, vt vteretur *pileo*, aut galero *albo*, vt *sellam* haberet separatam, & quasi signatam, vt *annullum* gestaret cum gemma translucida. Aliorum tandem *Flaminum* insigne erat *galerus*, vt pontificibus (ait Vives citatus, Vide & Rosinum.) Sed filum in eo erat lanæ albæ. Hinc Flamines appellatos quasi *Pilamines*, aut Filamines à filo, aut pileo; aut à sacris infulis, quas capitibus gestabant, aut à *flameo* quod erat genus tegminis capitis, vt referunt cum aliis Vives, & Rosinus.

Tribuni Celerũ.

704 *Tribuni Celerum* erat tertium genus Sacerdotum, quos Numa instituit. Hi erant duces in Regnum custodia, & offerebant solemnia sacrificia pro Regum prosperitate, & custodia, vt ajunt Roman citatus, & Rosinus lib. 3. cap. 12.

Haruspices.

705 *Haruspices* vocabantur Sacerdotes quarti generis: Hi ita nominabantur à victimis in ara aspiciendis: quia postquam hostia immolabatur, inspectis extis futura prædicebant, & augurabant, & nedum per exta hostiarum, sed & per signa Cœli, & terræ; quæ signa interpretabant augurando, si significabant eventum prosperum, vel adversum, & Reipublicæ, & personis particularibus. Item & augurabant, si bella forent justa, vel injusta. Fuerunt & adivini, auguresque Sacerdotes, qui vocabantur *Titii Sodales*, qui extra civitatem in speleis vivebant, quorum officium erat augurare per aves, vt cum Marco Varrone, Roman citatus observat. Fuit & Romæ Augurium collegium (de quo cum aliis Rosinus citatus cap. 8.) inquo Augures vivebant, & suis auguriis populum decipiebant.

Titii Sodales.

706 *Virginum vestalium* erat quintum genus Sacerdotum: nam Vestales virgines ereabantur Sacerdotissæ, quarum officium erat conservare ignem sacrum semper ardentem in templo Vestæ, vt Roman citatus; & Rosinus lib. 3. cap. 19. inquiunt. Nosque de earum Sacerdotio, officio, & habitu diximus die 1. Februarii à num. 198.

Vestales.

707 *Salii* vocabantur Sacerdotes sexti generis, quos constituit num. 12. Numa Pompilius, vt servirent *Marti*, & custodirent *Ancyle*, vt ajunt Roman citatus, & Rosinus lib. 3. cap. 20. & nos diximus die 1. Martii, à num. 355. & die 9. ejusdem mensis num. 407. vbi de Saliorum Sacerdotum institutione, causa, officio, ritu, & pictura egimus.

Salii.

708 Feciales vocabantur Sacerdotes septimi generis à Numa constituti, dictique fuerunt *feciales* à *fœdere*: nam horum officium erat vt nulli confederato populo Romano inferreretur iniuria, aut injustum bellum, nec ipsi Romano populo, vtque ab omnibus, conditiones fœderis, & pacis servarentur. Si quis autem contra fœdus ageret, legatus mittebatur præcipuus *Fecialium* (qui vocabatur *Pater Patratus*, & erat quasi Prior collegii Fecialium) & verbis primò jus repetebant, vtque daret satisfactionem injuriæ illatæ; quod si dedignabatur facere postulata, tum bellum indicebat, imprecabatur multa mala contra eam Civitatem, aut gentem, à Diis Cœli, terræ, & inferis. Idque agébat tenendo manu *lanceam*, aut *sagittam* sanguine tinctam, & aliquantulum crematam, quam ejiciebat contra terminos illius regni, aut provin-

Feciales.

cia.

Digitized by Google

ciæ. Sicque illis solemniter indicebat bellum. Reversusque cum Fetialibus sui Collegii adibat ad Senatum, acta perse, & per illos aperiebat, ac eos esse publicos inimicos, legitimè vti tales declaratos, quos justo bello invadere poterant. Sine quo Romani nulli inferebant bellum. Ita Roman citatus, & Rosinus lib. 3. cap. 21.

Pontifices.

709 *Pontifices*, & inter hos, *Pontifex Maximus* nominabantur Sacerdotes octavi generis, qui postremò nominabantur ad denotandam superioritatem eorum erga alios Sacerdotes. Numa quatuor tantum Pontifices creavit, qui numerus postea fuit actus, vsque ad quindecim, & vniversus Pontificum cœtus, Collegium vocabatur. Hi dicti fuerunt Pontifices à *ponte*, & posse, facere: nam erant summa authoritate præditi erga res sacras, de quibus judicabant inter magistratus sacrificos, & inter privatos homines, novasque leges de sacris condebant, Sacerdotesque omnes examinabant, ministros sacrorum in officio continebant, ne quid præter solemnes ritus facerent, & præscripta sua contemnentes juxta magnitudinem delicti multabant. Vnus autem Pontificum, omnium supremus erat, qui *Pontifex Maximus* dicebatur, à Numa institutus, ad quem pertinebat cura maximarum rerum, quæ ad sacra, & religionem pertinebant, erat judex, vindex contumaciæ privatorum, & magistratum. Supremamque habebat authoritatem in omnibus Sacerdotibus, Pontificibusque Gentilium, ad quem pertinebat approbare, aut reprobare ceremonias, & ritus ad cultum Deorum, &c. vt latè tradunt Roman lib. 3. cap. 6. & 7. ac Rosinus lib. 3. cap. 22. Apud quos alia videre poteris. Hæc breviter dicta de prophanis Sacerdotibus Gentilium, ex occasione *Flaminis Vulcanalis*, de quibus, plura omitto videnda apud citatos Authores, ac S. Augustinum de Civit. Dei, apud quos & de Sacerdotibus epulonibus, & ebriis.

Pontifex. Maximus.

S. August. de Civit. Dei cit. supra.

710 His igitur dies, jam *Nefastus*, jam inter alia turpatus à Gentilibus *Vulcano* fœdissimo Deo ipsorum, à nostratibus deeus accepit, ob *Basiliscum*, *Aemilium*, & *Castum*, qui per ignem de gentilitate triumpharunt, Vulcano spreto. Augent decorem cum soeiis *Venustus*, *Iulia*, & *Quiteria*, omnes martyrio laureati: quibus ad gloriæ coronam associantur *Marcianus* præsul, *Romanus* Abbas, *Fulcus* Confessor, ac *Helena* Virgo, & B. Rita vidua monialis ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quæ post sæculi nuptias, æternum sponsum Christum vnicè dilexit, pro quibus per *Agnum castum* habes Thema supra num. 616.

Thema 1.

711 Quòd si Gentiles hoc die festum *Ambaruale* agebant pro segetibus, & fructibus lustrandis, verte hæc ad sacra, ea christianizando in honorem hodiernorum Sanctorum. Cumque ex S. Bonaventura tres sint conditiones fructus boni, *Pulchritudo* scilicet, *Suavitas*, & *Vtilitas*, per has conditiones habes Thema pro hodiernis Sanctis, & ipsos lauda & quia *Pulchros* castitate, *Mundos* fide, & operibus, delectantes consideratione tantæ munditiæ, *Suaves* mansuetudine, & patientia. *Vtiles* charitate, & benevolentia.

S. Bonav. ser. 1. Dom. 7. post Pentecostes.

Thema. 2.

712 Fructus dicitur *à fruendo*, eo quòd ab hominibus fruitur, cum manducatur. Habemus igitur Fructus *Albos*, *Longos*, *Rotundos*, & *Rubeos*, per quas differentias fructuum encomia hodiernos Sanctos: quia *Albos* castitate, *Longos* patientia, *Rotundos* obedientia, *Rubeos* charitate, aut martyrio.

Berchor. in Diction. V. *Fruct.*

Thema. 3.

DIES XXIII.

A. D. 143.

713 Hic dies, qui & 10. Kalendas Januarii, in Kalend. Maffeiano sic notatur. *Tub. N. P.* ideſt *Tubilustrium Nefastus primo*; quod Tubilustrium & referunt ad hunc diem Rosinus, & Masculus: quia hoc die *præconum tubæ lustrabantur*. Bis in anno celebrabant Romani *Tubilustria* sacra Altera die 23. Martii dicata *Minervæ*, vt eo die dixi, Altera hoc die dicata *Vulcano*, vt Rosinus, Masculus, & Tamayus notant cum Ovidio dicente.

Rosinus lib. 4. cap. 9. Mascul. fol. 205. Tamay. hoc die.

Proxima Vulcani lux est quam Lustria dicunt:
Lustrantur puræ, quas facit ille tuba.

De Tubilustrio egi præfato die.

Dies 5. & vltimus festi *Quinquatrorum*, ex dictis die 19. hujus, & Martii.

In Diario Sacro, cum Saliano, Genebrardo, & Ribera, refero ad hunc diem *jejunium* Hebræorum, eo quod 10. tribus tunc desierint primitias portare in Jerusalem, regnante Jeroboam, qui vitulos aureos fecit, posuit, & colere voluit in *Bethel*, & *Dan.* 3. Reg. cap. 12. Cumque hoc die Hebræi ea causa jejunassent, vt præter relatos Authores, docet Menochius marginatus,

Menoch. de Repub. Heb. lib. 3. cap. 12.

Digitized by Google

Hinc videtur præfatos vitulos à Judæis Idolatris hoc die fuisse cultos, & veneratos. Solemniter autem eos coluerunt die 15. Octobris, vt dixi in præfato diario, numero 2460. & numero 2143.

Dies quo sacrificabant, & *Soli*, & *Lunæ Præstitibus*, ex dictis num. 49.

Vituli aurei. 3. Reg. 12. cap. à v. 28. Alap. hic, & in Exod. 32. v. 4.

714 Fecit Jeroboam *vitulos* duos *aureos*, *& dixit* Hebræis: *Nolite vltra ascendere in Hierusalem: Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra Ægypti. Posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan.* Fecit igitur Jeroboam vitulos: quia vitulum aureum patres Judæorum conflarunt, & adorarunt in deserto, idque ad similitudinem *Apis*, quam specie vituli, vel bovis coluerunt in Ægypto. Exod. 32. v. 4. & quemadmodum Hebræi non integrum vitulum conflarunt, sed tantum caput vituli, vt Cornelius docet cum SS. PP. Cypriano, Ambrosio, Augustino, & Hieronymo; & est verisimile, quod Jeroboam tantum vitulorum capita constituerat in *Dan*, & *Bethel*, vt totum Cornelius advertit. Cumque Jeroboam fugiens Salomonem, iret in Ægyptum ad Sesac Regem, ibique vidisset coli (& forte ipse ad conciliandam sibi gratiam Sesac coluit) *Apim* specie vituli: vnde mortuo Salomone rediens in Judæam, faciensque schisma à Juda, & Hierusalem, erexit vitulos aureos quos viderat coli in Ægypto, sivè erexisse (vt & antea Hebræi tantum vituli caput) capita tantum vitulorum, vt cum aliquibus Patribus, plures affirmant; sivè conflasset, & erexisset integros vitulos, vt probabilius est, & sentit Menochius.

S. Cyp. lib. de Bono Patientiæ. Ambr. epist. 62. Aug. in Ps. 73. Hier. in Amos. cap. 5.

Menoch. de Repub. Heb. lib. 4. cap. 2. n. 13.

715 Cumque Jeroboam præfatos *vitulos* erexisset ad similitudinem *Apis*, aut *Serapis* Ægyptiorum, quem coluit, & fecit colere ab Hebræis, vt Ægyptiorum auxiliis fretus resisteret Roboamo, & Judæis: quare videtur quod Jeroboam, ex Ægypto rediens, vbi diu exul manserat, impiam Apis, aut Serapis religionem, quam ibi imbiberat, secum attulit, & hanc in populo facili, ac prono introduxit, vt benè observat Maluenda. *Cumque Ægyptii per septem dies colerent natalem Apis*, vt Gyraldus advertit; & Hebræi post, hoc die jejunassent: quia 10. tribus sequentes, & obedientes Jeroboamo deserant primitias portare in Hierusalem, colereque vitulos in similitudinem *Apis*: quare conjectos, & imitatum esse prophanum *Apis* cultum, & dies cultus: vnde & conjectos Ægyptios coluisse *Apim*, ejusque natalem celebrasse, *hoc die, & per sex sequentes.*

Alapid. citat. Malu. in 3. Reg. 12. v. 29. Gyraldus Synt. 6. fol. 174. n. 10.

716 Fuit *Apis*, ait S. Augustinus, „navibus transuectus in Ægyptum, „cum ibi mortuus fuisset, factus est Se„rapis omnium maximus Ægyptio„rum Deus. Hunc dixerunt, & variis nominibus nominarunt, scilicet *Serapim*, *Iovem*, *Ammonem*, *Pana*, *Plutonem*, *Æsculapium*, & *Osiridem*, seu *Solem*. Dixeruntque *Apim* fuisse Regem, qui in difficultate annonæ Memphido aluerit proventibus propriis, quo mortuo in *loco* Græcè, Latinè *arca* posito, *Serapim* primò, post *Serapim* appellatum, eum venerari cœperunt, facta lege sub pœna capitali, ne quis dixisset eum fuisse hominem. De quo quam plura fabularunt, scilicet, quod conceptus fuisset ex vacca fulgure afflata, quod mortuo ejus anima in bovem transmigrasset: quod *Apis* Ægyptiorum numen, esset bos niger conceptus, non coitu pecudis, sed divinitus, & cœlesti igne, raro nascens certis maculis insignis, & cauda, linguaque dissimilis aliis, vt Gyraldus, & alii marginati tradunt.

Apis.

S. Aug. lib. 18. de Civ. cap. 5. Vives ibid. Gyrald. Synt. 6. fol. 174. à n. 20. Cartar. à fol. 48.

Fabula.

717 Coluerunt igitur Ægyptii *Bovem*, lingua Ægyptiaca dictum *Apin*, aut *Serapin*, aut ob rationes num. præcedenti dictas, aut quia ita Ægyptiis præceperunt *Osiris*, & ejus vxor *Isis*, vt putant aliqui, & Cartarius citatus refert; idque ob maxima commoda, quæ in mortales dimanant à bove ratione agriculturæ. Neque solum effigiem, sed *Bovem*, aut *Apim* vivum venerabantur, quem delicatissimè alebant, nec patiebantur diu vivere, sed cum ad certos vitæ accedebat annos mersum in fonte Sacerdotum, necabant; post mortem vero arcæ inclusum *Serapim* nominabant. De morte *Apis* publicus Luctus celebrabatur, lacerando passim vestes, atque capillos, donec alius Bos esset inventus idoneus subrogando Deo *Apis*: enim ad id non omnes Boves, aut Vitulos habebant idoneos, sed ex vacca primò partu editum seligebant (eam splendore, cœlitus emisso gravidam effectam jactabant). Hunc seligebant, & pingebant: *Nigrum* corpore; *Candida* fronte, in dorso *alba nota aquilæ* insignitum in lingua, aut pallato habentem signum nigrum, quod scarabeum fortasse repræsentaret. Vide infra à num. 756.

Cartar. citatus. Gyrald. Synt. 6. fol. 173. & 174. Alap. in Gen. 41. v. 56. & Exod. 32. v. 4. Lactant. lib. 4. cap. 10.

Fabula.

Pictura. 1.

718 Inventus vitulus *Apis* ducebatur à Sacerdotibus cum Lætitia Memphim, summoto strepitu lictorum, commutando grex puerorum canentium

Ritus.

carmen

carmen honori ejus, sicque in delubro gestabant belluam publica Lætitia, eamque Sacerdotibus maxima cum veneratione, divinisque honoribus, quales numina decent, custodiendam tradebant, à qua & oracula petebant: fenum, aut fruges porrigebant; quas si vitulus statim arripuisset, fausta omnia eventura sibi persuadebant, si renuisset, infausta. Nonnulli tradunt, fuisse causam honoris vituli, aut *Apis*: quia putarunt quod anima Osyridis defuncti transmigrasset in bovem, quæ & deinceps ad posteros fuerit tranfusa. Fabulantunque *Apim* interdum Memphi apparuisse, & se videndum præbuisse: quare festos dies ejus visioni dicatos, maxima cum religione colebant. Ecce quanta, imò & alia de *Api* finxerunt, vt præter alios poteris videre in marginatis, præcipuè Vives, Cartario, & Gyraldo, qui addit nomen *Serapidis* Ægyptium esse, significare *Lætitiam* & *hilaritatem*, festaque *Apis* nuncupata *Hilaria*.

Fabula.

Apparitio.

Serapidis.

719 Pingebant 2. *Apim* quasi hominem *barbatum, discalceatum*, gestantem capite *modium*, ad denotandum adhibendam esse mensuram omnibus rebus, læva tenentem *baculum*, dextera posita super *caput draconis*, suo volumine conectentis signum tricipitis animantis, quod signum medio exprimit caput Leonis, dextera parte caput canis, & sinistra caput Lupi rapacis. Quo monstruo significabant, capite Leonis tempus præsens, Lupi præteritum, & canis futurum. Ita Cartarius.

Cartar. citat. à fol. 54.

Pictura. 2.

720 Tertiò ipsum pingebant *Iuvenem imberbem*, capite gestantem *cophinum* frumenti scilicet, & panum; inde bos ille Sacer, dictus est *Apis*, aut Serapis, quasi signum fertilitatis: quia bos arando, stercorando, triturando causa est fertiliatis. Ita Cornelius citatus in Gen. 41. v. 56. vbi sex etymologias adfert Serapis, eas accommodans Josepho filio Jacob. Primò quòd *Serapis* dicitur à *Sar*, ideſt *Princeps*. Secundò quò dicitur, quasi *Arca*. Tertiò quasi *Princeps pugnaturus*. Quartò quasi *Apes*. Quintò ex *Abrec* quasi dicat *Benedictum, Felicem, Fortunatum, Laudandum*, vt exponit Maluenda. Sextò quasi *schor appaim*, ideſt *Facies bovis*. Hic enim Bos, aut vitulus erat hieroglyphicum Serapidis, qui solo *capite, facieque vituli* pingebatur, & sculpebatur. Hincque *Serapis* dictus est *Osyris* quasi Bos, aut quasi *Sol*, ex Eusebio lib. 1. de præparat. Evang. cap. 6. Hæc Cornelius. Quæ omnia adduxi, vt debite Christianizata, ritè accommodentur. Vide num. 964.

Pictura. 3.

Malu. in Gen. 42. & 43.

Pictura. 4.

721 Hic igitur dies & *Nefastus*, & *Tubilustris* Gentilium, nobis sit Faustus, & Lucidus, ob Lucidos, præclarosque præcones veræ religionis ipso hoc die splendescentes; inter quos *Lucius*, & *Iulianus*; duo *Desiderii* præsules, plurescque alii Laureati martyrio, cum quibus cœlitibus associantur Episcopi *Michael*, *Mercurialis*, & *Euphebius*; pro quibus per *Tubas* habes Themata à num. 697. Amplius: quia si hoc die gentilitas delirabat in vitulo Api, verte hæc ad sacra: nam vitulus ex S. Isidoro à *virtute* nomen sumpsit: adumbrat Martyres, & Sanctos, de quo advertit ipse Sanctus, quòd in fronte vituli nascentis est *quædam caruncula, quæ magis amoris asseritur incentivum, quam statim scindit ei mater cum dentibus, nec ipsum dimittit ad vbera, quousque ablatum fuerit tale virus*; quod de veneno peccati exponendum, vt bene Berchorius. Vitulus enim erat alterum animal in curru Dei viso ab Ezechiele, habebatque quatuor facies. *Quatuor facies vni*, scilicet Hominis, Leonis, Vituli, & Aquilæ. In hoc curru Dei triumphantis vitulus erat, vt significaretur triumphus veri Dei de Ægyptiis, calcatoque Api ipsorum. Quod si amplius vitulus adumbrat Martyres, & Sanctos, visusque ab Ezechiele quatuor facies habebat: per has facies habes pro hodiernis Sanctis Thema, eos encomiando *Homines* per prudentiam, & mansuetudinem: *Leones* per fortitudinem: *Vitulos* per temperantiam: *Aquilinos* per justitiam, & contemplationem.

Martyrol. Rom.

Thema.

S. Isidor.

Berchor. in Red. lib. 10. cap. 105. Ezech. 1. v. 6. Alap. hic, & quæst. 3. fol. 19.

Thema.

DIES XXIV.

722 Hic dies, qui & 9. Kal. Junii, sic notatur in Kalend. Maffeiano. Q. Rex. C. F. ideſt. *Quando Rex comitiavit Fas.* De quo ritu dixi die 24. Martii, cum Plutarcho.

A.D. 144.

Hunc diem Syracusani felicem habuerunt, *Carnium* vocarunt, eo quòd ad flumen, Asinarum memorabili clade profligarunt Athenienses cum toto exercitu. Ita Alex. ab Alex. & Masculus cum Vet. Kalendario. De Carneo festo *Apollini* dicato, & *militari specie per novem dies acto*, dixi die 7. Aprilis, cum Gyraldo, qui advertit, quod in hoc festo præferebant *speciem cujusdam militaris convicti*: quare ob præfa-

Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. Mascul. fol. 206.

Gyrald. Synt. 7. fol. 210. à n. 30. ad 50.

Digitized by Google

eam victoriam Syracusani festum *Carneum* Apollini dicatum egerunt, & novem diebus extensum.

Masculus citat. Romæ *Regis fugium* alterum celebratum, hoc est gratulatio de fuga Tarquinii, ejecti è regno. Vide dicta die 22. Februarii, num. 316.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus Præstitibus*, ex dictis supra num. 49. in fine.

Dies 2. quo Ægyptii coluerunt natalem *Apis* dicando ipsi festum extensum per septem dies, ex dictis supra num. 715.

723 At, si hic dies felix fuit Syracusanis ob relatam victoriam, sanè potiori jure apud nos memoriæ dignus ob

Martyrol. Rom. præclaras victorias Sanctorum, vti fuerunt *Meletius* Dux cum sociis ducentis quinquaginta duobus, qui & pro Christo militando laureati fuerunt martyrio: quibus ad eandem palmam fuerunt associatæ *Susanna*, *Martiana*, & *Palladia* conjuges prædictorum militum, quæ vna cum parvulis suis martyrium subierunt. Cum iis cœlitibus associantur *Robustionus*, & *Vincentii* duo (nec sine *Felice*) fratresque *Donatianus*, & *Rogatianus*, qui illam ipsam lanceam, qua fuere confossi extulerunt in victoriæ trophæum. Cedant igitur victoriæ Gentilium, veris triumphis hodiernorum Sanctorum. Quòd si (referente Cartario) Assyrii pingebant

Cartar. fol. 51. & 52. Pictura. Apollinem, hominem *Barbatum*, *Indutum* thoracæ æneo, dextera *Tenentem* hastam in cujus vertice erat imaguncula quædam allatæ *Victoriæ*, læva *Florem*, gestantem, super caput *Calathum* aureum surgentem in altum, & ex humeris dependentem pannum in quo erat caput Medusæ serpentibus circundatum expressum, ac ad *pedes discalceatos* aquilas: Cumque hoc die Syracusani Gentiles colerent Apollinem, verte hujus picturam ad hodiernos Sanctos, eos encomiando veros Soles, verosque victores: quia *Barbatos*, ideſt

Thema. 1. perfectos. *Indutos* thoracæ æneo justitiæ, & fortitudinis, *Discalceatos* terrenis affectibus, *Tenentes* læva florem, ideſt fragrantiam, & exemplum Christianarum virtutum, *Gestantes* capite aureum calathum, ideſt ardentem charitatem in Deum. *Habentes* dextera hastam victorialem, ideſt virtutem, & potentiam ad vincendos hostes.

724 Amplius: quia in præfata pictura Apollinis, triplicis victoriæ est

Thema. 2. symbolum. Aquila ad pedes adumbrat mundum despectum: Medusæ caput pendens, carnem devictam: Virga victorialis erecta, adumbrat virtutem, & potentiam Sanctorum ad Dæmones coercendos, ac devictos comprimendos. Vnde habes alterum Thema ad ipsos encomiandos, Victores mundi, carnis, & Dæmonis.

DIES XXV.

725 HIc dies, qui & 8. Kal. Junii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 145.

Dies 2. quo Syracusani festum *Carnium* dicarunt *Apollini*, ob victoriam partam, & extensum per *novem* dies, ex dictis supra cum Gyraldo num. 722.

Dies 3. quo Ægyptii coluerunt natalem *Apis*, dicando ipsi festum extensum per *septem* dies, ex dictis supra num. 715.

Dies consecrationis Templi *Fortunæ*, quam alii *Publicam*, alii *Primogeniam* dixere. Ita ex Vet. Kalend. Rosinus, & Tamayus, ac Masculus, qui addit causam quare Romæ sacra fiebant Fortunæ fuisse: quia hæc obsecundavit Ser. Tullio Regi, cum eum triumphatorem fecit ipso hoc die de Hetruscis. Vide num. sequentem. Omnes hoc die.

In Kalendario Astronomico notatur hoc die, ex Ovidio: *Aquila oritur.* Rosin. lib. 4. cap. 4.

726 Delirarunt Gentiles, & in *Fortuna*, quam & Hebræi infideles coluerunt, contra quos dixit Isaias, *Ecce vos, qui dereliquistis Dominum, qui oblitus estis montem Sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & liberatis super eam.* Vbi Heb. pro *Fortuna* ponitur *Gad*, ideſt fœlicitas, fortuna. Fuit igitur *Gad* Deus gentium à quo belli fortunam, & victoriam pendere censebant, quem proinde putaverunt, alii *Iovem*, alii *Martem*; alii *Fortunam*, sumpto *Gad* pro Jove, pro Marte, pro *Astris*: quare vertit Pagninus: *Qui paratis exercitui cœli mensam*, vt omnia notant Haye, & alii in B. Max. & Cornelius, qui addit *Gad* deduci à *Gedud*, ideſt à turba, vel globo militari, cui Martem præsidem censebant. Atque hinc Germani olim bellis, ac rapinis addicti, Deum suum vocaverunt God, quasi fortitudinis æquè, ac fortunæ bellicæ præsidem. Hinc ad præfatum locum pro *Gad* vertunt, ait Cornelius, *Martem*, *Iovem*, *Fortunam*, bonam gratiam, aut bonum eventum. Septuaginta vertunt *Dæmonem*, & Pagninus, *exercitum Cœli*, ideſt

Fortuna.
Isaiæ cap. 65. v. 11.
Haye hic in B. Maxi. Mariach. Tirin. & Alap. hic.
Maluend. hic.
S. Hieron. hic in Comment. fol. mihi 246. col. 2.

mili-

militiam Cœli *Stellis*, *Astris*, *Syderibus*, vt explicat hic Maluenda, qui vltima verba textus: *Et libatis super eam*, vertit: *& impletis ipsi Meni infusionem*, & sic est in Hebræo, vt ipse Maluenda, & Menochius obseruant. Quid autem sit *Meni*? Non omnes conueniunt, cum tamen certum sit deduci à radice *mana*, quæ numerare significat. S. Hieronym. citatus, per *Meni* intelligit *Dæmonem*: Del-Rio, & cum ipso Menochius in B. Max. ad hunc locum, per *Meni* putant notari eos, qui in honore Dei sui toc bibebant cyathos, quot literas numerabant in nomine. Maluenda cum Forstero, & aliis, per *Meni* intelligit *Stellam* quamdam, cui à numeratione nomen idolatriæ indiderunt, libantes ei; quam Stellam verisimile putat esse eum planetam, quem Astrologi appellant *Mercurium*. Vide B. Max. Maluendam, & Cornelium.

Meni.

Menoch. hic in B. Maxim. Del Rio tom. 1. Adagialium, Adag. 810. Maluend. citat.

727 Fortuna igitur culta fuit à Gentilibus vt Dea, vel vt Deus quam aliqui dixerunt esse Deam quamdam rebus humanis præsidentem, easque cui libuerit, sine ratione distribuentem: & alii alia de Fortuna fabularunt. Causam quare eam coluerunt Deam? Cornelius assignat. Quia multa in rebus humanis fortuita sunt, & fortuitò eveniunt, vt opes, honores, victoriæ in bello. Probis sæpè aduersa, improbis prospera, non merito, sed quasi fortuitò accidunt. Hac de causa Gentiles coluerunt Fortunam quasi Deam potentissimam, suosque beantem. Hinc „ dixit Plinius. Toto mundo, & locis „ omnibus, omnibusque horis, omnium „ vocibus sola fortuna inuocatur, & vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, „ sola laudatur, sola arguitur; & cum „ conuitiis colitur, volubilisque existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix, &c. Fuit igitur hæc fraus Diaboli: *Vt homines rectè viuere non curarent, conciliata sibi Fortuna, quæ illos sine vllis bonis meritis faceret fortunatos*, ait S. Augustinus. Ecce quantum deliraruut Gentiles de sua Fortuna, quam appellarunt *Masculam*, & *Muliebrem*, *Bonam*, & *Malam*, huic aduersa omnia, illi prospera adscripserunt, vt Cartarius, Rosinus, & Gyraldus aduertunt, apud quos vide quam plura elogia, imò & conuicia, ab ipsis Gentilibus tributa suæ Fortunæ, vt & ipsam vocarent *insaniam*, *cæcam*, *brutam*, *&c.*

Fortuna.

Mastrius disp. 7. de Causis, q. 9. art. 6.

Alap. citat. fol. mihi 581. Plin. lib. 2. c. 7.

S. Aug. lib. 4. de Civ. cap. 19.

Rosin. lib. 2. cap. 16. Gyrald. Synt. 16. Cartar. fol. 303.

728 Variè pingebant Fortunam. Primò, mulierem *Pulchram*, & apud aliquos Virginem, dextera tenentem *Gubernaculum*, Hispanè el timon, sinistra gerentem, *Cornucopiam* floribus, fructibusque redundantem, tanquam si opes tribueret, & humanarum rerum regimen obtineret. Hinc (ex marginato Lactantio, & Gyraldo cum eo) Gentiles ejus sexum mutantes Deum vocabant, & eandem modò Fortunam, modò naturam nominabant.

Pictura. 1.

Cartarius citat. Lactant. lib. 3. cap. 28. Alap. citat. & Gyrald. citat. Synt. 16. fol. 387.

Secundò, apud Cartarium citat. fol. 304. pingebatur, apud Smyrneos, capite sustinens *Polum*, manu continens *cornu Amalthea*.

Pictura. 2.

Tertiò, ex Gyraldo citato fingebatur, inter maris vndas *Velificans*. 3.

Quartò, in saxi vertice, montisque cacumine, ventis omnibus *Exposita*. 4.

Quintò ab Apelle fuit picta *Sedens*, per ironiam: enim interrogatus: cur id feciisset? Respondit: *Quia nunquam stetit*. 5.

Sextò, apud Scytas fingebatur sine pedibus, habens tantum *Manus*, & *Pennas*. 6.

Septimò, duplici facie pingebatur *Alba* vna, *Nigra* altera, significando sic Fortunam, bonam, & malam. 7.

Octavò Fortunam effingebant eandem cum Occasione. Hoc est *Mulierem* nudam, *Fronte* capillatam, *Occipitio* caluam, *Alatam* pedibus, *Insistentem* pilæ, *Tenentem* manu nouaculam: quas omnes picturas, imò & alias tradunt Gyraldus, & Cartarius solùm addo sequentem. 8.

Nonò pingebatur mulier *Pulchra*, discalceatis pedibus *Insistens Rotæ*, humeris *Alatis*, gestans manu dextra *Mensuram* cubiti, vt ostenderent in omnibus vti debere mensura, sinistra tenens *Frænum*, vt innuerent linguæ frænum injiciendum. Vide infra die 10. Junii, num. 819. 9.

Cartar. fol. 308.

729 Hoc igitur die cæca gentilitas colebat *Fortunam* & *Publicam*, & *Primigeniam* appellatam, sicque nominatam: quia putauerunt eam fuisse principium rerum omnium, vt Rosinus refert. Cumque Ser. Tullius Rex Romanorum superasset Hetruscos, Templum dedicavit Fortunæ, quam dicebat, *solitam per quamdam fenestram ad se delabi in cubiculum*, quam fabulam deceptus prædicabat. *Fortuna* igitur cognominabatur à Gentilibus *Fortis*, *Aurea*, *Regia*, *Mammosa*, ob fœcunditatem, *Conservatrix*, *&c.* vnde præter conuicia, & ipsi tribuerunt encomia,

Rosin. lib. 2. cap. 16. Halicar. lib. 4. Alap. citat. cum Plutarcho. Gyraldus citat. Synt. 6.

Digitized by Google

comia, vt inter alios marginati tradunt.

730 At, si hic dies Romanis Gentilibus fuit celebris ob suam fabulosam Martyrol.Rom. Fortunam; multò augustior est apud nos, quippè honestant eum tres Pontifices summi Christianæ reipublicæ moderatores *Vrbanus*, *Bonifacius* & Gregorius 7. quos ad celsissimum illum honoris gradum, non Fortuna, sed virtus extulit, quorum primus *Tiburtium*, & *Valerianum* religioni subjecit, & in agmine martyrum socios habet; alter Deos omnes è communi delubro repulit, & Pantheon idòlorum in honorem Beatæ Mariæ ad martyres dedicavit, tertius religionis libertatem defendit acerrimè: quamobrē, inter alios, ei se adjungunt *Valentius*, & *Leo*. Quare prophana epithetaquæ cæca gentilitas, tribuit Fortunæ, tu verte ad sacra, in hodiernorū, Thema. Sanctorū honorē eos encomiādo. *Aureos* charitate, *Fortes* constantia, in adversis, & martyrio, *Regios* virtute, & potestate à Deo accepta, *Mammosos* beneficentia, *Conservatores* patrocinio. Tandem hunc illustrant diem Sancta Maria Magdalena virgo Florentina Ordinis Carmelitarum vita, & Sanctitate illustris; translatio S. P. N. Francisci Assisii in vmbria, Trium Ordin. fundat. tempore Gregorii Papæ Noni: ac translatio Sanctæ Mariæ Jacobi, cujus Sacrum Corpus plurimis illustratur miraculis.

DIES XXVI.

A.D. 146. 731 Hic dies, qui & 7. Kalendas Junii, Comitialis ex Kalend. Maffeiano.

Dies 3. quo Syracusani festum *Carnium* dicabant *Apollini*, ob victoriam partam, & extensum per *novem* dies, ex dictis cum Gyraldo num. 722.

Dies 4. quo Ægyptii coluerunt *Apim*, dicando ipsi festum extensum per *septem* dies, ex dictis num. 715.

Roman. tom. 2. lib. 2. cap. 18. Beyerl. hoc die. Ad hunc diem refert Roman *Regifugium*, aut sacrificium actum à populo Romano, propter fugam Tarquinii superbi, vltimi regis Romanorum: quòd Rosinus cum Ovidio refert ad diem 24. hujus mensis. Vide dicta eo die. Idem ac Roman sentit Beyerlinc cum Vet. Kalendario.

Hoc die *Arctophilax* occidit. Ita cum Kalendario Astronomico Rosinus in suo.

Rosin. lib. 4. c. 4. Celebrisque fuit Romæ hic dies ob *triumphum* Germanici filii Drusi, partum de Cherucis: & Argrivariis, anno Christi 18. Ita Masculus, & Tamayus cum aliis. Mascul fol. 207. Tamay. hoc die.

732 Dixi quòd hoc die *Arctophilax occidit*: quare noto quòd *Arctophilax*, *Bootes*, *Septentrio*, & *Arcturus* idem sunt; & est illa constellatio, quæ dicitur *currus*, & in modum currus ordinatur. Hæc constellatio constat ex *septem stellis* fitis in axe in se revolutis in modum circuli: qui circulus dicitur *Arctophilax*, eo quod sequitur *Erethon*, idest ylicem, vrsam. Dicitur *Bootes*, aut *Boethes*, eo quòd plaustro hæret, aut quod in modum bubulci plaustrum sequatur. Dicitur *Septentrio*: quia hic circulus est in modum Plaustri, & rustici Septentriones Plaustra vocant. Dicitur *Arcturus*, eo quòd forma, Plaustrum repræsentet, & in modum Plustri circum agatur; aut quia circa polum incessanter circuit; vel vt volunt Maluenda, & Anglicus, *Arcturus*, *Arcton*, vel *Arcturum* propriè est Sydus in cauda vrsæ majoris positum, & ab hac stella *Arcturus* nominata, & constellatio vocatur *Arcturus*; quod & sentit S. Isidorus. Omnia tradunt marginati, præcipuè Anglicus, qui hanc constellationem vocat *signum mirabile ex multis stellis*, puta ex septem. Addo ex Calepino quòd *Arctophilax* interpretatur *Custos*: quia à tergo adhibitus vrsæ, veluti quidam custos, & eam subsequitur.

Arctophilax.

Bootes.

Septentrio.

Arcturus.

Malv. in Iob 9. v. 9. Anglic. lib. 8. cap. 35. Berchor. in Red. lib. 5. cap. 32. Calep. V *Arctophilax.* & *Bootes.*

733 At hic dies nobilitatus triumpho Gentilium, multò magis nobilitatus verè est triumphis Sanctorum, quos hoc die Sancta colit Ecclesia, vti sunt *Eleutherius* Papa, duo *Quadruti*, *Semetrius* cum aliis viginti duobus, cum quibus, & aliis ad æternam felicitatem Martyrol.Rom. associatur *Felicissimus*, quorum societate gaudet *Philippus Nerius* Congregationis Oratorii fundator insignis, virginitatis, prophetiæ dono, & miraculis clarus. Quòd si *Arctophilax est signum* Anglicus lib. 8. *mirabile* ex septem *stellis radiosis*, & cap. 35. *rutilantibus*: quarum quatuor anteriores in modum *quadranguli* ordinantur, quæ totidem *rotarum* speciem referunt; tres verò sequentes, quæ & dispositæ in modum *semicirculi* tribus equis currum trahentibus assimilantur, semperque *altè* circueunt polum tanquam centrum; vt ait S. Greg. & cum eo Anglicus, qui addit, quòd inter omnes circulos, *Arcturus* est *altior*: *quia polo vicinior*: quæ omnia vide apud Anglicum, & Calepinum cum aliis. Cumque

Calep. citat & *V. Plaustrum*, & *Septentrio.*

S. Gregor. in Iob. 38. Bercor in Red. lib. 5. c. 32. Gemin. lib. 1. cap. 84.

Digitized by Google

BIBLIOTECA PUBLICA

que, ex Berehorio, & Geminiano, hæc conſtellatio vocata *Arcturus. Septentrio*; *Boethes*, & *Arctophilax* Sanctos adumbret altos, circa polum, ideſt circa Chriſtum, præcipuè per ſeptem virtutes; tres Theologales, & quatuor Cardinales. Hæc adapta hodiernis Sanctis, & præcipuè *S. Philippo Nerio*, verè myſtico, mirabili, radioſo, & rutilanti ſigno, qui nobiliori modo fulget in Eccleſia, quàm præfatum ſignum in materiali cœlo radiat. Cumque *Arcturus* dicatur ab *arctando*, & conſtringendo: *Septentrio*, quaſi *plauſtrum* currus, & vehiculum, aut quaſi triones ad *arando*, & colendo idonei: *Boethes* quaſi hærens, & ſequens: & *Arctophilax* quaſi cuſtos. Tanto Sancto hæc adapta, vt ſic *Arcturus* quia ſe cinxit ad tantam pœnitentiam, ſuique ab negationem: *Septentrio*, & plauſtrum continuo, & indefeſſo curſu in animas excolendas, & ad Deum perducendas; *Boethes*, quia hærens, & adhærens Deo per amorem, ferventiſſimamque dilectionem: *Arctophilax* quia ſuorum clientum velut cuſtos, eos patrocinatur; Vnde pro tanto Sancto habes Thema pulcherrimum.

Thema. 1.

Thema. 2.

734 Amplius: hoc ſignum *Arctophilax*, aut *Arcturus* Sanctos, eorumque virtutes repræſentat, & adumbrat propter plura; ſcilicet propter *numerum*, *ſitum*, *aſpectum*, & *motum*, vt cum SS. Iſidoro, & Gregorio Geminianus citatus advertit. Primò propter *Numerum*: quia vt ſunt ſeptem ſtellæ decorantes præfatum ſignum, & Sanctos decorant ſeptem virtutes, tres Theologales, quatuor Cardinales, Secundò propter *Situm*: quia altæ, & vicinæ polo, quo adumbratur altitudo Sanctorum, per virtutes approximantium Deo. Tertiò propter *Aſpectum*, enim apparent radioſæ, & rutilantes, & Sancti quandoque ob virtutum eminentiam radiis ſplendecere viſi fuerunt, & Philippus quandoque *mira undique luce fulgere viſus fuit*. Quartò propter *Motum* quia ſub polo locatæ ſemper vertuntur circa axem, adumbrando curſum Sanctorum ſemper rectum circa Deum: Vnde alterum habes Thema.

735 Septem igitur ſtellæ præfati ſigni adumbrant ſeptem virtutes decorantes Sanctos; qui reguntur ſeptem; tria ex parte animæ, & quatuor ex parte corporis. Ex parte animæ primò eſt vis rationalis, quæ illuſtrat *Fide* ad cognoſcendum verum: Secundò eſt vis iraſcibilis, quæ erigitur *Spe* ad malum declinandum: Tertiò eſt vis concupiſcibilis, quæ incenditur *Charitate* ad diligendum bonum, vt Geminianus obſervat: vnde pro hodiernis Sanctis alterum habes Thema per tres ſtellas hujus ſigni adumbrantes *Fidem*, qua Sancti cognoverunt verum: *Spem*, qua erecti fuerunt ad ſequendum bonum, & declinandum malum: *Charitatem*, qua flagrantes, bonum dilexerunt. Quatuor aliæ ſtellæ quatuor virtutes Cardinales, ex parte corporis adumbrant, cum alluſione ad quatuor elementa ex quibus humanum corpus componitur: *Igne* fulgente, quo adumbratur *Iuſticia* purgativa, quia vt ignis purgat metallorum fæces, & juſtitia fæces vitiorum, & imperfectionum; *Aere* adumbrante prudentiam: quia ſicut aëre illuminato via oſtenditur, & illuminati, prudentia perrexerunt Sancti per viâ ſalutis: *Aqua* adumbrante temperantiam, qua refrenati, & temperati motus concupiſcibiles caſtè vixerunt Sancti: *Terra* abumbrante fortitudinem, cum vndique aquis percuſſa immobilis permaneat, qua fortitudine immobiles in Dei ſervitio, & obſequio perſtiterunt Sancti. Vnde per præfatas quatuor *ſtellas* (aut quatuor *elementa*) adumbrantes quatuor virtutes *Cardinales*, ex citato Geminianó, alterum habes pro hodiernis Sanctis Thema. Vide Geminianum, & Anglicum citatos.

Thema. 3.

Thema. 4.

Geminian. cit.

DIES XXVII.

736 HIc dies, qui & 6. Kalend. Junii, dies *Comitialis* notatus in Kalendario Maffeiano, apud Roſinum lib. 4. cap. 2. A.D. 149.

Dies 4. quo Syracuſani feſtum *Carnium* dicabant *Apollini* ob victoriam partam; & extenſum per *novem* dies, ex dictis num. 722.

Dies 5. quo Ægyptii coluerunt *Apim* dicando ipſi feſtum per *ſeptem* dies extenſum, ex dictis num. 715.

Ad hunc diem referunt Ovidius, & Beyerline dedicationem templi *Fortunæ publicæ* Romæ. At feſtum Fortunæ publicæ ad ſequentem diem refert Roman, vt ibi dicam. Ovid. in Faſtor. Beyer. in Theat. V. H. hoc die.

Qui dies ſolemnis fuit Romæ ob ſacra, quæ fiebant *Honori*, *Opi*, & *Virtuti*, vt in veteribus Kalendariis notatur, & cum ipſis Tamayus, & Maſculus. Maſcul. & Tamay. hoc die.

Ad hunc diem refert Roſinus eum Kalend. Aſtronomico. *Hyades oriuntur.*

Hoc

Digitized by Google

Rosin. lib. 4. c. 4.

737 Hoc igitur die Romani Gentiles sacra solemnia dicabant *Honori*, *Opi*, & *Virtuti* quibus cultum celebrem attribuebant, & templa dicabant, vt constat ex S. Augustino, Gyraldo, & Rosino: quare de iis breviter dicam; & primò de *Ope*. Fuit igitur à seductis Gentilibus terra putata Dea; imo. & non vna solùm, sed multiplex, vt S. Augustinus advertit de Civit. lib. 7. cap. 23. & 24. Cumque terra geminam vim habeat, & masculinam, quòd semina producat, & fœmeninam, quòd ipsa recipiat, atque nutriat, inde à vi masculina *Tellumonem*, & à vi fœmenina *Tellurem* nuncuparunt, quam & *Altorem* dixerunt, quòd ex terra aluntur omnia, & *Rusorem* quòd cuncta eòdem revolvuntur. Quam terram, aut Tellurem, adhuc fuisse plures Deas fabularunt; putantes esse *Opem*, quòd ope fiat melior: *Matrem*: quòd plurima pariat: *Magnam*, quòd cibum pariat: *Proserpinam*, quòd ex ea proserpant fruges: *Vestam*, quo vestiatur herbis. Vnde multiplicarunt, & implicarunt Deas, ob plures res, in vno inventas. De quibus irridet S. Augustinus citatus, (qui omnia hæc refert) & addit: *Concede, in vno homine esse res plures, nunquid ideo, & homines plures?*

S. Aug. lib. 7. de Civ. cap. 24.
Gyraldus Synt. 1. fol. 43.
Rosinus lib. 2. cap. 18.

Tellumo.
Tellus.
Altor.
Rusor.

Ops.
Mater. *Magna.*
Proserp.
Vesta.

738 Fuit igitur *Ops* dicta ab antiquis, *ab ope scilicet præbenda*, vt Cartarius advertit, quam vt ait S. Augustinus, & cum eo Rosinus, invocabant, vt opem ferret nascentibus, & exciperet eos sinus terræ; cui & dicarunt magnifica templa, obtulerunt sacrificia, dicabant festum vocatum *Opàlia* actum ab agrorum cultoribus die 19. Decembris, vt eo die dicam. Picturam *Opis* adduxi supra die 27. Martii pictura 2. num. 484. loquendo de *Cybele*: nam *Ops* & *Cybelis* dicebatur: quæ *Ops* & cum *falce* fingebatur insignis agricolæ.

Cartar. fol. 139.
Rosinus lib. 2. cap. 19.
Gyraldus Synt. 4. à fol. 130. & à num. 50.

Pictura. *Opis.*

759 Coluerunt & Deam vocatam *Virtutem*. Virtus (teste Cicerone) dicitur, quòd virum maximè honestet: breviùs Horatio: virtus est vitium fugere. Dicarunt templum *virtuti*, & *Honori*, sed ea dispositione, vt Virtutis delubrum antea fuisset, & post, *Honoris*; vt ostenderent aditum non patere ad verum honorem, nisi per virtutem: cujus templum diversas *Cellas* habebat; vt Rosinus advertit, apud quem, Gyraldum, & Cartarium pluras videndas Virtutis picturas, jam habitu matronali, jam masculino, invenies.

Virtus.

Gyraldus Synt. 1. à fol. 28.
Rosinus lib. 4. cap. 18.
Cartarius à fol. 246.

Primò, enim veteres *Virtutem* pingebant *alatam*, propter gloriam, & honorem, qui ex ea, aut propter eam, consequuntur.

Pictura. 1.

Secundò, indutam habitu *peregrino*, vt quæ, apud nos diversorio non invento, in alias regiones migraret.

2.

Tertiò, *specie matronæ* in sedentis *quadrato* saxo, expressêrunt virtutem, vt opinor, ad indicandam constantiam virtutis.

3.

Quartò, specie mulieris pulchræ, *dextera* tenentis serpentem, adumbrantem prudentiam, *læva* nixo cubitu columnæ, vt sic virtutis permanentia denotaretur.

4.

Quintò, pingebatur virtus specie *senis* barbati, *stantis*, *nudi*, *innitentis* clavæ, cum leonis pelle brachio advoluta, & hac inscriptione. *Virtuti Augusti.*

5.

Sextò pingebatur, forma *Adolescentis*, *succincti*, in capite *Gestantis* galeam ornatam pennis quibusdam, cujus *Sinistra* elevata, hastæ rectæ inhærens, *Dextera* gerentis sceptrum, *Pede* prætentis testudinem, symbolum pigritiæ, quas omnes virtutis picturas marginati Cartarius, & Gyraldus adducunt.

6.

Septimò addo, simulachrũ quoddã, pulcherrimumque symbolum virtutis. *Caput* habebat aureum, *Guttur* argenteũ *Pectus* calybeum, *Manus* ex electro, pedes ex gemmis, & pulchro emblemate decoros, atque splendidos, quos non habebat conjunctos instar stantis, sed vnum alteri præcedentem, ad similitudinem progredientium, atque currentium, quorum *sinister* præmebat basiliscos, colubresque coronatos; *Dexter* cornucopiæ eminebat. Qua pulchra pictura, vt benè Nieremberg explicat; adumbratur, artificioso schemate, natura virtutis. *Capite aureo* denotatur sapientia & prudentia necessaria virtuti. *Gutture argenteo* sonora vox exemplit. *Pectore* calybeo, & ferreo, constantia, & firmitudo propositi; *Manibus* ex electro, candorem operum contemperatorum sinceritate, & prudentia. Electorum enim contemperatio, est auri, & argenti. *Gemmeo*, pulchroque ornatu pedum in similitudinem ambulantium, &c. Sublimitatem adumbrat virtutis, & vitia præmendo, & per fructus bonorum operum exaltando.

7.

In Emblem. variis & Nieremb. Hom. 11. §. 1. fol. 44.

740 Pergo ad *Honorem*: quem, vt Deum Gentiles seducti hoc die colebant aperto capite, vt cum Plutarcho ait Gyraldus. *Honor* pingebatur à Gentilibus specie virginis sic: *Virgo* pulchra, *Ornata* capite coma flavea, *Pecto-*

Honor.

Cartar. fol. 147.

Pictura. 1.

re

re nudò, *Dextera* tenens haſtam erectam, *Siniſtra* cornucopiam habens, *Pede* calcans galeam.

2. Alciat. apud Cart. fol. 249.

Secundò, Alciatus depingit honorem, indutum *veſte purpureâ*, laurea coronatum.

3. Cartarius à fol. 105. Appian. in antiquit. Theat. Vitæ Humanæ verbo: *Iuramentū*, fol. 455. & verbo: *Honor*, fol. 107. S. Thom. quæſt. 103. art. 1. S. Bonav. citatus. Vide infra num. 792.

Tertiò, depinxerunt *Honorem* ſpecie *viri* habitu *pacifico* induti. Referunt enim Cartarius, & Beyerlinch ex Apiano, quod in antiquitatibus Romanorum cernitur effictum ſimulachrum *Fidei*. Marmor eſt in feneſtræ modum formatum, in quo tres imagines ſculptæ ſunt. Dextera quidem *Virilis* habitu *pacifico*: ſiniſtra verò *Muliebris* eodem habitu, coronam ex *Lauro* geſtans in capite; quæ dextera dexteram jungit cum priore imagine: in media harum duarum imaginum effigies ingenui pueruli cernitur, cum hac inſcriptione ſupra caput *Amor*. Apud imaginem dextram virilem *Honor*, apud ſiniſtram muliebrem *Veritas*. In ſuprema parte marmoris in modum feneſtræ hæc verba: *Fidii ſimulachrum*, quem *Fidium* in mõte Quirinali collocarunt. Sanctum, & *ſemipatrem* vocarunt, dixeruntque eſſe nũmen verbis *trinum*, re *vnum*. Quòd chriſtianiza, & adapta myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis. Quo adumbratur cum Fide Chriſtiana conjungenda tria *Honor*, *Amor*, *Veritas*, vt Beyerlinc advertit; qui benè addit, quòd honor propriè eſt. *Reverentia alicui tributa ob dignitatem*: quare definitur: *Teſtificatio excellentiæ alterius*, vt ait S. Thomas. Aliquando autem ſumitur honor pro *pudicitia*, *pulchritudine*, *ſepultura*, *obſervantia*, & *cultu*, vt advertit Beyerlinc citatus. De honore plura vide apud S. Bonaventuram in Opuſculo Pharetræ cap. 34. & in Speculo Diſciplinæ cap. 6. Reddamus igitur Sanctis *honorem* ex Apoſtolo dicente: *reddite ergo omnibus debita*: *cui tributum, tributum*:::*cui honorem, honor*, &c.

Fidii Simulachrum.

Rom. 13. v. 7.

741 At Honoris loco ſucceſſit, qui ſummi honoris apicem tenuit *Ioannes* Pont. Max. paſſus ſub Theodorico Rege Ariano. Honori quoque *Beda* ſucceſſit venerationis titulo inſignis: at Opi Deæ ſucceſſit *Reſtituta* virgo, & martyr inſignis, invictè ſuperans, dæmonum impetus, parentum blanditias, ac tortorum ſævitiam: ac Virtuti ſucceſſit, & *Eutropius* præſul ſanctiſſimus, & alii Sancti ob virtutes præclaras decorati gloria. Vnde noſcimus eos, quos hic verè Virtuoſos ideo perpetuo à Deo coronatos *Gloria*, *Honore*, *Decore*, *Dignitate*, vt propterea venerabiles ſint in tota Eccleſia. Hincque habes Thema hodiernis Sanctis accommodandũ. Quibus, & præter alia, quæ chriſtianizata accommodare poteris, applica virtutis *Picturam* 7. num. 739. relatam, & ex illa habes alterum Thema pro ipſis: quia *Aureos*, *Calybeos*, ſeu fortes, *Electros*, & candidos, *Gemmeos*, &c. agnoſcimus.

Thema 1.

Thema 2.

Thema 3.

Pſalm. 8. v. 6. Bib. Max. hic. Incog. hic.

742 Tria igitur feſta dicabant hoc die Gentiles Virtuti, Honori, & Opi. Verte ad ſacra pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Virtuoſos* veris virtutibus ornatos. *Honorabiles* ob præexcelſam ſanctitatem, geſtaque præclara, *Opes* ob verum adjutorium, & patrocinium erga ſuos devotos. Alia facilitèr accommodare poteris.

DIES XXVIII.

A. D. 148.

743 Hic dies, qui & 5. Kalendas Junii, dies *Comitialis*, ex Kal. Maffeiano.

Dies 5. quo Syracuſani feſtum *Carnium* dicabant *Apollini*, ob victoriam partam, & extenſum per *novem* dies, ex num. 722.

Dies 6. quo Ægyptii colebant *Apim*, dicando ipſi feſtum per *ſeptem* dies extenſum, ex num. 715.

Quamvis Maſculus dicat quòd hic dies apud veteres vacat laude; at præter relata, refert Roman ad hunc diem feſtum dicatum *Fortunæ Publicæ*, quod alii referunt ad diem præcedentem, vt dixi num. 736.

Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18.

Ad hunc diem refert Ovidius *Tubiluſtrium*, quod alii ad 22. hujus, vt eo die dixi num. 699. Ita Roſinus in ſuo Kal. die 22. hujus menſis.

Roſin. lib. 4. cap. 4.

Quo die veteres ſacrificabant *Soli*, & *Laribus Præſtitibus*, ex dictis num. 49. in fine. Obiit Titus Cæſar, juxta aliquos, ex dicendis num. 1276.

744 At, hunc diem verè ornant *Felix*, *Lucianus*, & alii, quibus ad martyrii coronam adjunguntur *Creſcens* cum ſociis, ac cum aliis præclara *Heliconides*, quæ ſæpè cruciata, ab Angelo liberata, mammis diſſectis, feris objecta, igne probata, capitis obtruncatione complevit martyrium. Ornant & hunc diem *Germanus*, *Juſtus* & alii præſules. Pro iis, per Apollinem habes chriſtianizando plura Themata die 7. Aprilis num. 525. & 528. & die 24. Maii à num. 723. & alia relata de Fortuna, Tubiluſtrio, & Præſtitibus, quæ chriſtianizata applicare poteris. Addo, Sanctos eſſe myſticas gemmas in cœlo Ec-

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

cleſiæ fulgentes. Inter gemmas autem quædam eſt, (Anglico teſte) *Kamaïs* vocata, quæ diverſis imaginibus, & figuris ſculpitur, & politur, ac *Kaman* dicitur à caumate, quod eſt idem ac incendium: nam invenitur in locis calidis, & ſulphureis, ornatur variis coloribus, nunc *ſubnigro*, nunc *albo*, nunc *ſubrubicundo*, nunc aliis, vt totum notat Anglicus marginatus, de qua gemma, & idem ſentiendo, mentionem faciunt Vincentius in Speculo, & Berchorius. Cumque hæc gemma *variis coloribus* ornetur adapta ea hodiernis Sanctis, eos encomiando *Albos* caſtitate, *Nigros* humilitate, *Rubicundos* charitate, aut martyrio, *Variatos* varietate virtutum, adumbratos in equis *variis* de quibus Zach. 6. v. 6. ad quem locum Haye, & alios vide.

Anglic. lib. 16. cap. 57.

Vincent. lib. 8. cap 78.

Beech. in Red. lib. 11. cap. 88.

Thema.

DIES XXIX.

745 HIc dies, qui & 6. Kal. Junii, dies *Comitialis* ex Kal. Maffeiano citato.

A.D. 149.

Dies 6. quo Syracuſani feſtum *Carnium* dicabant Apollini, ob partam victoriam, & extenſum per *novem* dies, ex num. 722.

Dies 7. & vltimus, quo Ægyptii colebant *Apim* dicando ipſi feſtum extenſum per *ſeptem* dies, ex num. 715.

Quo die veteres colebant *Solem*, & *Lares Præſtites*, ipſiſque ſacrificabant, ex dictis ſupra num. 49. in fine.

746 At, hic dies ſacratus jure eſt plurimis Sanctis, vti fuère *Martyrius*, qui ſui nominis tulit omen; & cum aliis pro Chriſto paſſus, *Canon*, & pavulus filius, ſed magnitudine animi præſtans, *Theodoſia* cum aliis duodecim nobilibus matronis, ac pluſquam mille quingenti alii paſſi in Piceno, quibus aſſociantur ad coronam gloriæ duo *Maximi* præſules, & B. *Humiliana* tertii Ordinis Franciſcanorum, virtute, & miraculorum gloria inſignis, quæ obiit die 19. hujus, & hoc die colitur à Minoritico cœtu.

Martyrol. Rom. Franciſc. & Arg.

747 Inter lapides pretioſos numeratur *Abſintes*, gemma *nigra*, *ponderoſa*, diſtincta venis *rubentibus*, quæ calefacta igne ſeptem diebus calorem tenet, vt ait S. Iſidorus, & cum eo Anglicus. Cumque hoc die Theodoſia, & aliæ matronæ abciſſo capite conſummaſſent martyrium, præter alia, quæ (de Gentilium feſtis Carnium, Apis, Solis, & Larium) Chriſtianizata hodiernis Sanctis accommodari poſſunt, ſelige ex gemmis *Abſintem* ad encomiandos hodiernos Sanctos: *Nigros* humilitate, *Ponderoſos* virtute, *Rubeos* amore, aut paſſione tolerata pro Chriſto, *Tenentes* conceptum ignem ferventiſſimæ dilectionis Dei, per ſeptenarium, vſque ad finem vitæ.

S. Iſidor. cap. de Gemmis nigris. Anglicus lib. 16. cap. 13.

Calep. verbo: *Abſintes*.

Thema.

DIES XXX.

748 HIc dies, qui & 3. Kal. Junii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 150.

Dies 7 quo Syracuſani feſtum *Carnium* dicabant *Apollini*, ob partam victoriam, & extenſum per *novem* dies, ex num. 722.

Qui dies, vti & 30. cujuſcumque menſis, *Defunctis ſacratus*, ex Suida, & Bungio, ex num 49. die 30.

Quo die veteres ſacrificabant, & *Soli*, & *Laribus Præſtitibus*, ex dictis cum pluribus num. 49. in fine.

749 At, hic dies nobis felix, ob S. *Felicem* Pont. Max. & martyrem glorioſum, cui ad martyrii lauream aſſociantur *Gabinus*, *Palatinus*, & alii. Præſtantiam religionis indicat præſul Ravennæ *Exuperantius*, cui ad coronam gloriæ aſſociantur *Anaſtaſius* præſul, & *Baſilii* magni parentes *Baſilius*, & *Emmelia*, ac Beatus Ferdinandus Tertius Caſtellæ, & Legionis Rex, qui ob virtutum præſtantiam cognominabatur Sanctus, fideique propagandæ zelo clarus, devictis mauris, terrenoque relicto Regno, ad æternum fœliciter evolavit. Pro quibus, ex Gentilitatis vmbris, plura chriſtianizata applicare, & accommodare poteris, vt innui præcedenti die, num. 747.

Martyrol. Rom.

750 Præterea eſt inter lapides gemma *Heliotropium* vocata, eſt *viridis ſuperfuſa guttis* puniceis, & venis ſanguineis, ac eſt in effectu *mirabilis*: quia ſi ponitur in aqua radiis Solis oppoſita ebullire facit, & aquam in vaſe poſitam reſolvit in nebulam, & poſt paſſulum reſolvit in guttas pluviales. Eſtque gemma commendabilis: quia ſanguinem *ſtringit*, venena *pellit*, ad multa *valens*, vt marginati tradunt. Adumbrat gemma Heliotropium Sanctos: *Viridis* honeſtate, *ſuperfuſos* guttis puniceis charitatis, *Ornatos* venis ſanguineis, ideſt dulcedine, & pietate, adumbrata in ſanguineo humore molli, & dulci, *Mirabiles* in operibus: vnde habes pro hodiernis Sanctis Thema. Ipſos Sanctos encomiare poteris vt myſticos *Heliotropios*: quia radiis divinæ gratiæ

Anglicus lib. 16. cap. 41. & Iſidor. Berch. in Reduct. lib. 11. cap. 72.

Thema. 1.

Berchor. citat.

per-

Digitized by Google

Thema. 2.

percussos, *Stringentes* sanguinem, superfluitatem scilicet voluptatum, & deliciarum, *Pellentes* venena peccatorum, *Furientes* suo fervore, dilectione, & patrocinio, vt vapor ascendat, scilicet intercessio, ac descendat pluvia beneficii, *Valentes* ad plura patrocinando clientes, verèque eorum devotos.

751 Heliotropium, aut Heliotropia gemmæ extra aquam posita speculi modo solis imaginem reddit, dejecta in vase accedentes radios solares in colorem sanguinis mutare videtur. Estque triplex Heliotropium. *Herba*, *Flos*, & *Gemma*. Adapta Sanctis, eos encomiando herbeos Heliotropios *Virides* honestate, *Floreos* virtute, & exemplo, *Gemmeos* merito, & prætiositate.

Angl. citat. & lib. 17. cap. 54. Berchor. cit. & lib. 12. cap. 50. Plin. lib. 37 c. 10 Calep. V. *Heliotropium*.

Thema. 3.

Heliotropium, *Solsequium* & *sponsa solis* idem sunt, & est herba *viridis*, multum *medicinalis*, dicta solsequium: quia secundum motum Solis se regulat, & movetur; nam sole oriente, flores suos aperit, sole autem occumbente, iterum se recludit. Talis debetesse anima fidelis, sponsa Christi per Baptismum effecta, ex illo Osex cap. 2. v. 20. *sponsabo te mihi in fide*. Adumbrat igitur Heliotropium, aut Solsequium Sanctos: quia *sequentes* Christum verum justitiæ solem; eum imitando: quia *Aperientes* cor suũ ipsi Christo per desiderium, devotionem, affectionem, & amorem: quia *Claudentes* humilitate, recludentesque se ab affectionibus terrenis.

S. Isidor. lib. 17. Anglic. lib. 17. cap. 14. Berch. cit. lib. 12. cap. 50.

Thema. 4.

DIES XXXI.

A. D. 151.

752 Hic dies, qui & Pridiè Kalendas Junii, *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 8. quo Syracusani festum *Carnium* dicabant *Apollini* ob partam victoriam, & extensum per dies *novem* ex num. 722.

Quo die sacrificabant *Soli*, & *Lalibus Præstitibus* ex dictis, cum pluribus num. 49. in fine.

Dies *Ægyptiacus*, & vnus eorum, quos vocabant *agros*, ac *tristes*, ex certo quodam aspectu syderum. Ita Masculus. Et sanè Ægyptiis Ægyptiacus fuit dies iste: quia vrbs Ægypti Damiata, hoc die, à Christianis occupata est, anno 2249. vt Beyerlinc advertit hoc die.

Masc. fol. 208. Theat. V. H. hoc die.

Scyra celebritas peculiaris Atheniensium, hoc mense acta, vt Gyraldus observat, fortassè hoc die, verosimilius die 1. hujus, vt ibi dixi. Vide num. 602.

Gyraldus Synt. 17. fol. 422. n. 20.

753 Hic igitur dies Gentilibus Ægyptiacus, nobis sic lætissimus: cum tanquam in odeo, symphoniaci conveniant, ipsonomine auspicati *Cantamilla*, *Cantianus*, & *Cantius* fratres progenie illustres, illustriores martyrio; quibus, & ad eandem palmam, præter alios, associatur *Crescentianus*, & ad gloriæ accidentalis ipsorum augmentum, ad meram essentialis gloriæ pervenit *Paschasius*. His adjungitur Sancta Patronilla virgo, filia Beati Petri Apostoli, quæ Flacci nobilis viri conjugium spernens, acceptis triduanis ad deliberandum induciis, interim jejuniis, & orationibus vacans, tertia die mox vt Christi Sacramentum accèpit, emisit spiritum. Pro iis plura christianizata applicare poteris, vt præcedentibus diebus innui.

Martyrol. Rom.

754 Inter aves est *Cygnus* dictus sic à *canendo*, vt notat S. Isidor. De qua ave notant naturales quòd appropinquans ad mortem dulcius solito cantat, & cum gemere nesciat Cygnus, solus inter animalia *cantum pro gemitu reddit*, vnxit S. Ambrosius. Cygnus in aqua quam in habitare solet, nunquam eiicit stercora, sed exterius circa litus. Quando Cygni volando fatigati sunt, solent se adjuvare, alter alterius dorsa collo imponendo, & præcedentibus innitendo, & Duces fatigatos ad dorsa recipere solet, sicque dum alter alterum juvat, solent melius tollere laborem; vt cum Plinio advertit Berchorius; qui addit Cygnum esse avem exterius *candidissimam*, habet pedes *nigros*, & *clausos*, quibus se juvant in natando: quia vno pro *remigio*, altero pro *gubernaculo* vtuntur, caput habet *rubeum*, *altum*: & *elevatum* reddens *modulum suavem*, adumbratque Cygnus justos, & Sanctos, vt totum, cum aliis, Bercorius advertit. Hinc encomia hodiernos Sanctos, vt Cygnos mysticos: *Candidos* castitate, *Nigros* humilitate, *Rubeos* charitate, aut martyrio.

S. Isidor.

S. Amb.

Berch. in Red. lib. 7. cap. 24. Plin. lib 10. c. 13

Thema. 1.

755 Amplius ipsos encomia: quia ex mari hujus mundi fœliciter per venerunt ad portum, navigando *Remigio prudentiæ*, *Gubernaculo* obedientiæ, *Clausè* juxta Dei legem, *Elevatè* per contemplationem, *Altè* meritis, *Suavitèr* modulando in laudando Deum.

Thema. 2.

Digitized by Google

JUNIUS.

Rosinus lib. 4. cap. 10. Tamay. fol. 399. Ovid. in 6. Fast. 1.

754 HIC mensis anni medius, & æstatis primus, messium maturitas, & Juvenum lætitia à quibus nomen acceptisse primò, fatetur Ovidius, sin dicens:

Sic statuit Mensesque nota secravit eadem.

Junius est Iuvenum, qui fuit ante senum.

A, Iuvenibus. 2.

Secundò hunc mensem vocarunt Junium à *Iunone* sorore, & conjuge Jovis: quare & ipsum vocarunt prius *Iunonium*, & *Iunonialem*; post, *Iunium*.

A. Iunone. 3.

Tertiò, fuit *Iunius* vocatus à *Iunio Bruto* primo Consule, eo quod hoc mense, scilicet Kalendis Junii, pulso Tarquinio *sacrum Carnæ Deæ in Cœlio monte vati reus fecerit*.

A, Iunio Bruto.

4. Ab Vnione,

Quartò, hunc mensem Junium nominarunt ab *unione*, quasi *Vnium*, aut *Iungium*, à junctis, sive vnitis fœdere Romulo, & Tatio Sabinorum Rege: quam rationem & tradit Ovid. cit. in 6. Fastorum, inquiens:

Hæc ubi narravit (concordia) Tatium, fortemque Quirinum,
Bina cum populis regna coisse suis.
Et Lare communi cœtus, generosque receptos.
His nomen Junctus Iunius, inquit, habet.

5. A, Favore.

Quintò fuit Junius nominatus à favore, quod in eo favore incipiatur sentiri, fructibus jam se ad edendum offerentibus: quare dictus *Iunius* quasi *Gunius*, à Germanica voce *Zungen*, vel *Gunnen*, quòd Latinis favére signi ficat. Ita Rosinus cum Ovidio, & aliis, ac Tamayus marginatus.

757 Fuit sub tutela *Mercurii* hic mensis, qui apud antiquos diverso *dierum* numero sublignatus fuit. Nam ex constitutione Numæ Pompilii 29. dierum fuit, at, ex constitutione Romuli, & Julii Cæsaris 31. dies habuit, vt Gyraldus Rosinus, & alii advertunt.

Tamay. tom. 3. fol. 400 Gyrald. de mensib. fol 137. & de dis Gent. Synt. 7. fol. 201.

758 Variè hic mensis nominatus fuit Hebraicè *Tammuz*, aut *Tammus*, Ægyptiè *Egiphi*, Abissinè *Penni*, Persè *Thir*, Macedonè, & Græcè *Desius*, Saracenè *Comedi* 2. aut *Guima* 2. Alemanicè *Brachmon*, Italicè *Guigno*, Gallicè *Iuin*, Hispanè *Iunio*, Latinè *Iunius* vide infra. Ac ex Tamayo constat, fuit & hic mensis ab Athenienſibus dictus *Hecatombeus*, aut quia pluribus sacrificiis litare solerent, aut quod multa sacra fierent dicata *Soli*, qui *Hecatombeus* ab ipsis appellabatur: vt ajunt Gyraldus, Masculus, Alex. ab Alex. & Tamayus. Quare & mensem hunc sacrabant *Soli*, ex Alex. & ab eo sumebant *anni initium*, ex Rosino.

Masc. fol. 245. Alex lib. 4 c. 10. Rosin. lib. 4. cap. 4.

759 Circa denominationem, aut etymologiam 1. hujus mensis *Iunii* desuptam *Iuvenibus*, aut *Iunioribus*, adverte pro ea esse S. Isidorum, dicentem, id factum eo quod populus Romanus in *centurias* Juniorum, & Seniorum fuit divisus, vt cum S. Isidoro, Anglicus, & Chaves advertunt, addentes Picturam hujus mensis, *specie*, aut *figura ruatoris falce secantis fœna*: quia hoc tempore fœna solent esse matura, & apta ad messem.

S. Isidor. Chaves tract. 1. tit. 39. Anglic. lib. 9. cap. 13. Pictura.

DIES I.

760 HIc dies, qui & Kalendis Junii, *Nefastus* notatur in Kalendario Masseiano. *Ægyptiacus & Mier*, ex aliis.

A. D. 152. Kalend. Mass. Tamay. hoc die.

Dies 9. & vltimus, quo Syracusani festum *Carnium* dicabant *Apollini*, ob partam victoriam, & extensum per dies *novem*, ex num. 722.

Dies *dedicationis ædis Iunonis Monetæ*, vt ex Macrobio, & Festo tradunt Tamayus, Rosinus, & Masculus, quæ dedicatio ad diem sequentem refertur à Rosino. Ex Roman autem hic dies *festus*, *& Marti*, & *Moneta* dicatus.

Rosinus lib. 4. cap. 4. & 10. Mascul. Tamay. & Rom. hoc die.

Quo die sacra fiebant *Carnæ Deæ* in Monte *Cœlio* extra portam carpenam, vt Rosinus, Beyerline, Masculus, & alii observant.

Beyerl. hoc die. Rosin. cit. &c.

Marti sacra extra portam Carpenam, ex Rosino in suo Kalend. lib. 4. cap. 4.

Tempestatis delubrum consecratum, hoc die, ex Ovidio in 6. Fastor. & Rosino citato cum eo.

Quo & die, apud Athenienses celebritas maxima *Hecatombæa* dicta, dicata Apollini. Ita Rosinus, Tamayus, & Masculus citati, cum Gyraldo, & aliis. *Plautus Tammuz*; ex Diario Sacro.

Diar. Sacr. à num. 2164.

Hæc Kalend. *Fabaria* dicta, vt cum aliis Tamayus observat loco citato; rationem adduco infra numero sequente.

Hoc & die *Aquila oritur* ait cum

Kalend.

Digitized by Google

Kalend. Astronomico Rosinus citatus in suo.

Demum (præter alia, quæ in Kalendis omnium mensium Gentiles colebant, & sacrabant, vt ex dictis constat, & præcipuè num. 49. huc 1.) & fuit hic dies celebris, ob memoriam duplicis *triumphi*, quorum alterum *C. Marcus Rutilius* Cos. de Privernatibus. Alterum *Q. Cæcilius Metellus* Creticus, de Creta Insula reportarunt. Ita Livius, Masculus, & Tamayus.

Tit. Liu. lib. 8. Tamay fol. 401. Mascul fol. 245.

761 Dixi quòd hæ Kalendæ dicebantur *Fabariæ*; causa autem diversa assignatur. Aut *quia hoc mense adhibebantur Fabæ divinis ritibus adhibebantur*, vt ait Macrobius: aut quia in hisce kalendis *Carni Deæ* fiebat sacrum *pultis Fabacia*, vt ait Stuchius qui id sumpsit ex Gyraldo Synt. 1. fol. 43. num. 40. Rosinus autem lib. 4. cap. 10 sentit idem ac Macrobius.

Fabariæ Kal. Macrob. de Sac. Gent. fol. 29.

762 Coluerunt antiqui Romani *Cardeam cardini*, ait S. Augustinus, quæ & *Cardinea*, & *Carna* nuncupata sunt. Hæc fuit Nympha *Carna* postea *Cardea*, & *Cardinea* vocata. De qua narrat Ovidius, & cum eo Cartarius, quod Ianus eam compressit proposito pro virginitatis pretio, jus cardinum januarum, vt penès eam esset jus, & potestas ad januas claudendas, vel aperiendas: quòdque Janus ei largitus fuit *spinam albam* nuncupatam *virgam Ianalem*, qua stiges, cæteraque noxas, quæ infantibus solent obesse, à foribus arceret. Hanc putabant præesse vitalibus, ipsique petebant vt *viscera*, & *corda* salva conservaret, & quæque sunt intrinsecus protegeret, ac servaret. Cui, (pulso Tarquinio) Junius Brutus templum constituit in monte Cœlio, & in ejus honorem hoc die sacrum dicavit, solvendi voti causa, quòd ejus patrocinio, *fausto* evenit, quod tandiu cælaverat, clausumque pectore gestaverat de Tarquinii expulsione. Hinc fuit mos veterum Romanorum, *Cardeæ* sacrare has Kalendas, ipsi sacrum faciendo *ex pulte*, *fabacia*, & *Lardo*. Solebantque in hujus Dex honorem *pultis*, *lardo*, *faba*, atque *farre* vesci, vt notant (præter alios marginatos) Gyraldus, Rosinus, & Cartarius, qui addit picturam hujus non inveniisse, sed ex dictis effingendam *Habitu Nymphæ*, & manugestantem præfatam *virgam*.

Cardea. Cardinea. Carna. S. Aug. lib. 4. Civ cap 8. Vives ibi. Ovid in 6. Fast. Carta. fol. 29. Rosinus lib. 4. cap. 10. Gyrald. Synt. 1. fol. 43. n. 40.

Ritus.

Pictura.

763 *Iunoni Monetæ* fuit ædes hoc die dedicata à Gentilibus, qui *Iunonem* cognominarunt *Monetam à monendo*. Causa fuit, ex Gyraldo, & Rosino, quia non multo ante urbem captam à Gallis, cum terremotus factus esset, ferunt vocem extitisse è Junonis templo, quod erat in arce, vt de sue piena fieret procuratio, & idcirco Junonem illam appellatam *Monetam* à moneo. Ovidius Monetam à Camillo factam sic cecinit:

Iuno Monetæ. Roman. lib. 2. cap. 6.

Arce quoque in summa Iunoni templa Monetæ.
Ex voto memorant facta, Camille, tuo.

Quod templum in bello dimicando, *inter ipsam dimicationem Iunoni Monetæ* vovit L. Furius, & cum vicisset Senatus jussu fuit erectus, ex Livio. Aut ex Servio, apud Gyraldum citatum, Junonem *Monetam* nuncupatam: quia cum Romani pecunia indigèrent in bello contra Pyrrhum, & Tarentinos, illos monuit: pecuniam eis non defuturam, si justitiæ armis vterentur, quòd cum Romanis rectè contigisset, *Iunonem Monetam* venerati sunt, & ejus rei signo *numisma* in ejus templo asservabatur. In qua æde & servabantur *libri lintei* vocati, in quibus Romani Imperii facta continebantur, vt omnia referunt Gyraldus, & Rosinus. Picturas Junonis aduxi supra, ad num. 59. & 196.

Gyraldus Synt. 3. fol. 109. num. 50. Ovid. in 6. Fast. Tit. Liv. lib. 7. Hist. Rom.

764 *Tempestatis delubrum* fuit hoc die, vti dixi, consecratum. Coluerunt Gentiles inter alia falsa numina Tempestatem Deam: cui constituit templum M. Marcellus extra portam Carpenam, vt ajunt Gyraldus, & Rosinus, addentes causam: quòd cum Marcellus in Corsicam, & Sardiniam navigaret, & tempestatem passus esset, liberatus, præfatam ædem constituit, de qua meminit Ovidius:

Tempestatis. Templum. Gyraldus Synt. 1. fol. 57. n. 50. Rosin. lib. cap. 21. Ovid. in Fast.

Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatetur
Cum penè est Corsis obruta classis aquis.

765 Fuit & hoc die *Hecatombea* celebritas maxima Athenienſium *Apollini* dicata, vt cum Rosino, Masculo, & Tamayo dixi num. 760. De *Hecate*, & *Hecatombea* solemnitate tetigi aliqua die 27. Februarii num. 333. loquendo de *Diana*. Dictis addo, ex Gyraldo *Iovem*, & *Apollinem* dictos *Hecatombeos* ab Athenienſibus, à quo Apolline, & Hecatombea celebritas, & hic mensis dictus Hecatombeus. *Hecatem* dixerunt filiam Jovis, & Cereris, quam putarunt *Dianam*, *Lunam*, & *Asteriem* sororem Latonæ, & Persei vxorem. Fuisseque Hecaten fabularunt robore, & magnitudine præcellentem, quæ cum abjecta

Hecatombea. Festum.

Gyrald. Synt. fol. 84. num. 40. fol. 101. num. 10.

Digitized by Google

ta fuisset à matre in triviis, & à pastoribus suscepta, & enutrita, propterea Dea existimata, *quæ & ante portas statuebatur*, quam & dixerunt *fortem* in venationibus, & *Virilem*, ac *Medeam*: quia medendi res venenatas opinarunt vim habere: quamque & nominarunt Poëtæ *Triformem*, & *Tergeminam*, sic:

Virgilius. *Terminamque Hecaten, tria Virginis ora Dianæ*

Ovidius. *Ecce procul ternis Hecate variata figuris.*

Ora vides Hecates in treis vergentia partes.

Tuque triceps Hecate.

Hanc dixerunt præsidem *triviorum*, seu locorum in quibus conveniunt tres viæ. Imò & fabularunt à patre Jove habuisse vt *præesset elementis*: quare & Hecate fuit vocata, quæ vox & *centum* significat, & aliquando Græci ea voce designant infinitam multitudinem: quia crediderunt Hecate habere infinitas potestates, vt omnia ferunt marginati Cartarius, & Gyraldus.

Gyraldus Synt. 12. fol. 306. & à num. 40. latè. Cart. de Imag. Deor. à fol. 75.

Hecaten Lunæ. 766 *Hecaten* putatam *Lunam* colebant in *Triviis*, vbi ei sacrificabant *canem*: quò sacrificium faciebant, eo ritu, vt inconditis verbis, ac vlulatibus concinerent preces; vt Cererem ejus matrem (quam & Dianam, & Proserpinam existimabant) imitarentur, cum quæreret amissam filiam. Mos insuper fuit locupletum, vt singulis mensibus *Hecate*, & *Lunæ* sacrificarent, *panesque*, & alia in *Triviis* ponerent, quæ mox ab inopibus, & egenis raperentur. Hocque sacrificium *Hecatis cœna* dicebatur, vt cum Atheneo, & Suida ferunt citati Gyraldus, & Cartarius. Ferunt alii, apud marginatum Gyraldum *Hecaten* Deam fuisse præpositam *veneficiis*, gaudere *mœroribus*: vnde & illi impendebant sacra tetra, & horrida, scilicet hostias humanas, illique litabant sanguine humano, ac *septies* in sacrificiis invocabant.

Ritus. Sacrificia.

Gyraldus Synt. 12. fol. 307. à num. 40. Cartarius fol. 76.

Pictura. 1. 767 Varias posuerunt picturas. Primò depinxerunt eam horribili forma, nempè ingentis hominis, qui caput haberet serpentis, & forma phantasmatis, seu spectri.

Pictura. 2. Secundò simulachrum Hecatis effingebant corpore, & habitu Nymphæ, sed jam capite canino, jam humano, quam & vocabant *Empusam*: quia opinarunt verti, & mutari in plures, imò & in innumerabiles formas; aut vocarunt *Empusam*: qui opinarunt quod vno incederet pede: alii duos illi attribuerunt, sed vnum ferreum, & alterum asininum, vt Gyraldus citatus fert fol. 308. & 309.

Empusa.

Pictura. 3. Tertiò effingebatur *cincta*, & muliebri *habitu*, vno *pede*, ac tribus capitibus prædita; dextro *equino*, sinistro *canino*, medio *humano*, sed rustico, quod ad Lunæ naturam referebant. Nam *Luna Hecate*, atque *Triformis* apellabatur, ob varias, quas induit figuras, prout magis ad Solem accedit, vel recedit.

Gyrald. & Cartarius citati.

Pictura. 4. *Lunæ.* 768 Quare *Luna* triplici virtute est prædita, quarum vna: cum primo accrescit & suum lumen huc influit, rebusque accretionem præber. Quem *Lunæ* aspectum ostendebant antiqui per simulachrum *Lunæ* indutum *Candidis*, atque *Auratis* vestibus, cum *Accensa Face* in manibus.

Pictura. 5. Secunda virtus Lunæ est: cum medium lumen habet. Quem *Lunæ* aspectum adumbrabant per *Calathum* fructuum maturorum, quem in sacris offerebant Lunæ.

Pictura. 6. Tertia virtus *Lunæ* est: cum pervenit ad plenilunium. Quem Lunæ aspectum designabant *vestibus sub obscuris*, cui sacrabant & *Papaver*, & *Laurum*. Omniaque hoc numero, & præcedenti tradita, ex Gyraldo, & Cartario marginatis desumpta. Cumque *Hecate* significet *centum*, accommoda pro Christiano festo *Centuriæ*.

Lunæ. Ierem. 7. v. 18. 769 Hac ex occasione noto, quòd Hebræi Gentiles coluerunt *Reginam Cœli*, seu *Lunam* contra quos Jeremiæ 7. *Filii colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ Cœli, &c.* ideſt *Lunæ*; vt hic S. Hieronymus, & alii marginati. Faciebant enim Gentiles Hebræi placentas rotundas, & stellatas, impressis in eis figuris Stellarum, vt significarent se eas offerre *Reginæ Cœli*, & Stellarum, ideſt Lunæ, quam vocabant & *Dianam*, & *Phœben* Gentiles, quasi quæ esset Phœbi, ideſt Solis soror. Solem enim putarunt Regem Cœli, & Lunam Reginam, ob magnitudinem, & splendorem, & quia præest nocti. Vnde Luna dicta est à lucendo, quòd noctu luceat, indeque noctiluca est appellata: cui Gentiles placentas offerebant, *bos* à similitudine cornium appellatas, ac in templo *Munichia* dicto offerebant præfatas placentas affixis circumsirca cereis accensis, vt cum Pollucc notat Cornelius. De Munychio sacro dicato Dianæ egi die 1. Martii num. 356.

S. Hier. B. Max. & Alapide hic.

Pollucc lib. 6. cap. 14.

770 Plangebant Tammuz hoc die

Gen-

Planctus Tammuz.

Gentiles, vt dixi in Diario sacro à num. 2164. cum Pagnino in Thesauro, de quo idolo Tammuzo, aut *Adonide* constat quòd in eo debacchati fuerunt Hebræi, ex illo Ezechielis: *Et dixit ad me: Adhuc conversus videbis abominationes majores, quas isti faciunt. Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres plangentes Adonidem.* Fuit *Adonis* filius Cyniræ Cypriorum Regis, quem ob eximiam pulchritudinem, Venus fuit incredibili amore prosecuta, & cum eum haberet in deliciis, fuit ille ab apro (Hispanè *puerco jabalí*) percussus, & interfectus. De quo vetus est fabula, quòd cum eum Venus planxisset quasi mortuum, mox reviviscentem cum gaudio susceperit. Quare vt ait S. Hieronymus, & cum Luciano Maluenda citatus, plangebant *Adonidem quasi mortuum, & postea resuscitatum canebant; atque laudabant; sequenti die* (addit Lucianus) *& vivere ipsum dictitant, & in aëre sursum mittunt, & capita detondent.* Hæc Maluenda, cum S. Hieron. & Luciano Samosatense, cum quo alia de Adonide referam infra num. 774. Addo quòd Alexandriæ *Adonidis imago cum magna pompa in ejus festo ferebatur*, vt ex Ammiano ait Rodulphus Hospinianus, apud quem plura videnda de *Adonide* omitto.

Ezech. 8. v. 13. & 14.

B. Max. & Maluenda hic.

Menoch. de Rep. lib. 4. cap. 3.

Ovid. lib. 10. Metamorph.

S. Hier. hic. Ammian. lib. 22. Hospin. lib. 2. de Orig. Festorum cap. 19. fol. 120.

771 Fuit igitur Adonis, qui & *Adon* Deus à diversis nationibus cultus, qui & *Thammuz*, & *Thammus* ab Hebræis vocatus, vt ait S. Hieronymus, & cum eo Gyraldus, quem, inter alia idòla Gentilium Hebræi coluerunt, vt constat num. præcedenti. Plures putant *Adonidem* fuisse *Osyrim* Principem, & Deum Ægypti, & consequenter Josephum Patriarcham, dictumque *Adonidem*, idest, *forma doloris, figura luctus*, vt videre est apud Tyrinum, & Maluendam. Agebant igitur hoc die anniversariam solemnitatem in honorem *Adonidis* occisi, in cujus rei memoriam inducebant magnos luctus per totam regionem, *detondebant* capita, verberabantur, ejulabant, deplorabant, lachrymabantur. Quod si quæ tonsionem abnuebant, per vnum diem prostabant ad quæstum corpore faciendum, & luctum reportatum Veneri in sacrificium offerebant, vt cum Macrobio, & Luciano, aiunt Maluenda, & Menochius. Addit Gyraldus, quòd hæc celebritas *Adonia* vocabatur à Græcis, quæ cum Athenis à mulieribus ageretur, ab Vrbe tota simulachra erigebantur, circumque sepulchra, & passim, fœminei planctus exaudiebantur. Fœminæ igitur, & viri libidinosi hoc planctu colebant Venerem, quam sic sibi reddere propitiam existimabant.

Adonis. Adonia.

S. Hier. cit. Gyraldus Synt. 13. à fol. 349.

Tyrin. in Ezech. 8. v. 14. Maluenda, & Menoch. cit cũ Macrobio, & Luciano. Ritus.

772 Dixerunt Ægyptii *Adonidem* esse *Solem*. Gyraldus citatus cum Eusebio in Præparatione Evang. & S. Augustino, scribit, antiquos per Adonidem significasse tum *perfectos fructus*, tum *decidnos flores*. Mysticè autem, fabulam de morte, resurrectioneque *Adonidis*, Cornelius marginatus adaptat Christo morienti, & resurgenti. Christus enim est noster Adonis, noster Sol, nostrum gaudium, noster amor; vnde ejus mortem mirè luxerunt B. Virgo, Magdalena, Maria Salomè, & aliæ piæ mulieres, eamque quotannis luget tota Ecclesia, & frequenter quælibet anima pia, & devota contemplans Christum pro nobis in Cruce suspensum.

Alap. in Ezech. 8. v. 14. Gyraldus cit. fol. 350.

773 *Pingitur Adonis*, aut Macrobius, *capite obnupto, specie tristi, faciem manu læva intra amictum sustinens, lacryma visione conspicientium manere creduntur.* Plura de Adonide videre poteris apud Gyraldum marginatum, & alios. Vide alia de *Thammuzo*, aut *Adonide* dicta in Diario Sacro à num. 2164. ad numer. 2168.

Pictura. Macrob. 1. Sat. cap. 26.

774 Est Vrbs Phænicea, vicina Beryto, distans aliquantum ab Ægypto, vocata Byblus, in qua fuit insigne templum dicatum, aut *Adonidi*, aut *Veneri*, vt observant Calepinus, & Lucianus, qui addit se vidisse ibidem coli *Adonidem*; Opinatusque Byblos in sua terra Adonidem percussum ab apro, & occisum: quare magno cultu colunt *Adonidem*, aut *Osyrim*, rituque jam relato. Addit, apud Maluendam citatum, „ Lucianus, quod *Adonidis*, aut *Osyridis* „ caput vnoquoque anno ex Ægypto in „ Byblum defertur, *septem diebus* „ (quantum spatiis ex illa in hanc est) „ enatans. Ac venti ipsum ferunt divi„ na quadam remigatione. Vertitur au„ tem nusquam alio, sed solùm in By„ blum perfertur, & est in summa mira„ quidam fluvius. Et hoc quovis anno, „ quemadmodum, & me præsente tum „ Bybli factum est, & caput ipsum spe„ ciavi è papyro effigiatum. Hactenus „ Luzianus, qui statim addit. Est au„ tem aut aliud mirabile in terra Byb„ liorum, fluvius quidam nomine *Ado„ nis*, qui ex monte Libano in mare de„ fertur. Hic quotannis *cruore inficitur*, „ & colorem amittit, & in mare exiens, „ ipsum

Calep. V. *Byblus.* Lucian. de Dea Syria, apud Maluenda citat. Vide ipsum Lucianum cit. infra.

Lucianus Samosatensis de Dea Syria ferè in principio.

Digitized by Google

„ipsum quoque mare magna ex parte „purpureum effieit. Byblisque lugendi „tempus indicat. Fabulaturque quòd „illis tum diebus *Adonis* per Libanum „sanguinetur, & cruor illius delatus in „fluvio, colorem mutet.

775 Hic igitur dies, quanquam alias *triumphalis*, & *infaustus* à Gentilibus habitus, verè ipsis Nefastus, Ægyptiacus, & Ater: quia in tantum debacchantes delirarunt. At, apud nos sit triumphalis ob plures, qui triumpharunt illustrius, sed in primis *Pamphilius*, virtute, doctrina, martyrio clarissimus. In cœliomonte sacra fiebant Carnæ, quæ putabatur præesse visceribus, cordi maximè. Verùm excors fuit antiquitas, brutalisque eam colendo: nostri potius fuère cordati, qui, quo die pro vitalibus superstitiosè sacra fiebant Carnæ Deæ, carnificium subiere vitale, vt cum Christo viverent æternaliter, vti fuere *Iuventius*, & alii. Martis ferias agebant, sed verè martiales, forteſque in Christi militia *Valens*, *Ischyrion*, & *Firmus*. Junoni Monetæ sic à monendo nominata hoc eodem die dicarunt ædem, in qua linteos libros continentes gesta Romani Imperii servabant, sed verè monens *Reverianus* præsul, qui suos exortans, & constans in fide cum *Paulo* Presbytero, & aliis decem lauream martyrii est assequutus. Tempestati Deæ sacra faciebant, quòd hoc olim die Romana classis penè obruta fuisset fluctibus: at verò nostri velificati prosperè in vitæ cursu, fœliciter eluserunt omnes procellas, præsertim illi, qui ferebant secum tranquilitatis nomen, & omen, vt *Fortunatus*, ac *Secundus*. Plangebant Thammuz, aut Adonidem, quem Osyrim, & Solem putarunt, at verò nostri nedum lachrymas, sed & sanguinem fuderunt pro vero Sole justitiæ Christo, vt fecère *Thespesius*, & alii. Tandem Hecatombea sacra hoc die dicabant Hecatæ, qua voce significabant, & centum, & vocabatur sacrificium Hecatombeum, aut à numero sacrificantium, aut ab aris, victimis, &c. ex num. 333. sed victimarum multitudine, & præstantia, Christiana religio antiquitatem obruit.

Martyrol. Rom.

776 Pluraque ex dictis supra num. 333. & à num. 765. habes Christianizanda, & applicanda pro Christiano festo centuriæ. Cum *Hecate* putaretur *Luna* sic dicta à *Lucendo*, ex picturis Hecates, & Lunæ num. 768. adductis, & Christianizatis, hodiernos Sanctos encomia lucidos: quia *Candidos* castitate, *Aureatos* charitate, *Gestantes* facem fidei, *Laureatos* martyrio, aut gloria: vnde pro hodiernis Sanctis habes Thema.

Thema 1.

777 Amplius: quia ex dictis supra n. 765. *Hecatem* putarunt *Dianam*, Lunã, & *Asteriem*. Hinc verte considerationem ad gemmam *Asteritem* vocatam, quæ ex S. Isidoro, Anglico, & Berchorio, est gemma *candida*, continet *inclusam lucem*, *sicut stellam intus ambulantem*, quæ & *reddit Solis radios candidantes*, adumbrat Sanctos *Candidos* castitate, *Lucentes* charitate, *Candidantes* alios exemplo, & doctrina. Vnde habes & Thema.

S. Isidor. lib 16. cap. 10. Anglic. lib. 16. cap. 18. Berch. in Red. lib. 11. cap. 49.

Thema 2.

DIES II.

778 Hic dies, qui & 4. Nonas Junii, *Fastus* notatur in Kalend. Maffeiano.

A.D. 153. Kal. Maffeiano.

Item & dies *Ægyptiacus* infaustus, & Ater Romanis, ex Gyraldo, Masculo, & Tamayo, ad hunc diem.

Gyrald.

Quo die erant feriæ dicatæ *Martis*, *Carnæ*, & *Monetæ*, ex Kalendario Pauli Manutii, & Huberti Goltzii (apud Rosinum, qui hæc refert ad præcedentem immediate diem, vt & nos fecimus, cum citatis ibi) & Maffeiano.

Rosin. lib. 4. cap. 10. Kal. Maffeiano. hoc die.

Tempestatis delubrum conseeratum ad hunc diem referunt aliqui, apud marginatum Rosinum, quòd nos ad præcedentem retulimus.

Dies dicatus *Semideis*, ac varonibus *heroicis*, qui ob gesta ipsorum fuerunt à Gentilibus relati inter Deos, ex dictis num. 49. die 2.

Hic dies sacratus *Soli*, ob ludos *Apollini* dicatos, quo die festum agebant matronæ canentes hymnos *Apollini*, gestantes pueros manibus amplexos, eosque hilariter offerendo Apollini, &c. Ita Alexander ab Alex.

Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 26.

Quo & die, ex Astrologis *Hyades* oriuntur. Ita Tamayus, apud quem Naso:

Tamay. hoc die.

Postera lux Hyadas Taurinæ cornua frontis
Evocat, & multa terra madescit aqua.

Athenienses putarunt hoc die *Minervam* contendisse cum *Neptuno*. Plut. Bung.

Plutarch. lib. 3. cap. 6. Bung. fol. 86.

Hoc item die Ægyptii colebant *Adonidem* suscitatum, quem & laudabant, ejusque *imaginem* sursum in aëre levabant, vt cum Luciano Samosatense, & Maluenda dixi supra numero 770.

Cum

779 Cumque ex dictis supra cum Luciano Samosatense : *caput Adonidis* è papyro effigiatum, quotannis ex Ægypto deferretur *septem diebus* in Byblum, enatans directè, latum à ventis divina quadam remigatione; sed dicendum diabolica arte id contigisse, quod Lucianus refert, vt ocularis testis. Conjector, quòd si præfata enatatio directa capitis papyrici Adonidis contigit per septem dies, fuere ab hoc, vsque ad 8. Dicendumque hoc, ope dæmonum contigisse, ad eas gentes magis seducendas.

Lucian. de Dea Syria in princ. fere.

780 Quamvis autem hic dies antiquis Romanis Ater, & Ægyptiacus foret, at, nobis sit candidus ob Sanctos *Marcellinum*, & *Petrum*, qui in silva ab opacitate, ac densitate arborum altissimarum, vt opinor, nigra vocata, postea in honorem Sanctorum candida est appellata. Tum & ob *Erasmum* præsulem, martyrem inclytum, triumphatorem glorioſum, cui ad martyrii lauream associantur *Mathurus*, *Ponticus*, *Alexander*, & alii, ac ad coronam gloriæ *Eugenius* Papa, & Confessor.

781 *Heroes semideos* existimatos coluit erratica, & fabulosa Gentilitas, quibus hunc diem, vti dixi, dicabat. Fuerunt igitur *Heroes* quidam homines (ex Luciano, & Cartagena) à quibus opera *heroica* dicta sunt. Hi à Gentilibus habebantur, nec omninò mortales, nec prorsus immortales. Credebantur ab antiquis gerere animas cælestes, sacrasque mentes, atque sub humana effigie in totius mundi commoda procreati, ajunt Gyraldus, & Ludovicus Vives. De Heroibus agit S. Augustinus, addens nuncupandos *Heroes martyres* nostros. Quòd si antiqui *Heroes* dixerunt à virtute, ab *amore*, à *facundia*, quòd facundi essent ad interrogandum, & respondendum, & à *Iunone*, seu à *Iuvando*; vt tradunt S. Augustinus, Gyraldus, & Vives. Hæc christianiza, & pro hodiernis Sanctis, adumbratis in Heroibus cultis hoc die à Gentilibus, habes Thema, Sanctos hodiernos encomiando Heroes, & Sanctas Heroinas. Primò à *Virtute*, aut per christianas virtutes. Secundò per *Amorem* in Christum. Tertiò per *Facundiam*, & animositatem respondendi ante Reges, & Præsides pro fide, & veritate. Quartò à *Iuvando*, & protegendo suos clientes, devotosque. Cumque & *Hyades* hoc die oriantur, à num. 507. & 555. per Hyades alia Themata habes.

Heroes. Lucian. Dial. 3. Cartag. lib. 2. de Incanat. hom. 4. col. 35. Gyral. Synt. 1. S. Aug. de Civit. lib. 10. cap. 21.

Thema.

DIES III.

782 Hic dies, qui & 3. Nonas Junii, *Comitialis* notatur in Kalendario Maffeiano. A. D. 154.

Quo die *Senatus* legitimus Romæ, ait Vet. Kalend. & ex eo Beyerline. Beyerl. hoc die.

Fuitque mos Romanorum hoc die *Nundinas* facere, vt eum Alex. ab Alex. dico num. 49. die 3.

Dies solemnis apud Romanos antiquos ob *triumphum M. Fabii Ambusti* Cos (ita dicti, quòd cum esset adolescens afflatus fluminis flamma fuerit) de Tiburtibus, ad annum Vrbis 399. Ita Masculus, & Tamayus, Goltzius, & Beyerline. Omnes hoc die.

Hoc die Ægyptii dicabant festum *Minervæ*, vt cum Pierio Valeriano dixi num. 49. die 3.

Dies 2. quo caput papyriceum *Adonidis*, per quam, directè ferebatur in Byblium ex dictis num. 779.

783 Fuit igitur hic dies triumphalis veteri Romæ, sed auspicatior, & felicior novæ, ob præclarissimos triumphos hodiernorum Sanctorum, vt *Pergentinus*, & *Laurentinus* fratres, qui post dira tolerata tormenta, magnaque miracula ostensa, laureati martyrio ascenderunt in Cœlum; iis associatur *Lucianus* qui eum suis conjectus in flammam, non modò non est ambustus, sed luxit clarius, extincto igne, ab imbre divinitus misso; pariter & in ignem injecta *Paula*, luxit clarius liberata, Triumphavit & *Crotildis* Regina de viro suo Clodovèo Rege, cum eum renitentem, & obluctantem antèa, precibus convertit ad susciendam Christi fidem: his autem victricibus laureis accessit semper virens *Oliva* virgo. Quòd si antiquitus victoribus triumphantibus tribuebant *Togam* pictam, *Tunicam* palmatam, *Purpuram*, & *Coronam*, vt dixi die 20. Januarii describendo triumphum num. 133. Hinc per *Togam pictam* virtutibus; *Tunicam palmatam* triumphis, *Purpuram* martyrii, & *Coronam* gloriæ habes Thema. Martyr. Rom. Thema.

784 Antiqui triumphantibus plures tribuerunt coronas, jam ex *auro*, jam ex *palma*, jam ex *lauro*, jam ex *olea*, vt S. Isidorus, Plinius, Anglicus, & alii notant. Quem morem antiquorum verte in honorem verè triumphantium, hodiernorum, scilicet, Sanctorum, ipsis tribuendo Coronam *Auream* charitatis, *Palmeam* ob nobilitatem, insignemque virorem, & pulchritudinem S. Isidor. lib. 17. Plin. lib. 15. Anglicus lib. 12. & alii.

Digitized by Google

Thema. 2.

virtutum, *Lauream* propter singularem excelentiam gratiæ, & virtutis, *Oleam*, (quæ arbor habet excelentiam, vt sit signum reconciliationis, & fœderis Dei, cum hominibus) propter beneficentiam Sanctorum, in suos devotos protegendo. Quod si hoc die inter alios Sanctos triumphavit, & *Oliva* virgo; estque Oliva fructus olex, qua Athenienses, ex Plinio coronabant victores, & fructus olivares, ex Anglico, sunt in quadruplici differentia, scilicet *Virides*, *nigri*, *subrubei*, & *hyacinthini*. Hæc vere in honorem *Olivæ*, & aliorum hodiernorum Sanctorum, eos encomiando, *Virides* honestate, *Nigros* humilitate, *Subrubeos* flagranti charitate, aut martyrio, *hyacinthinos* propter cælestem vitam.

Plin. lib. 15. Anglicus lib. 17. cap. 111.

Thema. 3.

DIES IV.

A.D. 155.

785 Hic dies, qui & Pridie Nonas Junii, *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 3. quo caput papyreceum *Adonidis* per aquam directè ferebatur in Bybium, ex conjectatis supra num. 779.

Festum *Bellonæ*, & ei dedicatum templum, ac in ipso sacra. Ita Rodulphus, Hospinianus, & alii, vt Roman, Rosinus, & Masculus, &c.

Hosp. de Orig. Festor. cap. 18. fol 112.

Ipso hoc die, *Herculis* festum cui ædes fuit dicata in Circo Flaminio. Ita Hospinianus, & Ovidius inquiens:

Hospin. citatus. Ovid. in 6. Fast.

Altera pars Circi Custode sub Hercule tuta est.
Quod Deus Euboico carmine munus habet.
Muneris est tempus, qui Nonas Lucifer ante est:
Si titulos quaris Sylla probavit opus.

Vnde videtur, & templum fuisse erectum à Silla, & Herculem dictum *Custodem* ob Vibis Tutelam sibi in *Circo* commissam: & ita opinatur Tamayus.

Hunc ipsum diem *Fortunatum*, & dupli victoria insignem habuerunt Athenienses, ex Alex. ab Alex.

Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Fabulantur Poëtæ fuisse *Ganymedem* Jovis amasium, quem, ob præstantissimam ejus formam, Jupiter ipse jussit ab Aquila in Cœlum portari pridiè nonas Junii: Vnde Virgilius cecinit: *Quem præpes ab Ida sublimen pedibus rapuit Iovis armiger uncis.* Quam fabulam nota, & Christianizatam applica, pro admirabili Christi Ascensione, cum Discipulis *Videntibus elevatus est*. Non subitò raptus, nec furtim sublatus, non scalis adjutus, nec funibus sublevatus, sed à se, suaque propria virtute, per dotem agilitatis, idque sensim, vt diutius pasceret oculos discipulorum intuentium, & admirantium.

Virgil. & Ovid. lib. 10. Castel. in Franc. lib. 3. n. 464.

Act. 1. vers. 9.

786 Fuerunt igitur hoc die, & sacra *Bellonæ*, & eidem Templum consecratum in Circo Flaminio. *Bellonam* putarunt sororem, & vxorem Martis: alii dixerunt ex ea, & Jove Martem natum. *Bellona* à bellis fuit dicta, *præses* bellorum, *inventrix* acus, ex Higinio: putata eadem ac *Pallas*, & *Minerva*, sed pictura saltem distincta: vocata & *Bellona*, *Duellona*, & *Duella* à bellis, ex Vives: dicta *Enyo*, quasi immittens, vel addens pugnantibus animum, & virtutem, ex Gyraldo cum Phornuto: nuncupata *Thressa* virago, à virtute, ex Ausonio: & *Neriena* appellata à fortitudine, ex Gellio. Habuit *Bellona* juxta, sed extra Vrbem Templum intra quod Senatus audiebat legatos exterarum nationum, quos intra Vrbem nolebant admittere. Ante templum erat *columnela*, quæ bellica vocabatur, supra quam hastam jaciebant, cum indicebant bellum. Sacerdotes hujus Deæ dicebantur *Bellonarii*, qui se ipsos cultris feriebant, & proprio sanguine Deam placabant, ac furentes vaticinabant, Sacrificabantque suum sanguinem, sectis humeris, & vtraque manu tenentes distinctos gladios, sanguineque suo, & altare, & Deæ idolum aspergebant, vt dicunt Rosinus, Gyraldus, Roman, & alii.

Bellona. S. August. de Civit. lib. 4. c. 11. Viv. ibi. Ovid. in 6. Fast. Cartarius à fol. 242. Rosinus lib. 2. & 4. cap. 10. Gyraldus Synt. Gel. lib. 13. Roman lib. 2. cap. 12.

Rinus.

787 Pingebant Bellonam *cinctam*, aspectu *furentem*, veste aspersa sanguine *indutam*, manu dextra *vibrantem* flagellum, sinistra *tenentem* facem: quia antiqui solebant pugnare ardentibus facibus, eas contra se mutuo jaculando.

Pictura. Cartarius à fol. 243.

Pingebatur 2. Bellona *gestans*, & *canens* bellicum tuba, sic *excitans* ad bellum.

Pictura. 2.

788 Præfatum templum Bellonæ fuit ipsi hoc die dicatum: quia fabulati sunt, quòd pugnante *Appio*: in medio discrimine pugnæ, eam vidit: tunc manibus in Cœlum sublatis, ita precatus fuit: *Bellona, si nobis hodie victoriam duis; ast Templum ego tibi voveo*, & parta victoria præfatum templum ipsi fuit dicatum. De Hercule dixi supra.

Tit. Liv. lib. 10. Tamay. hoc die.

789 At Herculi, Bellonæ, & aliis falsis Gentilium numinibus, opponitur *Quirinus* præsul, & martyr, qui molari saxo ad collum ligato, in flumen præcipitatus fuit, sed lapide supernatante,

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

tante, diu hortatus, & confirmavit Christianos in fide, & vt martyrii gloriam assequeretur, ipse precibus à Deo obtinuit, vt mergeretur. Opponuntur etiam *Aretius*, & *Dacianus* Romæ passi pro Christo: alter *Quirinus Clateus*, & alii, cum *Saturnina* virgine, & martyre, aliisque Christi bellatoribus, qui bellum Christianum acriter indixerunt Diis, ipsique Bellonæ: quare consummato feliciter cursu, laureati martyrio conscenderunt in Cœlum: iis associantur ad coronam gloriæ præsules *Alexander*, & *Optatus*, qui non fabulosè vt Ganymedes, sed verè ob præclara consummata merita ascenderunt in æthera, vbi regnant cum Christo.

790 Quòd si Bellonam pinxerunt Indutam, Cinctam, Aspersam sanguine, vibrantem flagellum; tenentem facem. Christianiza picturam, eamque verte in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando *Indutos* Christo, *Cinctos* virtutibus fide, spe, charitate, &c. *Furentes* contra vitia, & Dœmones, *Vibrantes* flagellum mortificationis, ad subjiciendam carnem spiritui. *Tenentes* facem doctrinæ, & exempli. Vnde habes pro hodiernis Sanctis Thema.

Thema.

Quòdque si Bellona pingebatur canens bellicum tuba, appellabaturque *Thressa*, & virago à virtute; & *Nerina* à fortitudine, & hæc Christianiza, & applica pro Christianis Bellonis *Saturnina* hodierna, & aliis pluribus, vt Theresia, Catharina, Clara, & aliis, quæ tam gloriosè cecinerunt tubam militiæ Christianç, bellaruntque bella Christi Domini nostri.

DIES V.

A. D. 156.

791 Hic dies, qui & Nonis Iunii, *Nefastus* notatur in Kalendario Maffeiano.

Dies 4. quo caput papyriceum *Adonidis* per aquam directè ferebatur in Byblum, ex conjectatis supra num. 779.

Quo die fuit dedicatio Templi *Iovis fidei sponsoris*, quòd Templum fuit extructum ab vltimo Rege Tarquinio, & à Posthumio Cos. Hoc die in Capitolino colle dedicatum. Ita Rosinus, & Gyraldus.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Gyrald. synt. 12. fol. 79. n. 20.

Fiebant sacra *Fidio* vetusto Sabinorum Deo, à quibus nuncupabatur, & *Sabus*, & *Sanctus*, & *Semipater*. Ita Ovidius, Rosinus, Hospinianus, & Tamayus, hoc die,

Ovid. in 6. Fast. Rosin. citat. Hosp. cit. c. 20.

Dies habitus vt felix agendis rebus. Quo & die sacrificabant *Lari familiari*, colebantque *Lares*, vt ex Macrobio, Bungio, Alexandro, & Roman dixi num. 49. die 5.

Ipso hoc die Thebani de Lacedemoniis insigni illa victoria Leutricæ pugnæ positi sunt: res acta est Duce Epaminonda, qui eum prole careret, jactabat tamen, se puleherrimam peperisse filiam Leutricam pugnam. Ita Masculus.

Mascul. in Fast. fol. 247.

792 *Fidium* igitur colebant hoc die Gentiles, de quo canit Ovidius.

Fidius.

Ovid. in 6. Fast. Cartarius à fol. 105. Gyrald. synt. 2. fol. 79.

Quærebam Nonas Sancto Fidione *referrem*,
At tibi Semipater: *tunc mihi* Sanctus *ait*:
Cuicumque existis dederis, ego munus habebo:
Nomina terna fero, si voluere Cures.
Hunc igitur veres donarunt Æde Sabini.
Inque Quirinali constituère jugo.

Hæc Ovidius. Hujus *Fidii* simulacrum vana Gentilium religio effingebat, sic. Marmor in fenestræ modum formatum, in quo sculptæ erant tres Imagines. Dextra virilis, habitu pacifico. Sinistra Muliebris eodem habitu, coronata *Lauro*, quæ dextram dextræ jungebat, cum priore Imagine. In medio harum duarum effigies cernebatur pueruli, cum hac inscriptione supra caput: *Amor*. Apud Imaginem dextram virilem *Honor*, apud sinistram Muliebrem *Veritas*. In capite, & suprema parte marmoris, hæc verba: *Fidii simulachrum*, vt referunt Cartarius, & Gyraldus marginati, ac Tamayus hoc die, & tetigi supra num. 38.

Pictura.

793 Hunc *Fidium* putat Gyraldus marginatus esse eundem cum *Iove Sponsore*, idest sponsore fidei, præsideque fœderum juramento firmatorum, vt & putant Pausanias, & Lucianus, apud Menochium de Republica Hebræorum, qui eum Dionysio Halicarnasseo putat hunc *Fidium*, & à *Fide* dictum, & idòlum illud *Baal-Berith* de quo sæpe fit mentio in Libro Judicum: nam cap. 8. v. 33. dicitur. *Averti sunt filii Israel*: : : *Percusserunt que cum Baal fœdus*, vbi Hebraice legitur *Baal-Berith*, & cap. 9. v. 4. *Baal-Berith*, per quem quidam exponunt idòlum, sive Deum Confœderatorem, Mediatorem, Intercessorem, qui pacem, amicitiam, & fœdera inter Deos, & homines conciliaret, qualem Gentiles finxerunt Mercurium. Alii Deum auctorem, præsidem, & patro-

Menoch. de Rep. Heb. lib. 4. cap. 2. num. 16. Halicarn. lib. 4. Iud. 8. v. 33. Bib. Maxim. & Malueud. hic.

Digitized by Google

num humanorum fœderum, qui primum fœdera invenerit, & iis præsideat, eorum arbiter, ac vindex, quem & fabulantur Mercurium, vt omnia tradit Maluenda marginatus addens, quod *Baal-Berith* interpretatur *Dominus, Patronus, Auctor puritatis, Munditiei, Seuenitatis, Alimenti, & Recreationis*, quasi hisce rebus præesset. Hæc Maluenda.

794 In simulacro *Fidii* cernebatur, vti dixi *Veritas* sic. Mulier *honestè habitu induta*, coronata *Lauro*, porrigens dexteram *Honori*.

Veritatis Pictura.

1.

2. Secundò pingebatur Veritas (ex Cartario fol. 246.), Mulier, *Pulchra, Magna, Ornata, Illustris, Splendida, Oculis fulgentibus* velut astra.

3. Tertiò, ex ipso Cartario à fol. 310. pingebatur Veritas: Mulier *pulchra, cincta, discalceata*, manu dextra tenens *bilanceam*, sinistra *securem*, versa facie ad bilancem, quæ pictura, & justitiæ, & veritati adaptari potest.

Apud Ægyptios fuerunt portæ *veritatis* juxta quas erecta erat statua *justitiæ*, vt citatus Cartarius advertit.

795 *Lares Familiares* colebant Gentiles Nonis, & Idibus vniuscujusque mensis, vt sæpe dixi, & Roman marginatus advertit, quibus in igne sacrificabant coronas *florum*, & *herbarum*, ac *effigies*, & *pilas*, necnon *thus*, & *thymiama*, vt dixi num. 114. & advertit marginatus Roman, qui addit, quòd in hisce festis tot effigies *Laribus* dicabant, quot erant in domo, & servi, & liberi, idque fiebant seducti, vt nulli Lares essent infesti. Eratque hoc festum omnium, & servorum, & liberorum, in quo festo servi sedebant cum Dominis ad mensam, manducabant, & bibebant, ac si liberi essent, quòd fiebat, vt propter eam benevolentiam melius in posterum servirent Dominis. Vide dicta num. 114. & 118.

Roman tom. 2. lib. 2. cap. 17.

Ritus.

796 At hoc die, quo Gentiles seducti delirabant in suo Fidio, aut Jovi Sponsori, fœdus initientes cum eo. Opponuntur nostri, qui (vt loquar verbis Chrysologi) signaculo fidei, Annulo honoris, Arrha cælestium nuptiarum decorati, æterno fœdere desponsati sunt Deo in Cælis. Hi sunt *Marcianus* cum Sociis, *Florentius*, *Faustinus*, & alii, *Dorotheus*, *Bonifacius*, & *Sancius* omnes laureati martyrio, quibus ad eandem palmam associantur heroinæ *Zenaides*, *Cyria*, *Valeria*, & *Marcia*, quæ per multa tormenta gaudentes ad martyrium pervenerunt. Cumque ex dictis: in Fidii simulacro cernerentur *Veritas, Honor, Amor*, & *Corona* ex lauro, verte hæc ad sacra in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando *Veros* fideles annulo veræ fidei decoratos, *Amatores* Dei, *Honorantes* ipsum, *Laureatos* martyrio.

Martyrol. Rom. S. Chrysol. ser. 3.

Thema 1.

797 Simulachrum Fidii erat, vti dixi, marmoreum. Marmor sic vocatur Græcè à *viriditate*, ex S. Isidoro, sintque marmora. Lapides eximii: quia maculis, & coloribus commendantur; nam gemmæ marmoreæ aliæ sunt *albæ*, aliæ *nigræ*, aliæ *virides*, aliæ *rubeæ*, candidis intervenientibus punctis, quæ vocantur purpurites, eo quod rubeant, vt purpura. Habetque marmor diversas maculas, jam purpureas, jam nigras, jam aureas, vt omnia notat Anglicus; quòd verte in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando *Albos* castitate, *Nigros* humilitate, *Virides* honestate, *Rubeos* martyrio, flagrantique charitate. Quòd si ipso Anglico teste, est marmoris genus *Charistæum*, *Viride*, & *Optimum* vocatum, ab aspectu, eo quod gratum sit iis, qui gemmas sculpunt; & hæc verte in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Virides* honestate, *Optimos* sanctitate, *Charistæos* beneficentia, & patrocinio, in suos clientes, & devotos.

S. Isidor. lib. 16.

Anglicus lib. 16. cap. 69.

Thema 2.

Thema 3.

DIES VI.

798 HIc dies, qui & 8. Idus Junii, dies *Nefastus*, ex Kal. Maffeiano, aut *Ater*, ex Macrob. & Beyerl. A.D. 159.

Dies 5. quo caput papiriceum *Adonidis*, per aquam directè ferebatur in Byblum, ex conjectatis, num. 779.

Qui dies lætissimus dicatus Deæ *Latitiæ*, & *Fugiæ*: quare & hoc festum *Fugalia* vocatum, de quo S. Augustinus ait: *Verè Fugalia, sed pudoris, & honestatis.*

S. Aug. lib. 2. de Civ. cap. 6. Vives ibi.

Dies singularis apud antiquos Romanos, ob Templum *Vestæ* Romæ apertum. Ita Rosinus, & Tamayus, quòd Beyerlinc refert ad sequentem diem.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Tamay. hoc die. Beyerl. hoc die.

Dies quo *Dianæ* Templum conflagravit. Sacerdotes currentes clamarunt, eo die, magnum malum natum Asiæ. Contigit anno ante Christum natum 354. Ita ex Eusebio Beyerlinc.

Verè fuit *Nefastus*, & *Ater* Juliano Apostata, qui in expeditione Persica periit, anno 366. Ita Nauclerus, lib. 2. & Beyerlinc citatus cum eo.

Dies

Digitized by Google

Dies Græcis festivissimus propter *Philippi Regis* Macedonum victoriam, qua Potidæam cepit, Illyrios prælio domuit, & in equestri certamine Olympico victor est declaratus, vt ex, Gyraldo, & Plutarcho, tradunt Mascu-
Mascul. fol. 248. Tamay. hoc die. lus, & Tamayus. Dies Natalis Alexandri Magni, ex Plutarcho apud Beyerlinc.
Beyerlinc hoc die.

Fugalia, Fugia, Vitula, & Lætitia.

799 *Fugalia* igitur agebantur hoc die, dicata Deæ *Fugiæ*, quæ & *lætitiæ* Deæ, à fugatis hostibus nominata; quam, & nuncuparunt *Vitulam*, & *Victoriam*. Motivum hujus festi nominati *Fugalia* fuit. Quia post discessus Gallorum, ex
Varro lib. 5. de Lin. Lat. Vives in lib. 1. de Civ. cap 6. Rosin. lib. 2. cap. 19. & 21. obsidione vrbis, aliqui ex finitimis populis, vt Ficulneates, Fidennates, & alii contra Romanos conjurati insurrexerunt, & hoc die, postridie Nonas Junias, de repente tumultus fugit, devictus à Romano populo, & à Thuscis: quare magna celebritate hoc die festum egerunt, *effusa omnium licentia turpitudinum, & verè Fugalia, sed pudoris, &*
S. Aug. lib. 1. de Civit. cap. 6. *honestatis*, ait S. Augustinus: quia & omnium turpitudinum licentia, & omnium lætitia festum agebant à fugatis hostibus nominatum, dicatum Deæ *Fugiæ*, & *Lætitiæ*, quæ & *Vitula*, & *Victoria* nominata, quam putabant præesse lætitiæ, & cui sacrificabant pro obtinendis frugibus, vt omnia cum aliis notant Vives, & Rosinus. Picturam *Victoriæ* adduxi supra num. 141. cum & *Fugia*, & *Vitula* ac *Lætitia* fuisset nuncupata, & pro iis habes picturam. Vide infra num. 933.

800 At si hic dies, apud Gentiles & lætissimus ob fugatos hostes, & Victorialis ob Philippi regis victoriam; potiori titulo sit apud nos memoria
Martyrol. Rom. dignus, ob alterum *Philippum*, vnum ex septem primis diaconis, qui nobilioribus profectò virtutibus illustrior extitit, quàm Philippus Macedo: nam & Samaritas, & Æthiopes, Reginamque ipsam Candacem convertit ad Christi fidem. Felix etiam dies ob virgines prophetissas, verè fatidicas, cum quibus Vesta, & vestales certare non possunt de pudore, & religione, itaque frustrà illud Vestæ templum apertum: nam nulla Vestalium posset cum his de pudoris laude certare. Felix, & lætus nobis sit presens dies: quia in eo nasci meruerunt in Cœlis *Alexandri* duo, vterque Magno major, *Tharsienses milites* numero viginti: *Artemius* cum vxore *Candida*; & *Paulina* filia; *Amatius*, & socii laureati martyrio; quibus associantur, ad coronam gloriæ, & præsules Illustres *Eforgius*, & *Joannes*, ac *Norbertus* Præmonstatensium pater, & fundator.

801 Cumque hoc die *Fugalia* egissent Gentiles à fugatis hostibus nominata, quæ lætissimè dicarunt Fugiæ, aut Victoriæ. Verte hæc ad sacra in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando verè victores hostium animæ, *Mundi*, scilicet, *Dæmonis*, & *Carnis*: vnde per tria certamina præfatorum hostium fugativa, Thema habes ad hodiernos Sanctos encomiandos. Amplius: quia Fugalia dicabant Gentiles Fugiæ, Lætitiæ, Vitalæ, aut Victoriæ; hæc christianiza, in ipsorum Sanctorum honorem, eos encomiando verè *Fugales*, aut *Fugios* hostium animæ; *Lætos* in Dei obsequio; *Vitulos* & assiduè laborando pro Deo, & ipsi offerendo se in sacrificio; *Victores* veros, quia & hostes, & semetipsos vicerunt. Tandem quia si Gentiles lætissimum suum festum Fugalia nominatum dicabant *Fugiæ*, aut *Victoriæ*, & hanc pingebant Virginem *Pulchram*, vultu liberali, & blando, *Alatam*, *Volantem*, *Coronatam* lauro, gestantem in manu *Palmam*, vt dixi num. 141. Verte picturam in ipsorum hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Pulchros* castitate, modestia, religione, *Alatos* amore in Deum, & proximos, *Volantes*, & contemplatione, & zelo salutis animarum; gestantes *Palmam* aut martyrii, aut triumphorum devictorum hostium, *Coronatos* lauro gloriæ sempiternæ.

Thema 1.

Thema 2.

Thema 3.

DIES VII.

802 Hic dies, qui & 7. Idus Junii, *Nefastus* notatur in Kalendario Maffeiano.

A. D. 158.

Dies 6. quo caput papyriceum *Adonidis* per quam directè ferebatur *septem diebus* in Byblum, ex conjectatis num. 779.

Mensis delubrum hoc die dicatum, quod templum Punico bello votum fuerat *Menti Deæ*, vt inderet bonam mentem. Ita Vet. Kalend. Rosin. Mas-
Kalend. Vet. Ovid. in 6. Fast. Mascul. fol. 249. culus, & Ovidius. Sed Hospinianus die 8.

Ad hunc diem refert Kalend. Rom. & Beyerlinc eum eo *Vestæ templum Romæ apertum*, quòd ad diem præcedentem alii referunt, vt ibi dixi.
Beyerl. hoc die

Veneri Erycinæ festum dicatum in Capitolio. Ita Vives in lib. 4. Civit. cap. 21. cum Ovidio.

Dies

Dies Festus cognominatus *Piscatoriis Ludis*, qui in campo Martio celebrabantur ad Tiberim. Ita Ovidius, Rosinus, Hospinianus, & alii, hoc die, vt Roman, Tamayus, & Masculus.

Ovid. in 6. Fast. Hosp. de Orig. Fest. cap. 18.

Quo die *Arctophilax occidit*. Ita Rosinus, cum Kalendario Astronomico, in suo, lib. 4. cap. 4.

803 Gentiles igitur inter alia falsa numina dementes coluerunt & *Mentem*, quam finxerunt Deam, vt bonam mentem concederent: eique Templum in Capitolio erexerunt, dicaruntque hoc die, & sacra; cum in bello Punico Votum fecissent erectionis præfati Templi, quòd fuit erectum ad latus Templi *Veneris Erycinæ*, & vno tantum canali discretum ab isto, vt Livius, & ex eo Rosinus observat. De quo cecinit Ovidius.

Mens.

S. Aug. lib. 4. cap. 21.

Rosin. lib. 2. cap. 18. Gyrald. synt. 1. fol. 30. Livi. lib. 23. Ovid. in 6. Fast.

Mens quoque Numen habet, Menti *delubra videmus*
Vota metu belli, perfide Pœne tui.
Pœne rebellabas: & Letho consulis omnes
Attoniti, Mauras pertimuêre manus.
Spem metus abstulerat, cum Menti *vota Senatus*
Suscipit; & melior protinus illa venit.
Adspicit instantes mediis sex lucibus Idus
Illa dies, qua sunt vota soluta Deæ.

Venus Erycina.

804 Fuit & *Venus Erycina* cognominata, à monte Siciliæ vocato *Eryce*, in quo Æneas matri construxerat Templum, vt cum Virgilio, Gyraldus observat. Huic *Veneri Erycinæ* vovit & construxit Templum Romæ Q Fabius Maximus Dictator, cum ex Sibyllinis Libris edictum esset, vt iis voveret, cujus maximum imperium in vrbe esset, vt cum Livio ait Rosinus, qui huic *Veneri* duo Templa memorat fuisse Romæ dicata, alterum in Capitolio, alterum ad Portam Collinam. Festumque Romæ huic Veneri dicatum *septimo Idus Iunii*, ait, cum Ovidio, Vives in lib. 4. Civit. cap. 21. Hanc putarunt Deam *persuadendi*, & vnam ex quinque Diis nuptialibus, *Iovem*, scilicet, *Iunonem*, *Venerem*, *Lepòrem*, & *Dianam*: quare in harum honorem Gentiles quinque cereos in nuptiis accendebant, suasque nuptias sic prophanabant.

Gyrald. synt. 13. fol. 338.

Rosinus lib. 2. cap. 10.

Piscatorii Ludi.

805 Fuit & hoc die festum *Piscatorum*, seu horum *Ludi*, qui quotannis mense Junio, & hoc die, trans Tiberim fieri solebant, à Prætore Vrbano pro *Piscatoribus Tiberinis*, in honorem *Phœbi*, vt favente Tiberi abunda piscatio, & quæstus fieret, ait Hospinianus, quorum quæstus non in macellum perveniebat, sed ferè in aram *Vulcani*, quòd id genus piscieulorum vivorum dabatur ei Deo, pro animis humanis, ait Rosinus. Audi Ovidium, de hoc festo dicentem:

Ovid. in 6. Fast. Hosp. de Orig. Fest. cap. 18. fol. 114.

Rosin. lib. 4. cap. 10.

Tertia post Nonas removere Lycaona Rhœbe
Fertur; & à tergo non habet Vrsa metum.
Tunc ego me memini Ludos *in gramine campi*
Aspicere, & dici, lubrice Tibri tuos,
Festa dies illis, qui lina mademia ducunt:
Quique tegunt parvis æra recurva cibis.

806 At hic dies, qui jam Festus, jam Nefastus fuit Gentilibus, nobis sit Victorialis, Fastus, & Felix, ob præclaros Sanctos, qui & Mentis, & omnium Idòlorum aris despectis, sana mente certarunt pro Christo, cujus gratia evasère verè victores. Hi fuerunt *Paulus* præsul Constantinopolitanus, qui pro fide Catholica multa passus ab Arianis, ab ipsis stragulatus martyr occubuit, in Cappadocia: in Ægypto *Lycarion*: ac in Hispania Cordubæ *Petrus*, *Valabonsus*, *Sabinianus*, *Vistremundus*, *Habentius*, & *Hieremia*, pro fide, sub Saraceno tyranno passi, quorum acta apud Tamayum vide. Cum dictis martyribus, & hoc die, cœlitibus associatur *Robertus* insignis pietate, & virtute, qui Dœmonem sibi insidiantem jussit more famuli subsequi se equitantem per cœnosum locum: post mortem visus fuit tendere in Cœlum, specie pulcherrima ignei, ac lucidi globi. Cumque hoc die *Arctophilax*, seu signum mirabile ex septem Stellis, *occidat*; & occasus Sanctorum sit eorum natalitium in Cœlis, ac præfato signo *Arctophilace* nominato adumbrentur Sancti: habes per eum signum plura Themata supra à num. 732. hodiernis Sanctis accommodanda.

Martyrol. Rom.

Tamay. à fol. 456. Mascul. fol. 249. & 269.

Themata.

807 Cæca Gentilitas in tripliei prophano festo delirabat hoc die, altero Menti, altero Veneri, altero Phœbo, aut Vulcano dicato, & à Piscatoribus acto, vt abundaret piscatio, & quæstus: quare, & piscieulos vivos offerebat. Quòd si ipsi Gentiles & *Sacrarunt* Templum Menti, & Venerem appellarunt *cœlestem*, vt ait Gyraldus synt. 13. fol. mihi 330. & Vulcanum coluerunt vt luminis, igniscque præsidem, quem & *Volcanum* nominarunt, quasi versantem in igne, ex dictis à num. 96. Verte

hæc

hæc ad sacra in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando *Templum* Dei: quia suas mentes vero Deo sacrarunt: *Cœlestes*, quia in terris vitam cœlestem egerunt: *Volcanos*, quia igne amoris in Deum, & proximum flagrantes, se totos dicarunt Christo: vnde pro ipsis alterum habes Thema. Tandem: quia si ex dictis num. 99. *Vulcanum* pingebant jam *Nigrum*, jam *Discalceatum*, jam *Coronatum*, & gestantem dextera hanc inscriptionem. *A me pietas discatur, & religio*: & hæc prophana ad sacra vertamus, pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Nigros* humilitate, *Discalceatos* à terrenis affectibus, verè *Pios*, & *Religiosos*, à quibus vera pietas, veraque discatur religio, *Coronatos* gloria.

Thema. 2.

Thema. 3.

808 Fabularunt Poëtæ Vulcanum efformasse pulcherrimam fœminam, longè reliquas superantem pulchritudine, & venustate; postquam autem quod potuit perfecit, Jovem, & reliquos Deos deprecatus fuit, vt singuli singulas perfectiones fœminæ illi liberaliter impertirent; Venus pulchritudinem, Minerva sapientiam, Pallas fortitudinem, Jupiter potentiam, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam, &c. atque hanc fœminam *Pandoram* vocitabant; hoc est *aggregationem donorum*. Fabulosa narratio, sed quæ re vera adumbra, quòd Trinus, & vnus Deus pluribus Sanctis fecit, eos decorando *Sapientia, Castitate, Fortitudine, Potentia, &c.* Vnde habes alterum Thema Sanctis debitè accommodandum.

Hesiodus tom. 1. Plut. lib. de Fortun. Cartag. de Concept. lib. 1. Hom. 13.

Thema. 4.

DIES VIII.

A.D. 159. Kal. Maffeiano.

809 Hic dies qui & 6. Idus Junii, sic notatur in Kalend. Maffeiano: *Menti in Capit*, idest: delubrum *Menti* dicatum in Capitolio, quòd ad diem præcedentem alii referunt, vt dixi num. 802. Ita & Hospinian.

Hospinian. cit. cap. 18. fol. mihi 114.

Dies 7. & vltimus, quo caput papyreum *Adonidis* per aquam *septem diebus* directe ferebatur in Byblum, ex conjectatis num. 779.

Nudipedalia sacra fiebant à Matronis dicata *Vestæ*. Ita Rosin. & Tamayus, cum Ovidio, quæ sacra & ad hunc diem refert Masculus fol. mihi 249. ac Roman. tom. 2. cap. 18.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Tamay. hoc die.

Quo die, *Quinquatria Minervæ* sacra. Ita cum Ovidio, Masculus citatus.

Solemnis, & festivus dies apud veteres Romanos: nam *Jovi Pistori* sacra fiebant, ob Aram in Capitolio positam. Ita cum Vet. Kalend. Masculus, & Tamayus; at Rosinus, & Hospinianus hæc referunt ad sequentem diem 9.

Hoc ipso die, & *Vestæ* diem dicabant sacra, & *Asinos coronatos floribus* circumducebant per vrbem. Ita Rosinus, Roman, & Tamayus. Imò & *molæ* frumentariæ coronabantur floribus, vt Masculus observat. Causam adduco num. 812.

Rosin. Roman. Tamay. Mascul. citati.

Tandem & celebris hic dies apud antiquos Romanos, ob commemorationem triumphi *Iunii Bruti*, ob vlteriorem Hispaniam subactam. Anno 621. vrbis secundum Carolum Sigonium. De quo Ovidius, & Tamayus.

Tamay. hoc die. Sigon. in Fast. triump. fol. 209.

Fuit, & hoc die, in Græcia *Theseæ* celebritas, & communis gratulatio, de Thesei reditu Athenas post interfectos latrones, qui infestis regionibus grassabantur. Ita Plutarchus, Ovidius, & Masculus.

Plutar. Ovidius. Mascul. fol. 250.

810 Mos fuit Gentilium Græcorum, Romanorum, Barbarorum *nudis pedibus incedere*, vt arescente terra pluviam de Cœlo impetrarent; vt cum Tertuliano tradit Rosinus. Hoc igitur die *Nudipedalia* fiebat à Matronis Romanis ad templum *Vestæ* cui sacra dicabant, & ad quod templum nudis pedibus pergebant. Causa fuit: quòd cum olim ea parte fuissent lacunæ, ita vt sicco pede templum Vestæ adire non potuerint: nudis pedibus Matronæ perrexerunt ad Templum, idque postea observarunt in vetustatis memoriam, etsi jam siccatis lacunis.

Nudipedalia.

Rosin. lib. 5. cap. 26. Poet. Ovid. in 6. Fastor. Tamayus hoc die.

811 Dixi quòd hoc die *Iovi Pistori* fiebant sacra, ob Aram in Capitolio ipsi erectam. Causam tradunt Ovidius, Lactantius, Gyraldus, & alii: quia fabularunt, quòd eo tempore quo Galli obsidebant Capitolium, Jupiter Romanos obsessos in quiete monuit, vt ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hostium castra jacularentur panes: eoque facto, soluta est obsidio, desperantibus Gallis inopia subigi posse Romanos. Audi Ovid.

Iovis Pistor. Ovid. in 6. Fastor. Lactant. lib. 1. Gyrald. Synt. 2. fol. mihi 78.

Nomine quam pretio celebratior arce Tonantis,
Discant Pistoris *quid velit ara Iovis.*
Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis:
Fecerat obsidio jam diuturna famem.
Jupiter ad solium superis regale vocatis,

Inci-

Digitized by Google

Incipe, ait *Mavii*, *protinus ille refert.*

Posse fame vinci, *spes excidit*: *hoste repulso.*

Candida Pistori *ponitur Ara* Jovi.

Addit Masculus in Fastis fol. mihi 249. quòd nedum ob id *candidam* erexerunt *aram* Jovi Pistori in Capitolio, sed & quòd ad lætitiæ significationem *molæ frumentariæ* coronabantur floribus, & hoc die quiescebant.

Vestæ sacrum.

812 *Vestalis* dies, quo Vestales sacrificabant *Vestæ*, etsi plures id referant ad sequentem diem 9. quemadmodum, & *Coronatio asinorum*. Causa fuit: quia cum passim convivia, hoc die, ante focos agitarentur, cibi etiam à civibus mittebantur Vestalibus Deæ *Vestæ* libandi, & *asini floribus coronati*, atque è *pane veluti monilia* quædam gerentes circumducebantur per vrbem. Item *molæ* sertis, & floribus coronabantur & quiescebant. Harum ceremoniarum, & rituum causas latè marginatus Ovidius refert, & Lactantius, ac alii. In summa causæ fuerunt: quòd olim nullus molarum fuerit vsus, sed solùmmodo consueverunt farra in furnis torrère beneficio ignis Vestæ. Indeque servarunt morem, vt hoc die & *foci*, & domina focorum, quæ putabatur *Vestæ* colerentur à Pistoribus: & asini, qui primis temporibus Vestæ beneficio putabantur immunes à circumagendis molis, cum nullus earum Romæ vsus esset, vacarent, & feriarentur. Fabularunt quoque quòd Dii fuerant convocati ad festa Cybelis, quodque tunc *Vestæ* dormienti vim inferre conaretur Priapus: asinus Sileni intempestivo clamore excitavit Vestam, quæ sic effugit insidias, & libidinem Priapi; & ob hanc causam asellos, hoc die, & coronabant *floribus*, *paniceisque* coronis, eosque circumducebant per vrbem sic coronatos, è pane *veluti monilia gerentes.*

Coronantur asini.

Ovid. in 6. Fast. Rosin. lib. 4. cap. 10. Lactant. lib. 1. cap. 21. Ritus.

813 At hoc die, quo in tantum Gentilitas cæca deliravit, & ob reditum sui Thesei gratulabantur Athenienses, nobis religiosa gratulatio occurrit, ob præclaros Sanctos associatos hoc die cœlitibus, post hostes devictos: vti fuere *Maximinus*, vnus è septuaginta duobus primis ducibus religionis, qui obsessum orbem terrarum à communi hoste liberarunt, *Medardus*, *Severinus*, *Gildardus*, *Victorinus*, & alii, cum quibus & illustris *Calliopa*, illi præsules illustres, ista martyr inclyta, quæ ob Christi fidem mammis abscissis, adusta, super testulas volutata, demum truncato capite, accepit martyrii palmam. Medardus, & Gildardus fratres fuerunt, qui eodem die nati, eodemque die Episcopi consecrati, vno quoque die de hac vita subtracti, simul in Cœlum migrarunt. Cumque hic dies triumphalis foret, apud veteres Romanos, quorum triumphi, etsi minimè æquandi triumphis nostratum, cedant illi in horum gloriam; quare per triumphos veterum Themata habes supra num. 134. & 493. ac per triumphantium colores num. 44. vt per *Album* castitatis, *Coccineum*, aut *Rufum* fortitudinis, zeli, & amoris Dei, *Viridem* spei, & *Cæruleum* vitæ cœlestis, ac gloriæ, hodiernos Sanctos encomies.

Martyr. Rom.

Themata.

814 Cumque & hoc die Gentilitas cæca deliraret, ob Thesei reditum (hostibus devictis,) ob Nudipedalia in honorem Vestæ, & ob aram candidam Jovi Pistori erectam: verte & has vmbras in hodiernorum Sanctorum honorem, vt lætetur populus Christianus, eos encomiando *Victores* hostium animæ, Mundi, scilicet, Dæmonis, & carnis, *Nudipedales*, ideſt, ab affectibus terrenis nudi, & soluti, *Aras candidas* & castitate, & vitæ christianæ candore, erectas Deo vero, vno, & Trino. Tandem si & hoc die ad lætitiæ Gentilium augmentum serviebant flores coronando asellos, abjecta jam prophanitate serviant flores religioni, in ipsorum hodiernorum Sanctorum honorem, eos coronando floribus; *Lilio* candoris vitæ, & castitatis; *Viola* humilitatis, & fragrantia exempli, *Rosa* aut ardentissimi amoris, in Deum, & proximum, aut martyrii: Vnde habes 3. Thema. Quòd si *Viola* sic nominatur *propter violentiam odoris* (teste S. Isidoro) & violæ tres sint species, *Alba*, scilicet, *Purpurea*, & *Mellina*, per has tres species violæ (ex Anglico) alterum habes Thema, hodiernis Sanctis accommodandum. Vide num. 598.

Thema. 2.

Thema. 3.

S. Isidor.

Anglicus lib. 17. cap. 191.

Thema. 4.

DIES IX.

815 Hic dies, qui & 5. Idus Junii, sic notatur in Kalendario Mafféiana. *Vest. N. Per. Vestæ*, ideſt, *Veste*, *Nefastus*, *Feria*, *Vestæ*.

A.D. 160. Kal. Mafféiano. Rosin. lib. 4. cap. 10.

His in *Vestalibus* hujus diei circumducebantur per Vrbem asini coronati floribus, & onusti panibus, atque quiescebant molæ, & Pistorum furni, quæ & molæ sertis, & floribus cornabantur, quòd

quòd fiebat in honorem *Veſtæ*, cui Veſtales, hoc die ſacrificabant. Ita Ovidius, Beyerline, & Hoſpinianus, hæc ad hunc diem referentes, etſi alii ad præcedentem diem, vt ibi dixi.

Ovid. in 6. Faſt. Beyerlinc hoc die. Hoſpin. citat. cap. 18.

Nudipedalia, ſeu feſtum Matronarum pergentium nudis pedibus ad Templum *Veſtæ*, ad hunc diem refert Hoſpinianus marginatus, etſi alii ad præcedentem diem.

Ara candida erecta in Capitolio *Iovi* Piſtori, ex Roſino, Hoſpiniano marginatis; & aliis die præcedenti.

Roſin. lib. 4. cap. 4.

Quinquatria minora. *Fortunæ* ſacrum. Ita, cum Ovidio, Beyerline ad hunc diem, in Theatro citatus.

Commemoratio triumphi *Iunii Bruti* ob vlteriorem Hiſpaniam ſubactam, relata ad præcedentem diem ab aliquibus, vt ibi dixi, ad præſentem diem refertur à Roſino, cum Livio, Plutarcho, & aliis.

Roſin. lib. 4. cap. 10. Flor. lib. 1. c. 7. Them. V. H. hoc die. Tamay. & Maſc.

Dixi, cum Kalend. Maffeiano, veteri Romæ hunc diem fuiſſe *Nefaſtum*, quòd fuit ob *Servii Tulii* Regis mortem, à *Tarquinio* genero patratam, ita vt ipſi Romæ veteri miſerè luctum peperiſſet, anno Vrbis 218. Ita marginati.

Dies à Gentilibus deſtinatus vrbanis rebus, & nundinis, ex dictis num. 49.

816 Hic igitur dies Luctus veteri Romæ, ob Servii cædem, ſit novæ Romæ dies lætitiæ, & gaudii, ob cædes *Primi*, & *Feliciani*: quia horum cædes, conſummatioque martyrii, ipſis attulit gloriæ initium, & ob eorum felicitatem, æternam nobis lætitiam, & gaudium. Congruit *Feliciano Vincentius* Levita, pari palma, & perfecta victoria decoratus, nec (præter alios hujus diei felices cœlites) deſunt ad felicitatis auſpicium, & maxima virtute *Maximianus* præſul, & eximio candore *Columbus* ex Scotia. Pro iis Themata diei præcedentis num. 814. accommoda. Amplius: quia ſi hoc die colebant Gentiles Veſtam, & hæc ex dictis 1. die Februarii num. 200. pingebatur Virgo *pulcherrima*, veſte *alba* induta, *cincta*, manu dextra tenens *tympanum*, læva *baculum*, ac corona candida redimita: Verte picturam in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando *Albos* caſtitate, *Pulcherrimos* virtutibus, *Cinctos* juſtitia, *Habentes tympanum* jam mortificationis, jam celebritatis nominis, ac *baculum* potentiæ acceptæ à Chriſto ad patranda mira, & *Candida* corona gloriæ redimitos.

Martyrol. Rom. Themata. Pictura. Thema.

Tom. II.

DIES X.

817 Hic dies, qui & 4. Idus Junii, *Nefaſtus* notatur in Kalend. Maffeiano. A.D. 161.

Dies flammigeratus ob ſacratas ædes Romæ dicatas *Concordiæ*, & *Fortunæ*; illi à Livia Matre Tiberii, iſti à Servio Tullio Rege. Ita Kal. Gyraldi, lib. de menſibus, Tamayus, Roman, & Maſculus hoc die. Gyraldus de Menſ. fol. mihi 614.

Matralia, ſivè *Matutæ* Deæ feſtum, ex Roſino, Hoſpiniano, Maſculo, & Gyraldo citato cum Vet. Kal. quæ *Matuta* & *Leuchotea*, & *Aurora* fuit dicta, ex Hoſpiniano, & Maſculo. Quæ Matralia, ac dedicatio tàm templi concordiæ, quàm Fortunæ Fortis ad ſequentem diem 11. alii referunt. Roſinus lib. 4. cap. 4. Gyraldus citat. Hoſpin. citat. cap. 18. Maſcul. fol. 250.

Quo die, anno exitus Hebræorum de Ægypto, moræ Moyſis in monte Synai impatientes Hebræi, in ſeditionem verſi, congregantur adverſus Aaronem, jubentque ſurgere, & facere ſibi Deos. Exod. 32. v. 1. ex dictis in Diario Sacro, num. 2194.

Ipſo die, *Delphin veſperi oritur*, ait Roſinus citatus cum Kalend. Aſtronomico.

Dies *Fortunatus* habitus ob triumphum à T. Didio Proconſ. partum de Celtiberis. Ita cum Livio Maſcul. cit.

818 *Concordiæ* ædes plures fuerunt Romæ erectæ, de quo dixi die 16. Januarii, vbi & Concordiæ picturas adduxi. De quo & vide Gyraldum ſyntagmate 1. à fol. mihi 33. Templum Concordiæ dicatum, à *Livia* matre Tiberii fuit extructum, ab ipſoque Tiberio dedicatum hoc die, in quo & ſuum, & fratris Druſi vita functi, nomen inſcripſit. De quo Ovid. *Concordiæ*. Gyrald. ſynt. 1. Ovid. in 6. Faſt.

Templa feciſti, quam colis ipſe, Dea.
Hæc tua conſtituit genitrix, & rebus & ara.
Te quoque magnifica Concordia *dedicat æde*
Livia, quam charo præſtitit illa viro.

819 *Fortunæ* cognomento *Forti* erat à Gentilibus hic dies dicatus, & dies *Fortis Fortunæ* appellatus à Servio Tullio Rege, quòd is Fanum, extra vrbem juxta Tyberim in hortis, *Fortis Fortunæ* dedicavit, de quo Varro, Gyraldus & alii. Audi Ovidium. *Fortuna Fortis*. Varr. lib. 5. de Lin. Lat. Gyrald. ſynt. 16. fol. 391.

Quam cito venerunt Fortunæ Fortis *Honores!*
Poſt ſeptem luces Iunius actus erit.
Ite, Deam læti Fortem celebrate Quirites:
In Tyberis ripa munera Regis habet.

Digitized by Google

Advertit Mascnius cum Gyraldo quod hujus Fortunæ simulachrum erat collocatum propè signum Servi Tullii Regis, toga contectum, sive quod puderet conditione servum evasisse in Regem, beneficium tamen ille Fortunæ Fortis agnosceret, sivè alia de causa. Hæc Fortuna Fortis, & culta fuit die 25. Maii ob triumphum partum eo die à Servio Tullio Rege de Hetruscis, vt eo die dixi, & de eo festo sunt versus Ovidii hic adducti, & culta fuit hoc die ob Templum ipsi dicatum ab ipso Tullio, vt cum pluribus dixi num. 817. Præter plures Fortunæ picturas quas adduco præfato die Maii 25. num. 728. accipe alteram, ex Neruæ quodam numismate. Matrona *pulchra*, *discalceata*, *cincta*, *sedens* in throno, cum *radiata corona*, tenens læva *sceptrum*, dextera *surficem*, cum hac inscriptione *Fortuna P. R.* quam picturam Christianizatam vide infra num. 828.

Vide Rosinus lib. 4. cap. 10.

Pictura. Cattar. à fol. 131.

820 *Matralia* erant & hoc die dicta *Matuta*, *Matura*, aut *Matrona* Dea. Hæc fuit *Ino* Cadmi filia, quæ & *Leucothëa* dicebatur à Græcis, & *Aurora* fuit nuncupata, ac *Mater* ob bonitatem. Huic Servius Tullius Rex Templum extruxit, quod postea refecit Camillus facto voto, & obtenta victoria de Veiis. In hoc Templo ancillis Romanis nefas erat ingredi, vna introducebatur, & alapis cædebatur. Amplius, in his sacris filios in vlnis sub brachiis ferebant; & circum sacrificia cutrebant. Scribit Livius, quòd in casu incendii circa ædem Matutæ, vox horrendaædita fuit è Templo cum tristibus minis, nisi ignes nefandos procul à Templo amovissent, vt omnia referunt marginati Gyraldus, & Rosinus, apud quos alia videnda.

Matralia, Matuta, Aurora, &c. Ovid. 3. Metam. & 6. Fast. Rosinus lib. 2. cap. 19. Gyrald. synt. 1. Ritus.

821 Dixi quòd *Matuta* nuncupata fuit *Aurora*: quare & noto, quod Auroram finxerunt Deam filiam Hyperionis, & Thiæ, aut Pallantis, aut Geor Titani, & Terræ, quam & fabularunt consurgere ex Oceano:

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida conjux.

Aut proficisci à thalamo quodam Solè pulchriore, & purpura ipsa rubicundiore.

Vbi pallida surgit.

Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Quam & fabularunt *Memnonis* matrem, quem mortuum ploravit ad sepulchrum, & ipsius *Aurora* lachrymas mansisse impressas in lapide sepulchrali Memnonis. Ad quod sepulchrum quotannis advolabant aves, ob id vocatæ *Memnonidæ*, vt Plinius & Beyerlinc tradunt.

Aurora. Poëtæ Virgil. Ovidius. Gyrald synt. 7. Cartag. de Assumpt. col. 683. & 684. Theocrit. in Epitaph. Bionis. Theat. Vit. H. V. Sepulchr.

Plin. lib. 10. cap. 26.

822 *Aurora* igitur fuit à Veteribus vocata *Tithonia*, *Aurea*, *Roscida*, *Rosea*, *Crocea*, *Lucida*, *Splendida*, & *Rhodadactiles*, quasi roseos digitos habens, ac *Lutea*: quam pinxerunt. Primò: *Sedentem* in aureo solio, *indutam* veste aurata, *ornatam* coma flava, & aurata.

Cognomina.

Gyraldus citat. Cartar. fol. 67. Pictura. 1.

Secundò eam pinxerunt in flammigero curru *vectam*, quasi Solis nunciam, ab equis rubeis, *gestantem* facem, *fulgentem* è Cœlo, & *conspergentem* aërem rosis puniceis, & floribus variorum generum, vt in marginatis, aliisque videndum.

Pictura. 2.

823 Sed jam omissis Poëtarum fabulis, & deliramentis, pergamus ad aliam *Auroram*, cui adolescentulæ comparant Sponsam per Salomonem, dicentes: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, &c.* Est aurora finis noctis præcedentis, & diei præsentis principium: quare, Anglico teste, & Berchorio, *diluculum*, *aurora*, & *manè* idem sunt, & pro eadem hora sumuntur: est enim diluculum, ex S. Isidoro, *terminatio* noctis, *inchoatio* plenæ lucis, *allevatio* infirmitatis, *expeditio* ab inimicis, *inceptio* securitatis, *tempus* laboris, & sobrietatis. Item aurora dicitur (S. Isidoro teste) quasi *aurea hora*, quia in illa Sol videtur esse coloris aurei, aut quia rutilans diffundit colorem quasi aureum: dicturque aurora, quasi *aura rorans*, quia in aurora ros generatur, diffunditur in terra, eoque humectatur: nuncupaturque aurora *avium hora*, quia nocturnas fugat, diurnas & mundas ad volandum, & cantandum excitat. Adumbrat aurora Virginem, gratiam, pœnitentiam, & Sanctos, vt marginati, & alii observant.

Cant. 6. v. 9.

Anglic. lib. 9. cap. 21. S. Isidor. Bercho. in Reduc. lib. 5. c. 53.

824 Hic igitur dies, jam nefastus, jam fastus, festivus, & triumphalis apud veteres, sic apud nostrates verè triumphalis, ob præclarissimos triumphos partos à *Gentilio*, *Amantio*, & sociis de Diis, Tyranno, & igne, à quo minimè læsi, tandem consummato martyrio cœlitibus fuêre associati: iis eum eadem palma adjunguntur *Basilidis* & socii; *Zacharias*, *Timotheus*, *Arestus*, *Rogatus*, & alii, quibus adhæret *Margarita* Scotorum Regina: Quòd si hoc die delirabant Gentiles in sua Matuta, nuncupata aurora: quare encomia,

Martyrol. Rom.

Gentil-

Gentilibus tributa auroræ, verte in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando, *Luteos* humilitate, *Croceos* pœnitentia, *Aureos* charitate, *Roscidos* misericordia, & pietate, *Lucidos* operibus, *Roseos* exemplo, charitate, aut martyrio, *Splendidos* gloria: vnde habes Thema, aut Themata pro hodiernis Sanctis, pro quibus faciliter Christianizare, & accommodare poteris auroræ picturas adductas, num. 822. applicareque alia ex præcedenti numero.

Thema. 1.

825 *Delphin* oritur hoc die, vbi dixi cum Kal. Astronomico. Sunt idem *Delphia*, *Delphis*, & *Delphinus*. Triplex igitur est Delphinus *piscis*, *arbor*, & *Stella*; Piscis *Delphinus*, qui & *Simon* vocator, quasi *auditor*, eo quod vocem hominis sequitur, armonia delectatur, & ad vocem symphoniæ gregatim Delphines, aut Simones conveniunt salientes in mari nihil velocius, non spirant in aqua, vt alii pisces, sed in superficie, in aëre, & habent oculos in capitis occipicio, vt advertunt S. Isidorus, Anglicus, & Aristoteles: quare (Berchorio teste) Delphinus Sanctos adumbrat: quia *Delectantur* in melodia verbi Dei: quia *Veloces* in obediendo, & Dei præcepta exequendo: quia *Spirantes*, & anhelantes non in aqua bonorum temporalium, sed in aëre spiritualium, ea desiderando: quia *habentes oculos* in parte superiori, elevatos scilicet ad Deum contemplandum, & cœlestia appetendum. Alia, & mira de Delphinis Piscibus apud Solinum, & Berchorium vide, & applica.

Calep. verb. *Delphin.*

S. Isidor. lib. 12. cap. 6. Anglic. lib. 13. cap. 16. Aristotel. Berchor. in Red. lib. 7. cap. 21.

826 Delphinus arbor, est viridis habens gratiosos *ramos*; *folia* Delphinis similia, vnde ita nominatus, *flores* purpureos, similes violæ, & ab aliquibus vocatur *Hyacinthus*, vt Dioscorides notat, apud quem vide hanc arborem effigiatam. Quod verte in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando mysticos Delphines, *Viridis* honestate, *Gratiosos* charismatibus cœlestibus, *Violaceos* humilitate, *Purpureos* charitate, aut martyrio, *Hyacinthinos* vita cœlesti. Tandem: quia si hoc die consignatur ortus Stellæ *Delphin* nominatæ, & Stellæ (Gemiliano teste) sunt *mundissimæ*, *sphericæ*, *luminosæ*, & *altissimæ* situ; verte & hæc ad hodiernos Sanctos quorum in cœlis natalitium Sancta colit Ecclesia: eos encomiando *Mundissimos* puritate, & gratia, *Sphericos* paupertate, & contemptu temporalium, *Luminosos* operibus justitiæ, *Altissimos*, quia ad altissimam contemplationem, gloriamque cœlestem elevatos. Vnde habes Thema 4. Et ex dictis, per triplicem Delphinum *Piscem*, *Arborem*, & *Stellam* habes alterum Thema.

Calep. citat.

Dioscorid. lib. 3. cap. 79.

Thema. 3.

Gemin. lib. 1. cap. 69.

Thema. 4.

Thema. 5.

DIES XI.

827 HIc dies, qui & 3. Idus Junii, sic notatur in Kal. Maffeiano: *Matr. N.* hoc est: *Matralia, Nefastus*, etsi alii Matralia ad præcedentem diem referant, at & ab Ovidio cum Vet. Kal. ad hunc diem, quòd & fecére Rosinus, & Tamayus.

A.D. 162. Kal. Maffeiano.

Ovid. in 6. Fast. Rosin. lib. 4. cap. 4.

Festum *Concordiæ* ad hunc diem refert Hospinianus.

Hospin. citat. cap. 18.

Solemnitas dedicationis Templi *Fortunæ fortis*, & *Concordiæ* ad hunc diem refertur à Rosino citato cum Vet. Kal. & Ovidio, quamvis à Gyraldo referatur ad diem præcedentem, vt ibi dixi.

Ab hoc die vsque ad 16. fuerunt Hebræi laborantes, *per sex dies*, in operatione vituli, ex dictis in Synopsi Chronologica Mansionum cap. 65. num. 1424. Populusque detulit ad Aaronem *inaures aureas* ad conflandum ex eis vitulum, Exod. 32. v. 3. vt in Diario Sacro dixi hoc die num. 2195.

Exod. 32. v. 3. Maluend. hic. Laureto verb. *Inaures.*

Dies *Luctui* sacratus à Pythagoricis, ex dictis num. 49.

828 At hic dies apud Gentiles *Nefastus*, nobis sit lætus ob Sanctum Apostolum *Barnabam*, quem Gentiles, ob staturam, vultus pulchritudinem, & speciem gravem, ac benignam, vocarunt errantes, Jovem; sed tunc maximè Barnabæ majestas fulsit, cum tonans clamavit, ne Jupiter haberetur, damnansque Gentilium Deos, ac pro Christo cæsus, martyrio fuit decoratus; cui ad eandem martyrii lauream associantur hoc die *Felix*, & *Fortunatus* fratres. Cumque hoc die inter alia prophana, Gentiles coluissent Fortunam, hujus picturam adductam num. 819. Christianiza, & verte in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando *Cinctos* castitate, *Discalceatos* ab affectibus terrenis, *Pulchros* virtutibus, tenentes *Fortitudinem* mortificationis, *Sceptrum* potentiæ à Christo acceptæ ad mira patranda, Redimitos in Cœlo corona gloriæ.

Martyrol. Rom. Act. 14. v. 11.

Thema. 1.

829 Hebræi Gentiles hoc die deliraverunt deferendo ad conflandum vitulum *inaures aureas*, seu vt vertit Maluenda *Manilia* mulierum. Verte & hæc

ad sacra: nam si inaures adumbrant obedientiam, charitatem, bona opera, & bonum exemplum, iis monilibus, quibus Hebræi Gentiles se expoliarunt, induti fuerunt hodierni Sancti scilicet monile *Obedientiæ*, *Charitatis*, *Operum* bonorum, & *Exemplorum*, per quæ monilia pro iis Sanctis alteram habes Thema. Cumque & hoc die, juxta aliquos fuissent Matralia dicata Matutæ, quæ & nuncupata fuit Aurora, vt dixi die præcedenti, & vertendo prophana ad sacra per Auroram habes Thema num. 821.

Thema. 2.

DIES XII.

A. D. 163.

830 Hic dies, qui pridiè Idus Junii, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 2. quo Hebræi Gentiles laborabant in operatione vituli, cujus typum ex argillosa terra formarunt, *opere fusorio*. Exod. 32. v. 4. vt cum Saliano dico in Diario Sacro num. 2197.

Theat. Vitæ Hum hoc die. Mascul. fol. 251. Tamay. Stuchius fol. 17.

Chronia, aut *Cronica* festa Athenis celebrata, ita dicta à diuturnitate temporis, ex Beyerlinc, Masculo, & Tamayo, qui addit, quòd hæc sacra Saturnalia fiebant in honorem *temporis*, sivè *Saturni*, ob quòd dies apud Athenienses celebris.

Flor. Lio 72. Golzius, Beyer. Mascul. hoc die.

Fuit & partim funestus, partim triumphalis: *Funestus* nece *Rutilii* Consulis Romani, occisi à Marsi, anno 664. *Triumphalis* ob triumphum P. Crassi Proconsulis partum de Lusitanis anno 660.

Chronia.

831 Dixi quod hoc die Athenienses celebre festum agebant dictum *Chronia* à temporum diuturnitate, dictum *Tempori*, vel *Saturno*: nam Saturno veteres significabant tempus, ipsumque Saturnum nuncuparunt quasi patrem temporum, & spatia temporum continentem fabulati sunt, vt referunt Gyraldus, & Cartarius. De Saturno, & Saturnalibus dicam die 17. Decembris: Nunc autem de tempore noto, quòd Ægyptii juxta Serapidis simulachrum, temporis imaginem ponebant, constantem tribus capitibus *Leonis* scilicet, *Canis*, & *Lupi*, qua imagine adumbrabant tempus *præteritum*, *præsens*, & *futurum*. Præterea & quadritates temporis indicabant in simulachro Saturni prædicto *quatuor oculis*: duo ante, duo post affixis, qui vicissim claudebantur, atque patebant, duobus semper vigilantibus, & in humeris *quatuor alis*, quarum duæ expansæ, duæ reductæ ac complicatæ, tanquam stantis, quo emblemate indicabant, & continuum motum temporis, & in tempore semper vigilandum, vt omnia notat Cartarius citatus, apud quem, & Gyraldum alia vide.

Gyrald. Synt. 4. à fol. 119. Cartar. à fol. 22.

Pictura Temporis. 1.

832 Amplius: quia Veteres Ægyptii *serpentis imaginem*, in orbem redactam, & caudam ore aprehendentem, in manu dextera Saturni statuebant, pro emblemmate *temporis*, *anni*, *ætatis*, & *immortalitatis*, vt observat Pierius; & in suo Theatro Beyerlinc. Vnde habes secundam temporis picturam.

Pier. Val. lib. 14. fol. 130. Theat. Vitæ Humanæ verbo *Tempus*. Pictura. 2.

Tertiò per *Falcem*, Saturno attributam, & in ejus manu dextera depictam, adumbrarunt tempus; quòd tempus omnia metit, execatque, & aufert, vt ait Pierius Hieroglyphicorum lib. 16. pag. 536. & Beyerlinc marginatus. 3.

Quartò, per arborem vocatam *Populum*, & indicabant Tempus; propterea quòd ea arbor bicoloribus foliis sit prædita, ex quo adumbrat præcipuas partes ipsius Temporis, diem scilicet, & noctem, vt aiunt Pier. Val. lib. 52. fol. 505. ac cum eo Beyerlinc cit. fol. mihi 52. 4.

Quintò, & pro Temporis Hieroglyphico posuerunt *Stellam*: quia Stellæ, & alia corpora cœlestia, sua quadam lege iterum, ac sæpius mota, eodem semper temporis intervallo, certisque periodis, eo redeunt, vnde ferri cœperant. Ita Beyerlinc cit. & Pierius lib. 44. fol. 437. 5.

833 Hic igitur dies Gentilibus jam funestus, jam lætus, sit nobis faustissimus, ob præclaras victorias *Basilidis Cyrini*, & sociorum militum, quibus ad martyrii lauream associatur *Antonina*: faustissimus inquam: quia cœlitibus annumerati *Olympius*, & *Amphion* præsules, ac anachoreta *Onuphrius*. Quòd si hoc die deliberabant Gentiles in sua Chronica, aut Cronica in honorem temporis, & tempus adumbrabant per *Serpentem*, *Falcem*, *Populeam* arborem, & *Stellam*. Verè hæc Hieroglyphica temporis, in hodiernorum Sanctorum honorem, eos enucleando, per *Serpentem* prudentes, per *Falcem* mortificatos, pœnitentes, & fortes: per arborem *Populeam*, vitides honestate vitæ; per *Stellam*, fulgentes, virtutibus, gratia, & gloria. Quibus cœlitibus accommodate poterit aliud Thema per Populeam arborem, ex num. 676. aliudque per Stellam ex num. 826. Martyrol. Rom. Thema.

DIES XIII.

A.D. 164.

834 Hic dies, qui & Idibus Junii, *Nefastus* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies habitus *Musarum* natalis, vt Masculus in Fastis hoc die observat, fol. 251. & Beyerline cum Kalendario Romano.

Dies 3. operationis vituli, quo die typus vituli ex argilla exicatur brevi tempore, vt in æstate media, ex dictis cum Saliano in Diario Sacro, hoc die num. 2198.

Gyrald de mense fol. 614. Hospin. cit. cap. 18. Alex. lib. 3. cap. 18. Mascul. hoc die.

Tibicinium alterum festum Tibicinorum anniversarium, dicatum *Minervæ*, quo die Tibicines, qui sacris præibant, per vrbem procedebant habitu muliebri induti, & solemniter ad ædem Minervæ conveniebant, & faciebant Idibus Januarii, vt marginati tradunt; qui dies & appellatus *Minuscula Quinquatrus*, vt observant Gyraldus de Mensibus, & Rosinus cum aliis.

Gyrald. citatus. Rosin. lib. 4. cap. 4. & 10.

Dies quo ædes *Iovi Invicto* consecrata, & dedicata fuit. Ita Kalend. Vet. Rosinus, Tamayus, Gyraldus de Mensibus, & alii.

Hospin. citatus.

Adonierum sacra, & solemnitatem ad hunc diem refert Adrianus, apud Hospinianum. De quo festo egimus nos die 1. hujus à num. 771.

Dies *Faustus*, & feriatus ac agendis rebus felix, festus, & solemnis dicatus *Laribus*, & *Iovi Statori*, vt alii dies Iduum, ex dictis num. 49. die 13.

Tibicinium, *Quinquatrus*.

835 Fuit hic dies & *Tibicinium*, & *Minuscula Quinquatrus* appellatus, ob idque lætus, de quo M. Varro, & Festus ita scribunt. *Quinquatrus Minuscula dicta Iunia Eidus, à similitudine Maiorum, quòd Tibicines tunc feriati per vrbem ambulant, & conveniunt ad ædem Minervæ. Tibicines qui Minervam colunt.* Aliud festum *Quinquatria* appellatum dicebant *Minervæ*, aut die 18. Martii, vt vult Gyraldus, eo die adductus, aut die 19. ejusdem mensis, vt nos ibi diximus cum pluribus. Et quamvis Tamayus ibi eruditus putet *Quinquatria* festum dictum *à quinquando*, idest, *lustranda*, quòd eo die arma ancylia lustrari essent solita; at *Quinquatria* dicta à num. *quinque dierum* sacrorum in honorem *Minervæ* notavi ibi num. 450. cum Ovidio dicente:

M. Varro de L. L. lib. 5. Festus, & Rosin. lib. 4. cap. 10.

Ovid. in 3. Fastor.

Nominaque à junctis quinque diebus habet.

Gyrald. citatus.

Et idem sentit Gyraldus lib. de Mensibus, in Kalendario fol. mihi 611. Cumque hoc festum Tibicinorum in honorem Minervæ *Quinquatria*, aut *Quinquatrum* appellaretur, deduco actum *per quinque dies*, scilicet ab hoc vsque ad diem 17. inclusivè. *Quinquatria* illa in Martio acta erant, ob natalem Minervæ, & quia ædes eo die ipsi consecrata. De horum Quinquatrorum origine jam dico.

Ovid. lib. 6. Fastor. Livius lib. 9. Val. Max. lib. 2. cap. 5. Plut. in Quæst. Rom. q. 55. Rosin. lib. 4. cap. 10.

836 Concessum fuit Tibicinibus vt vesci possent in æde *Iovis*, idque post à proximis Censoribus prohibitum: quam prohibitionem Tibicines ægrè ferentes, vno agmine omnes è Roma exierunt, abierunt Tibur, adeò vt ne vnus in Roma esset, qui in sacris præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatum, legatosque Tibur miserunt, vt darent operam, vt hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini benignè annuentes, accitos eos in Curiam hortarunt, vt reverterentur Romam. Renuerunt illi. Quare Tiburtini agnoscentes Tibicines avidos esse vini, invitant eos ad festum, causa epularum, & cantus; & vino oneratos sopiunt, atque ita in plaustra vinctos conjiciunt, ac Romam deportant, crapula plenos, & oppressos. Tunc sic positos in foro Romano, factus fuit concursus populi, imperatumque Tibicinibus vt manerent, concessumque vt quotannis, iis, qui in sacris præcinerent, *per triduum* pergerent per Vrben ornati vestibus floridis, ac muliebribus, tecto capite, & cum cantieu solemniter vagando per vrbem, restitutumque ipsis, jus vescendi in æde, dum præcinerent in sacris. Et hæc origo hujus festi *Tibicinorum*, & *Quinquatrorum*, vt tradit Rosinus cum aliis marginatis; ex quibus aliqui notant concessionem pergendi per vrbem ornati *vestibus floridis*, &c. fuisse *per triduum*, sed cum ex dictis numero præcedenti, hoc festum *Quinquatrum* appellaretur: quia *per quinque dies actum*; dicendum, quòd & per quinque dies Gentiles, Minervæ dicabant hoc festum, & forsan per ipsos quinque dies ornati vestibus floridis, &c. procedebant.

Iovis Invicti.

837 Fuit, & hoc die, *Iovi Invicto* Templum dicatum, & consecratum: quare & præsentem diem habuerunt festivum in honorem præfati Jovis. *Iovem* dognominarunt Gentiles *invictum*, *victorem*, *opitulum*, *impulsorem*, *statorem*, *centupedam*, & alia, quæ prosequi longum esset, ait S. Augustinus, addens ea omnia fuisse cognomina à Gentilibus imposita vni Deo propter diversas potestates, quas ipsi tribuerunt: non tamen

S. Aug. lib. 7. Civit. cap. 11. Rosin. lib. 2. cap. 5.

Digitized by Google

men propter tot res, aut tot Deos eum esse coëgerunt : quòd omnia vinceret, quòd à nemine vinceretur, quòd opem indigentibus ferret, quòd haberet impellendi, statuendi, stabiliendi, ac resupinandi potestatem : quod tanquam tigillus mundum contineret, ac sustineret, quòd aleret omnia, quòd ruma, ideſt mamma aleret animalia. In his, vt advertimus quædam magna, quædam exigua, & tamen vnus vtraque facere perhibetur. Hæc ad literam S. Augustinus marginatus referens quæ de suo Jove victore, invicto, &c. fabularunt Gentiles.

838 Hic igitur dies, qui jam infaustus, jam faustus, & felix fuit Gentilibus, nobis sit lætus ob natalem in Cœlis *Fortunati*, *Luciani*, & *Peregrini*; sit & nobis lætus, non ob natalem Musarum, sed *Filuculæ*, & *Aquilinæ*, quæ pulchriores virtute, quam alteræ forma, coluntur; sit & lætus ob natalem in Cœlis illius eximii præconis *Antonii* Paduani, origine Vlysiponensis Minoritici Ordinis Decus, qui castitate, sapientia, virtutibus, & miraculis extitit admirabilis. Hoc igitur die in quo Tibicinium agebant Gentiles in honorem Minervæ, canendo tubis; nobis veniunt venerandi hodierni Sancti, pro quibus per quatuor tubas *corneam*, *æream*, *auream*, & *argenteam* habes num. 697. Thema hodiernis Sanctis applicandum.

Martyrol. Rom.

Thema. 1.

839 Tria inter alia festa agebat hoc die Gentilitas, vnum dicatum *Minervæ*, alterum *Iovi Invicto*, alterumque *Adonio*, *Osyridi*, aut *Soli*. Cedant igitur prophana sacra, & in honorem veræ religionis serviant hujus, præclarissimo præconi *Antonio*; qui ob ejus Sapientiam à Gregorio IX. & *Arca Testamenti*, & *divinarum Scripturarum Armarium* vocatus fuerit quare cedat Minerva *Antonio*: cedat Jovis qua fabulatus invictor, & victor: quia verè Antonius fuit *Invictor*, cum vinci non potuisset ab hostibus animæ; fuitque *Victor* in omnia elementa triumphans, vt Mendoza de nostro Sancto discurrit: cedat Adonius, Osyris, aut Sol: quia Antonius verè fuit *nova lux Italiæ*, vt de eo canit Ecclesia, Solque sanctitatis, cum ex ejus vultu divinus quidam *vibravit fulgor*, terrens tyrannum Exelinum: vnde considera Antonium *Sapientem*, *Invictum*, *Victorem*, & *Solem*, & habes Thema.

Haye in elogiis S. Antonii.

Ecel. Seraph. in Offic. S. Antonii de Padua, Aña. ad Mag. in prim. Vesp.

Thema. 2.

840 *Antonius* dicitur ab *Anthos*, quæ vox *florem* significat; & sanè lilium videmus in manu Antonii, quod inter flores est excelsum : quare de lilio dixit Plinius. *Nec vlla florum excelsitas major* : quare mysticum *lilium* Sanctum Antonium encomia ab excellentia *castitatis*, *sanctitatis*, & *celebritatis* nominis. Tandem : quia si lilio est triplex color, *Albus*, *Rubeus*, & *Purpureus*, hodiernos Sanctos encomia floridos virtutibus, *Albos* castitate, *Rubeos* charitate, *Purpureos* martyrio, aut incendio mentis in Deum transformatos, solùm amando cœlestia. Sicque prophanum ritum florum, verte ad sacra.

Thema. 3.

Plinius lib. 20. cap. 5.

Anglic. lib. 17. cap. 91.

Thema. 4.

DIES XIV.

841 HIc dies, qui & 18. Kal. Julii *Nefastus* in Kalendario Maffeiano. A. D. 165.

Dies 2. quo Tibicines *Quinquatria* agebant in honorem Minervæ, ex dictis num. 835.

Lustria *Minervæ*, ex Varrone, Festo, & Censorino, notat ad hunc diem Rosinus in suo Kalend.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Quo die Hebræi *typum vituli*, ex argilla factum, & exsiccatum præparârunt ad funditionem vituli in eo, ex dictis cum Saliano in Diario Sacro num. 2198. & 2199.

Dies lætus Athenienſibus ob sacra *Buphonia* nuncupata, ita dicta ab insigni immolatione *Boum* dicata Jovi Polieo. Ita Masculus, Tamayus, Gyraldus, & Beyerline.

Beyerl. Mascul. Tamay. hoc die. Gyraldus Synt. 17.

Ad hunc item diem referunt quidam insignem illam stragem Persarum, qua Xerxes, copiosissimo exercitu cæso ad Thermopylas, victus, & fractus est.

Theatrum Vitæ Humanæ: Mascul. fol. 259.

Dies dicatus Diis *Manibus* ex dictis supra num. 49. Sacrificabant *Soli*, ex dictis eodem numero.

842 Hic igitur dies, qui veteribus Romanis Ater, & infaustus; nobis quidem, jam atrox nostrorum pœnis, jam candidus felici exitu, pretiosa morte in Domini conspectu, quorum plures proprio amore sacrati. Hi fuêre *Marcianus*, *Valerius*, *Rufinus*, & *Anastasius*, cum socio *Felice* Monacho, & *Digna* Virgine, omnes laureati martyrio; hi tres Cordubæ in Hispania pro Christo jugulati in Arabica persecutione. Quo die cœlitibus associantur, & *Quinctianus*, & *Ætherius* præsules; & quamvis religionis magnus Dux *Basilius* Kalendis Januarii obierit, hoc die, quo consecratus fuit Episcopus, potissimum recolitur, cujus virtus, doctrina & sa-

Martyrol. Rom. Tamayus hoc die, à fol. 524.

& sapientia effulsit vincendo Valentem Cæsarem, exarmando Arium, confortando fideles, confundo infideles, patrãdo miracula. Quòd si hoc die tria inter alia agebant infideles festa, cedant prophana, serviantque sacris, & verte illa in honorem hodiernorum Sanctorum, & præcipuè Magni Basilii, eumque encomia ter Magnum *Sapientiæ, Potentiæ* à Deo accepta ad mira patranda, *Virtute*, & sanditate.

Thema. 1.

843 Verè enim *Magnus* castitate, moribus, & vita, *Doctor*; & *Sol* Orientalis Ecclesiæ. Cumque tribus litteris componatur *Sol*, quæ indicant S, *Solus*, O, *Omnia*, L, *Lustrans*. Hæc adapta mystico Soli Sancto Basilio Magno, quasi *Solus Omnia Lustrans* inter Græcos. Eremita quidam Ephrem nomine positus in extasi vidit columnam ignis, cujus caput ad Cœlum pertingebat, & vocem desuper audivit dicentem: *Talis est Magnus Basilius, qualis hæc columna ignis, quam vides.* Hinc Basilium jure Magnum encomia, vt columnam *Ardentem* charitate, *Lucentem* sapientia, *Sustentantem* virtute, *Protegentem* patrocinio, & pro tanto Doctore, Fundatore Monasticæ vitæ, ac Sancto, alterum habes Thema.

Thema. 2.

Hist. Lomb. lect. 26.

Tamayus hoc die.

Thema. 3.

DIES XV.

A.D. 166. Kal. Maffeiano. Gyrald. de Mes. fol 614. Rosin. Roman. Mascul. hoc die.

844 Hic dies, qui & 17. Kalend. Julii sic notatur in Kalend. Maffeiano. *Q. St. D. F.* idest, *quando stercus defertur Fas.* Erat igitur dies, quo *Vestæ* delubrum purgabatur, & quòd inerat sordidum, foras extrahebatur, quam ob causam solemnem habuerunt præsentem diem, vt Roman advertit.

Ab Hebræis, hoc die, auro liquefacto, & in typum infuso pro vitulo, ex dictis cum Saliano, in Diario Sacro num. 2200.

Hyades oriuntur. Ita Rosinus cum Kal. Astronomico lib. 4. cap. 4.

Sacrificabant *Soli*, & *Laribus Præstitibus*, ex dictis supra num. 49. in fine.

Cœpit Nicenum Concilium contra Arium, aliosque infideles congregatum anno 324. vt Masseus, Beyerline, & Masculus hoc die observant.

Ovid. in 6. Fastor. Rosin. lib. 4. cap. 10. Varr. lib. 5. de L. L.

845 Dies igitur præsens *Rituosus* fuit Romanis veteribus, ob *Delubri Vestæ* purgationem, qua quidquid inerat sordidum foras extrahebatur, & per Capitolinum clivum deferebatur Stercus in certum locum, qui claudebatur porta stercoraria. Qui dies & fatet habitus à Romanis Gentilibus, & in eo *Prætori Fas*, vt in Kalendario notatur, & Rosinus tradit. De qua purgationis die cecinit Ovidius: Ovid. cit.

Hæc est illa dies, qua in purgamina Vestæ
Tibi per Etruscas in mare missis aquas.

De his purgaminibus vide M. Varronem citatum, & alia, quæ de lustrationibus Gentilium die 2. Februarii adduxi.

846 At, hoc die, quo Gentiles delirabant in delubri Vestæ purgationem, nostratum fuit propositum, aras, & templa omni superstitione expurgare: hoc cum suis *Vitus*; qui cum ante Jovis simulacrum ductus esset, tonitru, & terræmotu eversum est fanum, & simulachrum obrutum: hoc *Hesychius*: hoc *Dula*: hoc inclytæ heroinæ *Benitdis, Libya, Leonidis*, & *Eutropia* etiam moriendo spectarunt, & cum martyrii laurea pervenerunt ad gloriam. Inter gemmas numeratur ab Anglico, cum S. Isidoro, sulphur, quod deservit ad lanas suffundendas, & purificandas. Quatuor sunt genera sulphuris, alterum *Candidum*, alterum *Igneum*, alterum *Virens*, alterumque *Translucens*, estque sulphur vena terræ, multum habens in sua compositione aëreitatis, & igneitatis, dicturque *sulphur*, quasi *solum urens*, estque sulphur dictum *vivum*, quod in aqua *viret*, atque *translucet*. Hinc hodiernam prophanam veterum purgationem, verte ad sacra pro hodiernis Sanctis, qui purgati ab omni culpa, virtutibus, meritisque supernis ornati, associati sunt cœlitibus: quare per relata genera sulphuris eos encomia *Candidos* castitate, *Virentes* spe, & honestate vitæ, *Igneos* charitate, *Translucentes* in aquis adversitatis, persecutionum, & martyrii, mirabili constantia, imò velut Sol fulgentes in gloria. Per Hyades hoc die ortæ plura habes supra.

Martyrol. Rom. Mascul fol. 257. & 279.

Anglic. lib. 16. cap. 94. S. Isidor. lib. 16. cap. 1.

Thema.

DIES XVI.

A.D. 167.

847 Hic dies, qui & 16. Kal. Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeino.

Anno exitus Hebræorum de Ægypto, hoc die, refrigerato metallo apparuit vitulus, quo celeriter expolito ab aurificibus, dixerunt Hebræi idolatria infecti, *Hi sunt Dii tui Israel, &c.* Exod. 32. v. 4. Quod cum vidisset Aaron ædifica-

Digitized by Google

ficavit altare coram eo, & voce præconis indixit solemnitatem in sequentem diem. *Cras solemnitas Domini est*, v. 5. Ita ex Saliano in Diario Sacro, num. 2201.

Plut. in Thes. Theat. Vit. H. Mascul. Tamay. hoc die.

Dies celebris Athenienſibus ob ſacra *Metoecia* in honorem *Theſei* inſtituta, quod is, homines antea per agros ſparſos, in ſocietatem vitæ, atque in vrbis communionem coëgiſſet, Athenis conditis.

Zephyrus flat. *Orion* oritur, notatur hoc die in Kal. Aſtronomico, apud Roſinum, in ſuo lib. 4. cap. 4.

Cum Nero immaniſſimus Imperator totum theatrum illuxiſſet acéro, ac ſtellis ſuperne diſtinxiſſet, vt eſſet ſpectatoribus mirùm, juſſit hunc diem

Mascul. fol. 253. appellari *Aureum*. Ita Maſculus ex Suetonio.

Perſarum claſſis, hoc die ad Artemiſſiam ſuperata, maxima facta cæde, Græcis triumphantibus de Perſis, vt ex aliis, Beyerline hoc die.

Zephyrus. Favonius. Calepin. verb. *Zephyrus.* Gel. lib. 2. c. 22.

848 De *Orsone*, & *Theſeo* dixi, nunc de *Zephyro* noto, quod *Zephyrus* eſt ventus flans ab occaſu equinoctiali, adverſus ſubſolanum, quem Latini appellant *Favonium*. Dictus *Zephyrus*, quaſi vitam ferens, eo quod fovet, aut fert ea, quæ naſcuntur ad vitam, hyeme enim reſolvit germina, & producit

Anglic. lib. 11. cap. 3. flores, vt, cum S. Iſidoro, Anglicus advertit, apud quem marginatum plura videnda de quatuor ventis cardinalibus, & octo collateralibus. Quatuor *Cardinales* ſunt: 1. *Subſolanus*: 2. *Favonius*: 3. *Auſter*: 4. *Boreas*. Primus dicitur *Subſolanus*: quaſi ſub Sole natus, quia naſcitur in torridazona, ſub qua ſemper movetur Sol, in Oriente ſub æquinoctiali paralello. Qui ventus habet duos collaterales *Vulturnum* verſus Septentrionem, & *Eurum* verſus auſtrum. Secundus dicitur *Favonius*, eo quòd fovet ea, quæ naſcuntur; oritur in occidente ſub paralello æquinoctiali. Qui & habet duos collaterales *Circium* verſus Septentrionem, & *Zephyrum* verſus auſtrum. Tertius ventus cardinalis, *Auſter* eſt dictus ab hauriendo aquas, oritur in zona juxta polum antharticum. Qui habet duos collaterales *Nothum* verſus Orientem, & *Affricum* verſus Occidentem. Quartus dicitur *Boreas*, ab Hyperboreis montibus ſub quibus flat, oritur ſub polo arctico, & habet duos collaterales, *Aquilonem* verſus Occidentem, & *Chorum* verſus Orientem. Quòd notatur hoc verſu:

Ac boreas aquilo venient, & chorus ab alto.

Hæc Anglicus cum S. Iſidoro. Ventus igitur, aut aër adumbrat Spiritum Sanctum, gratiam, dona, Beatitudines, & alia jam bona, jam mala, vt videndum eſt in marginatis. Ex ventis autem Cardinalibus *Subſolanus*, quia ſub Sole natus, adumbrat Gratiam: *Favonius*, qua à fovendo dictus, adumbrat charitatem, prædicationem, exemplum. *Auſter* autem, & adumbrat flatum Spiritus Sancti, flatum bonæ doctrinæ, roremque pietatis, devotionis, & compaſſionis. *Boreas tandem* qua frigidus, labores, & adverſitatem ſymbolyzat. De iis duobus Sponſa: *Surge Aquilo* (Boreas Aquilo dicitur à ſonora voce, Haye teſte) *& veni Auſter perfla hortum meum, & fluant aromata illius.* Ideſt, exurge tribulatio, tentatio, deſolatio, & perſecutio tâm interna, quàm externa, ſed adſit Auſter, ideſt Spiritus Sanctus per omnigena dona, & gratias. His enim duobus ventis ſimul exortis, & hortum perflantibus, vberrimè *fluent aromata illius*, quæ alias non fluerent, vel non tanta copia fluerent, vel ſaltem non innoteſcerent, aiunt SS. PP. Gregorius, & Anſelmus. Hæc enim, occaſione ortus Zephyri attuli, quia ad plura deſervientia, qui alia deſideret, marginatos adeat.

Laurer. verb. *Aer.* Gemin. lib. 8. cap. 11. Berch. in Red. lib. 6. à cap. 15.

Cant. 5. v. 16.

Haye hic. Tycin. hic.

Pictura. Zephyri. Gyrald. ſynt. 17. fol. 46. Cart. fol. 178. & 179.

849 Finxerunt Gentiles *Zephyrum* Deum, maritum *Floræ*, eo quod Zephyrus ab Occidente ſpirat, & flores excitat: quare Zephyrum maritum Floræ dixerunt, quam habebant Deam florum. *Zephyrum* pinxerunt *Formæ* juvenili, *Facie* decora, *Humeris* alatis, *Capite* redimito corona omnium florum.

Martyrol. Rom.

850 At hoc die, quo Gentiles Metoecia celebrabant, in honorem Theſei, ob ſocietatem vitæ, & communionem in vrbe, nobis occurrit Sanctorum ſocietas *Aurei*, *Juſtinæ*, & cæterorum multorum martyrum, qui in Eccleſia Moguntina ad ſacroſanctam ſynaxim convenientes à Gentilibus Hunnis diripientibus Germaniam, trucidati ſunt. His aſſociantur ad eandem martyrii lauream *Ferreolus*, & *Ferrucio*, ac ad gloriæ coronam, *Trycho*, *Berono*, *Similianus*, & *Aurelianus* præſules illuſtres, cum *Lutgarde* virgine præclara. Quod ſi hoc die flat Zephyrus alter ex collateralibus ventis Cardinalibus, per quatuor ventos Cardinales hodiernos Sanctos encomia, vt ſint myſticè *Subſolanus*, quà renati gratia Chriſti, eaque in ſuam moti: *Favonius*, quà foverunt virtu-

Thema. 1.

Digitized by Google

virtutes, ac spiritualem vitam; faventque clientes: *Boreas*, quà tolerarunt adversa, tentationes, persecutiones, & desolationes, *Auster*, quia adjuti Spiritus Sancti gratia, adversis servierunt, vt in Sanctis fluerent aromata virtutum, exemplorum, meritorumque.

Thema. 2.

851 Hoc die Flat Zephyrus, vti dixi, cujus picturam christianiza, & verte in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando per *Formam* juvenilem, constantes: per *Faciem* decoram ornatatos virtutibus christianis, decoratos gratia: per *Humeros* alatos, veloces charitate in Deum, & proximos: per *Coronam* omnium florum, coronatos hic virtutibus, & meritis, in patria, gloriaque.

852 *Aureus* fuit à Gentilibus præsens dies nuncupatus, sed potiori titulo sit hic dies Christianis *aureus*, ob Sanctos *Aureum*, & *Aurelianum*, illum martyrem, istum præsulem Arelatensem. Hinc prohis, aliisque hodiernis Sanctis nota: quòd *aureum* dicitur ab *aura*, eo quòd in aëre, seu aura plus fulgeat, vt ait S. Isidorus; est inter metalla *Solidius*, *pulchrius*, *pretiosius*, *clarius*, & *lucidius*, imò ac *ductilius*: nam malleo non scinditur, sed inter malleum, & incudem: sine ruptione, vel discontinuatione in bracteas tenuissimas secundum votum artificis æqualiter dilatatur; estque forma, & *decor* tam colorum, quam metallorum, vt omnia cum aliis notat Minorita Anglicus, qui cum Aristotele lib. Methœororũ addit aureum procreari ex sulphure *rubeo*, & argento *vivo*, & *albo*, quodque plus in ejus compositione concurrit de soliditate sulphurea, quam de aëreo aquoso viviargenti. Aureum igitur Sanctos adumbrat; vnde hodiernos encomia *Albos* castitate *Vivos* gratia, *Rubeos* ardore charitatis, aut passione martyrii. Aliaque dicta de auro satis aptè ipsis adaptare poteris.

S. Isidor. lib. 16. Anglic. lib. 16. cap. 4. Berchor. in Red. lib. 10. cap. 55.

Thema. 3.

853 Est & piscis *Aureum vellus* nuncupatus, qui lanam in similitudinem auri portat. Vnde ait Ambrosius, & cum eo Berchorius. Aureum vellus mare nutrit, & lanam in speciem metalli gignit, cujus colorem nullus adhuc fullo potuit imitari. De quo velleris genere creditur fuisse illud, quod quæsierunt Heroës 54. qui in navi dicta *Argo* navigarunt in Colchum, vt vellus aureum auferrent, quorum duces, & primores fuêre Jason, Castor, Pollux, Hercules, Orpheus. De quibus Virgilius ait:

S. Ambros. Berchor. in Reduct. lib 8. c. 8. Virgilius Elog. 4. Diodor. lib. 5. cap. 3. Higin. Fab. 14. Cornelius, & Tirin. in Iudic. cap. 6. v. 37. cum aliis.

Altera erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo delectos Heroas,

Fabula aurei velleris Jasonis, orta fuit ex historia velleris Gedeonis. Jud. 6. & ad vtrumque hoc vellus, scilicet Gedeonis, & Jasonis respiciens *Philippus* cognomento *Bonus* Burgandiæ Dux, anno Domini 1430. die 3: Idus Januarii instituit Ordinem celeberrimum equitum *aurei velleris*, constantem Heroibus nobilissimis, & fortissimis, qui quasi novi Gedeones, & fidei Christianæ dignitatem erigerent, & Baalis aras, ac lucos, Turcicas moscheas, & hæreticæ conventicula deiicerent, & succinderent, vt cum pluribus tradunt Cornelius, & Tirinus. Præfatus igitur piscis *Aureum vellus* nominatus adumbrat Christum, Beatam Virginem, & Sanctos, qua *aureos pretiosos*, & *altos*; quatenus ad conformitatem Christi, & Mariæ nullus attingere possit; ad Sanctorum autem conformitatem & sanctitatem, ac exteriorem conversationem difficulter sit accessus, vt Marginatus Berchorius notat. Vnde hodiernos Sanctos encomia per *Aureum vellus*, vt *Aureos* charitate, *Pretiosos* virtutibus, & meritis, *Altos* gloria.

Thema. 4.

DIES XVII.

A.D. 168.

854 Hic dies, qui & 15. Kalendas Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Anno exitus Hebræorum de Ægypto Hebræi idolatræ *Surgentes manè, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Exod. 32. vers. 6. coram vitulo saltarunt, cantarunt, choros agitarunt in idòli honorem, ex dictis in Diario Sacro hoc die num. 2205. cum Saliano, & aliis.

Menoch. de Repub. Heb. lib. 4. cap. 2. num. 13.

Hoc die *Delphinus totus apparet.* Ita cum Kalend. Astronomico Rosinus in suo, lib. 4. cap. 4.

Fuit hic dies vnus ex *Ægyptiacis*, & *Infaustis*: at contra, & *Faustus* fuit Romanis, ob insignem victoriam, quam *Posthumius* consequutus fuit adversus Volscos, & Æquos, vt ajunt Livius, & Tamayus.

Liv. lib. 10. Mascul. & Tamayus hoc die.

Testum *Quinquatrum* dicatum *Minervæ*, ex dictis num. 49. die 17. Solemne festum, minusculas offerebant, ex Alex. ab Alex.

Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18.

855 At hic dies, qui Gentilibus Faustus, ob insignem victoriam, potiori jure apud nos Faustus sit, & lætus: quia longè antecedunt victoriæ nostra-

Digitized by Google

Martyr. Rom. Mascul. in Fast. fol. 254. & 281.

cum. Hi fuêre *decem & sexaginta duo* martyres, qui Romæ cruore effuso, de mundo, tyranno, Diis gentium, ac de se ipsis triumpharûr, ac in Cœlis nasci meruerunt; quibus associantur ad martyrii lauream *Marcianus, Manuel*, & *Felix* cum Sociis; nec non & ad coronam gloriæ *Gundulphus* præsul, ac inter alios Confessores *Avitus* presbyter Aurelianus, qui cum ederetur in lucem, admirabili prodigio, irradiavit, ac lumine insolito, luce perfusa domus explenduit. Cum ex dictis, hoc die, Delphinus appareat, & sit triplex Delphinus *piscis*, *arbor*, & *stella*, per hos habes ad hodiernos sanctos encomiandos Thema num. 825. & Themata num. 826.

Themata.

856 De *Api* (cujus solemnitatem Hebræi idòlatræ hoc die egerunt) egi die 23. Maii, à num. 716. vbi ritum, & picturas adduxi. Cumque ex ibi dictis pictura 1. pingeretur *Apis*, vt vitulus *nigro* corpore, *candida* fronte insignito dorso nota *alba aquilæ*; vituluſque ex S. Isidoro *à virtute* nuncupatus sit; Verte hæc ad sacra pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Nigros* humilitate: *Candidos* castitate, *Albos* rectitudine intentionis, *Aquilinos* contemplatione.

S. Isidor. lib. 12.

Thema. 2.

857 Item Aquila est avis *nobilissima*; *levissima* volatu, *sicca*, & *calida*, parum habens de carnositate, multum de neruositate, & plumositate; adumbrat conteplativos, & Sanctos *Nobilissimos* gratia, *Levissimos* volatu contemplationis in Deum, *Siccos* laboribus, & adversitatibus, martyriisque pro Christo passis, *Calidos* ferventi charitate in Deum: vnde Christianizato signo Aquilæ vituli Apis, alterum pro ipsis Sanctis habes Thema. Plura de alis, volatuque Aquilæ scitè tradit Seraphicus Doctor S. Bonaventura: vt quòd vna ala designatur *defensio à malo*, altera *promotio ad bonum*, his alis ambularunt, imò, & volarunt Sancti, volatu *Fortitudinis*, volatu *virtutis*, volatu *Perfectionis*, volatu, aut volatibus ad imitationem chori Angelorum, volatu ad *Contemplationem* æternam in gloria. Vnde ex S. Bonaventura marginato alterum habes Thema. Plura alia de Api vide præfato die 23. Maii, quæ christianizata accommodare poteris.

S. Bonav. ser. 3. in Dom. 24. post Pentecostes. Berchor. in Red. lib. 7. cap. 2.

Thema. 3.

Thema. 4.

DIES XVIII.

858 Hic dies, qui & 14. Kalendas Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 169.

Dies solemnis Romanis veteribus: ob sacra, quæ *Pallidi* in *Aventino* peragebantur, idque erat auspicium belli benè gerendi. Quòd festum etsi ad diem sequentem referant Beyerlinc, & Masculus; vt ibi dicam: at Hospinianus, Rosinus, & Tamayus, ac ante hos, Ovidius ad hunc diem referunt. Audi Ovidium:

Ovid. in Fastor. Hospin. cit. c. 18 Rosinus lib. 4. cap. 10. Tamay. hoc die.

Iam sex, & totidem luces de mense supersunt,
Huic vnum numero tu tamen adde diem.
Sol abiit è Geminis, & Cancri signa rubescunt
Cœpit Aventina Pallas in arce coli.

Dies *natalis Hammonis*, vt ex Beuthero Beyerlinc hoc die, & Masculus.

Veteres Romani, ipso hoc die sacrum dicabant *Annæ Perennæ*, vt ex Kalendario Rom. ait Beyerlinc citatus, ac Masculus. De qua *Anna* egi die 15. Martii à num. 429.

859 *Hammonis*. aut *Ammonis* natalis retulerunt ad hunc diem, quo & Hammonem coluerunt Gentiles, qui hunc Hammonem fuisse Jovem putarunt, quem *Ammon* ab *arena* nominarunt, eumque coluerunt jam specie *arietis*, jam statua rotunda *umbilici* instar, jam aliis modis, vt Rosinus, Gelius, & alii referunt. Fabularuntque Jovem fuisse conversum in arietem, apparuisseque cum cornibus arietinis, & vestimento lanicio, oraculum dedisse, ac exercitui Bacchi sitienti, in Libyæ deserta, vndam copiosi fontis exhibuisse, aut demonstrasse; ad quem fontem vniversus exercitus sitim sedavit. Quare Gentiles credentes Jovem formam illam indutum, aquas ostendisse; ibi erexerunt altare, atque Jovis Hammonis simulachrum posuerûr. Amplius fabulantur, & Jovem Hammonem specie arietina tectum apparuisse, & videndum præbuisse Herculi, mirum in modum ipsius aspectum desideranti. Quare arieti divinos tribuebant honores, nec vmquam in sacrificio ipsum mactabant; præterquam quod, die Jovi sacro, quotannis caput arieti abscindebant, ei pellem detrahebant, qua vestiebant Jovis simulachrum, quod ita disponebant, vt ad ipsum cerneret simulachrum Herculis; post quòd, omnes decoriatum arietem verberabant, &

Hammon. Rosinus lib. 2. cap. 5. Par. Gelius lib. c. 3. Gyraldus Synt. 2. fol. 97. Cartar. à fol. 113.

Origo Festi.

Ritus.

post

post verberationem, cadaver conditum vrna sacra, maxima cum religione sepeliebant. Quæ omnia tradunt Gyraldus, & Cartarius; Addit Quintus Curtius, quòd apud Troglodytas, in loco consecrato Jovi Ammoni, est fons, qui *aqua solis* vocabatur, hæc oriente sole *tepebat*, meridiè *frigebat*, vesperè *calebat*. nocte media *feruebat*.

Curtius lib. 4.

860 Pergo ad picturas. Ex ipso Curtio, & Cartario marginato cum eo: ibidem apud Troglodytas, erat *Ammonis* simulachrum, *instar umbilici*, ex smaragdis, aliisque lapidibus pretiosis coagmentatum, subtus *Latum*, ac *rotundum*, quòd paulatim versus *cuspidem* attenuabatur. Cumque aliquid scisciatari vellent, solemni pompa supra naviculam auratam à Sacerdotibus gestabatur: cui naviculæ in circuitu multæ argenteæ patenæ adhærebant; pompam sequebantur matronæ, atque virgines, Carmina quædam incomposita concinentes, quibus sibi persuadebant Jovem certa responsa redditurum.

Pictura. 1.

2. Pingebatur 2. *Ammon* in specie *arietis* cornuti: quia sic apparuisse putabant, vt dictum est.

3. Pingebatur 3. specie hominis *discalceati*, *seminudi*, & pelle arietina *aliqualiter contecti*, vt totum videre poteris apud Cartarium citatum, à fol. 113. ad 115.

861 At hoc die, quo in natalem *Ammonis* celebrandum Gentiles delirabant, nobis celebranda veniunt, religiosa observatione, plurimorum Sanctorum natalitia in Cœlis. Hi fuère *Marcus*, & *Marcellianus* fratres, qui lanceis transfixis, cum laurea martyrii ad sydérea regna migrarunt; *Leontius* cum sociis, *Cyriacus* cum *Paula*, & *Ætherius*, omnes in ætherea regna nati, decorati martyrio: quibus ad gloriæ coronam associantur virgines *Mariana*, & *Elizabeth*, ac præsul *Amandus*. Quod si Gentiles simulachrum *Ammonis* ex smaragdo, aliisque pretiosis gemmis coagmentabant, illa prophanitate abjecta, sacris serviant gemmæ, & primò *smaragdus* ita dictus à *viriditate*, & inter gemmas virides obtinens principatum, estque gemma *specularis*, & *perspicua* objectarum imaginum ostensiva, *viridis*, *gratiosa* oculis, *confortativa*, *micans*, & *fulgurans*, vt Anglicus, & alii marginati tradunt: quare adumbrat Sanctos *Speculares* claritate vitæ, *Virides* honestate, *Gratiosos* gratia, donisque supernis, *Confortativos* debilium virtute, exemplo, patrocinio, *Micantes* meritis, *Fulgurantes* gloria.

S. Isidor. lib. 14. & 16. Anglic. lib. 16. cap. 78. Oleast. in Exod. 28.

862 Specie arietis pingebant Ammonem: est enim aries pecus *laniferum*, *placidum*, & *tutor* ovium, vt totum S. Isidorus, & Anglicus: quare picturam Ammonis arietina specie, verte ad sacra, & in Ariete martyres, aliosque hodiernos Sanctos adumbratos intellige: quia *Laniferos* gratia Christi, *Placidos*, & *Mansuetos* hilaritate, mansuetudine, & patientia. *Fortes* laborando, & patiendo pro Christo. *Duces* aliorum doctrina, & exemplo: ac *Tutores* patrocinio.

S. Isidor. lib. 12. cap. 1. Anglic. lib. 18. cap. 2.

Amplius: quia *Aries* & dicitur ab *aris*, eo quod ad *aram* mactaretur, & quondam vocabatur *bidens*; nunc quoque *Vervex* appellatur *à verme*, eo quòd habeat vermen in capite, cujus pruritu excitatus fortissimè caput concutit, & ideò Aries Græcè dicitur *virtus*: Hinc hodiernos Sanctos mysticos Arietes encomia: quia *Virtuosos*: quia *Fortissimos* in Dei obsequio, aut vt arietes mactatos pro Christo: quia Deum in gloria videntes.

S. Isidor. & Anglic. citati. 3.

Triplex est Aries, scilicet *piscis*, qui solet natare, capite erecto extra aquam, vt ait Plinius; *pecus laniferum* de quo jam dixi, & *signum cœleste*: vnde per hos tres arietes, hodiernos Sanctos encomia, per marinum *Elevatos* à mundanis, & contemplantes cælestia; per pecus laniferum *Ornatos* gratia, & fortes; per signum cœleste *Fulgentes* velut stellas.

Plin. lib. 9. cap. 44. Berch. in Red. lib. 8. cap. 7. 4.

863 Tandem quia vt dixi die 7. Martii num. 400. signum arietis est *Igneum*, *Mobile*, *Masculinum*, & *Diurnum*: quare adumbrat Sanctos *Igneos* charitate, *Mobiles* velocitate obedientiæ, & continuo exercitio operum bonorum; *Masculinos* per probitatem virtutum, & virium; *Diurnos* per claram veritatem. Vnde habes 5. Thema. Cumque ex dictis die, & num. citatus signum Arietis tres habeat facies Veneris scilicet, Martis, & Solis: per has christianizatas, hodiernos Sanctos encomia. *Facie* Veneris, quà Dei, & proximi amatores: *Facie* Martis, quà fortes in laborando, & patiendo pro Christo: *Facie* Solis, quà lucidos in hac vita gratia, & virtutibus, in alia gloria. Vnde habes 6. Thema.

Berchor. cit. lib. 5. cap. 10. 5.

Thema. 1

Digitized by Google

DIES XIX.

A.D. 170. 864 Hic dies, qui & 13. Kal. Julii, *Comitialis*, ex Kal. Maffeiano.

Palladi festum in monte Aventino, ex Beyerlino, Masculo, ac Gyraldo de Mensibus, cum Veseri Kalend. quod festum cum Ovidio, & aliis nos reculimus ad diem præcedentem.

Gyrald. cit. fol. mihi 614.

Festum dicatum *Minervæ* in monte Aventino, ex Rosino cum Vet. Kalendario.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Ipso hoc die, *Sol in Cancro*, vt cum Kal. Astronomico, notatur à Rosino marginato, in suo.

Romanis veteribus solemnis dies, ob festum *Summani*, eique dicatum Templum, positum ad Circum Maximum, exterrita vrbe bello contra Pyrrhum, Ovid.

Ovid. in 6. Fest. Hospin. cap. 18. citatus. Tamay. hoc die.

Reddita quisquis is est Summano *templa feruntur,*
Tunc, cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

De quo *Summano*, & mentionem facit S. Augustinus, & alii, præter marginatos; vt statim dicam. Quamvis autem marginati *Summani* festum ad hunc diem referant, alii autem ad sequentem, vt ibi dicam. Cui Summano, & solemne dicabant die 15. Septembris, vt eo dicam, à num. 1293. & 1294.

Summanus. S. August. de Civit. cap. 23.

865 De *Summano* autem audi S. Augustinum: *Romani veteres nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Jovem, ad quem diurna fulmina pertinebant, &c.* Summanum igitur etsi Gentiles putarent esse vnum ex Diis, qui præessent nocti, sed nomen ejus proprium in obscuro habebant, vocabantque eum *Summanum*, quasi *summum manium*, cui tribuebant fulmina nocturna, vt diurna *Jovi*, quæ ideo dicebantur *dia*, vt Vives advertit. *Summanus* putabatur *Pluto*, *Vulcanus*, aut *Orcus*. Eratque in Templo Jovis Summani simulachrum fictile, quòd cum è Cœlo ictum esset, nec vsquam caput esset inventum, dixerunt Haruspices in Tiberim id depulsum; idque inventum eo loco, qui fuit ab Haruspicibus demonstratus, vt aiunt Gyraldus, & Rosinus. Huic *Summano* offerebant *summanalia* liba, quæ erant farinacea facta in modum *rotæ*, vt Vives marginatus ait. *Summanum* igitur, quem & appellarunt *Semonem*, fulminum præsidem putarunt.

Vives ibi.

Gyrald. synt. 6. fol. 171. Rosin. lib. 2. cap. 15. Carrar. à fol. 108. Ritus.

866 At hoc die, quo in Pallade, Minerva, & Summano cæca deliravit Gentilitas, nobis occurrunt religiosè venerandi fortissimi Christi martyres *Gervasius*, & *Protasius*, quorum corpora diu à S. Ambrosio inventa, sanguine conspersa, ac si tunc fuissent interempti, translata sunt: in quorum translatione, tactu feretri cæcus lumen recepit: quibus associantur *Vrsicinus*, *Zosimus*, *Culmatius*, *Bonifacius*, & *Gaudentius*, omnes martyrio laureati. Cum quibus cœlitibus annumeratus Monachorum Camaldulensium pater *Romualdus*, qui colapsam in Italia disciplinam restituit, ac mirificè propagavit. Quare tria prophana hodierna festa Gentilium Christianiza, & verte in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Fortes*, *Honestos*, & *Summos*, in Christiana religione, virtutesque amplectenda, tuenda, exercenda, sicque sacrarunt in Christi Jesu obsequium, hujus vitæ rotam. Martyrol. Rom. Thema. 1.

867 Præsidem fulminum putarunt Gentiles suum Summanum, cui farinaceas rotas, fulminaque tribuebant. Quare, vt hæc vertamus ad sacra, noto cum Aristotele, Anglico, & Berchorio, quòd *Corruscatio* comprehendit *fulgur*, & *fulmen*. Fulgur igitur, & fulmen quamvis inter se differant, multoties sumuntur pro eodem. *Fulmen* igitur, ex S. Isidoro, est vapor ignitus, compactus, & solidus impetuosè cadens, majoris vis quam sit fulgor. Quia autem in suo descensu *incendit, & vrit*, ideo dicitur *fulgur*; quia autem *penetrat, & scindit*, tunc dicitur *fulmen*, vt ait S. Isidorus, & cum eo Anglicus, & Berchorius. *Fulmen* igitur plusa adumbrat, & mala & bona; inter hæc Christum, gratiam Spiritus Sancti, pœnitentiam, præmium bonum, & Sanctos, vt marginati tradunt. Tria igitur genera fulminum distinxit Aristoteles, & cum eo alii, *nigrum* vnum, *rubeum* alterum, alterumque *clarum*. Hinc hodiernos Sanctos encomia mystica fulmina, *Nigros* humilitate, *Rubeos* charitate, aut martyrio; *Claros* honestate, virtute, & meritis in hac vita, gloria in patria. Anglicus lib. 11. cap. 14. & 15. Berchor. in Red. lib. 6. cap. 27. Gemin. lib. 1. cap. 60. Aristot. 3. Meth. cap. 1. Cartarius à fol. 109. Thema. 2.

868 *Fulgur*, seu *Corruscatio* est exhalatio purior, & densior: & ideò conspicua in nubibus accensa. *Fulmen* est *ignis* (seu potius ignita materia ex nitro sulphure, spiritu minerali, & metallico) intra nubis, latera coactus, erumpens cum fragore, maximoque impetu, vt ex bombarda. *Fulgur* autem est *Lumen* ipsius exhalationis accensæ cum impetu, & fragore erumpentis; quando Ioann. Ptolom. de Meth. disert. 5. sect. 3. Frassen. disp. 2. Meth. §. 4. Mastrius tom. 3. disp. & alii.

Digitized by Google

quando autem fulgor ille est absque fragore, tunc est simplex *Coruscatio*, vt marginati tradunt. Coruscatio igitur adumbrat (Geminiano teste) pœnitentiam, illos, qui mutant vitam in melius, & Sanctos: enim coruscatio est *ignea, clara, velox*, in qua sunt tres colores, *albus, clarus*, & *rubens*: vnde habes Thema alterum ad hodiernos Sanctos encomiandos *Velaces* obedientia, zeloque in Dei obsequium, & lucratione animarum: *Claros* doctrina, & exemplo, *Igneos* charitate, *Albos* castitate, *Rubeos* aut martyrio, aut flagranti charitate. Vnde & pro Romualdo, ac pro aliis aptissimum Thema accommodare poteris.

Gemin. lib. 1. cap. 60.

Thema. 3.

DIES XX.

869 Hic dies, qui & 12. Kal. Iulii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 171.

Dies feriatus, & solemnis dicatus *Epicureo*, ab Epicureis, ex dictis eum Alexand. ab Alexand. & Roman n. 49. die 20.

Ad hunc diem refert Roman: *Quirinalia* festa, quæ & *stultorum Feria dicta*, ac *Quirino*, seu Romulo erant dicata: quæ festa & die 17. Februarii agebantur, vt eo die dixi, vbi & quare nuncuparentur *stultorum Feria* dixi, num. 287.

Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18.

Summani sacrum ad hunc diem referunt Kal. Romanum, Boyerline, Gyraldus de Mensibus, Rosinus, & Masculus: alii autem ad præcedentem diem præfatum sacrum referunt, vt ibi dixi, & de summano egi.

Omnes hoc die.

Ophiucus oritur. Ita cum Kalend. Astronomico Rosinus, lib. 4. cap. 4. De quo *Ophiuco* vide num. sequent.

Quo die *Syphax* superatus à Masinissa. Item & *Hasdrubal* casus per M. Livium consulem, & Claudium collegam Neronis, vt cum Plutarcho, & Polybio, Rosinus advertit.

Rosin lib. 4. cap. 10.

Ipso die, *Festum Fortis Fortunæ*, diesque appellatus *Fortuna Fortis*, eo quod eidem Fortunæ fanum fuit dicatum extra vrbem, trans Tiberim. Ita Varro marginatus, apud Rosinum citatum. At hoc festum Ovidius, Gyraldus, & alii referunt ad diem 24. hujus mensis, vt ibi dicam, & ritum adducam.

Varro lib. 5. de Lin. Lat.

870 *Ophiucus*, aut *Ophiuchus* ortus consignatur hoc die, vti dixi. Est *Ophiucus* cæleste sydus, quod à Poëtis aliquando *Anguitenens* appellatur, eo quod soleat fingi effigie hominis tenentis anguem manu: Vnde nonnulli putaverunt esse *Herculem*, qui adhuc in cunis vagiens, angues à Junone immissos manibus præfocavit: alii putarunt Ophiucum fuisse *Æsculapium*; alii *Canobantam* Regem Getarum; & alii *Phorbantem* filium Regis Tropæ Thessalorum, vt totum, cum Higino, notatur à Calepino.

Ophiucus. Higin. & Calep. verbo *Ophiuc.*

Pictura.

871 At nobis, hoc die, occurrunt venerandi illustres martyres Christi, vt *Silverius* Papa, *Novatus*, *Paulus*, & *Gyriacus*, ac *Pudentiana*, & *Praxedis*, cum *Florentia* sorore Sanctorum Leandri, & Isidori; quam Florentinam appellat Martyrologium Hispanum à Tamayo conscriptum. Cumque hoc die Fortunæ festum ageretur, per Fortunæ cognomina Christianizatum Thema habes supra num. 730. hodiernis Sanctis applicandum. Item quia si ad hunc diem referunt ortum cœlestis syderis *Ophinci* nuncupati, quod pinxerunt specie hominis tenentis manu anguem, & putarunt fuisse aut Herculem, aut Æsculapium, aut Regem Canobantam, & hæc Christianiza, verteque ad sacra in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando mysticos *Ophiucos*, serpentinos *prudentia*, Hercules *fortitudine* Christiana, phœbigenos *amore* in Deum, & proximum (phœbigena igitur, & cognominatus fuit Æsculapius à Virgilio apud Gyraldum synt. 7.) Canobantas *regia potentia*, qua per Christum fulgent in Cœlo.

Martyrol. Rom. & Hisp.

Thema. 1.

Thema. 2.

872 Amplius: quia stellæ sunt, aspectu *parvæ, simplicissimæ, velocissimæ*, & potestate *maximæ*, vt Geminianus advertit: cumque Sancti assimilentur stellis; quia sicut stellæ ornant Cœlum, sic & Sancti ornant Ecclesiam, ex illo Ecclesiastici *Species Cœli gloria stellarum*. Hinc hodiernos Sanctos encomia. *Parvos* humilitate, *Simplicissimos* intentione, sinceritate, *Velocissimos* obedientia, *Maximos* virtutibus, meritis, potestate à Deo accepta ad mira patranda: vnde habes 3. Thema.

Gemin. lib. 1. cap. 69.

Eccles. 43. v. 10.

Thema. 3.

DIES XXI.

873 Hic dies, qui & 11. Kal. Iulii, dies *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 172.

Dies vt *Funestus* habitus à Chaldæis, ob pueros castratos, & in Persidem missos à Præfecto Darii, ex dictis num. 49. die 21.

Herculi sacrum Romæ. Ita Vet. Kal.

Digitized by Google

Kal. Rom. & cum eo Beyerlinc, Tamayus, & Maſculus, omnes hoc die.

Dies *Triumphalis* Romanis, ob navalem triumphum, quem *Cn. Fulvius Centimalus* duxit de Illyriciis ad annum vrbis 525. vt ex Golzio tradunt Beyerlinc, & Tamayus citat.

Templum Capitolinum Jovis exuſtum, reparatum, & hoc die dicatum. Ita P. Cornel. Tacitus lib. 4. & Schotus cum eo. Vide diem 13. Septembris, num. 1280. & 1281.

Quanquam ex dictis ſupra à die 11. vſque ad 17. hujus menſis, Hebræi infecti idolatria laborarunt in operatione vituli, per ſex dies, ab 11. vſque ad 16. & die 17. egerunt *vituli* ſolemnitatem. At vt dixi in Diario Sacro, & in Synopſi Chronologica Manſionum cap. 65. num. 1415. ex Tyrino, operatio vituli per ſex dies duravit, à 17. die hujus menſis, vſque ad 22. & die 23. in dicta fuit ſolemnitas voce præconis: *Cras ſolemnitas Domini eſt.* Exod. 32. v. 5. ac die 24. ſolemniter coluerunt *vitulum*, vt & in Diario ſacro retuli: quare hic dies fuit 5. operationis vituli, vt in præfato Diario dico, hoc die num. 2210.

Signum Scorpionis putatum *corona Ariadnæ* exiit hoc die, ex dicendis infra, num. 1230.

874 At hic dies, qui jam funeſtus, jam feſtivus, & triumphalis habitus fuit à Gentilibus, ſit apud nos verè triumphalis, ob ſacros triumphos partos pro Chriſto ab hodiernis Sanctis, in quibus major vis, quam Herculea extitit, vt in *Ruſino*, *Albano*, *Euſebio*, *Terentio*, & aliis, cum quibus heroibus, & heroina ſociatur *Martia*. Et ad coronam gloriæ aſſociatur Beatus Aloyſius Gonzaga Societatis Jeſu, Principatus contemptu, & innocentia vitæ clariſſimus. Pro quibus per coronas triumphantium habes Thema num. 784. per triumphos, & triumphantium colores, num. 133. & 144. per arborem populeam Herculi ſacratam, num. 676. Per picturas Herculis adductas die 15. Maii, num. 670. plura Themata efformare potens, eas Chriſtianizando. Quartam ibi adductam Chriſtianizo, qua Hercules pingebatur armatus, ſagittis, enſe, thorace, pelta, aut clypeo, & clava: ex qua pictura Chriſtianizata hodiernos Sanctos heroes, encomia armatos *Clypeo* fidei, *Sagittis* amoris in Deum & proximos, *Enſe* doctrinæ, *Thorace* juſtitiæ, *Clava* Crucis.

Themata. Pictura.

Thema.

DIES XXII.

875 Hic dies, qui & 10. Kal. Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 1739

Dies 6. operationis *vituli* à Gentilibus Hebræis, juxta Tyrinum adductum num. præcedenti, & in Diario Sacro hoc die.

Dies quo & *Soli*, & *Laribus* ſacrificabant Gentiles, ex dictis ſupra num. 49.

Dies *Solſtitii Æſtivalis*, & dedicatus *Saturno*, ex Macrobio 1. Sat. cap. 2.

876 At abſorbuit omnem veterum laudem id, quod apud nos hoc die actum fuit, anno Chriſti 324. ex Schoto, & Beyerlinc, quippè in Niceno Antiſtitum conſeſſu, vera religio confirmata, & ſtabilita eſt, plane dignus dies, qui conſignetur candido lapillo, ac propterea oportunè factum, vt alteri ab heſterno *Albano* ſit ſacratus, qui ſuum ſanguinem pro vera fudit religione, hoeque die, quo religio quodammodo ſtabilita eſt, firmiterque fundata, conveniens fuit, vt tam plurimi ſuum funderent ſanguinem, pro ejus defenſione, vt in monte Ararath paſſio Sanctorum *decem millium* crucifixorum: ſub Coſrhoa Rege Perſarum, Samariæ paſſio *mille quadrigentorum octoginta* martyrum, iis aſſociantur ad coronam gloriæ præſules illuſtres *Paulinus*, *Niceas*, & *Ioannes*, quibus conſociatur virgo *Conſortia*. Pro quibus Themata præcedentis diei facilitèr accommodare poteris. Theatr. Vit. H. hoc die. Maſcul. fol. 256. Martyr. Rom. Themata.

877 Inter Cœli circulos ſunt *Zodiacus* & *Galaxia*. Hic circulus eſt cœleſtis cæteris circulis Cœli *pulchrior*, & *candidior*, incipit ab Oriente, & tendit ad Septentrionem. Hic circulus & appellatur *Zona*, & *Circulus maximus*, ac propter candorem *Via lactea*, & Græcè *Galaxia*: quia inter circulos cœleſtes notabiliorem habet claritatem, ac de nocte Navigantes *dirigit*; quæ via lactea eſt 1. Maxima congeries Stellarum minutarum, quæ ob candorem lucis illam Cœli partem albicantem reddunt, vt Maſtrius, Macedo, & alii. Hic igitur circulus aptè adumbrat Sanctos, Sanctorumque Fulgentium in Eccleſia multitudinem: *Cinctos* zonis virtutum, *Lacteos* candore vitæ, *Dirigentes* alios doctrina, & exemplo, *Maximos* meritis, poteſtate à Deo accepta, ac patrocinio ſuorum devotorum. Anglic. lib. 8. cap. 8. Maſtrius de Cœl. d. art. 3. Macedo in Theat. Meſſeorol. cap. 3. & 4. Thema. 2.

878 Hæc *Via lactea* dicitur propter quatuor

Gemin. lib. 1. cap. 83. S. Cyprian. de discip. & habitu Virgin. cap. 2.

quatuor (Geminiano teste) scilicet propter *Decorem*, *Honorem*, *Candorem*, & *Splendorem*: vnde *Consortiam* aliosque Sanctos virgines, per *Decorem*, & pulchritudinem virginitatis, encomia *Flores* Ecclesiastici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ spiritualis, &c. cum S. Cypriano: per *Honorem* sublimes similes Angelis: per *Candorem* lacteos gratia, donisque supernis: per *Splendorem* lucentes maxima claritate operum, meritorumque. Hæc via lactea, vulgo dicitur via Sancti Jacobi.

3.

DIES XXIII.

A.D. 174.

879 Hic dies, qui & 9. Kalend. Julii, dies *Comitialis* ex Kal. Maffeiano.

Dies quo Aaron, voce præconis, indixit solemnitatem vituli *Apis*, pro sequenti die, ex Tirino in Diario Sacro adducto: *Cras solemnitas Domini est.* Exod. 32. vers. 5.

Tirin. in Chron. Sac. cap. 19.

Rosin. lib. 4. cap. 10. Gyral. de Mens. fol. 614.

Dies Infelix, & Infaustus Romanis, ob miseram cladem exercitus, duce Flaminio ad Thransymenum lacum, ab Anibale penè deleti, de quo ait Ovidius.

Ovid. lib. 6. Fast.

Non ego te, quamvis properabis vincere, Cæsar,
Si vetat auspicium, signa movère velim.
Sint tibi Flaminius *Thransymenaque littora testes,*
Per volucres æquos multa monère Deos.
Tempora si veteris quæris temeraria damni?
Quartus ab extremo mense bis ille Dies.

Hæc Ovidius. Ita & Rosinus, Gyraldus, Tamayus, & alii. Istius cladis Historiam, si videre cupis, adi Livium lib. 22. Plutarch. in vita Fabii, & Val. Max. lib. 1. cap. 6. Contigit hæc clades anno vrbis 537.

Quo die *lampades*, & *ignes lustrales accendebant*. Ita cum aliis Pintus Ramirez, de quo ritu mox dicam sequenti numero.

Solstitium Æstivale, quod Rosinus refert ad diem 26. vt eo die dicam.

Lampades & *ignes* Lustrales. Pintus in Cant. lib. 1. cap. 2. num 164. fol. mihi 69.

880 Dixi quod hoc die accendebant *lampades*, & *ignes lustrales*. Ritum adducit Pintus Ramirez, ex Michaele Ciro, apud Balsamon. ad Consil. Trullense Can. 55. per hæc verba. Ad vesperam, ait vigesimi tertii diei mensis Junii congregabantur in vicis, & aliquibus domibus viri, & mulieres, & per totam noctem pyras excitantes, saltabant super ipsas, & divinaculos consulebant, petebantque oracula prosperæ, & adversæ fortunæ. Hinc mos, dempta impietate, ad Christianos traductus, qui eadem die in honorem Baptistæ, incensos transiliunt, quo etiam fæmellæ insciæ abuntur: video enim insecias puellas, in pluribus Hispaniæ vrbibus, per totam hanc noctem de futuro conjugio inania, ridiculaque agere (licet absque infidelitatis conscientia) fenestras assidere, capturas de præfato futuro conjugio: non sine juvenum risu, qui propterea, disparata, & obscoena nomina, per plateas id temporis, quasi aliud acturi, solent intonare. Ex his ergo *lampadibus*, & *accensis rogis*, diem festum Præcursoris *sacram lampadem* vocabant olim Christiani. Hinc ergo factum credo, vt poma, flores, corallas, & herbas odoratas, quas hac nocte de more colligunt, Lusitani vocent *lampas*, & signate ficus hujus temporis præcones *lampos* dicant. Hæc Pintus marginatus ad cap. 2. Cant. vers. 13. *Ficus protulit grossus fuos*, ideſt primos fructus *præcones* vocatos, vt hic B. Max. De lustrationibus Gentilium dixi die 2. Februarii, num. 209. ac die 21. Aprilis num. 570.

881 At hic dies Romanis veteribus infaustus, nobis sit felix, ob memoriam Sancti *Felicis* martyris, cui, ipso die, ad eandem martyrii lauream associantur *Zenon*, & ejus servus *Zena*, *plurimique* Martyres Nicomediæ passi sub Diocletiano, ac Romæ, sub Juliano Apostata, *Ioannes* Presbiter decollatus; quia noluit venerari Solem. Item & pro Christo passa Romæ *Agrippina* virgo. Dictis Sanctis additur ad hujus diei ornamentum *Edilsrudis* regina, & virgo, Sanctitate, & miraculis clara. Cumque hunc diem sacram lampadem vocarent olim, vt præcedenti num. dixi. Hinc per lampadem, ex die 10. Maii, num. 644. habes Thema hodiernis Sanctis accommodandum: quia *lucent*, *ardent*, *splendentque*. Thema 1.

882 Lampas enim est vas vitreum in quo sunt quatuor, *vitrum*, *oleum*, *aqua*, & *lux*. His enim quatuor fulgent Sancti, scilicet *Vitro* puritatis, castitatisque; *Oleo* pietatis, & misericordiæ; *Aqua* laborum, & adversitatum tolerandarum pro Christo: *Luce* exemplorum, & doctrinæ. Vnde habes per lampadem Thema hodiernis Sancti applican- Themat 2.

Digitized by Google

candum, quibus per ignem alia accommodare poteris.

DIES XXIV.

A.D. 175. 883 Hic dies, qui & 8. Kalend. Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies quo, juxta computationem Tirini, Hebræi fecerunt solemnitatem vitulo *Api*, cui *obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Exod. 33. vers. 6. Vt hoc die in Diar. sacro dixi.

Tirin in Chron. Sac. cap. 19.

Dies auspicatissimus, & *Faustus* Romanis, ob victoriam, quam *Massinissa* de Syphace duxit, de quo Ovid.

Ovid. in 6. Fast.

Postera lux melior, superat Massinissa Syphacem
Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.

Tamay. hoc die. Liv. lib. 2. Theat. V.H. hoc die. Mascul. fol. 257. Gyrald. fol. 214. Rosin. lib. 4. cap. 4. & 10. Ovid. in 6. Fast. Alex. lib. 1. c. 13.

De qua Historia agunt Livius, & alii. Ad diem 20. hujus, eam refert Rosinus, vt eo die dixi, ad hunc autem diem, anno ab vrbe condita 537. id referunt, cum Tito Livio, Beyerlinc, Masculus, & Tamayus. Fuit igitur hoc die *Hasdrubal* Cartaginensis, à Romanis interfectus quare Romani hunc diem *Faustum* habuerunt.

Fortuna Fortis.

Dies dicatus *Forti Fortunæ*, in cujus honorem festum agebant. *Naveſque coronatas* per Tiberim convivia ducebãt. Ita Vet. Kal. Gyraldus de Mensibus. Rosinus, Ovidius, & Masculus citat. De quo festo sequenti num. dicam. Festum matronarum nuptarum, quæ invelato corpore, singula membra detegebant, ne morbo, aut labe paterentur, ait Alex. ab Alex.

Ovid. in 6. Fast. Gyraldus Synt. 16. fol. 392.

884 Hoc igitur die 8. Kalend. Quintiles agebatur festum *Fortis Fortunæ* ad ripam Tiberis, ex Ovidio in Fastis sic dicente:

Quàm citò venerunt Fortunæ Fortis honores,
Post septem luces Innius actus erit.
Ite Deam lati Fortem celebrare Quirites,
In Tiberis ripa numera regis habet.

Qui dies *Fortis Fortunæ* appellatus fuit à Servio Tullio Rege, eo quòd is præfatæ Fortunæ templum hoc die dicavit trans Tiberium, in hortis à Cæsare populo relictis. Quam colebant servi, & qui de aliqua arte vivebant, in navibusque *coronatis* læti per Tiberim cursitabant, ducendo vina, aquas, & convivia, vt citato loco prosequitur Ovidius.

885 At veterum hujus diei lætitia non conferenda cum ea, quam non modò Romam, sed tetrarchiam orbem affecit *Joannis Baptistæ* natalis. Faustus sic nobis ob Sanctos Martyres *Faustum* cum Sociis viginti tribus, quibus ad eandem martyrii laudem associantur *plurimi* Romæ passi sub Nerone, ac in Armenia fratres septem sub Maximiano passi; inter quos, *Orentius, Firmus, & Heros*, cum *Agoardo*, & *aliis innumeris promiscui sexus*, qui in territorio Parisiensi passi sunt. Hi omnes, verè Heroes virtute, fortitudine, Sanctitate obruerunt heroinam fabulosam vetustatem. Cumque hoc die Gentiles coluissent Fortunam, per hujus picturam christianizatam habes, pro hodiernis Sanctis, accommodandum Thema die 11. hujus mensis, num. 828. Tum & die 2. hujus, per Heroes alterum Thema hodiernis Heroibus accommodandum numero 781. De simulachro Fortunæ fabularunt non semel emisisse humanam vocem. Ita Alex. ab Alex. citatus.

Martyrol. Rom.

Themata.

886 Mos fuit Gentilium instituere sacros dies natalitios singulorum, & natalitias ferias, quas dicebant, & *Fulgurum*, & *funerum* expiationes, & celebrabant sacris, oppiparis conviviis, ludis, & luxuria, in natali die, quæ luxuries cum in nostratum tempora emanaret, à Nicena Synodo sublata est, & temporibus S. Ambrosii suo præcepto monebatur, natalem diem vnicuique, non ludis, voluptatibusque aliis, sed tantum precibus agendum, vt Cæsar Calà Marginatus tradit. Spreta igitur veterum prophanitate in natalitiis, lætitiam, & fulgorem eorum vertamus ad sacra in honorem S. Joannis Baptistæ, quam dedit Deus *in lucem Gentium*, ex Isaiæ oraculo, in quo, ex S. Bonaventura, de Joannæ notantur tria, scilicet quòd sit *magnus, sublimis, utilis*; qua præco, & præcursor Christi, *magnus*; qua lux refulgens, sublimis; qua ad Christum direxit, *utilis*. Lux igitur, (prosequitur Doctor Seraphicus) est *impassiva, directiva, confortativa, arguitiva*, & *inflammativa*. Est natura sua *impassiva*, per extraneam actionem; *Confortativa*, per virium corroborationem, & visus delectationem; *directiva*, per radiorum expansionem; *arguitiva*, per rerum occultarum manifestationem; *inflammativa*, per radiorum repercussionem, & multiplicationem. Sanctus igitur Joannes Baptista fuit lux *Impassiva*, per mentis, & carnis integritatem: *Confortativa* ad pœnitentiam animando: *Directiva* ad Christum ducendo: *Arguitiva* peccatores arguendo,

Cæsar Calà de Feriis. quæst. 1. fol. 28. à n. 96.

Isaiæ 44. v. 6. S. Bonav. ser. 1. de hoc S.

Thema 2.

vt

Thema. 3.

vt facerent fructus dignos pœnitentiæ: *Inflammativa* in verbis, operibus, & exemplis, vt totum notat Doctor Seraphicus, vnde habes Thema.

887 Angelus prædixit Zachariæ de Ioanne, inquiens: *Erit enim magnus coram Domino*, magnus quidem multipliciter, *sanctificatione* in vtero, *humilitate* profundissima, *castitate* eximia: *pœnitentia* exemplari: *Zelo* Seraphico, *vita* eremitica, *officio* præcursoris, *vita sua*, quæ non tam humana, quam Angelica fuit, vt à Judæis putaretur esse Messias, *prophetia* sublimi, ac *martyrio* nobilissimo. De quo dixit Christus: *Ille erat Lucerna ardens, & lucens*, ideſt *lucerna* eximia, & singularis *Sanctitate*, officio, ardens cognitione & amore Dei, *lucens* aliis exemplo sanctitatis, fervoreque prædicationis. Cui Sancto Haye accommodat illud Estheris: *Paruus fons crevit in fluvium, & in lucem, solemque conversus est, & in aquas plurimas redundavit.* Fuit igitur Joannes *Fons* paruus humilitate crevit in *fluvium* prædicatione; fuitque *lux* lucens, & illuminans, *sol* ardens amore Dei, *redundansque* in aquas plurimas beneficiorum, erga suos clientes, verèque devotos. Vnde pro tanto Sancto plura Themata habes. Cumque ex dictis num. 880. hunc diem olim Christiani vocassent *Sacram lampadem*, per *lampadem* alterum Thema accommodandum huic Sancto, habes num. 882.

Luc. 1. vers. 15. B. Max. Barrad. & Alap. hic.

Thema. 4.

Ioan. 5. v. 35.

Thema. 5.

Esth. 10. v. 4. Haye tom. 18. B. M.

Thema. 6.

DIES XXV.

A.D. 176.

888 HIc dies, qui & 7. Kalend. Julii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Sacra *Boëdromia*, apud Athenienses dicata *Apollini* hoc mense, consueta celebrari in memoriam reportatæ victoriæ à *Theseo* de Amazonibus: quæ sacra fiebant hoc mense dicto *Boëdremion* (singulis annis) quo nomine, & cognominabant Apollinem. Ita Plut. & Calà. At *Boëdromia* agebantur die 1. Augusti, vt eo die dicam.

Cæsar Calà fol. 79. q. 1. n. 351.

889 Hunc diem faustum fecit non tam antiquitatis memoria, quam *Prosperi* Aquitani Rhegiensis antistitis, qui adversus Pelagianos strenuè decertavit pro fide catholica; qui & dies lucidus sit nobis ob S. *Luciam* virginem, & martyrem Romæ passam cum aliis viginti duobus; quibus cum eadem laurea martyrii associatur ad coronam gloriæ vir nobilis, & consularis *Gallicanus*, ad quam lauream perveneruntque *Antidius*, *Socipater* & *Febronia* virgo, ac ad coronam gloriæ *Gulielmus*, *Adelbertus*, & *Maximus*. Cumque hoc die delirarent Gentiles sacrificando Soli resinam, myrrham, & compositionem thymiamatis nominatam Cyphi, vertendo hæc ad sacra plura habes, die 29. Aprilis, num. 594. Themata hodiernis Sanctis accommodanda, ac die 17. Maii num. 682.

Martyr. Rom.

Themata.

DIES XXVI.

A.D. 171.

890 HIc dies, qui & 6. Kalend. Julii *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Iterum Regis fugium Romæ celebratum, ob exactos reges, ac Tarquinii fugam, libertate jam parta. Ita Kal. Roman. & cum eo Beyerline, & Masculus.

Kal. R6. Thom. V. H. hoc die. Masculus fol. 252.

Rosinus cum Kal. Astronomico ad hunc diem notat & *Solstitium*, & *Ortum zonæ Orionis*. Præter dicenda de Orione, hoc die, addam alia Octobris die 17. num. 1471.

Rosin. lib. 4. cap. 4.

Quo die, Romæ festum *Refugii*, ex dictis cum Gyraldo, die 22. Februarii, num. 316.

Julianus Apostata impius Cæsar ingenti prælio à Persis superatus, ac non modò expulsus à regno, sed occisus, & è vivis, ætatis 32. Salutis 365. vt cum Historia Tripart. observans Beyerline, & Masculus marginati.

891 Hoc igitur die quo Apostata Cæsar occisus occubuit, sepultusque fuit in inferno, jusserat occidere *Ioannem*, & *Paulum*, vt, etsi non eodem anno, eodem die, quo ille suæ impietatis cœpit luere sempiternas pœnas, hi laureati martyrio gloriæ sempiternæ attingerent metam; ad quam & pervenerunt, cum eadem laurea, *Vigilius*, *Pelagius* adolescentulus *Salvius*, & *Superius*; quibus ad coronam gloriæ associantur *Anthelmus* præsul, *Maxentius* Presbyter, *David* eremita, & *Perseuranda* virgo. Cumque ad hunc diem consignetur ortus zonæ Orionis, ex dictis die 27. Martii, num. 486. Orion sit constellatio maximæ notabilitatis *pulchritudine*, *virtute*, *fulgore*, *magnitudine*, referantque hæc constellatio *speciem gladiati militis*, *& accincti*, vt totum cum S. Isidoro Anglicus notat: quare ex ipso Sancto, & Berchorio in suo Reduct. Sanctos adumbrat. Hinc habes pulcherrimum Thema pro hodiernis Sanctis accommodandum: Quos encomia *Pulchros* castitate, *Armatos* virtute

Martyr. Rom.

S. Isidor. lib. de nat. cap. 26. Anglicus lib. 8. cap. 36. Berch. lib. 5. c. 35

Digitized by Google

Thema. 1. virtutibus, *Fulgentes* meritis, *Magnos* potentia accepta à Deo.

892 Hæc conſtellatio *Orion* vocata ſtellis notabilibus eſt ornata, & ideo totam regionem in qua eſt, purificat, & decorat, ac in ſuo ortu, propter pluvias, quas emittit, omnia germinant; eſtque *conſtellatio maxima*, vt totum cum S. Iſidoro, Berchorius marginatus notat. Hinc hodiernos Sanctos encomia, vt in Orione adumbratos, Thema. 2. *Maximos*: qua *Ornatos* gratia, *Purificantes* doctrina, & exemplo, *Decoratos* virtutibus, *Mittentes* pluvium beneficiorum in ſuos verè devotos.

Eccleſ. 1. v. 6. Gemin. lib. 1. cap. 34. & c. 65. 893 Sol, dixit Eccleſiaſtes, *in circulos ſuos reverteitur*, interquos circulos, eſt circulus *Orion* vocatus, & ex circulis, decimus numero, & infinitus viſus: quia circulo illo cœlum, & terra videntur pariter copulari, Anglico Marginato teſte, qui ibidem agit de circulo *Solſtitiali æſtivali* iis circulis cæleſtis ſpheræ aſſimilantur, & *gratiæ gratis datæ* ait Geminianus, & ipſo teſte in Conſtellatione *Orionis* deſignantur: *Patientia*, *Armorum potentia*, *Iuſtitia*, *Prudentia*, *Diligentia*, & *cautela*; refertque præfata conſtellatio ſpeciem *armati militis*, *pedes & brachia extendentis*, vt ait citatus Author: Vnde cum ex dictis *Orion* Sanctos adumbret, per Orionem hodiernos Sanctos encomia, *Armatos* virtutibus, *Patientes*, Thema. 3. *Iuſtos*, *Prudentes*, *Cautos*, & *Diligentes*: quare verè victores fulgent in Cœlo.

DIES XXVII.

A.D. 278. 894 Hic dies, qui & 5. Kal. Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies apud Romanos ſolemnis, ob duplex feſtum, alterum ſacratum *Laribus* ob templum ipſis dicatum: Alterum *Iovi ſtatori* dicatum ob templum ipſi conditum, ante Palatii radices, à Romulo, ad quod templum habitabant puellæ, quæ *Coronas* texere conſueverant. Ita Kal. Vet. Gyraldus & de menſibus, & in Synt. 2. Roſinus, Hoſpinianus, & alii, De quibus feſtis Ovidius ait:

Kal. Vet. Hoſpi. Cit. cap. 18. Roſinus lib. 4. cap. 4. Tamay. & alii hoc die. Ovid. in 6. Faſt.

Lucifero ſubeunte, Lares *delubra tuleruni*:
Hinc vbi ſit docta multa corona manu.
Templum idem ſtatoris *erit, quod Romulus olim*
Ante Palatini condidit ora jugi.

Jovianus Imp. ab exercitu in Perſia electus, anno vrbis 365. vt eum Hiſt. Tripartita Beyerlinc hoc die obſervat.

895 *Iovis Stator* fuit à Romulo cognominatus, eique Romæ templum dicavit hac de cauſa. Cum Sabini ad vlcis cendam, ſibi in raptu filiarum à Romanis illatam, injuriam arma adverſus eos moviſſent, & quidem arcem Tarpeiam jam cepiſſent, Romanos etiam in fugam vertiſſent, Romulus, qui & ipſe fugientium turba agebatur, manus ad Cœlum attollens *Iovis* opem imploravit, & votum fecit de ædificando ei templo, ſi milites Romani ſtarent: qui ſteterunt, & renovato prælio, frontem non terga hoſtibus oſtenderunt, viceruntque legiones Samnitium. Hinc *Iovem* cognominarunt *Statorem*, quaſi ſtantem, & erectum ad opem, beneficiaque tribuenda, aut quaſi ejus beneficio ſtarent omnia. Hunc pinxerunt, vt in numiſmatibus viderunt Gyraldus, & Cartarius, *Nudum*, *Stantem*, dextera tenentem *Haſtam*, ſiniſtra *Fulmen*, cum hac inſcriptione: *Iovi Statori*, vt omnia marginati tradunt. Roſinus lib. 2. cap. 5. Liv. lib. 1. Gyral. Synt. 2. Carta. fol. 108. Origo. Pictura.

896 Dicarunt igitur hunc diem Gentiles & Laribus, & Jovi Statori, quem à ſiſtendo, vel ſtando, dictum putarunt, quod quàm alienum eſſet à vero, oſtendit *S. Agnetius* martyr, qui ante Jovis, aliorumque Deorum ſimulachra ductus, oratione poſtravit idola, eaque de ara deiecit. Stetit *Anectus* ipſe firmus, at ſtare, atque conſiſtere illa non eſt paſſus. Apte quidem colitur *Anectus*; vt Jovis, & aliorum idolorum ſtatio convincatur falſa. *Anecto*, ad eandem martyrii lauream aſſociatur *Creſcens* cum *Zoiles*, & aliis *decem & novem*. Quo die ad gloriæ metam pervenerunt *Sampſon*, & *Ioannes* Presbyteri, *Ladislaus* Hungariæ rex, ac ex Minoritico Ordine *Benvenutus*, qui cum eſſet nobilis eques, in Laicorum numero P. Franciſci factus alumnus effulſit miris virtutibus, ſignis, ſanctitateque. Cumque Culinæ officium exerceret, Angelico famulatu, pro fratribus prandium paratum habuit. Colituique hoc die auctoritate Apoſtolica, vt in noſtro Breviario patet. Pro iis veris ſtatoribus fide, virtutibus, meritis, & nunc gloria, chriſtianiza, & adapta præfatam Jovis picturam, eos encomiando *Iunixas* haſtæ fidei veræ, *Nudos* à mundanis, terreniſque affectibus, exuteſque veteri homine, & inductos novo, qui ſecundum Deum creatus eſt. *Ornatos* fulmine gratiæ Spiritus Sancti, qua adjuta Martyrol. Rom. Maſcul. fol. 258. Maryr. Franciſc. Thema. 1.

magna

magna egerunt, patrarunt, meruerunt-que.

Aristotel. Mastrius, & alii. Berchor. in Red. lib. 6. cap. 27.

897 Mirabile est, quòd ferunt de fulmine, scilicet, quòd vinum in doliis exhaurit, aurum in sacculis consumit, gladium in vagina liquefacit, & ferrum in dolabro facit disolvi, & tamen dolium, saccum, vaginam, & dolabrum non lædit: quare (Berchorio teste) fulmen, & symbolizat verbum Dei, & gratiam Spiritus Sancti, qua in anima consumuntur, vinum carnalis delectationis, aurum sapientiæ sæcularis, seu amorem substantiæ temporalis, gladium, ideſt, spem fiduciæ, & potentiæ mundialis, ac ferrum duritiæ, & pigritiæ ad spiritualia exercenda, à quibus vino, auro, &c. liberatur, & evacuatur anima per gratiam, qua adjuta est velox in Dei obsequio. Fulmen igitur, secundum S. Isidorum, *ictus cælestis jaculi nuncupatur*; estque fulmen vapor ignitus compactus, & solidus, ex collisione ventorum, & attritus nubium impulsus, de concavitate nubium, quasi lapis: *Igneus, inflammatus, clarus, & rubicundus*, vi inflammationis discurrens ad modum *lampadis fulgidæ*, vt bene marginati notant. Quòd si Gentiles fulmina tribuebant Jovi, in cujus cultu hoc die delirabant, nos hodiernos Sanctos mystica fulmina encomiemus: qua *Claros* castitate, *Igneos* charitate, *Inflammatos* zelo, *Rubicundos*, aut martyrio, aut ferventi dilectione: vnde habes, pro ipsis, Thema.

S. Isidor. Anglic. lib. 11. cap. 14. Berchor. citat.

Thema. 2.

DIES XXVIII.

A. D. 179.

898 Hic dies, qui & 4. Kal. Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Mafeiano.

Tamay. hoc die. Hospin. citat. cap. 18.

Dies Romanis solemnis ob dedicationem Templi *Romulo* in Colle Quirinali, statim ac ipse ab oculis eorum evanuit, & eum in Deorum numero acclamarunt, & ipsi Templum dicarunt; quod Templum jam vetustum, Augustus Cæsar de novo ædificavit, dedicavitque decoratum septuaginta sex columnis, vt ait Dionysius. Alii solemnitatem hujus dedicationis referunt ad diem sequentem, marginati ad præsentem.

Dionys. lib. 54. Rosin. lib. 4. cap. 4. & 10.

Dies Romæ sacratus *Fauno*, vt ex Kal. Romano Beyerlinc, & Masculus hoc die observant. De quo Fauno egi die 13. Februarii.

Theatrum Vitæ Humanæ.

Panathenea magna hoc die Athenis celebrata, vt ex Proclo observant Masculus, & Beyerlinc.

Ad hunc diem nonnulli referunt obitum *Alexandri Magni*, Babylone, anno ætatis 32. obitumque *Diogenis* Cynici: imò & alterius Alexandri, filii Mammææ, occisi à militibus.

Plutar. Suidas. Laertius. Theatrum Vit. Hum. citat.

Dies *Ater* Romanis, vt cum Macrobio Beyerlinc, & Masculus observant.

899 Dixi quòd hoc die fuit Athenarum maxima solemnitas *Panathenea* nuncupata: quæ festa singulis quinque annis celebrabantur in honorem *Vulcani*, & *Minervæ*, & *magna sacra* appellabantur, quæ prius fuerunt instituta ab Erichthonio, Posteà à Theseo quotannis hoc die in *Minervæ* honorem, cujus *peplum*, seu *sindonem*, aut vestem tenuem consecratam Minervæ, depictam tesseris, & *peplum* vocatam, ad locum certaminis, *Agonem gymnicum* vocatum, magna pompa ducebant. In qua celebritate ignobiles, senes, & viri non certabant, sed tantum pueri, & victori pro præmio dabatur *corona oleagina*. Eratque saltatio Pyrrhica inter armatos, cum chorea puellari in orbem circunducta, vel in obliquum deflexa, à quo spectaculo arcebant mulieres, præter Sacerdotissas Cereris; & vnam magni animi matronam Pherenicen, quæ Olympionicarum esset mater, filia, & soror.

Panathenea. Gyrald. synt. 17. fol. 424. Procluſ. Suidas. Calep. verb. *Peplum.* Masculus fol. 258.

Ritus.

900 Hoc igitur die jam Ater, jam inter Gentiles festivus, & solemnis: apud nos veniunt colendi duo Summi Pontifices *Leo*, & *Paulus*, cum iis associantur ad coronam gloriæ *Irenæus*, *Polycarpus*, *Plutarchus*, *Sereni* duo, *Benignus* præsul; & cum aliis martyribus, virgo *Potamiæna*, quæ post dira tormenta pro fide perpessa ad vltimum vna cum matre *Marcella*, igne consumpta in Cœlum evolavit. Cumque in hodiernis Panathenis sacris Gentilium victores coronarentur olea, per oleam habes Themata die 27. Aprilis, hodiernis Sanctis veris victoribus accommodanda.

Martyrol. Rom.

Themata.

901 Varia fuerunt coronarum genera, quibus quondam vtebantur veteres. Apud Romanos corona *Triumphalis* dabatur Imperatoribus post victoriam ad vrbem redeuntibus ad triumphum: quæ corona antiquitus ex lauro fiebat, postea verò ex purissimo auro fieri cœpit. *Obsidionalis*, quæ dabatur ei, qui eos liberabat ab obsidione: quæ corona graminea erat, magnique honoris; observatumque vt fieret è gramine generato in loco, intra quem erant clausi, qui obsidebantur. *Civica*, quæ

Coronæ Veterum. Aul Gell. lib. 1. cap. 6. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6. Rosin. lib. 10. cap. 27. Cartag. lib. 10. homil. 14. fol. 132.

Digitized by Google

dabatur civi, ob servationem concivium in prælio, eaque testabatur percepta salus, & vita; eratque hæc corona, ex illice, aut ex querna fronde, eo quòd ante inventas fruges, hujus arboris glandibus homines victitarent. *Muralis* dabatur illi, qui primus ascendisset, idcircò quasi muri pinnis decorata erat. *Castrensis*, quæ & *Vallaris* habebat insigne vallum, & dabatur ei, qui primus hostium castra pugnando introisset. *Navalis*, quæ quasi quibusdam rostris navium insignita, dabatur illi, qui in maritimo prælio, primus in navem hostium armatus ascendebat. Et hæ tres coronæ *Muralis*, *Castrensis*, & *Navalis* fiebant ex auro. Præter has coronas fuit & altera *Ovalis*, quæ myrtea erat, dabaturque ovantibus, aut triumphantibus ovatione. De quo egi die 7. Februarii, num. 229. Erant igitur hæ coronæ, *Obsidionalis*, ex gramine, *Civica* ex fronde querea, *Muralis*, *Castrensis*, & *Navalis* ex auro, *Ovalis* myrtea, & *Triumphalis* laurea; quarum coronarum icones vide apud Rosinum marginatum. Hinc præfatam vetustatem Christianizemus, eamque vertamus in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Gramineos* humilitate, *Querceos* fortitudine, *Myrteos* viriditate honestatis, lætitiaque in obsequio Christi, *Aureos* charitate, *Laureatosque* martyrio, aut corona gloriæ, ob triumphos partos jam de tyrannis, jam de animæ inimicis.

Thema. 2.

DIES XXIX.

A.D. 280.

902 Hic dies, qui & 3. Kal. Julii, *Fastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Quo die Gentiles, & sacrificabant *Laribus Præstitibus*, & colebant *Solem*, ex dictis num. 49. in fine.

Qui dies à veteribus Romanis, dedicatus fuit *Quirino*, ideſt *Romulo* conditori Romæ, cui & hoc die (quamquam alii referant ad hesternum) dedicarunt Templum. Ita Vet. Kal. Rom. Gyraldus de Mensibus fol. mihi 614. Beyerlinc, & Masculus. De quo Quirino, seu Romulo, ac de festis *Quirinalibus* egi die 17 Februarii, à n. 283.

Kal. Vet. Gyrald. citat. Theatr. Vit. H. hoc die. Mascul. fol. 259.

903 Hoc die, inter alios, Gentiles in cultu Solis delirabant, in quo prophano cultu, & peccavit Salomon senex, cum depravatus colebat *Moloch idolum Ammonitarum*, quod idolum ab aliquibus putatur *Priapus*, ab aliis *Mercurius*, à Ribera *Jupiter*, ab aliis *Saturnus*, à Sanctio putatur *Sol*, utpotè *rex astrorum*, ut Tyrinus refert. Hebraicè enim *Moloch*, *Milcom*, aut *Malcam* significat *Regem*, & *Principem*; qua de causa Gentiles idolo dederunt nomen *Moloch*, ut eum significarent *Deum regum*, seu *auctorem regium*. Huic idolo dicarunt Judæi Gentiles abominanda sacrificia in loco amœno *Thopheth* dicto, vicino urbi Hierosolymæ, & fonti Siloë. Tradunt Hebræi idolum Moloch fuisse, capite vitulino, reliquo corpore humana forma, regiis insignibus, ac regio solio confidens, manus protendens, quibus pueros oblatos exciperet, quod igne intus accenso, ubi totum incenderat, pueros, quos brachiis excipiebat, aut etiam adstringebat, & amplexabatur, concremabat. Verum ne puerorum ululatus exaudiretur, atque eo parentum animi commoverentur, Sacerdotes idoli tympana pulsabant, & tubis clangebant: quare locus hujus sacrificii *Topheth* fuit vocatus, à voce Hebraica *Toph*, quæ significat tympanum. Imago Molochi intrinsecus excavata erat, & igne suppositio succendebatur, donec ignitus fieret instar lucis. Ante *Molochi* imaginem septem erant extructa sacella, seu receptacula. Ingrediebatur primum sacellum offerens pullum *columbinum*: secundum offerens *Ovem*: tertium, *Arietem*: quartum, *Vitulum*: quintum, *Juvencum*: sextum, *Bovem*: qui denique filium proprium offerebat, septimum occupabat sacellum, ut omnia tradunt Menochius, & Maluenda marginati. Dixi ex Sanchez quod fuit putatus *Sol*, erat autem *in fronte Molochi* posita stella *Lucifer* dicta, hosque cum Sanchez probabiliter putat Cornelius à Lapide.

Moloch. 3. Reg. 11. v. 5. B. Max. hic. Menoch. de Rep. Heb. lib. 4. cap. 2. col. 406.

Malu. de Antich. lib. 11. c. 8.

Pictura.

Ritus.

Alap. in Amos. 5. v. 26.

904 Hic igitur dies Fastus habitus à veteribus Romanis, & suo Romulo urbis conditori dicatus, verè sit faustus novis Romanis: quia dicatus *Petro*, & *Paulo* veris conditoribus, ac religionis auctoribus, qui suo sanguine pro Christo effuso Romam sacrarunt: nec fiet, ut de suo Romulo fabularunt Gentiles, sed verè laureati martyrio, ipsorum animæ evolarunt in Cœlum, relictis sacris pignoribus suorum corporum, & ad urbis decorem, & nostratum solatium. Cum tantis Apostolis cœlitibus associantur *Marcellus*, *Syrus*, *Cassius*, & *Benedicta* virgo. Perpende relata de Romulo à num. 483. quem pinxerunt invectum curru ductu ab equis albis, gestantem hastam sive lanceam, indutum purpura, coronatum laurea,

Martyrol. Rom.

Pictura.

Digitized by Google

laurea, vt sic decepti indicarent Gentiles, & florentem rempublicam, & ipsius tutelam, per Romulum. Verte picturam ad sacra in honorem Sanctorum Apostolorum *Petri*, & *Pauli*, eos encomiando vectos curru gloriæ: *Albos* puritate, *Armatos* hasta, sive Lancea rectæ fidei, sanæque doctrinæ, *Indutos* purpura fervoris charitatis, *Laureatos* martyrio, quorum patrocinio floreſcit reſpublica Catholica. Vide & num. 291.

Thema. 1.

905 Ad hunc diem, vt dixi in Diario Sacro, referunt aliqui quod Ezechiel vidit apud fluvium *Chobar* currum glorioſum Dei triumphantis, qui currus ſignificat Chriſti Eccleſiam, & rotæ Apoſtolos: *Apparuit rota :::: habens quatuor facies*, v. 15. Heb. *Secundum quatuor facies ejus*, ſcilicet animalis: nam quælibet rota habebat ſibi inſculptas quatuor facies *Bovis*, *Leonis*, *Hominis*, & *Aquilæ*, vt præter marginatos, ait S. Hieron. Rota igitur v. 15. memorata, quæ apparuit habens quatuor facies adumbrat S. Petrum Principem Apoſtolorum, Chriſti Vicarium, Ducemque Chriſtianorum: habentem quatuor inſignia ſtemata, à Chriſto accepta, & per præfatas facies ſignificata: per faciem *vituli* Sacerdotium, ad jugulandum quod animale, vt vivat quod ſpirituale: per faciem *Leonis* poteſtatem ad mira patranda: per faciem *Hominis* ingenuitatem, benignitatem, labores toleratos pro Chriſto: per faciem *Aquilæ* evolatum in Cœlum. His ſtematibus magnificatus Petrus ornat Eccleſiam.

Ezechiel. 1. S. Max. Malue. & Alap. hic, v. 15. & q 4.

Thema. 2.

DIES XXX.

A. D. 181.

906 Hic dies, qui & Pridié Kal. Julii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies à Gentilibus *ſacratus defunctis*, ex dictis cum Suida, & Bongio num. 49. die 30.

Dies ſolemnis, & *Faſtus* veteribus Romanis, ob dedicationem Templi *Herculi*, & *Muſis*. Ita Roſinus, Hoſpin. Gyraldus de Menſibus, & alii cum Ovidio canente:

Gyrald. cit. de Menſ. Hoſpin. citat. Ovid. in 6. Faſt.

Tempus Iules eras eſt natale Kalendis,
Pyerides cœptis addite ſumma meis.
Dicite Pyerides, quis vos addixerit iſti,
Cui dedit invicta victa noverca manus.
Sic ego; ſic Clio, clari monimenta Philippi.
Adſpicis, unde trahit Martia caſta genus.

Huius Templi ædificium primò *Fulvius Nobilior* extruxit, poſt *Martius Philippus* inſtauravit, vt cum aliis, hic Tamayus.

Quo die Q. *Martius Tremulus* Coſ. de Anagninis Hernicis triumphavit, anno à condita vrbe 447. Et *Statilius Taurus* Proc. triumphavit de Africa ſub Octavio Cæſare, anno vrbis 719. vt ex *Golezio* Beyerlinc hoc die.

Theatr. Vit. H. hoc die.

907 De Hercule, Muſis, & triumphis veterum egi ſupra. Quod ſi Gentiles, & Faſtum, & triumphalem præſentem diem habuerunt, abiecta prophanitate Faſtus, & triumphalis habeatur à nobis ob hodiernos Sanctos, triumphoſque ipſorum. Hi fuêre *Leo*, *Caius*, *Baſilidis*, & præter alios, *Martialis* præſul, quem tradunt fuiſſe illum puerum, qui multiplicandos panes in deſerto obtulit Chriſto; poſt, profectus in Galliam, idòla deſtruxit, ſuperſtitionem profligavit, populos convertit ad Chriſtum, inſignis vita, ſanctitate, & miraculis obiit: quibus Sanctis ad luciditatem ſempiternæ gloriæ aſſociatur *Lucina* diſcipula Apoſtolorum. Pro quibus veris triumphatoribus, per triumphantium coronas, claſſes, & colores Themata habes n. 784. & 144. Per Herculis picturam Chriſtianizatam, num. 864. Quod ſi & hoc die Gentiles colebant Muſas, quas ex dictis num. 527. pinxerunt pulchras, cinctas, & coronatas variis coronis florum, frondium, & palmarum; & hæc Chriſtianiza, verteque in honorem *Æmiliæ*, & *Lucinæ*, eas encomiando *Cinctas* caſtitate, *Pulchras* virtutibus, *Coronatas* triumphis in hac vita, gloria in altera.

Martyrol. Rom. Baronius, & Maſcul. hoc die.

Themata.

Thema. 2.

908 Hoc die in Eccleſia celebratur commemoratio *S. Pauli* Apoſtoli, interpretatur Paulus *os tubæ*, *mirabilis*, & *minimus*, ſcilicet Apoſtolorum ſua exiſtimatione, & humilitate, & ideò maximus, ait Lyranus. Fuit igitur Paulus *Maximus* qua humilis, *Maximus* qua tuba prædicationis, *Maximus* mirabilibus operibus. Paulo (qua minimus, qua tuba, qua mirabilis) ſex competunt prærogativæ: 1. *Lingua fructuoſa*: 2. *Charitas viſceroſa*: 3. *Converſio miraculoſa*: 4. *Manus operoſa*: 5. *Contemplatio delicioſa*: 6. *Humilitas virtuoſa*, ait Hiſt. Lombardica. Vnde pro tanto Apoſtolo habes Themata.

Martyrol. Rom.

Lyr. lib. Diff. 1. ad Cor. 1. Haye tom. 18. B. Max.

Thema. 3.

Hiſt. Lomb. leg. 80.

Thema. 4.

Digitized by Google

JULIUS.

909 HIC menſis *Quintilis* antea dicebatur: quia quintus menſis à Martio, à quo ex *Romuli* decreto annum incipiebant veteres. Et quamvis poſtmodum *Numa Pompilius* anno addiderit duos menſes *Februarium*, ſcilicet, & *Ianuarium*, ſumpto ab iſto anni exordio, quamvis à numero fuiſſet vocatus *Quintilis*, & jam numero ſeptimus eſſet, retinuit nomen *Quintilis*. At poſteà in honorem *Iulii Cæſaris* dictatoris legem ferente Marco Antonio, & M. filio Coſſ. *Iulius* appellatus eſt, eo quòd hoc menſe 4. Idus Quintilis Julius Cæſar natus fuit. Ita Macrobius, Roſinus, Dyon. Halicarnaſ. Cæſar Calà, Tamayus, & alii. Sunt qui putant Cæſarem à menſe dictum *Iulium*, quòd benè Calepinus rejicit; cum antiquorum ſcriptorum teſtimonio conſtet, Juliorum familiam nomen traxiſſe à *Iulo* Aſcanio Æneæ filio: quare Virgilius dixit:

Macrob. 1. Sat. cap. 12. Roſin. lib. 4. cap. 11. Dyon. Halicar. lib. 44. Cæſ. Calà de Feriis, q. 3. n. 15. Virg. 1. Æneid. Calep. verbo *Iulius*.

Julius *à magno demiſſum nomen Iulo.*

910 Erat hic menſis ab antiquis Ethnicis dicatus *Iovi* Deorum Maximo, in cujus tutela poſitus 31. dierum ſemper fuit: quia licet Cæſar anni formam conſtitutam à *Numa* mutaverit, addens dies aliquibus menſibus, huic, & aliis priſtinum ſervavit ſtatum, vt notarunt Roſinus, & Tamayus; Conſtatque in Tabella adducta ſupra num. 22. De quo menſe accipe Edylium 20. Auſonii Burdigalenſis:

Roſin. lib. 4. cap. 1. Tamay. hic, t. 4.

Ecce coloratos oſtentat Iulius arcus,
Crines cui rutilos ſpicea ſerta ligant.
Morus ſanguineos præbet gravidata racemos:
Quæ medio Cancri ſydere læta viret.

Picturam hujus menſis habes in Diario Sacro num. 2220. pag. 423. col. 2.

911 Variè à diverſis Nationibus fuit hic Menſis nominatus; ab Hebræis *Ab*: à Syriis *Tamuz*: à Chaldæis, & Ægyptiis *Meſori*: à Græcis, & Athenienſibus *Metaiteitnion*, & *Matagitnion*: à Macedonibus *Panemeus*: à Cypris *Cæſarius*, & *Autocratoricos*: à Perſis *Mehar*: à Saracenis *Rigiabu*: ab Italiis *Luglio*: à Gallis *Iuillet*: ab Hiſpanis *Julio*: Latinè *Julius*, &c. quibus præliba tis ad faſtos hujus menſis devenio.

912 HIc dies, qui & Kalendis Julii *Neſtiſtus* notatur in Kalend. Maffeiano. A.D. 1822

Hunc diem ſicut 1. vniuſcujuſque menſis, veteres Romani ſacrabant *Iunoni*, ex Tamayo: *Iano* ex Roman: *Soli, Laribus*, & *omnibus Diis*, vt ex præfato Roman, & Alexandro ab Alexand. dixi num. 49. die 1.

Quo die apud Romanos fiebant *Migrationes* ex ædibus propriis, in alienas ædes, vt ex Suetonio, Cicerone, & aliis tradit Roſinus. Conſueveruntque Romani hiſce Kalendis migrare ex veteribus domibus, & novas incolere, illaſque veluti boni eventus, & Fortunatas obſervarunt, ex Alex. ab Alex. Quæ demigratio ex Hoſpiniano erat in *hortos, vt æquo, hilarique animo ſe haberent.* Roſin. lib. 4. cap. 4. & 11. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. Hoſp. de Orig. Feſtor. cap. 20. & 19.

Hiſce Kalendis *Carnæ Deæ* ſacrificabant: quia putabant præeſſe viſceribus humanis, & vitalia favére. Ita Alexand. ab Alexand. Dies *Auſpicatus* Romanis. Alex. lib. 2. cap. 22. & lib. 4. cap. 20.

Quo die celebritas Athenienſium *Metagitnia* vocata, acta in honorem *Apollinis*. Ita Vet. Kal. Hoſpinianus, Reuſnerus, & Gyraldus. Hinc & Apollo cognominatus *Metagetnius*, & hic menſis *Metagetnion* ab Athenienſibus dictus, vt ait marginatus Gyraldus. Celebritas igitur præfata agebatur ab Athenienſibus hilari animo, & migrabant in viciniam è ſuis ædibus, vt Hoſpinianus citatus cap. 19. advertit. Vet. Kal. Reuſ. h. d. Hoſpin. cap. 19. Gyrald. ſynt. 7. fol. 210. & 17. fol. 422.

Fuit Romæ dies celebris, anno Vrbis conditæ 439. ob triumphum C. *Sulpitii longi*, qui de *Samnitibus* triumphans, opimis ſpoliis onuſtus Vrbem ingreſſus eſt. Golt. in Faſt. Triumph. ann. 439. Maſcul. fol. 303.

913 De Dea *Carna*, quæ & dicta *Cardea*, & *Cardinea* egi die 1. menſis Junii: nam hoc feſtum, à Gyraldo, ſynt. 1. fol. mihi 43. Roſino lib. 2. cap. 19. refertur ad Kalendas Junias, ob Templum eo die in monte Cœlio *Carni Deæ* ſacratum à Junio Bruto. At cum Kal. Vet. à Beyerlinc, Maſculo, & Alex. ab Alex. refertur ad haſce Kalendas Julias, & Templum dicatum, & ſacrum in Cœlio Monte *Carni Deæ*, ob eam Dedicationem à Junio Bruto actam. De *Apolline* & ſacris *Carneis* ipſi dicatis *per dies novem* egi die 7. Aprilis, à num. 523. Kal. Vet. Beyerl. & Maſcul. hoc die. Alex. lib. 2. cap. 22.

914 *Kalendæ* incidunt 1. die menſis, & interpretantur, *quaſi colendæ*: quia in magna erant veneratione, vt

cum

cum Petro de Vnzola ait Doctor Juris Cæsar Calà in suo tomo de Feriis, quæst. 4. num. 1015. Cumque veteres in hisce Kalendis, delirassent in tot, quot retulimus prophana, iis abiectis veniunt nobis religiosè colendi quamplures Sancti triumphatores veri, qui pleni meritis Vrbem Cœlestem ingressi cum Christo regnant. Fuerunt ii, (inter alios martyrio laureatos) *Iulius*, *Aaron*, & *Rumoldus*, is Scotorum Regis filius, qui ad regiam purpuram natalitiam adjunxit Insulas Pontificias præsulatus Dublinensis, proprioque cruore, pro Christo effuso, purpuratus, cœtu martyrum associatus, sempiternè regnat. Cum iis associantur cœlitibus Confessores illustres *Martinus*, & *Gallus* præsules, *Domitianus*, *Theodoricus*, ac *Simeon* cognomento sali, qui stultus factus propter Christum, ejus altam sapientiam miraculis magnis, Deus declaravit. Quo die in monte *Hor* obiit *S. Aaron* frater Moysis, vt etiam dixi in Diario Sacro. Quod si in hisce Kalendis inter alia plura in quibus delirabant Gentiles, fuit in colendo Carnam, Cardeam, aut Cardineam, quam ex dictis num. 762. cum Gyraldo pingebant habitu Nimphæ, & manu gestantem virgam, qua noxia arcéret. Musasque, & Nymphas (quas sæpè pro eodem vsurpabant, teste Cartario) pingebant pulchras, cinctas, & coronatas variis coronis florum, frondium, & palmarum, ex num. 527. Hinc *Cardineam* pingebant *pulchram*, *cinctam*, *coronatam*, & manu gestantem *virgam*, qua arcéret noxia. Quam vmbram Christianizando, verte in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Pulchros* castitate, *Cinctos* virtutibus, *Coronatos* gloria, gestantes *Virgam* potentiæ acceptæ à Christo ad noxia arcenda, suos clientes, veréque devotos adjuvando.

Martyrol. Rom.

Cartar. fol. 270.

Pictura.

Thema. 1.

915 Amplius: quia si hoc die delirabant Gentiles in cultu Cardineæ, in cujus honorem comedebant *Fabam*, Græca etymologia dictam quasi *Fagam*, herbam, quæ producit florem *Album*, *Nigrum*, *Purpureum*, & *Odoriferum*, vt dixi num. 538. per hos flores habes ibidem Thema hodiernis Sanctis accommodandum. Plura alia per triumphos veterum, per Solem, & Apollinem supra, quæ hodiernis Sanctis Christianizata poteris applicare. Alia plura vide in Diario Sacro hoc die.

DIES II.

916 Hic dies, qui 6. Nonas Julii *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano, ac aliis veteribus Kalendariis, & Gelio *Æter*.

A.D. 183.

Gel. lib. 7. cap. 17.

Dies dicatus *Semideis* ac varonibus heroicis, ex dictis supra num. 49. die 2.

Gravidis festus dies, ex Veteri Kal. Pontificio Romano, apud Reusnerum, & Tamayum hoc die.

Reusne. in Diar. Histor.

Feriæ Pistorum jetaculariorum, sacrumque eorundem. Ita Vet. Kal. & citati Reusnerus, & Tamayus.

Fœdus Pontificis cum Cæsare, & *preces publicæ*, & præfato Kalend. & citatis authoribus.

In Kal. Astronomico prisci sæculi consignatur: *Obscurum astrum*, quo Auster flat, sivè Favonius. Ita Tamayus, cit. tom. 4. fol. 3.

917 Hic igitur dies, qui apud veteres jam Nefastus, jam dies festus Gravidis: nobis sit omninò candidus, faustusque: quia sacratus principi virginum, *Deique Matri* gravidæ jam de Spiritu Sancto, invisenti cognatam Elisabeth. Nedum ob tantam Visitationem est nostratibus felix, & faustus, præsens dies, sed & aureus ob *Processum*, & *Martinianum*, qui de aurelia via per martyrium perrexére in Cœlum: iis, præter alios plures, choro martyrum associantur *Iustus*, *Vitalis*, *Felix*, & *Felicissimus*, quare ex parte sit purpureus dies præsens, candidusque ob *Othonem* præsulem, ac *Monegundem* religiosam fœminam. Hoc igitur die flat ventus Cardinalis *Favonius* dictus *à favendo*, de quo Anglicus, & alii notant, quòd *fovet*, *nutrit*, *germinat*, & *producit* flores: cumque ventus Sanctos adumbret, productos de thesauris Dei, juxta illud: *Qui producit ventos de thesauris suis*. Hinc venti mystici sunt hodierni Sancti. Hos encomia *Nutrientes* charitate, *Germinantes* honestate vitæ, *Producentes* flores virtutum, fructus meritorum, fragrantiam exemplorum, *Foventes* patrocinio.

Martyrol. Rom.

Anglic. lib. 11. cap. 3.

Psalm. 134. v. 8.

Lauretus verbo Aer.

Thema. 1.

918 Ad præfata verba Psalmi tres ventos, & tres spiritus notat Seraphicus Doctor inquiens: *Tres sunt venti: aliter spirat spiritus timoris, aliter spiritus pietatis, aliter spiritus fortitudinis*; quod applica ad hodiernos Sanctos, encomiando quomodo effulsit in ipsis triplex Spiritus, *Timoris*, *Pietatis*, & *Fortitudinis*. Ipse Sanctus scité addit in Psalm. 147. *Venti sunt Spiritus, sapientiæ*

S. Bonav. in Psal. 134. v. 8. & in Psal. 147.

Thema. 2.

Digitized by Google

bia, intellectus, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis, & timoris Domini; ex quibus *à Meridie* spirat spiritus sapientiæ; *ab Oriente* spiritus intellectus; *ab Aquilone* spiritus consilii; *ab Occidente* spiritus scientiæ. Hæc S. Bonaventura: cumque ex ipso S. Doctore in Psalmum 17. fol. mihi 92. *ventus sit anima sancta*, scilicet ventus spiritualis, per hos ventos, & partes ad quas spirant plura Themata pro hodiernis Sanctis poteris efformare.

Inter alia mystica, quæ de ventis notat Geminianus, adduco hic tria; scilicet quod ventus est *navigantium deductivus, refrigerativus, imbriumque causativus*. Quare considera Virginem Matrem in hodierna festivitate exurgentem ad visitandam cognatam, extitisse mysticam *Navem* favonio vento Spiritus Sancti *Gravidam*, sine gravedine, *Deductivam* Verbi Incarnati, suo in virgineo claustro, *Refrigerativam* laborum suorum clientum, *Causativam* imbrium beneficiorum in suos devotos.

Gemin. lib. 1. cap. 11.

Thema. 3.

919 *Auroram* dixerunt quasi vehiculum Solis, illum in nostrum hemisphærium inducens, vt ab eo tenebrarum caliginem depelleret. *Aurora Deipara Maria comparatur*. Cumque Aurora appelletur *Auri domus*: *Aurea hora*, & *Aura volans*, vt aiunt S. Isidorus, & Minorita Anglicus. Hæc adapta, & habes pulcherrimum Thema pro Deipara in solemnitate Visitationis. Aurora sane, Aurea domus, Vehiculumque Solis justitiæ Christi Domini. Vide à num. 823.

Carneg. lib. 6. hom. 2. fol. 477. Anglicus lib. 9. cap. 21.

Thema. 4.

DIES III.

A. D. 284.

920 Hic dies, qui & 5. Nonas Julii *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies dicatus *Minervæ* ab Ægyptiis, & Græcis, à quibus, vt Dea Sapientiæ colebatur Minerva tertio cujusque mensis die, ex dictis num. 49. die 3. & Tamayus hoc die.

Dies *Nundinarum* apud Romanos, vt cum Alex. ab Alex. dixi citat. num. 49.

Dies *Austrina, & conturbatio avis*. Ita Kal. Astronomicum prisci sæculi, & cum eo Reusnerus, & Tamayus hoc die.

921 At præsens dies apud Antiquos, jam Nefastus, jam sacratus Minervæ, jam Austrinus; apud nos verè sit Faustus, & Australis, ob tot Sanctos, qui hoc die nasci meruere in cœlis, vbi velut astra fulgent. Hi fuere illustres præsules *Anatolius* Græce Encyclopedian, quasi circulus nominatus, merito: enim disciplinarum omnium circulum tenuit; admiranda scripta reliquit: *Heliodorus* doctrina, & sanctitate insignis: ac *Dathus* sanctitate clarus, Ravennæ præsul: cum iis cœlitibus, ad chorum martyrum adduntur illustres victores *Tryphon* & alii *duodecim*: *Enlogius* cum sociis: *Hyacinthus*, qui post alia tormenta pro Christo passa, consumptus fame expiravit, vt sempiternè satiaretur gloria: *Irenæus*, & *Mustiola* matrona, atrocibus suppliciis cruciati: *Marcus*, & *Mucianus* pro Christo, gladio cæsi: quos cum *puer* parvulus, ne immolarent idolis, alta voce moneret, verberibus jussus fuit cædi; cumque vehementius confiteretur Christum, vna cum quodam *Paulo* martyres exhortante, martyrio laureatus est. Hi sunt mystica astra, melius quam austrina piscorum, in cœlo fulgentia *virtute, merito, gloria, patrocinio* erga suos verè devotos: vnde habes Thema pro hodiernis Sanctis.

Martyr. Rom. Baron. & Maf. culus.

Thema. 5.

922 Inter alias gemmas est *Asterites*, quam Plinius vocat *Asteriam*, & est (teste S. Isidoro, & aliis marginatis) gemma *candida*, continens *lucem* ineluſam, sicut *stellam ambulantem*, quæ reddit *candidantes* Solis radios: quæ gemma meritò hodiernos Sanctos adumbrat veré Asterios: quia *Candidos* castitate, *Lucentes* religione, doctrina, velut *Stellas Ambulantes* in Dei obsequio, *Candidantes*, & illustrantes alios charitate, & exemplo. Amplius: quia inter gemmas est quædam indica vocata *Astrio*, vel *Astrion*, de qua die 22. Februarii feci mentionem, quæ gemma *Astrion nominatur ab astris*, & est *chrystallo propinqua in colore*, in cujus centro *lucet Stella fulgore Lunæ plenæ*. Meritò hæc hodiernis Sanctis adapta, eos encomiando veros *Astrios*, aut *Astriones* lucentes *quasi Luna plena in diebus suis*, vt de Simone Oniæ filio dixit Ecclesiasticus: quare eos encomia *Astrimes claros* velut chrystallum honestate; *Lucentes* in centro cordis Stella Jacob, ideſt Christo per gratiam, & charitatem; *Fulgentes* fulgore Lunæ plenæ, propter fulgorem gloriæ plenitudinis in Cœlo, vt advertit Berchorius. Vnde habes Thema. Quod si *Chrystallus* est lapis *purus, frigidus, lucidus, solidus, splendidus*, vt tradunt marginati, & hæc ad hodiernos Sanctos veros *Astrios* gerec-

S. Isidor. lib. 16. cap. 10. Plin. lib. 3. c. 9. Anglic. lib. 16. cap. 18.

Thema. 2.

S. Isidor. lib. 16. cap. 13. Angl. lib. 16. cap. 16. Berch. lib. 10. cap. 47.

Eccl. 50. v. 6.

Thema 3.

Angl. lib. 16. cap. 31. Berch. lib. 10. cap. 63.

Digitized by Google

verte, eos encomiando *Puros* simplicitate, *Frigidos* honestate castitatis, *Lucidos* doctrina, & exemplo, *Solidos* constantia, perseverantiaque, *Splendidos* gloria.

Thema. 4.

DIES IV.

A.D. 285.

923 Hic dies, qui & 4. Nonas Julii, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano sic N.P.

Ludi Apollinares, qui prius non stato die, post lege lata Quarto Nonas Quintiles celebrabantur, vt observant Gyraldus Syntagm. 17. & Cæsar Calà de Feriis quæst. 3. num. 76. Fuit celebris hæc *ludorum* festivitas, *quæ per dies octo agebatur*, vt ait Tamayus, qui hoc Ludos ad diem 6. & Rosinus ad 11. hujus. De quibus ludis sequenti num. dicam.

Gyraldus Synt. 17. fol. 416. num. 40. Tamay. die 14. Rosinus lib. 4. cap. 4.

Dies sacratus *Mercurio*, ex dictis cum Platone, & Baptista Egnaro supra num. 49. die 4.

Celebris Romæ festivitas ob triumphum, quem M. *Licinius Crassus* Proconsul, anno vrbis condtæ 725. ex Thracia, & Getis reportavit.

Masculus Golzius Tamay. hoc die.

Ludi Apollinares.

924 Hoc die igitur *Ludi Apollinares* incipiebant, ex Gyraldo, & Cæsare Calà num. præcedenti adducti, quam inceptionem ad diem 6. & pridie Nonas referunt Kal. Maffeiano, & Masculus, ac Tamayus: ad diem 11. seu 5. Idus referunt hanc inceptionem Kal. Vet. Rosini, & aliqui cum Titolivio. Vet. Kal. & varrone. Ipse Livius alio loco, scilicet lib. 27. & Hospinianus ad 3. Nonas Quintiles horum Ludorum referunt inceptionem: quam suam opinionem de horum *Ludorum* inceptione, conciliat Rodulphus Hospinianus cum immediatè præcedenti; eam intelligendo, non de inceptione, & die primo horum Ludorum, sed de octavo, & vltimo: quia ex Adriano Junio in suis Fastis; *Ludi Apollinares per octo dies agebantur*, & sic vltimus in 5. Idus incipiebat. Hæc Hospinianus. Constito igitur de varietate inceptionis horum Ludorum, quodque *per octo dies durabant*, in quo conveniunt Adrianus, Hospinianus, Masculus, & Tamayus: Pergò ad alia, vt ad Originem, Ritum, &c.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Tit. Liv. lib. 27. Hospin. de Orig. Fest. cap. 20. fol. mihi 12. Adrian. in Fast.

Inceptio.

Duratio.

925 Hos *Ludos*, & *Pythios*, & *Apollinares* vocatos dicarunt *Apollini*, quem cognominarunt *Pythium* à serpente *Pythone* occiso sagittis Apollinis. Fabulantur igitur quòd cum Latona de Jove, gravida esset Apollinis, sed egrè ferens, Juno: quia ipsa, de Jove, liberos non habebat, misit serpentem horribilem *Pythonem* nuncupatum, vt persequeretur Latonam, & hæc terrefacta, moreretur infans, quem gestabat in vtero: quòdque id non obstanti Latona de Pythone fugiens in Insulam Ortigiam, simul peperit Dianam, & Apollinem, subitoque infantulus recenter natus, acceptis arcu, & sagittis, jacta sagitta, Pythonem serpentem occidit: quare Apollinem, vt Deum, solemque illuminantem mundum venerari cœperunt, ipsique dicarunt *Ludos Pythios*, & Apollinares nuncupatos. Hæcque fuit prima causa, & origo horum Ludorum, cum primo in Græcia facti sunt.

Gyraldus Synt. 7. fol. 197. Roman. lib. 10. cap. 3.

Serv. lib. 3. Lucanus lib. 5. Ovid. lib. 2. Metam.

Origo & causa 1.

926 Post, fuerunt translati ad Romam, post bellum ad Cannas, vbi Africani de Romanis triumpharunt. Quare Romani, ob (cujusdam Vatis antiqui, & illustris nominati Martii) versus sequentes voverunt hos Ludos:

Tit. Liv. lib. 25. Roman. citat. Rosinus lib. 5. cap. 17.

Hostem Romani si expellere vultis,
Vomicamque, quæ Gentium vepis,
longè
Apollinis vovendo censeo Ludos:
Qui quotannis comiter Apollini fiant,
Cum populus dederit ex publico partem:
Privati vti conferant pro se suisque.
Iis Ludis faciendis præerit Prætoris,
Qui jus Populo, plebique dabit summum.
Decem Viri Græco ritu hostiis sacra faciant.
Hæc si rectè faxitis, gaudebitis semper,
Fietque res vestra melior; nam exstinguet
Perduelles vestros, qui vestros campos pascunt placidè.

Quo invento Carmine, ad illud explicandum sumpserunt diem vnum; posteroque die S. C. Apollini Ludos voverunt, fecerunque quotannis incerto die, & hæc fuit 2. causa horum Ludorum, ex Livio, & aliis marginatis. Alteram refert Macrobius, quem sequitur Hospinianus: quia repentino hostis adventu, plebs Romana excitata ad arma, hosti occurrit; quo tempore visam nubem sagittarum ferri in adversarios, hastesque fugasse, & victoriam didisse Romanos, qui ad spectacula Dei Sospitalis reducti fuere. Ita Macrobius, & Hospinianus. Hucusque hi *Ludi* quotannis fiebant die non stato sed indicto à Prætore.

Causa 2.

Macrob. 1. Sat. cap. 17. Hosp. cap. 20. fol. mihi 121.

Causa 3.

927 Postea vero Consulibus *Q. Fulvio*, & *Apio Claudio*, ac *P. Cornelio Sulla* Vrbis Præfecto: eo anno pestilentia gravis incidit in Vrbem, agrosque, quæ tamen magis in longos morbos, quam in pernicioles evasit. Ejus pestilentiæ causa, & supplicarunt, & hos *Ludos* voverunt in perpetuum in statum diem *tertium Nonas Quintiles*, & *is Dies deinde solemnis servatus*. Ita Livius, Hospinianus, & Rosinus, qui ad sequentem diem tertium Nonas, hæc referunt. At Gyraldus, & Cæsar Calà ad præsentem ante tertium Nonas; vt dixi num 923. & 924.

Liv. lib. 27. Hosp. citat. Rosin. lib. 5. cap. 17.

Causa.

928 Pergo jam ad horum Ludorum *ritus*. His igitur in *Ludis* dicatis *Apollini* Græco ritu decem viri sacrabant Apollini *Bovem* auratum, & duas *Capras albas* auratas, stipem frondibus ornatam erigebant Apollini: Tum & cuique pro copia, & præmio dabant *stipem frondibus* ornatam, ex Festo; aut *lauream coronam*, ex Roman. Præter bovem, & capras, quæ cornibus auratis sacrabant *Apollini*, vti diximus, & ipsi decem viri *Latonæ* matri Apollinis sacrabant *vaccam* auratis quoque cornibus, ac ante Apollinem orabant, cantabant, pulsabant instrumenta musica, faciebant versus Heroicos præcipuè, aliosque cujusvis metri. Insuper & in celebritatè horum *Ludorum* erant *Comediæ*, *Tragediæ*, *Curruſque* triumphales. Populus inspiciebat hos Ludos, coronatis omnibus *oleaginis* ramis, læti epulabantur omnes pariter, ac splendidè, januis apertis, vt quisque pollet comedere domo in qua vellet. Insuper, & vt omnes in iis Ludis assistentes, majori cum commoditate essent, in omnibus viis publicis pendebant tentoria carbasini coloris, tum ad ornatum, tum vt protegerent à sole, vt omnia novant marginati, apud quos alia omitto videnda.

Liv. lib. 25. Ser. in 6. Æneid. Gyral. cit. Synt. 17.

Ramon. lib. 10. cap. 3. Rosin. citat. Lazius lib. 10. cap. 8.

Ritus.

929 Hic igitur dies, qui jam Nefastus, jam Festus, & Triumphalis extitit, apud Gentiles, sic apud nostros vero Triumphalis, ob tot Sanctos veros triumphatores, qui de inimitis animæ partis victoriis, hoc die, cœlestibus triumphatoribus veris fuere associati, laureati gloria. Hi fuerunt *Lubrianus* Hispalensis præsul, sibi factio, jure nomen vindicans, laurea parta & de Getis, & de sævissimo Decarum Rege Ariano Totila: *Sebastia* & *Innocentius* cum aliis triginta: *Namphanion*, & Socii, quibus eum eadem martyrii laurea associatur *Iucundianus*, plurefque præsules confessores illustres, vt *Theodorus*, *Flavianus*, *Elias*, & *Vidaricus*. Quo die obiit magna Matrona Franciſci filia *Elizabetha* Portugaliæ Regina, quæ ab Ecclesia colitur die octavo hujus mensis. Quod si in Ludis Apollinis dabant victoribus, vt dixi, pro præmio *Lauream coronam*, vertendo ea prophana ad sacra per Laurum plura habes Themata num. 328. & 348. hodiernis Sanctis veris victoribus applicanda. Per triumphantium coronas num. 784. classes, & colores num. 144.

Martyrol. Rom. Mascul. & Tamay.

Themata.

930 His igitur in Ludis sacrabant *Bovem*, *Vaccam*, & *Capram*, ac *Aurum*: enim ea sacrificabant aureatis cornibus, vti dixi. *Bos* fortitudinem adumbrat: *Vacca*, quæ (testibus S. Isidoro, & Anglico) diligit bibere aquam claram, & puritatem & sanam adumbrat doctrinam: *Capra* (quo & *Damula*, sive *Dama* nuncupatur) vocatur *Capra* à carpendo selecta in summitatibus virgultorum, & herbarum, sic est dicta: *quasi sursum tendens*, quare & *alta* est dicta, sicque significat & selectissima opera Sanctorum, altosque ipsos Sanctos. Vnde prophana sacrificata in Ludis Apollinaribus christianizat, verteque ad sacra pro hodiernis Sanctis, eos per *Bovem* encomiando fortes: per *Vaccam* diligentes puritatem: per *Aurum* charitate aureos: per *Capram* altos meritis.

S. Isidor. lib. 7. & 12. Anglicus lib. 18. cat. 107. & 23. ac 34. Berchor. lib. 10. cap. 22.

Themata 2.

931 *Bos* nuncupatur Græcè *Boeres* (dicit S. Isidorus, & cum eo Anglicus Minorita) qui addunt quod *Bos* est *pius* in socios, *mitis*, vtilis, ad laborem, *mundus*, & ad vsum hominum, & ad immolandum, ac *altus*: quare perfectos, Sanctosque significat: *Pius* charitate in proximos, *Mites* mansuetudine, cordisque humilitate, *Mundos* puritate vitæ, *Altos* virtutibus, ignis meritis, gloria, patrocinio. *Capra* amplius, quæ vti dixi & *Damula* dicta, est *sagacissima* ad pastum: nam visu, gustu, & olfactu discernit selectiores herbas: *velocissima* gressu, *acutissimi* aspectu, *dulcissima* quo ad gustum, *tenerrima*, & sanissima quoad esum cumque sponsa, & justi comparentur Capræ, hodiernos Sanctos encomia *sagacissimos* discernendo, & amplectendo veram virtutem, doctrinam que, *Velocissimos* obedientia, & in Dei servitio *Acutissimos* contemplatione: *Dulcissimos* patrocinio erga suos verè devotos. Picturas Apollinis adduxi supra. Vide hic actum superare.

S. Isidor. lib. 12. Anglicus lib. 18. cap. 22.

Themata 3.

Anglic. lib. 18. cap. 21. Cant. 4. v. 1.

Themata 4.

Digitized by Google

DIES V.

A.D. 186.

932 HIc dies, qui & 3. Nonas Julii *Nefastus* notatur in Kal. Matteiano.

Ludorum Apollinarium dies 2. ex dictis num. 923. & 924. cum Vet. Kal. Gyraldo, Cæsare Calà, & Rosino lib. 5. cap. 17. quamvis Hospinianus, & Livius ad hunc diem referant inceptionem, vt ibi. Quamquam & ipse Gyraldus lib. de Mensibus fol. mihi 615. etiam horum Ludorum inceptionem referat ad hunc diem, quod, & putat Beyerline, cum Livio Dec. 3. lib. 5. & 7.

Rosin. lib. 5. cap. 11. Tamay. hic. Varro lib. 5. de Lin. Lat. Rosin. lib. 4. cap. 11.

Quo die *Populi fugia* notatur in Kalendariis sic: *Popli. F.*

933 Fuit igitur hic dies inter *Nefastos*, & *Ægyptiacos* nominatus: quia non multo post decessus Gallorum ex vrbe, Ficulneates, Fidenates, & finitimi alii populi conjurati contra Romanos surrexerunt. Hinc dies appellatus *Nefastus*: quia tamen à Romanis ejecti sunt, & tumultuariè in fugam versi. Hinc *Populi fugia* hic dies nominatus, à victoria parta à Romanis fugatis hostibus, actibusque tumultuariè in fugam. Quare post victoriam certis sacrificiis fuit *Vitulatio*. Hinc postmodum introducta *vitulatio*, & *vitulari* (quod Græci vocant *lætari*) ad significandum sacrificium actum Deæ lætitiæ, quam vocabant *Vitulam*, & *Victoriam*, præsidemque lætitiæ putabant. Vide dicta die 6. Junii num. 799. ac præter alios marginatum Gyraldum Synt. 10.

Gyraldus Synt. 17. fol. 416. & Synt. 10. fol. 277.

934 Dies igitur præsens potius apud nos memorandus fuga hostium: quia S. æquè & invictissimus Imperator Henricus 3. ingenti prœlio vicit, fugavitque Hungaros. Ac tantum abest, vt nostri, territi pugna, inferint fugam, vt sponte se potius obtulerint: quod agere non dubitarunt & fœminæ, vt *Zoa*, & *Cyrilla*, quarum illa collo, & capillis in arbore suspensa, ignis subjecti, fumo suffocata: ista post ardentes carbones cum thure diu habitos super manum, proprio decorata sanguine, conplevère martyrium: iis heroinis ad eandem lauream associantur *Domitius*, *Athanasius*, *Agathon*, *Marinus*, & alii, ac choro Confessorum numeratus *Numerianus*, virginumque *Philomena*. Cumque Gentiles hoc die, sacrificarent, ob victoriam, Vitulæ, aut Victoriæ, prophanitate abjecta, per picturam Victoriæ christianizatam

Beyerl. & Massul. hoc die.

Martyr. Rom.

Thema habes supra die 22. Januarii, ac 6. Junii.

935 Cumque hoc die Philomena virgo veneretur in Ecclesia Sancta. Verto considerationem ad aviculam *Philomenam*, ita dictam à *Philos*, quod est amor, & *mene*, quod est defectus, quæ avicula & nuncupatur *Lucinia*, *Credula* & *Cantilena*. Suo dulcissimo cantu præcedit auroram, rarissimè comedit, & cum maxima festinatione redit ad cantum. Est justorum emblema. De qua avicula audi metro S. Bonaventuram, Opusculo marginato.

S. Bonav. tom. 1. Op. Opusc. de Philomena. Berchor. in Red. lib. 7. cap. 31. Plin. lib. 10. cap. 29.

Igitur charissimè audi nunc attentè
Nam si cantus volueris hujus servè mente,
Ejus imitatio, spiritu docente,
Te cœlestem musicum faciet repente.
De hac ave legitur, quod cum deprehendit
Mortem sibi propriam, arborem ascendit.
Summoque diluculo rostrum sursum tendit,
Deversisque cantibus totam se impendit.
Cantilenis dulcibus præviat auroram.
Sed cum dies rutilat circa primam horam,
Elevat prædulcis vocem insonoram,
In cantando nesciens pausam, sive moram.
Circa vero tertiam, quasi modum nescit.
Quia semper gaudium cordis ejus crescit.
Verè guttur rumpitur, sic vox invalescit,
Et quo cantat altius, plus & inardescit;
Sed cum in meridie sol est in fervore,
Tunc disrumpit viscera nimio clamore.
Oci, oci, clamitat illo suo more,
Sicque sensus deficit cantus præ labore.
Sic quassato organo hujus Philomenæ,
Rostro tamen palpitans fit exanguis pœnæ.
Sed ad nonam veniens moritur jam plenè,
Cum totius corporis dirumpuntur venæ.
Ecce, dilectissime, breviter audisti,
Factum hujus volucris, sedsi meministi,
Diximus jam primitus, quia cantus isti
Mistice conveniunt legi Jesu-Christi.

Digitized by Google

Restat (vt intelligas) *esse Philomenam,*
Animum virtutibus, & amore plenam.
Quæ dum mente peragrat patriam amœnam
Satis delectabilem texis cantilenam,
&c.

Thema. Hæc & alia plura Doctor Seraphicus flagranti suo spiritu. Vnde hæc accommodans hodiernis Sanctis, nos encomia Mysticas Philomenes : quia *Credulos* fide, *Luscinios* doctrina, exemploque virtutum, *Cantinelos* laudatione Dei, *Philos* amore, feruentique charitate, vsque ad mane defectus vitæ.

DIES VI.

A. D. 187. 936 HIc dies, qui & Pridie Nonas Julii, sic notatur in Kal. Maffeiano. N. *Ludi Apollin.* ideſt *Nefaſtus. Ludi Apollinares.*

Dies 3. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis die 4. hujus num. 924.

Capitolium incenſum tempore Syllæ. Ita Roſinus lib. 4. cap. 4. idque contigit anno Vrbis 671. vt cum Plutarcho in Syllaret Tacito lib. 19. ait Beyerline hoc die.

Dies feſtus Sacratus *Fortunæ Muliebri*, ob templum ei conſecratum hodie : Ita Hoſpinianus. De quo feſto, ejuſque origine dicam numero ſequenti. Hoc feſtum prius actum Kalendis Decembris, poſt translatum aut ad hunc diem, ex Hoſpiniano, aut potius ad 14. diem, vt eo dicam. Vide dicenda die 1. Decembris à num. 1651.

Hoſpin. cap. 20. fol. 121.

937 Dixi quod hoc die erat apud Gentiles Romanos feſtum dicatum *Fortunæ Muliebri.* Fuit igitur origo hujus feſti : quia Coriolanus exulatus fuerat à Roma, qui eum Roma bellum intuliſſet, nec armis, nec precibus ei reſiſtere Romani poſſent : Matronæ *Veturia*, & *volumnia* lachrymis placarunt coriolanum, vt ab obſidione Civitatis deſiſteret : quare Senatus Conſilio Matronis conceſſum, vt in hujus facti memoriam, honoremque Veturiæ, & Volumniæ, Templum dedicarent *Fortunæ Muliebri*, hoc die, quamquam bellum finitum anno præcedenti *Kalendis* Decembris, vt Hoſpinianus de Origine Feſtorum, marginatus notat. In qua dedicatione fabulati ſunt ſimulachrum *Fortunæ* locutum : *Rite me matronæ dedicaſtis*, vt referunt Gyraldus, & Hoſpinianus, ac S. Auguſtinus, vt die 1. Aprilis dixi n. 501. & vt ibi dixi fabularunt bis in hac dedicatione præfatum ſimulachrum loquutum.

Gyraldus Synt. 16. à fol. 395. Hoſpin. cap. 20. S. Aug. de Civ. lib. 4. cap. 19.

938 Hic igitur dies, qui aliàs feſtivus, & ob dedicationem lætus Veteribus Romanis, ipſis fuit Nefaſtus, & luctuoſus, ob incenſum Capitolium : arſiſti Jupiter tonans vnà cum fulmine : omnia illa veterum Ducum, atque Imperatorum ornamenta, ſpolia opima, & trophæa, abierunt in fumum ! laureæ in ſinum Jovis à triumphantibus ingeſtæ, exarſerunt igni. At apud nos fauſtiſſimus ſit præſens dies, quia complet, abſolvitque principum religionis, Apoſtolorumque cultum octavus à primo : quo item die fertur *Paulus*, cum Pretiolo vinctus fuiſſet ductus, ingreſſus Romam, vt coryphæus, & ad prophana evertenda, veramque ſtabiliendam religionem. Opportunè igitur incidit in hunc diem *Romulus* Feſulanus præſul, & Martyr, qui *Petri* fuit auditor, vt ex tanti magiſtri diſciplina alter exiſteret Romulus, qui vrbem alterius ſcelere, ac fraterno ſanguine inquinatam, expiaret ſuo : hunc conſequuntur, & laureati, *Tranquillinus* Martyr, & Martyrum parens ; *Antoninus, Severinus, Diodorus*, ac *Dion*, cum aliis *decem*, & *ſeptem* : cum quibus cœlitibus aſſociantur & *Goar* presbyter miræ virtutis, ſignorumque illuſtris, ac heroinæ Martyres *Lucia*, & *Dominica*, hæc idòla fracta, ad beſtias damnata, & ab illis nil læſa, truncata capite, proprio decorata ſanguine, geminata laurea virginitatis, & martyrii migravit ad Dominum.

Martyrol. Rom. Theatr. Vit. H.

939 Hoc igitur die delirabant Gentiles in dedicatione Templi *Fortunæ Muliebris.* Ritus dedicationis Templorum ſolemnis habebatur ab ipſis, ad quem populus convocabatur præcone publico; convocatoque ſic populo ad Templum dedicandum, & conſecrandum pergebant magna pompa, *accenſo prius igne* à conſecrante Conſule Romano, qui ſolebant Templa ſacrare; præcedebant *tuba*, & *muſici* inſtrumenti, horumque muſica, & conſecrans pergebat velato capite, ac facie. Omneſque læti accedebant ad Templum ornatum *ſtatuis, aris*, ac *donariis*, & per totum Templum ſparſa viridi herba vocata *Sabina*, ſine qua Templi dedicatio fieri non poterat, vepotè dicata ſacrificiis Templorum. Tunc conſecrans *oleo*, *prece*, & *ſacrificio* Templum ridiculè conſecrabat, & offere-

Ritus. Theatr. Vit. H. Templum. Roman tom. 2. lib. 3. cap. 1. Roſin. lib. 2. cap. 2.

Digitized by Google

offerebat idolo. Qui autem suis expensis Templum construxerat, stabat, *face accensa*, invocans Deum, aut Deam cui Templum consecrabatur. Inter Athenienses addebatur in solemnitate dedicationis alia ceremonia, quod matronæ indutæ vestibus versicolorum, dum consecrabatur, *circuibant* Templum cum *ollis plenis leguminum*, vt manducarent, qui ceremonias, sacrificiaque faciebant. Quæ omnia prophana abiecta, ea Christianizat, & verte ad sacra.

940 Vtebantur igitur Gentiles suis in prophania Templorum dedicationibus, *Face*, *Tuba*, *Igne*, *Statuis*, *Aris*, ac *Donariis*, *Oleo*, *Prece*, & *Sacrificio*: quæ omnia ad sacra verte, vt per *Facem* veræ fidei, *Tubam* prædicationis, sanèque doctrinæ; *Ignem* amoris Dei; *statuas* dejectas idolorum, scilicet peccatorum; *Aras* cordium in Deum erectorum; *Donaria* eleemosynarum, operumque misericordiæ in vtilitatem proximorum; *Oleum* benignitatis, & charitatis; *Preces* humiles; *Sabinam* viridem honestatis vitæ, ac *Sacrificia* totalia nostratum cordium, corporum, & voluntatum Christo seruiamus per *Musicam* Psalterii decem cordarum, in Decalogi observatione: sicque mystica nostratum Templa erigamus sacrata Jesu Christo; vti hodierni fecêre Sancti, pro quibus encomiandis plura hinc Themata efformare poteris.

Themata. 1.

941 Amplius in *Face* accensa tria sunt *lux*, *lumen*, & *splendor*. Mysticæ faces sunt Sancti *Lucentes* fide, & exemplo, *Ardentes* lumine charitatis, *Splendentes* miris operibus: vnde per Facem vales encomiare hodiernos; pro quibus per *Tubam*, aut quatuor Tubas Thema habes supra num. 697. Per *Ignem*: quia, vt Anglicus notat, inter elementa *purior* natura, *tendens* sursum, *sublimior* situ: quòd hodiernis accommoda Sanctis, eos encomiando *Igneos* charitate, *Puros* castitate, *Tendentes* sursum contemplatione, *Sublimes* meritis, gloria, patrocinio. Per *Aram* sic dictam: quasi *altam*, & elevatam à terra, habente *ignem*, & sculptam *palmam*, cum hac inscriptione *Pietas*, vt latè Pierius Valerianus: *Ara autem sancta est justa anima, quæ emittit suffitum decentis orationis*, vt Clemens Alexandrinus observat. Hinc hodiernos Sanctos mysticas Aras encomia: quia *Altos* elevatos à terrenis, *Igneos* charitate in Deum, *Pios* pietate in proximos, *Ornatos* palma triumphorum reportatorum de inimicis. Per *Sabinam* notam arborem, aut herbam, *Brathy* Græcè appellatam cujus genera sunt duo: nam altera cupressi, altera ramaricis folia refert, vt aiunt Plinius, & Dioscorides, apud quem sculptam invenies *Sabinam*, quæ est *viridis*, *spinosa*, aliquantulum, *medicinalis*, & *odorifera*: quæ hodiernis Sanctis accommoda, eos encomiando *Virides* honestate, *Spinosos* mortificatione, pœnitentia, laboribus toleratis pro Christo, *Medicinales* doctrina, patrocinio, *Odoriferos* exemplo, famaque, & celebritate, ob magnalia ab ipsis gesta. Poterisque & alia faciliter Christianizare, de Donariis, oleo, prece, & sacrificio.

Anglic. lib. 8. cap. 41. & 42.

Thema. 2.

Anglic. lib. 10. cap. 3.

Thema. 3.

Theatr. Vit. H. v. *Ara*.

Pier. Val. lib. 49. v. *Pietas*.

Clement. Alex. Strom. lib. 7. fol. 240.

Thema. 4.

Calepin. verb. *Sabina*.

Dioscorid. lib. 1. cap. 83.

Thema. 5.

DIES VII.

942 Hic dies, qui & Nonis Julii, & *Nefastus*, & 2. *Ludorum Apollinarium* notatur in Kal. Mascriano, sic. *Non. N. Ludi.* A. D. 188.

Dies 4. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis supra die 4. hujus.

Caprotinæ feriæ, festum actum, in honorem *Junonis Caprotinæ*, ab ancillis. Ita Plutarch. Ovid. Varro, & cum iis Rosinus, Gyraldus, Hospinianus, & alii: quamquam hoc festum (de quo numero sequenti) referat ad sequentem diem Roman.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Gyral. de Mens. fol. 615.

Dies Nonarum: quare *faustus*, & *feriatus*, ac agendis rebus felix habitus, ex Macrobio, & Bungio. Sacrificabant *Lari familiari*, ex Alex. ab Alex. Festum agebant *Laribus*, ex Roman. vt dixi num. 49. die 5.

Obiit Romulus discerptus à suis Senatoribus, & non apparuit, anno regni 39. & mundi 3249. Ita Plutarch. Gyraldus citat. de Mensibus, Rosinus, & alii. Ad diem 26. referunt alii.

Theat. Vit. H. hoc die. Rosin. lib. 4. cap. 4.

Celebritas Athenienſium vocata *Oscophoria* acta per ingenuos pueros in honorem *Minervæ*, ex Alex. ab Alex.

Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18.

Athenienses ad Chæroneam ingenti prælio à Philippo Macedone victi. Quo & die in Italia inter Lucanos, & Tarentinos commisso prælio, Archidamus Lacedemoniorum Rex pro Tarentinis pugnans cæsus est. Ita Plut. & cum eo alii marginati.

Plut. in Camillo. Theat. Vit. H. Mascul. fol. 304.

Quo die Romani victoriam reportarunt de Tuscis: quare dies nuncuparus *Populi fugia* à Tuscorum fuga, & die sequenti lætum festum dicarunt *Vitulæ* Deæ lætitiæ, & Victoriæ, vt observant Hospinianus, Beyerline, & Masculus.

Ipso

Ipso die *Ludi Romani* in honorem *Castoris*, & *Pollucis*, ex Roman. tom. 2. lib. 2. cap. 18. Rosinus lib. 4. cap. 11. Alex. lib. 5. c. 6.

Caprotinæ. Festum Ancillarum. Macrob. 1. Sat. cap. 11. Gyrald. synt. 3. fol. 111. Rosin. lib. 2. cap. 6. & lib. 4. cap. 11. Alex. lib. 5. cap. 5. Ovid. de Art. Amand.

943 Erant igitur hoc die *Caprotinæ feriæ* festum ancillarum actum in honorem *Iunonis Caprotinæ*, cui liberæ pariter & ancillæ sacrificabant, sub arbore *Caprifico*, in memoriam animi, factique ancillarum pro conservatione reipublicæ Romanæ. Origo igitur, & causa hujus festi fuit: nam post Vrbem captam cum sedatus esset Gallicus motus, Respublica verò esset ad tenuè deducta, finitimi aucupati oportunitatem invadendi eam, præfecerunt sibi Posthumium Limium Dictatorem Fidenatium, qui mandatis ad Senatum missis postulavit, vt si vellent reliquias suæ Civitatis manére, darentur sibi Matres familiæ, & Virgines. Cumque Patres essent ancipiti de deliberatione, Ancilla quædam nomine *Tutela*, seu *Philotis* pollicita est, se cum cæteris Ancillis, sub nomine Dominarum ad hostes ituram: habituque Matrum familias, & Virginum sumpto; hostibusque cum prosequentium lachrymis, ad fidem doloris, ingestæ sunt. Quæ cum à *Livio* in castris distributæ fuissent, viros plurimo vino provocaverunt; Diem festum apud se esse simulantes, quibus soporatis, ex arbore *Caprifico* (ficu scilicet sylvestri) quæ castris erat proxima, signum *face* accensa Romanis dederunt, qui repentè irruerunt in suos adversarios soporatos, eosque superarunt. Qua propter Senatus memor beneficii, omnes Ancillas jussit manu emitti; ipsisque dotem ex publico ærario dedit, & ornatum Dominarum quo tunc erant indutæ ipsis concessit. Diemque ipsum *Nonas Caprotinas* nuncupavit, ab illa caprifico, ex qua signum victoriæ cœperunt: sacrificiumque statuit annua solemnitate celebrandum, cui lac, quod ex Caprifico manat adhiberetur, propter memoriam facti præcedentis. Ita Macrobius, Gyraldus, & alii marginati. De qua solemnitate ait Ovidius:

Porrige, & Ancillæ, quæ pœnas luce pependit
Lusa maritali Gallica veste manus.

Varr. de Lin. Lat. apud Gyraldus citat.

944 Varro assignat aliam rationem: quare hæ Nonæ *Caprotinæ* nuncuparentur: scilicet quia hoc die, in Latio sacrificant mulieres *Iunoni Caprotinæ*, & sub caprifico faciunt, & è *Caprifico* adhibent *virgam*. Origo hujus festi ancillarum fuit: quia eo die repentina fuit tempestas, cum tonitribus, grandine, ac ingenti ventorum fragore, & sedata tempestate *Lux* redita. Addit Plutarchus in Romulo, & Camillo alteram rationem, aut circunstantiam præcedentis: quare hæ Nonæ solemnes institutæ *Caprotinæque* appellatæ: quòd scilicet hoc die Romulus ad paludem Capreæ, concione habita, repentè tempestate orta, disparuerit. Ob quas rationes hæc solemnitas instituta, vocata ob rationem primam festum Ancillarum, quod celebrabant eo ritu: vt sacrificarent *Iunoni Caprotinæ*, & sacrificio adhiberent Lac, quod manat ex caprificо. Epulabantur extra vrbem sub vmbraculis contextis ex ficuum frondibus, servæque circumeuntes ludebant, deinde invicem se impetebant plagis, ac ictibus lapidum: quasi tunc quoque Romanis in prælio adfuerint, pugnantibusque opem tulerint. Quot faciebant Ancillæ eleganti habitu ornatæ, circumeundo, (quo significabant ipsas auxilium dedisse Romanis, contra Latinos) simulque inclamabant veterum nomina, vt Caii Marci, Lucii, &c.

Hospin. citat. cap. 20. Plutarch. in Romul.

Ritus.

945 *Oscophoria* celebritas Athenienſium fuit dicata *Minervæ*, vti dixi. In Oscophoriis pueri ingenui pubescentes eligebantur, qui ferrent ramos, ac palmites cum suis racemis in Templum *Minervæ* Sciriados. Fuit & Athenis locus nominatus *Oscophorion*, vbi Templum Minervæ erat constructum. Canebantque pueri carmina nuncupata à loco *Oscophoria*, ex Gyraldo cum Plutarcho.

Oscophoria. Gyrald. synt. 17. fol. 421.

946 Fueruntque & hoc die *Ludi Romani* in honorem *Castoris*, & *Pollucis*, vt cum Roman dixi. Qui ludi & *Magni* fuerunt appellati: quia & maxima authoritate facti, & à Regibus, & Consulibus instituti. Fiebant enim in campo *Martio* per milites, equites, & Duces, militari forma, in forma bellica dispositos, vt viderentur exercitus duo in pugnam dispositi. Sic ornati *togis*, *trabeis*, & *tesseris*, armati, & in suis cohortibus cum *vexillis* dispositi, *currebant*, revertebantur, varioque Ludos læti exercebant, ducentes varias *imagines* antiquorum Ducum; & colligebant plures *frondes*, & *rosas*, ac *flores*, ex quibus texebant *coronas diversorum florum*, quibus redimiti diadematibus, læti redibant ad propria. Idque faciebant ob victorias de vicinis civitatibus partas, quibus suum dilatavére imperium.

Ludi Romani. Roman tom. 2. lib 2. cap. 18. Rosinus lib. 5. cap. 19.

947 Hosce ludos siquidem celebrarunt

Digitized by Google

brarunt Athenienſes, in quibus pueri generoſi cum ramis *olivarum* ducebant panes *ficuum*, & *mellis*, quos *Iovi* offerebant, vt totum tradit Roman.

Roman. nuper citatus.

948 Hic igitur dies, qui jam Nefaſtus, jam feſtus, lætus, & victorialis fuit Romanis veteribus, novis verò ſit triumphalis, ob præclaros triumphos à Chriſti Athletis de tyrannis partos: ſic de Fabiano repotarunt triumphum *Claudius*, *Victorinus* & ſocii: de Traiano *Peregrinus*, *Pompeius*, *Lucianus*, & alii, cum quibus martyribus aſſociantur cœlitibus confeſſores, illuſtreſque præſules, *Odon*, *Illidius*, & alii, ac *Edilburga* filia Regis Anglorum, quæ, ad ſui natalitii purpuram, addidit cum virginitate ornamenta virtutum: quare choro virginum aſſociata verè regnat.

949 Vertamus igitur prophana ad ſacra, vt ex Nonis Capro inis, Nonas Chriſtianas celebremus. Quòd ſi *Caprificus* eſt ficus ſylveſter, *viridis*, *mollis* naturæ, & *Lacteum* humorem emittens, vt Anglicus notat; & ex Pierio Valeriano, eſt hæc arbor *emblema dulcedinis*, quæ arbor, etſi in ſe non habeat fœcunditatem, eam aliis adminiſtrat, vt notant Plinius, Berchorius, & Minorita Anglicus marginatus; ad quòd conducunt *ſuculi*, quos faciliter vt mollis naturæ præfata arbor recipit, vt totum ait præfatus Minorita. Vnde vertendo hæc ad ſacra: hodiernas Nonas celebremus in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando: quia *Virides* honeſtate vitæ, *Molles* Chriſtiana manſuetudine, *Lacteos* puritate, & charitate, *Tenentes* facem veræ fidei, cum igne charitatis, & ſplendore virtutum; quibus vt veri triumphatores cœlitibus aſſociati regnant. *Quinque* in ſacrificio notantur (obſervat S. Bonaventura). *Quis debeat dare ſacrificium, & cui, & quid, & vbi, & ad quid*; quòd ipſe Sanctus Doctor ſic explicat: *Quis*, humilis, & pœnitens; *Cui*, Deo; *Quid*, ſpiritus; *Ad quid*, vt ædificentur muri Hieruſalem; *Vbi*, ſuper altare tuum, ideſt ſuper cor, totum offerendo Deo. Sic Sancti hodierni fecêre, ſic faciamus, vt de virentibus ceſſa ſana tollamus ad aſtra. Quatuor erant ſacrificiorum genera in veteri teſtamento: *Sacrificium*, quòd non totum accendebatur: *Holocauſtum* totum incenſum: *Oblatio* dicta de duris, de pane, & thore: *Libamen* de liquidis, de vino ſcilicet, & oleo, vt notat ipſe Sanctus: *Sacrificium* igitur Hebraicè dicitur zebach, à radice hi-

Anglic. lib. 17. cap. 61. Pier. Val. lib. 53. fol. 391.

Thema. 1.

S. Bonav. in Pſal. 50. & 49.

Thema. 2.

S. Bonav. citat. in Pſalm. 49. Menoch. de Repu. Heb. lib. 2. cap. 7.

nificante mactare: Sic Sancti ſe ipſos Deo dicarunt: per *Sacrificium*, mactando paſſiones, terrenoſque affectus: per *Holocauſtum*, flagrando charitate in Deum: per *Oblationem*, laudis, orationis, & operum ob Deum factorum: per *Libamen*, olei, operum ſcilicet miſericordiæ. Quare in lege Evangelii, quatuor ſunt genera ſacrificiorum, ſcilicet *Juſtitiæ*, *Pœnitentiæ*, *Mortificationis*, & *Laudis*, vt totum advertit Sanctus citatus; per quæ ſacrificia alterum pro hodiernis Sanctis habes Thema.

Thema. 3.

Thema. 4.

950 Vidit Hieremias *ficus bonas*, *bonas valdè*; & vt Anglicus ſupra marginatus notat *Ficus à fœcunditate dicitur*, eſtque arbor *parva*, *fœcunda ferens* fructus dulces, *faciens* vmbram amplius foliis, nequiens inſeri alteri arbori, ob eximiam ſuam dulcedinem, quam deſerere nequit. Appoſitè igitur juſti comparantur ficui: quia *Parvi* humilitate, *Fœcundi* bonis operibus, *Ferentes* fructus dulces charitatis, & manſuetudinis, *Facientes* vmbram patrocinio, *Nequientes* inſeri alteri, ideſt vlli homini, ſed in ſolo Deo recumbentes. Vnde habes alterum Thema. Notat S. Iſidorus, & cum eo marginatus Anglicus: *Tauros ferociſſimos ad ſici arbores albigatos repente manſueſcere*. Chriſti Crucem ficus adumbrat, vt multi obſervant. Imò materiam Crucis Chriſti fuiſſe ficum, ait Bellonius, apud Cornelium. Huic myſticè ficui adhæreamus ad feroces paſſiones edomandas Crucis virtute, vti fecêre Sancti; ſicque evadamus ficus bonæ, bonæ valdè.

Hier. 14. v. 3. Anglic. citat. Alap. hic.

Thema. 5.

S. Iſidor. lib. 18. cap. 7. Alap. in Cant. 2. v. 13.

951 Triplex feſtum, hoc die Gentiles agebant, Nonas Caprotinas, Oſcophoria, & Ludos Romanos. Reſpuamus prophana, amplectamur ſacra. *Triplex igitur feſtum ſic agere debemus*, ſcilicet *Virginum*, *Confeſſorum*, & *Martyrum*. Feſtum *Virginum* obſervantia caſtitatis: *Confeſſorum*, puritate confeſſionis peccati, laudiſque divinæ: *Martyrum* gaudendo in tribulatione, adverſa lætè, & titè toletando pro Chriſto, vt totum Doctor Seraphicus obſervat. Vndè & pro hodiernis Sanctis habemus Thema, & pro noſtratum inſtructione, doctrinam.

S. Bonavent. in Pſalm. 113.

Thema. 6.

DIES VIII.

952 Hic dies, qui & 8. Idus Julii, & *Nefaſtus*, & 5. Ludorum *Appollinarium* notatur in Kal. Maſſeiano.

A.D. 389.

Fuit-

Fuitque dies 5. præfatorum *Ludorum Apollinarium*, ex dictis supra die 4. huius.

Dies 2. Ludorum *Romanorum*, qui præcedenti die agebantur, vt ibi cum Roman dico, *& triduo agebantur* prius: postea translati ad pridie Nonas Septembris, & extensi per plures dies, vt Rosinus advertit lib. 5. cap. 19.

Dies dicatus *Neptuno*, cui sacrabant solemnitatem, ex *Kal. Vet.* Plutarcho, & Bungio, vt dixi num. 49. Quem diem Græci dicabant *Theseo*, ex Roman, vt ibidem dixi die 8.

Hospin. cap. 20. Tamay. hoc die, & alii. Theatr. Vit. H.

Solemnis, & lætus fuit hic dies apud Romanos, ob sacra, quæ devotio Gentilium instituerat *Deæ Victoriæ* quam vitulam appellavére. Hujus festivitatis prophana sacra sumpserunt originem propter victoriam, quam Romani de Thuscis reportarunt, vbi *pæan* canebatur, & hoc sacrificium *Vitulatio* diecbatur: eo quod Veteres Ethnici Victoriam *Vitulæ* nomine solebant nuncupare. Quam *Vitulam* frugibus præsidere putabant, vt supra dixi. Ita Hospinianus, & Tayamus, cum aliis, ac Beyerlinc, qui notat quod Vitulare Græcis est *voce lætari*.

Rosinus lib. 2. cap. 19.

Ad hunc diem refert Roman *Caprotinæ* festum, actum Romæ à mulieribus: quia seruæ Dominas liberarunt. At, ad præcedentem diem cum pluribus præsens retulimus festum.

Quo die festum dicatum *Theseo* Athenis, ex dicendis die 8. Novemb. num. 1573.

953 Hic igitur dies, qui apud Gentiles extitit victorialis, ob victoriam Veterum Romanorum de Thuscis. Illustrior apud nostrates fuit hic dies, ob victoriam de profligatis Diis: nam in Palestina *Procopius*, in Germania *Chilianus*, & præter alios, Romæ quinquaginta laureati milites memorantur. Fuit igitur oportunè vt accideret, quòd in hunc diem victorialem incidérent *Aquila*, & *Auspicius*, vt præclarum omen victoriæ: quibus ex Clarissarum cœtu cœlitibus assa iacet *Elisabeth* Regina Portugaliæ, inter cæteras egregias dotes belliei furoris sedandi prærrogativa decorata, vt bellorum triumphatrix. Quod si Veterum Romanorum triumphantium ornamenta erant (vt Valerianus advertit) *Sella* eburnea, *Scipio*, aut baculus quoque eburneus, *Toga* picta, *Palmata* tunica, & *Corona* aurea. *Sella* igitur eburnea puram doctrinam adumbrat: *Scipio* aut *baculus*, potentiam Sanctorum à Deo acceptam: *Toga picta*, virtutes: *Palmata tunica*, triumphos, & *Corona* aurea, gloriam Sanctorum: vnde in hoc die triumphali, pro hodiernis Sanctis veris triumphatoribus habes Thema per ornamenta triumphalia.

Martyrol. Rom. & Franc.

Pier. Val. lib. 43. fol. 321.

Thema. 1.

954 Inter triumphantium Veterum ornamenta numerantur eburnea *sella*, & baculus. *Ebur* enim est Dens Elephantis, ex quo quasi è luta, eburnea instrumenta conficiuntur, quare *Elephans* apud Indos *barro* vocatur; & propter corporis maximam quantitatem communiter nuncupatur *Elaphans* ab *Elphio* monte. Elephans igitur inter omnia animalia maximè est virtutis, ita quod vix in hominibus tanta probitas inveniatur. Nam in nova Luna conveniunt congregatim, & in flumine se abluunt, & balneant, & novo syderi communiter plus se inclinant, & sic redeunt ad locum suum. Juvenes suos eundo, & revertendo ante se ire faciunt, quos diligenti cura custodiunt, & instruunt ad simile faciendum. Quando infirmantur quasdam herbas salubres eis congregant, sed antequam eis vtantur, supino capite eos ad cœlum levant, & quadam religione à numinibus adjutorium postulant. Sunt bonæ indolis, & quasi docentur cognoscere regem, & eum quasi adorare instruuntur, ob reverentiam coram eo genua incurvando. Cum hominem errantem obvium viderint in solitudine, à longé paulatim præcedentes, viam ei ostendunt, & si Draco occurrerit, pro homine defendendo cum eo pugnant, & viriliter se opponunt. Incedunt gregatim, ducit agmen major natu, alius autem ætate proximus sequentes cogit, juvat enim eum, & ei cooperatur. Mirandus est in eis pudor nam quando vnus ab alio vincitur, victus vocem fugit victoris. Abhorrent actum carnis, nisi pro sola prole, & tunc vadit fœmina versus orientem, & masculus eam sequitur, quousque inveniant mandragoram, cujus fructum prius comedit fœmina, deinde masculus, & sic conveniunt, & se cognoscunt, idque postquam per triennium manserunt cælibes, & causa duntaxat generandi prolem miscentur; vt omnia notant marginati, cum aliis, & præcipuè Anglicus, & Berchorius: quare adumbrat justos, & Sanctos: cumque ex Pierio Valeriano, Elephans sit *Nobilis* munificentia ingenita, *Insignis* temperantia, *Conspicuus* æquitate, *Declinator* insaniæ, *Cultor* pietatis, *Celebrè* mas-

Calep. verbo *Ebur*. Aldrov. de Eleph. p. 423.

Anglic. lib. 16. cap. 41. Bereh. in Red. lib. 10. cap. 37. Alap. in Cant. 5. v. 4. Pier. Val. lib. 6 fol. 16. in F.

Thema. 2.

mansuetudine; *Regalisque* animi, in omnibus referre videatur. Per has dotes Thema habes hodiernis Sanctis accommodandum, & præcipuè pro heroina *Elisabetha* Regina.

955 *Regia claritas* pingebatur ab Ægyptiis per mulierem *pulchram, cinctam, ornatam*, ac tribus regiis coronis caput *insignitam*: quòd delineatum vide apud Pierium Valerianum dicentem: *In antiquissimis Ægyptiorum monumentis cernere est mulierem quamdam tribus regiis caput insignitam. Significare id aiunt, eam regis filiam, regis uxorem, ac regis matrem fuisse.* Quod competit nostræ Heroinæ Elisabethæ; filia enim fuit Regis, vxor Regis, ac mater Regis: quam encomia *Cinctam* puritate, *Pulchram* virtutibus, *Ornatam* egregiis dotibus, *Coronatam* gloria. Amplius, tres coronas applica ad hujus Sanctæ heroinæ tres status *Virginis, Uxoratæ*, & *Viduæ*, in quibus se gessit tam purè, perfectè, & sanctè, vt in vnoquoque dolaret sibi coronam, vt post tribus diadematibus caput haberet redimitum.

Pier. Val. lib. 41. fol. 303.

Thema. 3.

Thema. 4.

DIES IX.

A.D. 190.

956 Hic dies, qui & 7. Idus Julii, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano, & dies 4. *Ludorum* Apollinarium.

Dies 6. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis die 4. hujus num. 924.

Hunc diem destinarunt Gentiles vrbanis rebus, & *Nundinis*, vt cum Alex. ab Alex. dixi num. 49. die 9.

Quo die Cartaginenses passi fuerunt plures calamitates: quare hunc diem habuerunt *invisum*, & detestabilem, ex Alex. ab Alex.

Alexand. lib. 4. cap. 20.

Dies vocatus *Nonas* à Thuscis, quo die Regem suum salutabant, & de propriis negotiis consulebant, vt ex Cæsare Calà dixi num. 49. die 9.

Terremotus ingens per vniversam Syriam, & Arabiam, multas vrbes perdidit, vt ex Cedreno, hoc die Beyerline tradit.

957 Hoc igitur die, quo apud Gentiles erant ludorum spectacula; fuére apud nos spectacula jucundiora: cum Apollo ipse cum cæteris Diis illusus fuit à nostratibus, pro Christo viriliter certantibus vsque ad mortem, falsosque Deos illudentibus. Hi fuére *Zenon* cum sociis decem millibus ducentis, ac tribus, *Cyrillus* præsul, *Alexander* & socii, *Anatolia* heroina fœmina Christi, virgo; quæ cum solo afflatu everterent potuit simulachra Deorum lapidea; habita fuit ab impiis audax, sed sua constantia, & virtute peperit religioni quemdam maleficum nomine *Audacem*, & ambo coronati martyrio: quibus ex Minoritico cœtu ad eamedm martyrii lauream associantur vndecim, qui fuére *Nicolaus* Pichius Guardianus Conventus Gorcomiensis, *Hieronymus* ejusdem Conventus Vicarius, *Gilaldus* Sacerdos octogenarius, *Nicasius* vir doctissimus, *Theodoricus*, *Antonius* vvertensis, *Godefridus*, *Franciscus*, *Antonius* alter Hornarienses; qui omnes Sacerdotes, *Petrus*, & *Cornelius* Laici, cum quibus & passi sunt tres Parochi, bini Præmonstratenses, Dominicanus vnus, alter Canonicus Regularis S. Augustini, & vnus Sæcularis Sacerdos, qui pro asserenda reali Corporis Christi in Eucharistia præsentia, ac Romani Pontificis visibilis Ecclesiæ Capitis Principatu, ab Hæreticis comprehensi, post vincula, & carceres, post ludibria, & opprobria, ac verbera, aliaque gravia tormenta, pro fide Catholica constantissimè perpessa; ad vltimum conjunctis dorsis, nudi, dilaceratique, suspendio Coronam Cœlestem adepti sunt, & à Clemente X. Beatorum fastis adscripti. Pro quibus, per veterum Romanorum ornamenta triumphantium Christianizata, Thema habes supra n. 953.

Martyrol. Rom. Maseul. in Fast. fol. 305. Martyr. Franc. Arturi hoc die.

Thema.

958 Olim quæ ad posterorum memoriam transmitti volebant Antiqui in columnis insculpebant *literis, characteribus, armis, signis simulachris.* Sic filii Seth duabus illis columnis vna ænea, contra vim aquæ, altera *lateritia* contra ignem disciplinas ad posteros transmiserunt, vt tradit Joseph. Simon Machabæus erexit marmoreas *columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam æternam: & juxta arma, naves sculptas*, vt trophæa sic & Jobo in planitie Jordanis pyramidem erexerunt cum Ave Phœnice, & Palma, ac Sole, vt trophæa. Tum & veteres columnas pro victoria, & trophæis erexerunt cum simulachris, & thesseris, vt Pierius, & alii tradunt. Quod si columna adumbrat Martyres dolatos passione, eorumque, ac aliorum justorum innocentiam, virtutem, constantiam, & protectionem: Hinc per columnas *Lateritiam* humilitatis, *Æneam* fortitudinis, & constantiæ, ac *Marmoream* (vt erant erectæ à Machabæo) candoris, Thema habes pro hodiernis Sanctis. Quibus applica Jobi Pyra-

Ioseph. lib. 3. cap. 3. Machab. 1. c. 13. B. Max. & Alap. hic. Novar. in Elect. Sac. lib. 3. num. 702. Pineda in Iob, & alii. Pier. Val. lib. 49. Mund. Symbol. lib. 16. cap. 5.

Thema. 2.

Digitized by Google

Thema. 3.

Pyramidem cum Sole, *Phœnice*, & *Palmæ*, eos encomiando *Solis* claritate vitæ, *Phœnices* in flagrantes in Dei amore, *Palmas* qua victoriosos.

959 Inter alias columnas à ventibus erectas, fuerunt & *Virginales*, quæ & Corinthiæ nuncupatæ, & hæ pulcherrimæ, ornatæ, venustæ: *Stantes*, quæ & *seruitutis* nuncupatæ, hæc erectæ cum simulachro muliebri pulchro, cincto, stante columna innixo, dextera tenente palmam. *Trophæales*, & hæ erant quatuor pulcherrima simulachra cincta, erecta, habitu Persico ornata, sustinentia capitibus, pulcherrimum opus, Lacedemone in porticu cognomento *Persicæ* & *Memoriales* quæ & quatuor erectæ Athenis in loco appellato Ceramico in memoria eorum, qui iobierant pugnando pro patria. Has columnarum differentias Christianiza, & hodiernis Sanctis applica columnas *Stantes*, ob constantiam in fide: *Virginales*, ob puritatem vitæ: *Trophæales* ob eorum victorias partas de Mundo, Carne, Dæmone, & tyrannis *Memoriales*, vt eorum vitam, gestaque imitando in terris, cum ipsis pariter coæternemur in Cœlis.

Pier. Val. lib. 49.

Thema. 4.

DIES X.

A. D. 891.

960 Hic dies, qui & 6. Idus Julii *Comitialis*, & 5. *Ludorum Apollinarium* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 7. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis die 4. hujus num. 924.

Decimo die in singulis mensibus Græca juventus agebat Ludos Olympicos *cursu*, *saltu*, & *disco*, idque *per quinque dies*, & victor *Oleastro*, & *Olea* coronabatur, vt ex Cæsare Calà dixi die 10. & 30. num. 49. Sic fuêre ab hoc die, ad 14.

Festivitas Messium hoc die consignatur in Fastis, Ita Vet. Kalend. Rom. & cum eo Beyerline, & Tamayus.

Ad hunc diem refert Beyerline, quòd Hebræi conflarunt vitulum, anno Mundi 2454. Exod. 32. quod nos supra retulimus à die 10. Junii.

Fuit & celebris Romæ iste dies ob triumphum insignem, quem de Tarentinis, Samnitibus, & Salentinis reportavit *L. Æmilius Barbula* Proconsul, anno Vrbis conditæ 473. vt ex Golzio tradunt Masculus, Reusnerus, & alii.

Golzius, Reusn. in Diar. Histor. fol. 104. Mascul. in Fast. fol. 305.

961 Hoc igitur die triumphali, apud Veteres, agebatur ab ipsis Romæ *Messis festum*, vt Jupiter, dictum *Cereri*, quam dixerunt *Cererem* à gerendis fructibus: quare & ipsam *Frugiferam* nominarunt. De quo *Cereris* festo, ritu, pietisque *Cereris* egi supra die 24. Januarii à num. 148. ac in Aprile die 9. num. 532. & die 12. num. 544. vbi de Ludis Cerealibus.

Messis festum. Gyrald. syn. 14. fol. 360.

At, & hodierna celebrioso *Messium*, & *Triumphi* pietas ad veram religionem pertinet, quæ tam vberes collegit fructus, & ad hodiernos Sanctos, qui de impudentia Deorum, ac de Cæsaris sævitia, tam præclaros reportabant veros triumphos, vti fuêre septem fratres, Sanctæ Felicitatis filii, scilicet *Januarius*, *Felix*, *Philippus*, *Silvanus*, *Alexander*, *Vitalis*, & *Martialis*, qui verè Martires Christi, de Dijs, tyrannis, & tormentis præclarè laureati martyrio triumpharunt: quam lauream adepti fuêre in Africa alter *Januarius*, alterque *Felix*, & socii; at in Armenia *Leontius*, & socii, alibique alii. nec tantum viri, enim aspirarunt ad hanc lauream, & laudem, quam & consequutæ sunt, & fœminæ *Rufina*, & *Secunda* sorores, cum quibus cœlitibus in choro Virginum associatur *Amelberga*.

Martyrol. Rom.

962 Pingebant veteres Cererem vectam curru ducto à serpentibus alatis, *Pulchram*, *Cinctam*, gestantem manu dextera *fasciculum* papaveris, sinistra *facem accensam*, redimitam *corona spicarum*. Fabulantur igitur quòd olim Salaminæ fuit serpens excelsæ magnitudinis eam omnem regionem devastans, quodque inde ab Eurylocho patrocinio Cereris fuit ejectus. Quæ *Ceres*, & *Latifundia* fuit cognominata, eo quod putarent copiam frumenti ipsis conferre: quare ipsi tribuerunt, & coronam spiceam, & papaveris manipulum. Quod *Papaver* & *Cereale* fuit nuncupatum, positumque pro emblemate, & hieroglyphico totius terræ, & seminis, vt advertunt Gyraldus, & Pierius. Hanc *Cereris* picturam vertendo ad sacra pro hodiernis Sanctis, eos encomia *Pulchros* castitate, *Cinctos* virtutibus, *Coronatos* spicea corona opimorum meritorum. Cumque & Cereri tribuerent *Facem accensam*, & hæc *ardeat*, *luceat*, *splendeat*, sitque symbolum virtutis nunquam morituræ, charitatis, misericordiæ, justitiæ, & Beatorum, & hæc applica ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Ardentes*, charitate, *Lucentes* virtutibus, *Splendentes* exemplo. Tandem cum & *Cereri* tribue-

Carter. fol. 152.

Pier. Val. lib. 46. & 56. ac 58. Gyrald. synt. 14. à fol. 358.

Pictura.

Thema. 1.

Mund. Symbol. lib. 2.

Thema. 2.

Digitized by Google

tribueretur *Papaver* herba somnifera,
Anglic. lib. 17. cap. 128. & vt Anglicus advertit, medicinalis, ex qua fluit succus vocatus *Opium*. Sitque triplex *Papaver*, aliud *Album*, aliud *Nigrum*, aliudque *Rosum*, sivè *Purpureum*, & hæc applica ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Albos* castitate, *Nigros* humilitate, *Roseos* charitate, *Purpureos* martyrio.
Thema. 3.

964 Dixi quòd, hoc die ex Beyerlinc, Hebræi conflarunt Vitulum aureum, seu Apin; & vt Cœlestinus de
Cœlest. in Clau. Dau. tract 7. art. 3. fol. 268. Monte Marsano observat fuit cum iisdem notis, repertis in Vitulo, seu Api Ægyptiorum. Fabulabant igitur, Ægyptii quòd *Apis* ille non coitu pecoris, sed cœlesti igne, vel radiis Lunaribus conceptus foret, *niger* corpore, quadrato in frontè *candore*, dextroque latere ingenita *alba macula* referente imaginem *corniculatis Lunæ*, in cauda *pilis* duplicibus, lingua notatus cantharo, puta scharabeo, vel cœlesti signo, quod in Aquario triplici stella constat. Sicque inventus solemni pompa, vt retuli num. 718. ducebatur Memphim: quem Apim Osyridem, aut Solem putarunt. Hæc igitur prophana ad sacra verte, vt supra num. 856.

DIES XI.

A.D. 192. 965 Hic dies, qui & 5. Idus Julii, & *Nefastus primo*, & 6. *Ludorum Apollinarium* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 8. præfatorum Ludorum, ex dictis die 4. hujus, num 924. cum Hospiniano, & aliis putantibus duravisse *per octo dies*, & hunc fuisse vltimum.

Dies 2. Ludorum Olympicorum, ex dictis die præcedenti, & num. 49. die 10. & 30.

Rosin. lib. 4. cap. 4. Rosinus cum Vet. Kal. Tito Livio, & Varrone refert ad hunc diem *Ludos Apollinares*, cum durassent, vt cum Hospiniano, & aliis diximus, *per octo dies*, si hoc die cœperunt, extenti fuére ad diem 18. hujus.

Hoc die *Silicernium* faciebant dies sacratus *luctui* à Pythagoricis, de quo luctu, rituque num. 49. die 11. ex Bungio, & aliis.

966 Hoc igitur die, qui jam Nefastus, jam Fastus fuit Gentilibus, ob tot Ludorum spectacula, oportunè occurrunt nostratum spectacula religiosa. *Cindeus* Presbyter impunè post multa tormenta in ignem iniectus, & nil læsus, demum in oratione spiritum Deo reddidit. *Januarius*, & *Pelagia* equuMartyrol. Rom.

leum, vngulas, testacea fragmenta, integra semper virtute, quatriduo ipso luserunt. *Pius* Pont. Max. spectaculum pulcherrimum pietatis Vrbi dedit, cùm esset impiè necatus, sub Cæsare Antonino Pio nomine, re impio. *Sidronius*, *Cyprianus*, *Abundius*, & alii lusére tormenta, pervenéreque ad palmam. His religionis spectaculis associatur *Sabinus* confessor. Cumque victores in ludorum veterum spectaculis olea coronarentur, per oleam, & Victoriæ picturas, plura habes supra Themata hodiernis Sanctis accommodanda: quæmadmodum, & alia plura Themata per Palmam, & Laurum. Themata.

967 Pro hieroglyphico victoriæ posuerunt Veteres *Accipitrem* avem *regiam*, *animosam*, *armatam* rostro, & vnguibus, *nobilem*, directè versus cœlum *volantem*; quæ avis senectute gravata ad solis radios, flante austro, se convertit, cujus beneficio aura, & calore, exhalat vapores grossos, & tunc fortiter se exercens facit cadere veteres pennas, & novis recrescentibus renovatur, vt S. Gregorius observat. Adumbrat, *Pœnitentiam*, *Obedientiam*, *Rectitudinem*, & *Profectum* Sanctorum: vnde pro hodiernis Sanctis veris victoribus habes Thema.
Pier. Val. lib. 21. fol. 154. & 155.
S. Greg. in Moralib. Berchor. in Red. lib. 7. cap. 3. Mund. Symbol. lib. 4.
Thema. 1.

968 Præter alias Victoriæ picturas adductas, sequentem accipe, ex Cartario. Pingebatur virgo *Pulchra*, *Cincta*, *Discalceata*, læva tenens *Galeam*, dextera porrigens *Malum punicum*, quam picturam Christianizando applica ad hodiernos Sanctos veros victores, eos encomiando *Pulchros* castitate, *Cinctos* justitia, & virtute, *Discalceatos* terrenis affectibus, tenentes *Galeam* protectionis erga suos vere clientes, porrigentes *Malum punicum* beneficentiæ, ac misericordiæ. In hacque pictura Victoriæ manu dextera erat *Malum punicum*, seu malum granatum fructum neutrius generis, arboris fœmeninæ nuncupatæ Malusgranatæ. Hoc malum punicum est granatum. Dicitur *Punicum*: quia à Pœnis, idest, Carthagine allatum. *Granatum* à granorum multitudine contenta intra corticem, & rotunditatem, cujus cortex florem habet nuncupatum *Balaustium*. Flores autem alii sunt *albi*, alii *rosei*, alii *purpurei*, vt Anglicus advertit. Cumque ex S. Hieronymo mala punica adumbrent sublimitatem virtutum. Hine hodiernos Sanctos encomia *Albos* sublimi castitate, *Roseos* sublimi charitate, *Purpureos*, sublimi con-
Cart. fol. . .
Thema. 2.
S. Isidor. lib. 18.
Anglic. lib. 17. cap. 99.
Alap. in Cant. 4. v. 3.
S. Hier. lib. 1. Cont. Iovinianum.
Thema. 3.

Digitized by Google

constantia in patiendo, aut adversa tolerando pro Christo.

DIES XII.

A.D. 193. 969 Hic dies, qui & 4. Idus Julii, & *Comitialis*, & *Ludorum* in *Circo*, notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. hujus mensis, ac supra num. 49. die 10. & 30.

Dies 2. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis cum Vet. Kal. Tito Livio, & Varrone num. 955.

Dies habitus Faustissimus apud Romanos, ob *Natalem Julii Cæsaris*, unde & nomen inditum huic Mensi, (vt cum pluribus dixi, num. 909) Ita Macrobius, Gyraldus de Mensibus, & alii. Ob quem *Natalem* Julii Cæsaris, *Ludi* Romæ celebrabantur hoc die, ex Rosino. Ab omnibus habebatur, servabaturque dies festus, ac *Laureas* gestabant coronas, ex Hospiniano.

Gyraldus de Mens. fol. mihi 615. Rosin. lib. 4. cap. 4. & lib. 5. cap. 22. Hosp. de Orig. Festor. cap. 20. Theatrum Vit. Hum. hoc die.

Qui dies tam festivus, & *Ludorum* apud Romanos, alias *Ater* fuit ipsis Romanis, ex Macrobio, & Beyerline cum eo.

Item & hoc die *Ludi* ob Natalem *Cæsaris Dictatoris*. Ita Hospinianus; cap. 24. fol. 135.

970 Hoc igitur die jam Atro, jam Faustò, & solemniter Festo habito à Gentilibus; à nostratibus sit habitus dies Faustior: enim occurrunt *Felix*, & *Fortunatus* cum sociis, *Jason*, & *Paulinus*, ille discipulus Christi, iste Petri, passus sub Nerone; ac sub Traiano, *Proclus*, & *Hilarion*; iis ad martyrii lauream adjunguntur heroinæ: præclara matrona, tàm factis, quàm nomine *Epiphaniæ*, ac nobilissima virgo *Marciana* Liberatæ germana; quæ Dianæ simulachrum marmoreum in conspectu multorum Gentilium dejecit, & in frusta minuta, *Jesu* nomine invocato, feliciter reduxit; ac Toleti passa, spiritus evolavit ad astra. Cum quibus cœlitibus associantur præsules præclari *Viventiolus*, & *Paternianus*, ac *Ioannes Gualbertus* Ordinis Vallis Vmbrosæ institutor.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die, à fol. 114.

S. Isidor. lib. 18. Pier. Val. lib. 50. Mund. Symbol. lib. 9. à n. 205.

971 *Lauro* utebantur antiqui hoc die in Julii Cæsaris honorem: quare coronas laureas gestabant. *Laurus* igitur à verbo *laudo* dicta, *laudea* vocabatur: quæ arbor semper *virescit*, attrita ignem *concipit*, in hyeme *nihil detrimenti capit*, ferro circumcisa pulchrior *evadit*, quot ramusculos, tot coronas *germinat*, à fulminum ardore *defendit*. Est arbor *victorialis* digna multis laudum præconiis, propter singulares virtutes, proprietates, & excellentias (ait Minorita Anglicus). Quare veteres victores, & lauro coronabantur, & laurum dicabant Apollini, vt latè marginatus Pierius. Quod si hæc arbor adumbrat Justos, Martyres, paupertatem virtutem invictam, illustratam adversitate, honorem, protectionem, & custodiam, vt Picinellus, aliique notant. Per laurum hodiernos Sanctos lauda, eos encomiando *Paupenes* spiritu, *Virentes* honestate vitæ, *Invictos* virtute, *Illustratos* adversitatibus, *Honoratos* merito, *Protectores*, & *Custodes* clientum suorum. Per quam arborem alia habes Themata die 26. Februarii num. 328.

Anglic. lib. 17. cap. 48. & 49.

Thema. 1.

972 Dictis addo, ex Dioscoride, & Anglico, quod *laurus* est arbor magna, & elegantis formæ, aromatica ac miræ efficacie, ac virtutis: nam folia ejus virida, quæ multum odorifera sunt, si contundantur, mitigant, & sanant punctura apum, & vesparum, custodiuntque vestes à tineis. Habet & laurus virtutem producendi ignem: nam ejus virgæ siccæ, si vna cum altera fricetur, aut confricetur, jaciaturque super ipsas pulvis sulphuris, statim exit flamma. Fructus lauri sunt baccæ lauri, in figura *Spherica*, & sunt grana interius *Alba*, exteriusque *Nigra*, vel *Subrussa*. Quæ accommoda hodiernis Sanctis, eos encomiando *Sphericos*, & abstractione à terrenis, & continuo exercitio virtutum; *Albos* puritate vitæ castitateque; *Nigros* humilitate, *Subrussos* fragranti charitate, constantia in adversis, aut martyrio. Vide & dicta num. 348.

Dioscor. lib. 1. cap. 86. & lib. 4. cap. 198. Anglic. lib. 17. cap. 48.

Thema. 2.

DIES XIII.

A.D. 194. 973 Hic dies, qui & 3. Idus Julii, *Comitialis* ex Kal. Maffeiano.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. hujus mensis, & supra num. 49. die 10. & 30.

Dies 3. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis cum Vet. Kal. Tito Livio, & Varrone num. 965.

Quo die *Ludi Circenses* Romæ agebantur, ineipereque solebant. Ita cum *Ceteribus Kalendariis* Rosinus, Masculus, & Tamayus. Hos Ludos *Jovi*, *Ioui*, & *Minervæ* sacratos fuisse opinatur cum Tito Livio, Cæsar

Rosin. lib. 5. cap. 11. Masc. & Tamayus hoc die.

Calà-

Calà quæſt. 2. fol. 109. à n. 73.

Calà. At Tamayus marginatus opinatur dicatos *Conſo Deo* conſiliorum, & vocatos *Conſuales*: ex eo quòd in Circo Maximo, vbi hi Ludi edebantur, ſub terra erat Ara dicata *Conſo Deo*, cum hac inſcriptione *Conſus*, *Conſilio*. Hunc *Conſum* ſic à Romanis appellatum, Græci credebant eſſe *Neptunum Equeſtrem*; ejuſque Templum ab Evandro Arcade in Latio propé Vrbem Romam conditum fuiſſe, feſtumque diem ſtatutum, vt in ſua Romanorum Hiſtoria, ait Dionyſius Halicarnaſſeus.

Dionyſ. Halic. lib. 1. Hiſt. Rom.

974 Pergo igitur ad Ludos Circenſes deſcribendos. Dicebantur igitur *Ludi Circenſes*, eo quod in Circo Maximo exhiberentur, & in circuitu enſibus poſitis: nam alii ſic nominatos putant à *Circo* in quo agebantur; alii autem à *circumeundo*: alii à Gymnicis Ludis, ſeu exercitationibus, quæ in iis agebantur, *Gymnicos* appellarunt hos Ludos, quos alii volunt appellatos à nuditate, eo quod ludentes corpora nudarent, aut ſaltem veſtes exuerent, quo expeditiores, & agiliores ad certamina ludiera eſſent. Primò fuerunt acti in Græcia, juxta fluvium Elidem, in honorem *Jovis*, poſt Romam translati, & à Rege Tarquinio Priſco celebrati. In quibus Ludis currebant, & certabant gladiis, fuſtibus, haſtis, pilis, ſimilibuſque armis; gladiatores variis modis dimicabant, jam pro vita, jam pro gloria; idque ſpectante populo, vt juventus, aſpectu cædium, ſanguinis, & vulnerum, aſſueſceret in bello, & minas hoſtis timeret. Addebant in iis Ludis Luctam, qua alter, alterum in terram proſterneret, aut vi, aut agilitate corporis nixus: curſumque certa ſtadia currendo in campo; in qua pugna evadebat victor, qui prius perveniebat ad metam. In iis Ludis feſtiſque habebant alios pugnandi modos, & aliquando cum beſtus. Geſtabant imagines Ducum, & Heroum, velut in triumpho. Habebantque pugnantium quatuor *Factiones* diſtinctas per quatuor colores *Album*, *Viridem*, *Cæruleum*, & *Purpureum*, aut *Ruſſum*; inter quas Factiones erat pugna, ſæpéque plurium cædium, vt victrix Factio obtineret palmam. Vt omnia marginati cum pluribus tradunt.

Ludi Circenſes. Roſinus lib. 5. cap. 2. & 5. Virgil. lib. 5. Æneid. Calà, citat. Roman. lib. 10. cap. 5.

975 Abiectis igitur prophanis Ludis Gentilium, ſacri curſus, ſacræque ſpectacula nobis occurrunt noſtratum, qui per metam virtutum currentes, ad gloriam verè victores perveniere. Hi fuere *Cercyon*, qui per medios ignes excurrit ad palmam, *Sila* de primis Chriſti diſcipulis, Pauliqne collega; *Eugenius* præſul Carthaginenſis, cum ferè quingentis, qui paſſi exilio crudeli dormierunt in Domino; inter quos, archidiaconus, felici auſpicio, nomine *Salutaris*, & alii, quibus quaſi dux religionis clariſſimus præiit *Anacletus* Pont. Max. qui poſt Sanctum Clementem Eccleſiam Dei regens, eam glorioſo martyrio decoravit. Horum triumphis cedant Veterum Factiones, quarum colores, noſtratum ſerviant veris Victoribus, hos encomiando *Albos* caſtitate, *Viridis* & Spe, & honeſtate vitæ, *Cæruleos* vita cœleſti in terris acta, *Rufos*, aut *Purpureos* flagranti charitate, conſtantia, aut martyrio pro Chriſto paſſo. Sicque Veterum ſpectacula Circenſium, noſtratum ſerviant trophæis.

Macyrol. Rom. Baron. hoc die.

Thema.

DIES XIV.

976 HIc dies, qui Pridie Idus Julii, *Comitialis*, & *Merkatus*, aut *Merkuralia* notatur in Kal. Maffeiano ſic: *C. Merk.* Vnde Roſinus interpretatur *Mercatus*, ſed Hubertus Goltzius in ſuo Vberrimo Antiquitatis theſauro putat legendum: *Mercurialia*, hoc eſt, ſacra dicata *Mercurio*. At hæc ſive *Mercatus*, ſive *Mercurialia* per *ſex dies durabant*, ab hoc ſcilicet, vſque ad 14. Kalend. Auguſti, quo incipiebant Lucaria feſta, vt notant Roſinus, & Tamayus. A. D. 195.

Roſinus lib. 4. cap. 11. Goltz. in Theſ. tit. 24. fol. 195.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. hujus menſis, ac num. 49. Tamay. hoc die.

Dies 4. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis cum Vet. Kal. Tito Livio, & Varrone, num. 965.

Dies dicatus *Fortunæ muliebri*, ob Templum ei hoc die conſummatum, & dedicatum. Ita Kal. Rom. & cum eo Beyerlinc, Gyraldus de Menſibus, Tamayus, Maſculus, & alii: quanquam ad diem 6. hujus menſis id referat Hoſpinianus, vt eo die dixi, adduxique hujus feſti originem num. 937. Quod feſtum prius agebatur *Kalendis Decembris*, vt in vetuſta Kalend. notatur, & cum eo à Roſino. Idque factum ob finitum bellum Coriolani, die 1. Decembris. Qua de cauſa extruxerunt Templum *Fortunæ Muliebri*, & quia hoc die conſummatum, & dedicatum Templum ad hunc diem translatum feſtum. Vide marginatos Gyraldum, Roſinum, & Tamayum. Theatr. Vit. H. hoc die. Gyrald. cit. fol. 615. Roſin. lib. 4. cap. 4. & 16. Tamay. hoc die.

Sortem

Fortuna Bona.

977 Sortem igitur; & eventum bonum, pro Numine, & *Bona Fortuna* coluerunt Gentiles, etiam Romani; his *fuit solemne Bonæ Fortunæ monimenta sacrare*, ait Cœlestinus à Monte Marsano, & quamquam aliis diebus Fortunam Bonam coluerint, præcipuè tamen, & solemnius ad hunc diem festum translatum fuit, ob Templum, *publica pecunia* extructum, & hoc die consummatum, ac Fortunæ dedicatum, vt cum Halicarnaseo, Gyraldo, & aliis dixi num. præcedenti, ac die 6. hujus mensis num. 937. Plura de Fortuna habes, & eo die, ac 25. Maii à n. 726. Dictis addo Hebræos Gentiles coluisse *Fortunam Bonam*, quod præterquam constat Isaiæ 65. v. 11. vt ibidem dixi, quod & Cœlestinus marginatus confirmat ex verbis *Liæ*, cum ex Zelpha ancilla sua, quam marito suo Jacob tradiderat, suscepto filio: *Dixit Feliciter, & id circo vocavit nomen ejus Gad.* Quomodo certé locuta est Lia (ait S. Augustinus, & Cœlestinus marginatus cum eo) propterea quod adhuc Gentilitatis consuetudinem retinebat. Vbi in Vulgata legitur: *Feliciter*. Hebraicè est *Begad*: vnde septuaginta vertunt: *Venit fortuna mea*: quia illa radix *Begad* significat *Fortunam bonam, Felicitatem, Prosperitatem, Sydus bonum, Planetam bonum*, & auspicium, *Turmam*, & *Exercitum*, quasi hæc omnia venissent Liæ, per adoptivum filium *Gad*. Cumque *Gad* significet *accinctum*, sive procinctum militem, scilicet, seu exercitum, inde alii transtulère *Martem* militiæ Deum, qui credebatur à Gentilibus præbere bonam victoriam, fortunam, & spolia militibus. Ita ad præfatum locum Geneseos Haye, & Maluenda.

Cœlest. in Hist. Sacra, tract. 7. p. 2. art. 1. fol. mihi 267.

Halicarn. lib. 8. Ant. Roman.

Gen. 30. v. 11.

S. Augustin. Cœlestin. citat. B. Max. & Maluenda hic.

Mercurius.

978 Erant & hoc die *Mercurialia* sacra dicata *Mercurio*. De quo Mercurio plura dixi die 4. Januarii, à n. 79. Dictis ibidem addo *Mercurium* vocatum quasi *præsidium* quoddam, & *monimentum*, ac *communem*, quem coluerunt, vt Deorum *Nuntium*, & Deum *sapientiæ veritatis*, & *rationis*, qui primò literas Ægyptiis communicavit, ipsumque posuerunt pro signo *concordiæ*: quare tribuebant Mercurio *caduceum*, & *arundinem*, vt indicarent Mercurium habere potestatem *revocandi voluntates ad concordiam*, & *contentum*. Dicabantque Mercurio *Gallum*: quia hunc habuerunt pro emblemma *vigilantiæ*: & *canem* ad adumbrandam *custodiam* Mercurii, cui *lacte* supplicabant ad denotandam eloquentiæ dulcedinem, vt totum Pierius notat.

Pier. Val. lib. 34. Alap. in Act. 14. v. 12.

Pier. Val. lib. 34. 47. & 57. & 24. & 33. & 53.

979 Præter Mercurii picturam die 4. Januarii adductam, apud Tanagræos pingebatur Mercurius *Pulcher, cinctus; pedibus alatis*, manu dextera gestans *caduceum*, & super humeros *arietem* insidentem, quem læva tenebat. Qua pictura indicabant Mercurium hieroglyphicum partæ *salubritatis*: quia fabularunt quod grassante pestilentia in Civitate Tanagræa, eam sustulit Mercurius expiatione arietis. In cujus facti memoriam, die ejus festo, pulcherrimus quispiam delectus ex juventute Tanagræa, ariete humeris imposito circuibat mœnia Civitatis magna pompa associatus à tota vrbe.

Pictura. 1.

Piet. Val. lib. 10. fol. 78.

Kirus.

Apud Corinthios verò fuit æneum Mercurii simulachrum, cui *aries* assistebat. Causa fuit: quia putarunt Mercurium maximè omnium Deorum custodire greges, augereque proventus ex eis, vt ex Pausania ait Pierius.

Pictura. 2.

980 Gentilium spectaculis, & deliramentis Christiana spectacula opponimus, vti fuére *Iustus*, & *Phocas*, ille miles, iste præsul, ambo luserunt superando ignem, sævaque tormenta pro Christo, martyrioque laureati evolarunt in Cœlum. *Henricus* Imperator vxoratus, & virgo, qui ferè vniversum Regnum Hungariæ cum Stephano Rege perduxit ad Christi fidem. *Heraclæ, Cyrus, Optatianus*, & *Felix* præsules illustres, ac *Bonaventura* Doctor Seraphicus Cardinalis, & Episcopus Albanensis, doctrina, vita, sanctitate celeberrimus, Ordinis Minorum decus, & ornamentum. Cumque hoc die coleretur Fortuna: per Fortunæ picturam, & cognomina Christianizata, pulcherrima Themata habes à num. 729. & num. 828. Quod si & hoc die colebant Mercurium, quem pingebant cinctum, pulchrum, alatum, gestantem dexterâ caduceum, & super humeros arietem. Verte picturam pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Cinctos* castitate, *Pulchros* virtutibus, & gratia, *Alatos* contemplatione, charitateque in Deum, & proximum, *Gestantes caduceum* pacis, & concordiæ, ac super humeros *Arietem*, ideſt Christum crucifixum, crucem gestando, eum imitando. Quam picturam nota, & bono pastori accommoda.

Martyr. Rom.

Themata 1.

Thema. 2.

981 Est igitur hic dies dicatus Seraphico Ecclesiæ Doctori Sancto *Bonaventuræ*. Hic igitur Sanctus nobis, hoc die, occurrit Aquila ingeniorum, Phœnix

Lequil. tomi 1. & 2. Francilog. Sacrum, lib. 1. num. 428.

lux Sophiæ, Lumen Theologiæ, Splendor Orbis, Candor Cœli, Cherub Ecclesiæ, Clarus sanguine, soboleque, Clarior pietate, Clarissimus Sanctitate, & scientia: Monstrum sacrum Sanctitatis: Generalis Minister totius Ordinis, quem annis 18. sanctissimè gubernavit: Designans in Summum Pontificem, non se ipsum, quod ritè efficere potuit, sed Theobaldum Vicecomitem, nuncupatum Gregorium X. à quo creatus Cardinalis, Episcopus Albanensis, & Præses œcumenici Concilii Lugdunensis; cujus Sancti latus, stupendo miraculo, fuit apertum in formam *Rosæ rubentis*, & Christi Domini corpus è pixide in ejus cordis intimum sese immisit, nullo post aperturæ relicto vestigio. Sanctorum fastis adscriptus à Sixto IV. connumeratus inter Celebriores Ecclesiæ Doctores à Sixto V.

982 Hic vero Sanctus, dum puerulus inter brachia Seraphici Patris Sancti Francisci hilaris, & exultans, ab ipsomet Patriarcha Seraphico in futuræ suæ, suique Ordinis felicitatis prognosticon, vocatus fuit *Bonaventura*, vt in suum bonæ Fortunæ adscribatur, qui adhæret Scolæ Bonaventuræ, ait Author Francilogii: Aut vocatus fuit Bonaventura: quia *Deo juvante factum est vt omnia ei bene, feliciterque evenerint*, vt ait Petrus Galat. Prot. Not. Apost. in vita ipsius S. Doctoris, Sixto V. Pont. Max. dicata, & in tom. 1. Oper. ipsius Sancti adducta. Quanquam Sixtus IV. qui inter Sanctos annumeravit *Bonaventuram* præceperit, vt ejusdem S. dies festus ageretur Dominica secunda Julii: non obstanti præfato Decreto, Sixtus V. in Bulla Doctoratus ejusdem Sancti præcepit, vt in posterum tale festum ageretur *pridie Idus Julii*. Quòd si festum Bonæ Fortunæ Vet. Romanorum, quanquam alio die aliquando actum, ad hunc diem translatum, & solemniter statè actum à Veteribus Romanis, qui & hunc diem sacrarunt Mercurio, vt num. 976. dixi cum Huberto Goltzio, & Rosino dicentibus: *Hic dies decimus quartus Iulii sacra Mercurio dicata.* Cumque à Veteribus Gentilibus (præter alia plura adducta) expressaretur Fortuna, & *tabulis*, & *signis*, à qua, bona adumbrarentur, per mulierem *stolatam*, *discalceatam*, ac *sedentem* in *quadrato* solio; & pari ratione, (vt cum Pausania tradit Bungius,) Athenienses quadrangula *Hermem*, seu Mercurium, & sapientiam indicarunt, vt significarent hujus firmitatem, & constantiam rectumque (repeto) ita putarent Veteres de sua Bona Fortuna, & Mercurio, hodie cultis, serviant prophana sacris, in honorem Sancti Bonaventuræ, eum encomiando, ex omni parte ritè quadratum, magnumque virum in Dei Ecclesia: qua *Sapientem* mirabili sapientia, qua *Discalceatum* terrenis affectibus, qua *Stolatum* tot dignitatibus, tam præclarè muneribus expletis, qua *signis* miraculosè decoratum.

Francil. citum.

Vita. ip. in tom. 1. oper. Sixt. IV. & V. in Bull. ejus.

Cartarius fol. 305. & 307.

Pausan. in Messenis.

Bung. de num. 27. fol. 459. & A.

Pictura Fortunæ.

983 Ex dictis supra à num. 978. Veteres pingebant Mercurium Pulchrum, Cinctum, Alatum pedibus, & gestantem manu dextera Caduceum; quæ vertendo in honorem Sancti Bonaventuræ, cum encomia *Pulchrum*, & quidem *vultu gravi, & aspectu Angelico, vt homines raperet in admirationem sui*, vt de eo dixit Galatinus Prot. Apost. in citata vita ipsius Sancti, dicata Sixto V. §. III. *Cinctum* castitate, *Alatum* cherubica, Seraphicaque sapientia, qua veluti duabus alis lucebat, & ardebat, vt lucerna *ardens, & lucens* verè esset, Gestantem *Caduceum* concordiæ (sublato schismate Græcorum, & concordia Ecclesiæ Græcæ, cum Latina, in Concilio œcumenico Lugdunensi facta, ad quod maximè adjuvit S. Bonaventura, ipso Galatino teste.)

Thema. 3.

Thema. 4.

984 *Ter Maximum* conclamarunt Veteres suum Mercurium, vt num. 80. dixi, quod elogium, quantò Mercurio excessivum, tanto Sancto Bonaventuræ aptum: nam Seraphicus Doctor *Maximus* fuit sapientia, *Maximus* virtute, *Maximus* miraculis: quare ad ejus sepulchrum tanquam ad commune refugium accurrebant fideles, Lugdunum liberavit à pestilenti contagio: pertinaces, & dificiles partos divinè explicuit: oppressos à spiritibus immundis mirificè liberavit: mortuum revocavit ad vitam. Centesimoque & sexagesimo anno ab ipsius Sancti obitu, caput solidum, cum labiis, dentibus, lingua, & capillis, integrum repertum est, in nullo à vitali statu, aut colore demutatum, vt aiunt præfatus Galatinus, & officium Translationis ipsius Sancti. *Ter* inquam *Maximus* sapientia Bonaventura: *Maximus* ad profligandos errores: *Maximus* ad illuminandos fideles, illustrandasque Catholicas veritates: *Maximus* ad inflammandum affectum, dum erudit intellectum: enim hoc peculiare in S. Bonaventura, vt dum erudit intellectum,

Thema. 5.

Thema. 6.

excitet ad amorem, & inflammet affectum, vt ait Gerson, quare à Sixto V. in Bulla Doctoratus *lucerna ardens, & lucens* nuncupatur. *Ter Maximus*: quia *Sal* terræ, *Lux* mundi. *Sydus* clarissimum Ecclesiæ: *Maximus* quia *Fax* Evangelii, *Falx* hæreseon, *Ventilabrum* dogmatum Ecclesiasticorum: *Maximus* quia *Propugnaculum* Catholicorum, Amx fidelium, *Securis* arborum infrugiferarum, vt ait Maritius Bresius in oratione ad Sixtum V. pro Bulla Doctoratus. Omitto plura; & mitto lectorem ad Bullas Canonizationis, & Doctoratus hujus Sancti.

Gerf. part. 1. de Laud. Doct. S. Bonav.

Thema. 7.

Thema. 8.

Thema. 9.

985 De suo Mercurio fabulantur Gentiles fuisse *associatum Gratiis*, ex Plutarcho: *Maximè negotiis implicatum*, cum potestate suprema, vt venerarctur à terra, mari, & Cœlo: quare ipsum vocarunt *Tricipitem, ob triplicem potestatem, quam habere credebant: quare eum vocabant Marinum, Terrestrem, & Cœlestem*, ex Natal. Comite. Quem nuncupabant *Inspectorem Gymnasiorum*, ex Lucilio: quare *Ægyptii Scriptores suos libros Mercurio inscribebant*, ex Jamblicho. Quem *Alatum* putarunt ex Homero: *Custodem* animarum ex Platone: Sydus *æreum transformabile, occultatum sub radiis solaribus*, ex aliis; *Regnantem in Virgine*, ex Ptolomeo. Vnde habes plura, quæ christianizata Seraphico Doctori potexis applicare.

Plut. lib. de Audiend.

Natal. Com. lib. 5. cap. 5.

Lucil. in Anthol. Græc. lib. 2. epist. 3.

Iamblic. de Myst. Homer.

Bung. fol. 32. & 240. ac 241.

Ptolom.

986 Per hos dies impius Achaz extinxit *lucernam* occidentalem, aut vespertinam Templi Domini, scilicet 18. die hujus, vt observat Cœlestinus à Monte Marsano, & nos cum pluribus aliis diximus eo die in Diario Sacro. Forsan per hos dies fuit permissa illa lucernæ extinctio, vt altera mystica lucerna nunquam extinguenda, sed perenniter mansura à Bonaventura accenderetur. Quædam *lucerna inextinguibilis*, vt è Cœlo delapsa venerabatur à Gentilibus, quæ sic à Liceto, ex Aldrovando describitur. *Antiqua lucerna extat, in cujus medio Angelus visitur, alis expansis, zona in Crucis modum pectori alligata; manu dextera lauri ramum porrigit, sinistra manu Coronam gestat.* Abjecta prophanitate Gentilium, meritò hæc lucerna adumbrat S. Bonaventuram, cujus doctrina, *est devota, sapida, & Seraphica, quæ legentes non solum illuminat, sed inflammat*: quare *Angelus* ille alis extensis adumbrat Bonaventuram volantem jam eloquente dulcedine, jam Seraphica contemplatione. *Crux* est *nobilitatis signum*, & nedum noster Sanctus fuit natalitio nobilis, verum plenè sua nobilitas, puritasque cœlitus probata, cum miraculosè apertò ejus latere in formam rubentis *Rosæ*, Christi corpus è pixide sese immisit in intimum Bonaventuræ cordis. *Ramus lauri* trophæum, & victoriam: nam nedum *lanceas*, sed & *litteras* lauro ob id coronabant Romani, ex Plinio. Angelus in lucerna, læva manu gestabat *Coronam*, etiam manus Bonaventuræ coronatur: nam si caput ornant Mitra, Capelum, Tiara relicta præ humilitate, manus Bonaventuræ est corona.

Licetus lib. de Lucernis cap. 11.

Offic. Eccles. Ordinis.

Thema. 10.

Plin. lib. 15. cap. 30.

DIES XV.

987 Hic dies, qui & Idibus Julii, *Fastus*, & dies 2. Mercurialium, ex Kal. Maffeiano, & dictis num. 976. A.D. 196.

Dies 5. *Ludorum Appollinarium* ex dictis cum Vet. Kal. & Livio num. 965.

Hoc die festum *Puellarum*, quia mutuò se minusculas misitabant, ex Roman, & Gyraldo. Aliqui legunt *Munusculas* à muneribus.

Roman lib. 2. cap. 18. Gyraldus Synt. 16. fol. 416.

Dies Festus, & solemnis dicatus *Iovi*, ex Alexandro ab Alex. & *Laribus* Roman, vt dixi num. 49. die 13. & 15.

Dies *Fortunatus*, & solemnis Romanis, ob Natalem Julii Cæsaris, ex Alex. ab Alex. quanquam alii id referant ad diem 12. hujus.

Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Celebris dies Equitibus Romanis: nam Equitum turmæ festum agebant, quo ornatæ in Campo Martio cum *fronde*, & *olea*, ac instructæ tanquam qui congredi acie parant, trabeati celebrabant festum magnis cæremoniis *oleagina fronde coronati*, ex institutione Q. Fabii, cognomento *Maximi*. Nam *Prætoriæ* cohortes instructæ tanquam in hostes tendebant, & Equites per turmas in armis stabant, in qua pompa imagine præcedente, turmæ Equitum sequebantur instructæ, militaribus donis obtentis, *ob fortia facinora*, & ab Æde *Honoris* pergebant in *Capitolium* equis insidentes, & *olea coronati*, vt Rosinus advertit. Quod festum ex Dionysio Halicarnaseo, agebant ob victoriam partam à Romanis, de Latinis, & in honorem *Castoris*, & *Pollucis*. (Vide num. sequentem) vel *recognoscendi*, & *probandi* gratia, ex Rossino.

Alex. lib. 3. cap. 18. Plut. in Camillo. Hospin. in cap. 20. Gyraldus Synt. 1. fol. 29. Rosin. lib. 4. cap. 11. Halic. lib. 6. Antiq. Ritus.

Ipso

Digitized by Google

Ipso hoc die celebritas, & sacra in honorem *Castoris*, & *Pollucis*, ob dedicationem templi hoc die ipsis dicatum. Ita cum Vet. Kal. Gyraldus de Mensibus, Hospinianus, & alii. Idque factum occasione belli, victoriæ, &c. De quo num. sequenti.

Hospin. & Rosinocitas.

Adonia. Masculus & Tamayus hoc die.

Sacra *Adonia* peragebantur *Athenis*, ob *Adonidis* necem, quâ Venus hoc die festum docuit Græcis peragendum planctu magno. Ita Vetus Kal. apud Eliam Reusnerum, & cum eo Masculus, & Tamayus, qui ad hunc diem referunt *Adonia sacra* in honorem Veneris, ob *Adonidem* suum amasium occisum dente ferali apri. De *Adonia*, & *Adonide* egi die 1. Junii, à num. 771.

Cast. & Pollux. Livius lib. 2. Valerius Max. lib. 1. cap. 98. Hosp. de Orig. Festor. cap. 20. fol. 123. & 124. Alex. lib. 3. c. 18.

988 Dixi, quòd hisce Idibus Quintilibus agebant festum in honorem *Castoris*, & *Pollucis*, ob templum ipsis dicatum hoc die, haeque occasione: Ita bello quod A. Postumius commisit cum Latinis, qui conabantur reducere in regnum Tarquinium superbum, fabularunt: quòd Postumianis apparuerint duo juvenes equites, præstantiore statura, & forma, quam visa à mortalibus fuisset, præcedentes in bello Romanum equitatum, hostemque hastis ferientes in fugam egèrunt. Fugatosque Latinos, & castra eorum capta, fere jam finito prælio, in Romano foro visos esse adolescentes duos pulcherrimos, specie quam in pugna habuerunt, & equis sudore madentibus. Qui descenderunt de equitibus. Rogantibus: quid novi afferrent de exercitu? Pugna, victoriaque indicata: digressos à foro nunquam comparuerunt, quamvis anxie quæsitos. Crediderunt eos fuisse *Castorem*, & *Pollucem*. Quare Senatus decreto illis hoc die dedicarunt templum, sacra, & Ludos, pro parta victoria. Quibus in Ludis, per tribus, & Centurias distincti, omnes quasi pugnaturi procedebant *coronati fronde oleagina*, & togis palmatis amicti, initio pompæ ab æde Martis, per alias vrbis partes pergebant. Præcedebant Cori *Tibicinum* saltantium, *Tripudiantium*, *Citharedorum*. Peractaque pompa Consules Sacerdotes &c. sacrificabant: quem morem intermissum renovavit Octavius, vt omnia tradunt marginati, & præcipuè Hospinianus. Cujus mirificæ (die fabulosæ) apparitionis Numinum *Castoris*, & *Pollucis* (ait Halicarnasseus, & ex eo Rosinus) in Vrbe multa extant monumenta; in foro Templum *Castorum* publicè constructum, vbi visæ sunt eorum imagines vicinusque fons; hic *sacer dictus*, & vsque ad nostra tempora creditus; tum sacrificium *splendidum* quod quotannis populus Romanus per primarios Equestris Ordinis, Idibus Quintilibus peragit, qua die hæc contigit victoria. Hæc Halicarnasseus, & Rosinus. Quæ latè adduximus: enim christianizata ad plura deservire poterunt, vt pro SS. Jacobo, Georgio &c.

Origo.

Ritus.

Halicarn. lib. 6. Ant. Rosinus lib. 4. cap. 11.

989 At pulcherrima hujus diei species veterum Equitum Romanorum cedat, stareque nequeat inconspectu spectabilioris pompæ nostratum tendentium ex æde virtutis veræ, ad ædem Honoris, Capitoliumque cœleste, vbi sempiternè laureati, regnant cum Christo, sicut sol fulgentes. Hi fuère, & sanè oportunè, *Florentius* cum sociis, inter quos, *Iulia*, & *Iusta*, quorum interitus per martyrium cedit in natalem: quare aptè ipsorum corpora fuère illata in basilica Fausti: Dictis ad eandem lauream associantur *Entropius*, & heroinæ sorores *Zozima*, & *Bonosa*. *Philippus*, *Zeno*, & *Narseus*, cum iis ad eandem coronam, vsque obtinendam cucurrerunt infantes numero *decem*: nec non *Antiochus* medicus, & verè talis, cum truncatus capite, pro sanguine manante lacte, *Cyriacus* carnifex conversus ad Christum, & ipse subiit martyrium. Cum quibus & inter Cœlicolas annumerati præsules *Felix*, *Iacobus*, & *Athanasius*, ille martyr, isti confessores illustres. Quod si Castor, & Pollux ex dictis die 26. Januarii, num. 156. *Robusti*, *Formosi*, albis tunicis *Induti*, gestantes super caput *Flammam* igneam, vel *Stellas*: verte picturam ad sacra in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Formosos* virtute, *Robustos* fortitudine, ac constantia, *Indutos* albis tunicis castitatis, *Gestantes* flammam igneam flagrantis charitatis.

Marcyol. Radij

Thema 1.

990 Pingebantur etiam Castor, & Pollux (ex dictis die 7. Aprilis, num. 521.) Juvenes formosi habentes cæsariem auream, & super capita imminentes laureas coronas, & duas Stellas. Quam picturam vertendo ad sacra pro hodiernis Sanctis, eos encomia *Formosos* castitate, *Aureos* cæsarie cogitationum cœlestium, ardentique charitate, *Laureatos* triumphis, *Habentes Stellas* patrocinii, ad suos protegendos clientes. Quodque si in hodierna Gentilium

Pictura

Thema 2.

Digitized by Google

Thema. 3.

pompâ procedebant indúti togâ pictâ, armati, & coronati frondibus oleagineis. Vertendo & hæc ad sacra, hodiernos Sanctos encomia *Indutos* togâ pictâ virtutum, *Armatos* constantiâ, fortitudineque christiana, *Coronatos* triumphis, partis de tyrannis, carne, mundo, ac dæmone. Cumque Castor, & Pollux *pileâ* capitibus gestatente, (adverto ex Pierio Valeriano, quòd per pilea capitis tegumenta significabant veteres, *Pugnatores* Nobilitatem, & Libertatem) quòd & vertendo ad sacra, hodiernos Sanctos encomia Pileatos: quia *Pugnatores* pro fide, & virtute: quia *Nobiles* nobilitate gratiæ: quia *Liberos* consummata libertate gloriæ.

Vide. Supra num. 156.

Pier. Val. lib. 40. de *Pileo.*

Thema. 4.

DIES XVI.

A. D. 197.

991 Hic dies, qui & 17. Kal. Augusti, & *Comitialis*, & 3. dies *Mercurialium* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 6. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis cum Vet. Kal. Livio, & Varrone num. 965.

Gyral. de Mens. fol. 615. Plut. in quæst. q. 25. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 16. Rosin. lib. 4. cap. 11. Tamay. hoc die.

Dies *Ater*, *Allienſis* dictus à Romanis, ob funestissimam cladem, quam apud *Alliam* fluvium à Gallis accepêre, & pugna victi legiones Tribuni militum. Item ad *Alticam* victi & hoc die Romani, ex quo Vrbs capta. Tandem & hoc die Trecenti Fabii occisi sunt, apud *Cremeram* in Hetruria. Ob quas strages hoc die passas apud Romanos Veteres adolevit origo, vt omnes *Dies Postridie Idum*, *Nonarum*, & *Kalendarum* cujus cumque Mensis *Atri* dicerentur, vt ajunt marginati Plutarchus, *Macrobius*, & Tamayus.

Dies *Postridie Idum*: quare juxtà Tiraquellum, & Bunglum à Veteribus Romanis dicatus *Diis Manibus*, ex dictis num. 44. die 16.

Canicul. Calep. V. *Canis.* Anglic. lib. 8. cap. 39.

Hoc die *Canicula oritur*, & post quadraginta dies *occidit*; sed non tota, idque dierum spatio dies Caniculares appellamus, eo quod iis diebus sydus hoc in medio centro Cœli sit, conjunctumque cum sole, ait Calepinus, juxta quem ab hoc die, vsque ad 24. Augusti sunt dies Canicvlares. At ex Minorita Anglico præfati dies Caniculares sunt à 15. Kalendas Augusti, vsque ad Nonas Septembris, seu à 18. hujus vsque ad diem 5. Septembris, per quinquaginta dies extentos. Juxtà quem ortus *Caniculæ* 18. die hujus, & occasus die 5. Septembris. Vide & dicenda die 2. Decembris, ad quem diem Caniculæ occasum alii referunt.

Martyrol. Rom.

992 At hic dies tam infaustus, & Ater veteribus, nullo modo sit nobis infaustus: enim memoramus *Faustum* nomine, affectum fausto genere supplicii, hoc est cruce, in qua affixum, pariter memoramus per quinque dies viventem, ac demum saggittis confossum: memoramus etiam *Athenogenem* præsulem, cum discipulis decem, Martyres illustres: *Sisenandum*, *Valentinum*, & *Hilarinum*, ac heroinam *Rainildem* cum geminata laurea, virginitatis, & martyrii: & alios, qui fuêre, tum Martyres, tum Confessores cœlicolis associati hoc die: quo solemniter celebratur commemoratio Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Cumque hoc die celebrarentur Mercurialia dicata Mercurio, per hujus picturam christianizatam, habes Thema supra num 80. pro hodiernis Sanctis accommodandum. Tum & accommoda alia supra dicta de Apolline.

Eccles. 50. v. 6.

993 Canicula est Stella clarissima, ferventissima, in medio centro Cœli, cum sole: cumque Virgo Maria sit *quasi Stella Matutina in medio nebulæ*: Virginem Mariam de Monte Carmelo encomia sacram *Caniculam* qua semper est *sub sole* Christo, suos devotos adjuvando; qua *ferventissima*, pro ipsis orando: qua *Clarissima* miraculis protegendo. Quòd si Stella dicitur à *stando*, *illuminando*, *succurrendo*, vt Cartagena, aliique observant, & hæc adapta V. M. quæ in tanta, ac tam præexcelsa altitudine in Cœlo *Stat*, *Illuminat*, *Succurrit*, Vnde habes alterum Thema.

Thema. 1.

Carthag. de Ort. V. M. lib. 2. hom. 7.

Thema. 2.

994 Aptè Sellam Matutinam in medio nebulæ adaptamus Virgini Mariæ de Monte Carmelo: ob duplicem colorem nebulæ obscurum, & album, quo sub hoc titulo depingitur Virgo Mater. Cumque hanc nebulam matutinam Astrologi nominent quatuor nominibus: *Venerem*, quia amorem influit: Hesperum, quia in principio noctis innotescit: *Luciferum*, eo, quod majorem secum ferat lucem, quam reliquæ Stellæ: ac tandem *Stellam Matutinam*, quia velut aurora, appropinquantis solis, & dici est prænuntia. Vnde per hæc quatuor hujus Sellæ christianizata nomina, alterum habes Thema.

Thema. 3.

Digitized by Google

DIES XVII.

A.D. 198.

995 Hic dies, qui & 16. Kal. Augusti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. festorum *Mercurialium* in honorem Mercurii, ex Kal. Maffeiano, & Rosino, ac Tamayo, ex dictis num. 976.

Dies 7. *Ludorum Apollinarium*, ex dictis cum Vet. Kal. Livio, & Varrone num. 965.

Dies *Ater* apud Romanos, ex Alexandro ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Quo die *Senatus* legitimus Romæ, ex Kalend. Romano, & Beyerline cum eo.

Quanquam *Ater* hic dies Romanis, aliàs apud ipsos fuit dies celebris, ob triumphum *C. Domitii Calvini* Proconsulis ex Hispa. anno Vrbis conditæ 717. vt cum Reusnero, & Goltzio notant Masculus, & Tamayus.

Mascul. fol. 308. Tamay. hoc die.

996 Quanquam apud veteres foret hic dies triumphalis, at triumphis illorum præferendi nostratum triumphi, nec vllatenus illi, cum iis comparandi. Nova inventione, novo modo triumphavit *Alexius* de parentibus, de se ipso, de sponsa, eaque prima nuptiarum nocte intacta relicta, peregrinationem occultè instituit: deinde reversus, in paterna domo, vt pauper hospicio acceptus, habitavit ignotus, sub scala, & ludibriis servorum expositus; tandem in morte agnitus, ex scripto, quod manu tenebat, clarus miraculis honoratur: tantæ porrò magnitudini animi, quæ in *Alexio* fuit, ac tam generosæ indoli adherent *Leo* 4. Pont. Max. & Martyres *Acyllinus*, *Felix*, *Generosus*, & *Generosa*, cum aliis, quibus ad eandem palmam associatur *Hyacinthus* nunquam defloresceens pudore.

Martyrol. Rom.

997 Fuit igitur hic dies & triumphalis, & à veteribus dicatus Mercurio, quem pingebant manu gestantem ramusculum oleæ, habebantque oleam pro hieroglyphico victoriæ, & sertis coronabant ramum oleæ, cujus foliis adjungebant coronas. Cumque olea ab ipsis haberetur vt arbor *viridis*, *alba* foliis, *fœcundissima*, & *utilissima* fructu, *nuncia* pacis, ac *triumphalis*, quæ pro hodiernis Sanctis adaptando, eos encomia *Virides* honestate vitæ, *Albos* castitate, Fœcundissimos meritis, *Utilissimos* patrocinio, *Nuncios* pacis, *Triumphatores* inimicorum.

Pier. Val. lib. 53.

Thema.

998 Plura Veteres fabulantur de olea, vt quod in Athenis incendio per Medos, simul cum vrbe arsit olea, quæ fingitur nata ob litem inter Palladem, & Neptunum, sed eandem ajunt eodem die excrevisse ad mensuram duorum cubitorum. Xerxen se somniasse coronatum corona oleagina, ex arbore, cujus rami totam terram occupabant, quod in auspicium felicitatis accipiens invadit Græciam, vbi magna victus clade turpem fugam arripuit. Fabulantur & aliud ridiculum, scilicet ad capitis dolorem amuletum esse folium oleæ, si in eo Mineruæ nomen scribatur, ipsumque folium filo religetur ad caput in modum coronæ. Quæ omnia, Pierius marginatus notat, & hic transcripsi, vt christianizata tibi deserviant.

DIES XVIII.

A.D. 199.

999 Hic dies, qui & 15. Kal. Augusti, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 5. festorum *Mercurialium* in honorem Mercurii, ex Kalend. Maffeiano, Rosino, & Tamayo, & ex num. 976.

Lucaria festa refert ad hunc diem Kal. Maffeianum, sed ad sequentem diem 19. referunt alii, vt eo die dicam.

Dies 8. & vltimus *Ludorum Apollinarium*, si cœperunt die 11. hujus, vt cum Kal. Vet. tenent Livius, & Varro, & dixi num. 965.

Dies *Allienſis*, & *Ater*, ob cladem passam apud *Alliam* fluvium, ex Gyraldo de Mensibus, & Rosino, quod nos cum aliis retulimus ad diem 16. *Ater* inquam fuit hic dies cum duobus præcedentibus, ob plures clades, quas antiqui Romani his diebus passi sunt, ex Alex. ab Alex.

Gyrald. fol. 615. Rosin. lib. 4. cap. 4. Alex. lib. 4. c. 20.

Dies item Ater, quo Valerius Pontifex Romæ parentavit *Trecentis Fabiis* in prælio apud *Cremeram* in Hetruria cæsis, Anno Vrbis conditæ 277. vt ex Reusnero, & Goltzio tradunt ad hunc diem Masculus, Tamayus, & Beyerline cum Alex. ab Alex.

1000 Hic dies *Allienſis*, & *Ater* Gentilibus, apud nos sit lætus ob præclarissimos triumphos reportatos à Sanctis, de Diis, tyrannis, & tormentis: quare facer est heroinæ matronæ *Symphorosæ*, & septé filiis; cum quibus (cohortatione, nobilique exemplo) præcucurrit ad martyrium; sic filiorum dupliciter mater; enim peperit Cœlo, quos mundo

Martyr. Rom. Baron. Tamay.

Digitized by Google

pepererat: iis aptè associatur *Maternus* præsul, aliique illustres antistites, inter quos, *Bruno*, *Arnulphus*, & *Philastrius* Hispanus, & Brixiensis præsul. *Gundeues*, & *Marina*, seu *Margarita*, ambæ Hispanæ virgines, & martyres, sed hæc Reguli filia, altera ex sororibus S. Liberatæ. His triumphatoribus adjungitur *Æmilianus* condicione servus, virtute magnus, libertate, constantiaque animi conspicuus: enim Christum colens, & abhorrens idòla, nactus oportunum tempus, ingressus in templum idolorum simulachra omnia contrivit, dejecit, comminuit, sacra dispersit, aras evertit: tum præsidem Capitolinum adiit, se ipsum quasi triumpho dignum denunciavit authorem stragis, de Diis, majoris, quam olim apud Alliam fuerat de Romanis edita cladis; flammas excepit, vt victoria fieret illustrior. Sit igitur præsens dies quanto Gentilibus Ater, nobis triumphalis, & lætus: quære & per triumphos veterum, & picturas Mercurii, & Apollinis, plura christianizata Themata habes supra, quæ hodiernis Sanctis adaptare poteris. Cumque & inter alios, hoc die colamus S. Marinam, aut Margaritam, ex dictis die 23. Februarii, per gemmam Margaritam, hodiernos Sanctos encomia *Albos* castitate, *Speculares* exemplo, *Claros* vita, virtutibus, operibus, *Rotundos* obedientia, abstractioneque à terrenis, *Purpureos* aut flagranti charitate, aut martyrio.

Themata.

Thema.

DIES XIX.

A.D. 200.

1001 Hic dies, qui & 14 Kal. Augusti, *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 6. & vltimus festorum *Mercurialium* in honorem *Mercurii*, ex dictis num. 976.

Festum *Quinquatruum* solemniter actum in honorem *Minervæ*, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. diebus 17. & 19.

Lucaria festa apud Romanos in *Luco* celebrata, inter viam Salariam, & Tyberim. Ita Rosinus, Masculus, & alii, cum Vet. Kal. Rom. quæ festa Lucaria ad sequentem diem refert Kal. Maffeianum.

Rosinus lib. 4. cap. 11. Mascul. fol. 309.

Ludi Victoriales instituti à Julio Cæsare. Ita Kal. Maffeianum, & Beyerline hoc die, ad sequentem referuntur ab aliis, vt eo die dicam. Solummodo hic noto, Romæ celebratos hoc die *Ludos votivos* appellatos ab ipso Beyerline, cum Kalend. Rom. Vide num. 1015. Theatr. V.H.V. Dies.

Quo die Roma à Gallis occupata, & per septem menses retenta. Ita Plutarchus in Camillo, & Beyerline cum eo.

Roma ipsa à Nerone incensa *per sex dies arsit*, anno Christi 37. sicque ab hoc die vsque ad 24. Ita Sueton. Tacitus, & Beyerline Marginatus cum ipsis. Suet. in Nerone Tacit. lib. 15.

1002 Hi dies 200. Quare noto quod Gentiles, *Centesimo* quoque anno, in honorem *Apollinis*, & *Dianæ* celebrabant (Clamante præcone) tempore oportuno: *Venite ad Ludos*, quos nemo mortalium vidit, neque bis visurus erit. Vnde & ipsi Ludi vocati fuerunt *Seculares* à sæculo completo, quo tempore fiebant, quanquam postea Principum ambitione, minori spatio interjecto sæpius fuerunt instaurati, & primus omnium Stephanus Togatus vtriusque Sæcularibus Ludis saltavit nudus, anno mundi, ex Plinio 5181. & ante nostram salutem 518. ex Cæsare Calà. *Ludi Seculares* pro *Centuria*. Cæsar Calà de Feriis quæst. 1. à num. 21. à fol. 40. Plin. lib. 7. hist. Nat. cap. 48.

1003 Hi *Seculares Ludi* in primis celebrabantur pro salute hominum, & fraude Dæmonum introducti. Siquidem Valesius quidam vir locuples tres habebat filios infirmos, dumque ante suos Penates oraret, pro filiorum salute, audivit vocem sibi dicentem; *filios salvos fore, si Tarentum duxerit, ibique recreavit aqua petita, ex ara Ditis patris, & Proserpinæ.* Quare perrexit cum filiis ad Campum Martium (vbi præfata ara erat in terra occultata) & calefacta aqua, bibendam dedit pueris: isti, ebibita aqua, quiete sopiti, continuò omni morbo liberati fuerunt; vocatoque parente, narraruns, se à diis adjutos: admonitosque, vt eo loco mactatis furvis, idest, nigris hostiis, *lectisternia*, ac *Ludi nocturni* ad aram Ditis patris, & Proserpinæ fierent. Gavisus Valesius terram fodit aræ erigendæ causa, ibidemque ara subterranea reperta *Diti Patri*, & *Proserpinæ* inscripta, erexit, hostias immolavit, tribus continuis noctibus: quia totidem filii morbo levati fuerant, *lectisternia*, *ludosque* fecit, postquod aram terra obruit, prout ante fuerat, vt totum tradit Calà marginatus. Origo.

1004 Et nedum hi ludi, & *lectisternia* fiebant pro salute particularium hominum, sed & pro salute totius Imperii, pro Romani populi incolumita- Causa;

te, pro avertenda ira Deorum, pro Deorum gratia obtinenda, vt vna Roma nihil in Orbe esset majus, atque excelentius, ad quod precabantur Apollinem; vt partus fortunaret, Dianam; vt quæ instarent fata, in melius verterent Parcas; & in summa, Deos omnes, vt juventuti bonos mores, senibus quietem, populo Romano felicitatem donarent: precabanturque vt ipse populus semper foret victor, mitis in simplices, formidabilis in Scythas, Persas, & Indos, atque ob id ejus ambirent amicitiam. Quas preces Calà marginatus metro adfert ex Horatio in *Epodo. Ode vltima.*

Lectisternia. Livius Decad. 1. lib. 5. Calà Cit. quæst. 2. à fol. 50. Gyrald. Syn. 19. à fol. 424.

1005 Ritus, quo fiebant hi *ludi*, & *lectisternia*, vel ob lætitiam, vel ad avertendam iram Deorum, vt dixi num. præcedenti hic erat, Senatores, & Patricii cum conjugibus, & liberis procedebant ad delubra, & aras: nonnunquam omnes ordines, & tribus, ac Pont. Max. præcedente, nonnunquam aliis modis: In his enim & pueri ingenues & libertini, ac virgines omnes coronati, & lauream præferentes, cum pompa thensas, & fercula Deum deferentes, & carmine supplicantes, ac petentes. Insuper juxta Deorum aras statuebantur lectisternia, & pulvinaria: quin & frondes virentes, ac odoriferæ, ac flores omnis generis, & verbenæ ante ædes, & in ipsis templis sternebantur. Idque faciebant aliquando *per tres dies*, aliquando *per octo*, & aliquando extendebant vsque *ad dies quinquaginta*. Qui alia plura de iis ludis, ac lectisterniis videre desiderat marginatos legat, & præcipué Gyraldum.

Ritus...

1006 Præfatus prophanus ritus celebrandi *Centurias* in falsorum Deorum honorem, fluxit vsque ad tempora Bonifacii Octavi, qui Pont. Summus, & Christi Vicarius, Jubileum centesimo quoque anno servari mandavit, hac motus ratione, vt Populum Romanum, ab inani *Sæcularium ludorum*, ad *verum, ac solemne sacrum* reduceret, vt advertit Cæsar Calà, cum Polydoro, & Fasciculo temporum. Quem Jubileum ad annum quinquagesimum reduxit Clemens VI. anno Christi 1324. & tandem Sixus IV. (alter ex Summis Pont. ex Minoritico cœtu, ad Petri cathedram assumptis) anno 1464. ad vigesimum quintum quemquem annum, Jubileum reduxit, vt quæque ætas tanti muneris particeps fieret, scilicet Jubilei præstantis remissionem peccatorum, iis, qui limina Apostolorum visitassent ad exemplum veteris legis. De quo anno Jubilei legis veteris, legimus in Tract. Mansion cap. 34 à num. 684.

Calà Cit. à num. 208. Polyp. lib. 8. cap. 1. Fascicul. Temp. ann. M. 2664.

1007 Cumque ad avertendam prophanam celebritatem Centuriarum, ludorumque sæcularium, & ad verum, ac solemne sacrum reducendum populum Romanum, instituisset Bonifacius octavus Jubileum anni centesimi: Hinc de præfato num. *Centenario*, pro *Centuria*, sequentia addo, & noto. Quód hic numerus per literam C. significatur. Quòd apud veteres fuit vsitatum numerare per manus, & ipsarum digitorum gestus, indicareque puncta, & numerare per lævam *ab vnitate, vsque ad nonaginta novem*: dextera verò à *Centenario ad millenarium* numerabant: quare Satyricus vt senem faceret centum annorum, dixit:

Numerus 100. pro *Centuria.* Pier. Val. lib. 37 fol. 267. lit. D. Satira. 10. Bung. de num. 100. S. Chry. ser. 168.

Atque suos jam dexterà computat annos.

Imo & Chaldæi centenarium numerum designabant per manum extensam digito minimo veluti *Coronam* formantes vt Pierius Valer. advertit. Circa quod pulchré S. Chrysostomus illustrans parabolam ovis centesimæ deperditæ ait: *Nonagesimus enim nonus numerus in sinistra latet clausus, tenetur oppressus, qui tamen vbi vnius perceperit, & senserit augmentum, mox dextera transit ad palmam, mox centenarii numeri pervenit, ad coronam.* Jam dexteram ad virtutes opera referri, omnes sciunt, dicente Dominio: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Vbi Paschasius: *Habet enim interior noster homo suam dextram, habet & sinistram. Per dextram quippe virtutum opera designantur; per sinistram verò vitia.* Numerus item *Centenarius*, & apud Prophanos, & apud sacros scriptores pro multitudine magna, & eximia ponitur. quare, de prophanis Satiricus Poëta Satyra 5. cecinit:

Matth. 6. v. 3.

Vatibus hic mos est Centum sibi poscere voces,
Centum ora, & linguas optare in carmine Centum.

In scriptoribus sacris sæpissimé sic *Centenarius* numerus pro multitudine accipitur, imò & in sacro textu: nam Davidi exoptanti numerari Israeliticum populum Joab dixit: *Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum.... iterumque centuplicet.* Et iterum. *Augeat Dominus populum suum Centuplum, quam sunt.*

2. Reg. 24. v. 3. 1. Paral. 21. v. 3.

1008 Est igitur hic numerus quadratus:

Digitized by Google

Bung.de num.4 fol.198. De num. 100. à fol.572.

dratus: nam quemadmodum 1.2.3.4. simul iuncta faciunt decem, & 1.8.27. 64. conficiunt. 100. In sacra scriptura multa centenarius numerus designat, vt completam, & absolutam perfectionem: quare Christus in Evangelio asserebat fertilissimum agrum centum productum. *Fecit fructum centuplum,*

Luc.8. vers.8.

Luc. 15. v.4.

ostendens plenitudinem fertilitatis animæ probatæ. Item apud Lucam legimus Pastorem nostrum Christum dixisse se habere *Centum oves*, quasi plenitudinem omnium creaturarum indicans. Hinc consonat Divi Matthæi Evangelicum effatum: *Omnis qui reliquerit domum, vel Fratres &c. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Vbi centenarius designat complementum *virtutis, gratiæ, perfectionis, salutis*, & *gloriæ*, ac *perseverantiæ* ducentis ad æternam remunerationem: geritque præfatus numerus imaginem *virginitatis*, & *martyrii*, ac cujusque *rei eximiæ* in Ecclesia, vt cum Beda, Augustino, Cassiodoro, & aliis Bungius de num. 100. observat. Addit, & benè rationem: quia ab antiquis designantibus omnes numeros, certo digitorum inflexu, dispositione, & situ, *Centenarius* figurabatur vngue indicis dexteræ manus, fixo in medium articulum pollicis ejusdem manus. Quo modo *speciem quandam circuli, coronaque representat ob inflexionem in gyrum*; ait citatus Bungius. Iterum addens: Coronæ vero „ figura manifestè insinuat præmium „ præparatum in regno cœlorum „ Sanctis, qui legitimè certarunt, do„ num martyrum, munus Virginum, „ & quidquid eximium est in Eccle„ sia „ corona indicatur, juxta illud Apo„ stoli. *De reliquo reposita est mihi coro„ na justitiæ.* Orbis ipse terrarum hoc „ schemate fertur ambiri. Cœlum legi„ mus esse convexum. Stellas videmus „ spherica rotunditate fulgentes. So„ lem circuli pulchritudine radiare, „ Lunamque perfectam in circuli pul„ chritudinem lucère. Abraham centenarius Deo credidit, justificatus est, & genuit *Isaac*, hocque centesimo patris sui anno, electos omnes, atque divinæ promissionis filios adumbrat. Plura alia apud marginatos, & præcipuè Bungium videnda de hoc numero centenario, omittimus.

Matth.19. v.29.

S. Aug. de Civ. lib. 15. cap. 26. Beda in Matth. 2. cap.23. Velazquez in Psal. 100. Cattel. in Fran. lib.2. num.386.

Gen.15. v.6. & cap.21.à v.3.

1009 Cumque & hic dies anni sit *ducentissimus*, de hoc numero noto: quòd digiti manus vocantur primus *Pollex*: secundus *Index*: tertius *Medius*: quartus *Annularis*; quintus *Auricularis*, vt S. Antonius Paduanus notat. Qui num. 200. & figuratur sic CC. & à Chaldeis figurabatur per dexteram extensam, tribusque extensis digitis, & duobus, scilicet *Annulari*, & *Auriculari* versis ad volam manus, vt est videri apud Pierium. Qui numerus ducentesimus sæpè in malam partem in Scriptura; & aliquando in bonam accipitur: quare Custodes fructus vineæ electæ ducenti numerantur. Cant.8. Qui plura de hoc numero desideret, legat Bungium, & alios. Quibus pro *centuria* additis ad ea quæ de *Hecate*, & Hecatombea celebritate diximus die 28. Februarii à num. 332. & die 1. Junii, à num. 765. ad alia pergimus nostram methodum prosequendo.

Pier. Val. lib. 37. fol. 268.

Bung. de num. 1 fol. 595.

Cant. 8. v. 12.

1010 *Lucaria* festa hoc die agebant Romani, in loco permagno consignato inter Viam Salariam, & Tyberim *Luco* nominato. Institutio horum festorum sumpsit originem anno Vrbis conditæ 375. (ex Reusnero in Diario Hist.) Causa fuit, quòd Romani in prælio victi à Gallis, & ab iis fugientes, prætimore ad *Lucum* advenes, ibidem se se occultaverunt, in cujus rei memoriam hæc festa instituta sunt. Horum festorum ethymologiam, non à *Luco*, sed à *Luce* deprehendit Varro, inquiens: *Lucaria item à Luce, quod propter lucem amissam iis cultus institutus.* At Gyraldus, & Rosinus à *Luco* deducunt cum Festo. *Lucar* vero dicebatur *as*, quod ex lucis captabatur: *erogatio*, quæ in lucis fiebat: & *Lucaris pecunia*, quæ in luco erat data: ac *lucar præmium*; quod in spectaculis impendebatur, vt cum aliis totum tradit Gyraldus.

Lucaria. Gyraldus Synt. 17. fol. 418. Reus in Diar. Hist. fol. 108. Rosin. lib. 4. cap. 11. M. Varro lib. 5. de L.L.

1011 His igitur dies, qui jam festus, jam aliquando Ater Romanis veteribus, præcipuè cum immanissimus Nero, excitato incendio ingenti fumo vrbem obruit, sit novis Romanis felix, & ob *S. Felicem* præsulem, & ob *Symmachum* Pont. Max. verè Vrbis parentem, qui omni studio egit, vt schisma quasi religionis flammam ab impiis excitatam extingueret. His associatur *Arsenius* adnumeratus inter præcipuos æremi cultores, qui, non vt hostem latèret, sed vt provocaret ad pugnam in lucem se abdidit: *Macrina* virgo soror Sanctorum Basilii Magni, & Gregorii Nisseni: *Martinus* præsul, & martyr: *Iusta*, & *Ruffina*, quæ ob spretum, comminutumque idòlum Veneris, aut Salambonæ, Hispali in Hispania consummato martyrio, cum vir-

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Numer. 200. S. Ant. Pad. ser. Dom. 3. Quadr.

ginitatis

glialis laurus in Cœlum evolarunt. Cum igitur Mercurialia in honorem Mercurii hoc die agerentur, per Mercurii picturas christianizatas plura habes Themata num. 980, & à num. 984 hodiernis Sanctis applicanda. Cumque & hoc die essent Ludi victoriales, per picturas Victoriæ, triumphos, & triumphantium colores, ac classes plura habes supra Christianizata Themata.

Themata.

1012 Stulta Gentilitas tria hoc die celebrabat festa *Mercurialia*, *Quinquatrus*, & *Lucaria*: Mercurialia dicabant *Mercurio*; Quinquatrus *Minervæ*; Lucaria in memoriam *calamitatis passæ*, quæ & à *Luco*, & à *Luce* nuncupata. Hinc vertendo prophana ad sacra, hodiernos Sanctos encomia *Mercurialesve* qua ter *Maximos*; ex num. 984, aut quæ *Cinctos* castitate, *Alatos* contemplatione: *Quinquatros*, qua vera sapientia ornatos: *Lucos*, non à luce amissa, sed à *Luce gratiæ* accepta; qua adjuti magna fecère pro Christo, dignaque ut in memoriam nostratum vertantur, & quæ passi, ac egere Sancti.

Thema. 2.

Thema. 3.

1013 *Lucus* igitur *Nemus*, aut *Sylva* Hebraicè *eschel* vocatur, est locus consitus arboribus fructiferis, & adumbrat cœtum Justorum, virtutumque exempla. *Abraham plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen Domini Dei æterni*, ideſt, plantavit lucum, hortum, arboretum, paradisum, memorosum seu asylum: locumque consitum arboribus talvis, ideſt, Deo consecratis, ut isthuc confugientes, & invocantes Deum, essent tuti, & salvi à direptione. Ibi enim erat quasi oratorium, & ara, ubi Abraham, & sacrificium Deo offerebat, peregrinos excipiebat, hos, familiamque erudiebat. Quare hodiernos Sanctos encomia Mysticos *Lucos*, luce fidei, & gratiæ, *Paradisos*, virtutum, *Arbores*, fructiferos meritorum, *Asylaque* protectionum.

Laureus V. *Nemus*. Gen. 21. v. 33. B. Max. & Malu. hic.

Thema. 4.

NOTA.

1014 COluntur hoc die, vti diximus *Iusta*, & Ruffina Virgines, & martyres Hyspalenses: quæ jussæ colere *Salambonæ* Deæ simulachrum, idolum potius repulerunt, & cõminuerunt: quare cruciatæ per martyrium in Cœlum evolarunt. Quænam autem fuisset Salambona, quam Gentilium superstitio coluit, non satis compertum est. Latè de hoc egit Tamayus, eum aliis: ex quibus dicendum: Quod *Salambona* sit nomen Syriacum; istis, Babyloniis, & Phœnicibus commune; quo *Venerem* proprio appellabant idiomata: quæ & *Salambas*, & *Salambona* dicta, quod semper in salo circumvehatur, & versetur, & quod circumeundo Adonidem plangat: ad quod respexit, vetustus Poëta inquiens, in Epygrammate Sanctarum Justæ, & Ruffinæ.

Salambona. Tamay. hoc die à fol. 169. Seldenus Synt. 2. de Diis Syriis cap. 4. Gyraldus Synt. 13. à fol. 335. Cartar. à fol. 351.

Hæc monstrum infringunt Salambon *nomine dictum*,

Quo Veneris plangens fistit imago Deæ.

Hinc colligitur quod Deam, quam Romani *Venerem*, Syri, Babylonii, & Pœnices *Salambonam* vocavêre, vt cum Gyraldo, Schedio, & Seldeno, Tamayus observat. Quæ *Salambona* à verbo Græco *Salambos* dicta *Salamboa*, Latinèque *Salambovis*, à planctu Bovis, aut *Adonidis*, quem specie *Bovina* Persicæ mulieres plangebant, & circumlugebant: quia fabulabant *Adonidem* ab Apro interfectum, in speciem *Bovis* postea transformatum apparuisse. Cumque Phœnices colentes *Venerem* sub nomine *Salambona*, ad Hispaniam, apulissent, hanc superstitionem, prophanumque cultum attulerunt, quod postmodum Romam advectum, & à Romanis *Salambona* fuit culta: cujus iconem adferunt Gyraldus, & Cartarius, ac ex ipsis Tamayus, sic: Mulier *barbata* à cingulo, & supra præferens *maris* speciem, reliquam verò ideſt, inferiora, fœminæ; capite *obnupto*, specie tristi, faciem manu læva sustinens, vt lachrymans à spectatoribus putaretur. Sicque pingebant *Venerem* aut *Salambonam* plorantem Adonidem, in cujus festo mulieres cadaverum simulachra feretris imponebant, quæ lacrymis prosequentes ad sepulturam efferebant.

Pictura. *Salambonæ.*

Fuit igitur & apud Persas *Venus* culta, sub nomine *Salambona*, cujus simulachrum pulcherrimum, ex sale conpactum colebant, eo quod fabularent *Salambonam* conceptam ex albidis undis spumosi maris: quare Esendius Romanus scripsit *Simulachrum Salambonæ*, ideſt, *veneris plangentis Adonidem, ex sale conpactum, habensque florem Adonium in dextera, apud Persas colebatur: Sacerdos autem Salambonæ Deæ, laminam auream in modum navis è collo supra pectus pendentem gestabat, cum hac inscriptione in navi: Sali cedo Salambonæ.* Hæc Esendius, qui addit præcipuum *Salambonæ* Sacerdotem eam laminam gestasse in signum suæ dignitatis, eaque præfuisse in solemnitate Salambonæ, ad victimam.

Esendius Rom. de Diis Gent. cap. 6.

Pictura. 2.

Dies

Digitized by Google

DIES XX.

A.D. 201.

1015 HIc dies, qui & 13. Kal. Augusti, notatur in Kal. Maffeiano. *Lucaria* sacra, de quibus egimus die præcedenti.

Dies 2. ex sex quibus arsit Roma incensa à Nerone, ex num. 1001.

Dies feriatus, & solemnis dicatus *Epicureo* ab Epicureis, ex dictis eum Roman, & Alex. num. 49. die 20.

Commodus Imperator, hoc die, strangulatus, desiit incommodare religioni, anno salutis 193. ex Mariano Schoto. Quod alii referunt ad 30. Decembris.

Beyerline hoc die & Masoul. fol. 312.

Pompeius Magnus in Pharsalicis campis superatus à Julio Cæsare, anno Vrbis conditæ 705. ex Suetonio.

Suetonius in August. cap. 10.

Dies celebris apud Romanos, ob *Ludos Victoriales*, quos Julius Cæsar instituit, ob præfatam victoriam, à se partam in *Pharsalicis* de *Pompeio*; quorum solemnitatem primus Augustus Cæsar celebrare decrevit, vt Suetonius marginatus notat. Quos *Ludos* ad hunc diem referunt Kal. Maffeianum, Rosinus, Masculus, Tamayus, Sabellicus: & alii. Hi *Ludi Victoriales* per *dies sex* notantur in Kal. Maffeiano à die præcedenti, vsque ad 24. sicque hic dies 2. præfatorum Ludorum. Fortassè extendebantur per dies septem. Vide num. 1036.

Rosin. lib. 4. cap. 11. Masoul. & Tamayus hoc die.

1016 At hoc die, quo Gentiles celebrabant Victoriales Ludos, ob partam de Pompeio victoriam, majores victoriæ nobis occurrunt celebrandæ, partæ de tyrannis à nostratibus. Hi fuêre *Paulus* Diaconus, *Maximus*, *Sabinus*, *Iulianus*, & *Macrobius*, cum aliis decem, ac præter alios, *Sevèra* Trevirensis virgo; ac verè heroinæ *Cassia*, & *Paula*, cum *Vvilgesorti*, seu *Liberata*, & *Margarita*, hæ virgines, & martyres, *Liberata* per crucem obtinuit triumphum; Margarita de igne, dracone, & tyranno reportavit trophæum. Cum hoc die Veteres Ludos triumphales agebant: per 4. coronas triumphantium habes Thema christianizatum, & hodiernis Sanctis applicandum, die 3. Junii, num. 784. Alterum per fructus Oleæ ibidem. Per triumphum die 20. Januarii à num. 134. ac per triumphantium classes, & colores die 23. Januarii num. 144.

Martyrol. Rom.

Themata.

1017 Est & inter gemmas candidas præcipua Margarita: de qua egimus diebus 23. Februarii, ac 18. hujus num. 1000. vbi habes & per Margaritam alterum Thema hodiernis Sanctis applicandum, & præcipuè victrici hodiernæ *S. Margaritæ*, quam meritò opponimus victoriis Julii Cæsaris. Margarita gemma in pectore conculæ maris *generatur ex cælesti rore*; quandoque concula tempore nubilo recipit cœlestem rorem, & Margaritæ, quæ tunc gignuntur, solent contrahere quasdam maculas, à quibus purgantur positæ in ore candidæ columbæ, vt Plinius, & Franciscus Rueus advertunt, cujus sunt sequentia verba: *Mirum est, quodque per Genesim gratia in eis desideratur, per columbas resarcitur.* Quam singularem naturalitatem lætè legimus, & adducimus: nam in hoc opere candida intentione, candidoque calamo nitimur maculas gentilitatis ad sacra vertere.

Thema.

Anglic. lib. 16. cap. 64. Plin. Hist. Nat. lib. 37. cap. 11.

Rueus de origem. lib. 2. c. 13.

DIES XXI.

A.D. 202.

1018 HIc dies, qui & 12. Kal. Augusti, dies *Comitialis*, & 3. *Ludorum Victorialium* Julii Cæsaris, ex Kal. Maffeiano.

Dies *funestus* habitus à Chaldæis, ob pueros castratos, & in Persidem à Præfecto Darii ductos, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 21.

Repetitio *Lucariorum festorum*, vt ex *Vet. Kalendario* hoc die notat Tamayus.

Hoc die *Natalis mundi*, ex sententia Sacerdotum Ægyptiorum, vt ajunt Gyraldus de Mensibus folio mihi 615. & ex Solino, Virgilio, & Ludovico de la Cerda, ac Tamayo: quare solemnitatem ob mundi Natalem Ægyptii hoc die agebant, vt marginatus Tamayus advertit. De mundi autem natali plures sunt Veterum opiniones, pro quo vide Gyraldum lib. de Mensibus, ac diebus.

Tamay. hoc die. Masoul. hoc die.

Caligula Imperator in palatio occiditur, anno V. Imperii sui, salutis autem 44. vt cum Cassiodoro, & Methodio Beyerline hoc die. Dies 3. ex sex quibus arsit Roma incensa à Nerone.

1019 Hic igitur dies, quo in plura debacchabantur Gentiles, vel solemnizando mundi natalem, vel Ludos Victoriales agendo &c. apud nos auspicatò sacer est, nedum *Feliciano*, sed & *Victori*, in hujus morte prætiosa de Cœlo vox audita est, dicens: *Vicisti Victor Beate*; quibus ad eandem martyrii lauream associantur *Alexander*, & *Longinus* milites, *Claudius*, *Justus*, & *Iucundinus* cum Sociis quinque, omnes mar-

Martyrol. Rom. Tamayus hic.

martyres; cum iis; & corona martyrii, ornamentoque virginitatis cœlitibus annumerantur *Praxedes*, & *Iulia*. Pro iis igitur encomiandis, vt præcedenti die num 1016. accommoda Themata. Inter gemmas est quædam *Alabandina*, aut *Alabandia* ab Asiæ regione *Alabanda* nuncupata, gemma clara, splendida vt Crystallus, & subrufa, quæ gemma Sanctos adumbrat *Claros* per honestatem, *Crystallinos* per prætiositatem meritorum, *Subrufos* per humilitatem, pœnitentiam, charitatem, aut martyrium.

Themata. Anglicus lib. 16. cap. 14. Berchor. in Red. lib. 10. cap. 45.

Thema. 1.

1020 Inter aves quædam est summæ lætitiæ, & ideo *Alauda* à laudando, ex S. Isidoro, nuncupata: nunquam cantat in terra, sursum in aëre luecatur, tendit versus Cœlum, & tunc multipliciter modulatur. Significat Sanctos, & electos, quos per præfatam avem encomia *Levatos* à terrenis, *Tendentes* versus Cœlum solidis virtutibus, *Modulantes* multiformiter Deum laudando, gratias Deo agendo, proximos in viam salutis dirigendo. Vnde habes alterum Thema, hodiernis Sanctis accommodandum.

Berch. in Red. lib. 7. cap. 5.

Thema. 2.

DIES XXII.

A.D. 203.

1021 Hic dies, qui & 11. Kal. Augusti, 4. *Ludorum Victorialium* Julii Cæsaris, ex Kal. Maffeiano.

Dies 4. ex sex quibus arsit Roma incensa à Nerone, ex dictis num. 1001.

Neptumnalia festa apud Romanos, acta in honorem *Neptumni*, in quo festo & Ludos celebrabant. Ita cum Vet. Kal. Mascul. & Tamayus, qui ad hunc diem referunt præsens festum, & Ludos, quanquam Rosinus ad sequentem diem. Gyraldus autem contendit *Neptumnalia* celebrata & singulis *sextis* Feriis, & à Græcis octavo die cujusque Mensis, vt & dixi num. 93.

Mascul. & Tamayus hoc die. Gyraldus Synt. 5. fol. 140.

Theatrum V.H.

Judæi omnes in Gallia capti, bonis eorum confiscatis, anno 1309.

1022 Hic igitur dies, in quo veteres Romani suos victoriales Ludos continuabant, potiori titulo apud nos victorialis sit, ob præclarissimas victorias, quas illustres martyres *Plato* Ancyrensis, & *Thephilus* prætor, de Gentilibus reportarunt. Quo die & occurrunt *Ioseph* Comes, *Meneleus* Abbas, *Cyrillus* præsul, ac *Maria Magdalena*, quæ è naufragio pudoris tandem enatavit ad portum; ac postea cum exâ-

Martyr. Rom. Mascul. fol. 313.

mato navigio, tradita ad ludibrium Neptuno, at ipso invito, atque deluso, ad Gallias incolumis cum Sociis appulit. Prætetea (quòd sanè dignum animadversione) hoc item die postea Judæi omnes in Gallia capti, proscriptis bonis omnibus, in luctu jacuerunt: sumpsit igitur pœnas Gallia de impietate ejus gentis, quæ à se aliquando rejecerat *Magdalenam*. Quare pro hodiernis Sanctis, veris triumphatoribus encomiandis, plura habes Themata supra vt remissivè num. 1016.

Themata.

1023 Neptumnalia igitur, & Ludos Neptuno dicatos hoc die agebant Gentiles: qui quoties terra tremuisset, supplicationes decernebant, indicebant Ferias, faciebant justitiam, sacra peragebant, sed dicata inserto, neque vllo numini nominato: quia cum certò haberent aliam esse terræ, aliam maris potestatem, & in terræmotibus multum virium, causarumque concurrere, silebant nomen Dei placando, ne vnum pro alio nominantes, falsa religione populus seduceretur (Perpende quomodo magis seducebant, dum vitare seductionem tentabant.) Communeque statuerunt templum *Telluri*, & *Neptuno*, hunc appellarunt *terræ conquassatorem*, ac de eo fabularunt, quòd suo tridente percutiens rupem, inde fontem, seu scaturiginem produxit: quare Ovidius cecinit.

Neptumnalia

Rosin. lib. 4. cap. 11.

Paralip. Ovid. lib. 6. Fab. 1. Metam.

Ritus.

Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente,
Aspera saxa facit, medioque è vulnere Saxi,
Exiliisse fretum, quo pignore vindicet vrbem.

Quæ omnia marginatus Rosinus cum pluribus tradit. Quod si Gentiles hoc die *Neptumnalia* agebant dicata *Neptuno*, cui Tridentem aptarunt ob *triplicem aquæ virtutem*: ipsique *Neptuno* in conjugium deputarunt Amphitridem: (Amphi enim Græcè circumcirca dicimus) eo quod tribus elementis concluſa sit aqua, nempè Cœlo, Aëre, ideſt, nubibus, & Terra; sitque Aquæ locus Terra, Aër, & Cœlum, vt Bungius notat. Quare vertendo prophana ad sacra; ob triplicem aquæ virtutem, qua *pura*, *specularis*, & *fœcunda* mysticum Tridentem Magdalenæ adaptemus, quæ, ex quo conversa est ad Christum, *Pura* lacrymis, pœnitentia, exemplari vitæ; *Specularis*, aut *Speculum* amoris; *Fœcunda* virtutibus, donis, meritis. Amplius ipsi accommoda Tridentem locorum Aquæ, eam encomiando *Terram*

Thema. 1.

Themata. 2.

Bung. de num. 3. à fol. 135.

Digitized by Google

fœcundam virtutibus; Cœlum mysticum, donis supernis mirabiliter ornatum: *Nubem* protectionis, erga suos verè devotos. Item si, ex S. Basilio, aqua Scandit in sublime, temperat Cœlum, Irrigat, & fœcundat terram. Hinc alterum christianizatum Tridentem S. Magdalenæ adapta, per verba *Ascendit*, *temperat*, *Irrigat*, & *Fœcundat*.

S. Basil. in Hex. Berch. in Red. lib. 8. cap. 1.

Thema. 3.

1024 *Magdalena* interpretatur *Turrita*, aut Turris, *Magnifica*, *Magnificata*, *Exaltata*. Quod si Gentiles in Neptumnalibus, simul cum Neptuno colebant Tellurem, ex num. præcedenti, quam Tellurem, & Magnam Matrem, Cybelem, & Opem appellarunt, quam pinxerunt *Cinctam* zona, *Ornatam* veste ramis, & floribus, *Exaltatam* in curru à Leonibus ducto, *Redimitam* corona *turrita*, & Tenentem dextera *Sceptrum*, ac sinistra *clavem*, vt ait Cartarius, & nos diximus die 27. Martii, à num. 484. Hinc turritæ Telluris picturam christianizando, Magnæ, Turritæque Magdalenæ adaptemus, eam encòmiando *Cinctam* magnitudine pœnitentiæ, *Ornatam* heroicis virtutibus, *Redimitam* turrita fortitudine. Tenentem *Sceptrum* potentiæ à Deo acceptæ, ad miracula patranda, *Clavem* insignis sapientiæ. Vide Histor. Lomb. Lect. 90.

Lyrin. lib. Diff. Cartar. fol. 140.

Alap. in Luc. 7. v. 38. Hist. Lombard. Thema. 4.

1025 *Magdalena* item interpretatur, ex Pagnino, *Vexillum ducens*, *insignita*, *elevata*: enim erexit vexillum pænitentiæ, dilectionis, & vitæ contemplativæ (ait Cornelius) vnde per *tria vexilla* alterum pro tanta heroina lectori offero Thema, juxta illud Cant. 2. vers. 4. *Ordinavit in me charitatem*, seu vt alii ex Hebræo legunt: *Vexillum ejus super me est charitas*. Fuit igitur Magdalena vexillo amoris *insignita* quatuor signis, vt S. Bonaventura observat. Primum signum fuit *Assiduitas* recordationis. Secundum *solicitudo* inquisitionis. Tertium *sinceritas* affectionis. Quartum *Fervor* æmulationis, vt ipse S. Observat. Tandem & considera Magdalenam vt *Vexillatam* amore: *Insinitam*, virtutibus, donis, miraculis: *Elevatam* quotidie, ex Aquensi spelunca, septies ab Angelis in æthera ad audiendum cœlestium agminum gloriosos concentus, vt ajunt Surius, die 22. Julii, Historia Lombardica citata, quare Petrarcha de ea cecinit:

Alap. in Luc. 8. vers. 2. Cant. 2. vers. 4. B. Max. hic. Thema. 5.

S. Bonav. ser. 2. Thema. 6.

Thema. 7.

Hinc hominum non visa oculis, stipata catervis
Angelicis, septemque die subvecta per horas,
Cœlestes audire choros alterna canentes
Carmina corporeo de corpore digna fuisti.

DIES XXIII.

1026 HIc dies, qui & 10. Kal. Augusti, *Ludorum victorialium* dies 5. ex Kalendario Maffeiano, citato supra num. 1015.

A. D. 240.

Dies *Nefastus*, ex ipso Kalendario Maffeiano.

Dies 5. ex sex quibus arsit Roma incensa à Nerone, ex dictis num. 1001.

Ad hunc diem refert Rosinus *Neptumnalia sacra*, quæ ad præcedentem diem ab aliis referuntur, vt die præcedenti dixi.

Rosin. lib. 4. cap. 11.

Mulieres prægnantes Romę offerebant, hoc die *Opigenæ* (sic appellarunt *Junonem*) cereas icunculas, aut imagines, auxilium in partu deprecantes, quod arbitrabantur ad facilitatem partus maximè conducere. Ita cum Kal. Rom. & cum eo Hospinianus, & Masculus: quanquam Tamayus id referat ad sequentem diem, citetque Masculum, sed immeritò, vt apud ipsum est videndum folio mihi 313. die 23.

Hospin. cit. cap. 20.

Mast. & Beyerl. hoc die.

Ad hunc diem refert Masculus actos Romæ *Ludos votivos* appellatos, quorum Ludorum inceptio ad diem 26 refert Tamayus, ex Kalendariis Veteribus. De quibus eo die dicam.

1027 At hoc die, quo Gentiles continuabant delirare in suos victoriales Ludos, nobis occurrunt veri victores, qui de Diis, tyrannis, & tormentis, parta victoria agminibus cœlestium associari meruère. Hi fuére *Appollinaris* præsul, qui Serapidem præcipuum Ægyptiorum Deum, é medio sustulit: ignem calcavit illæsus, pedibus calcaturis sydera, pertulitque ictus lapidum, aliaque passus martyr occubuit: vt & *Rasyphus*, *Apollinius*, *Eugenius*, *Theophilus*, plurimique alii, cum quibus & heroinæ virgines *Primitiva*, *Romula*, & *Redempta*, *Bingitta* Vidua, ac *Liborius* præsul, qui omnes vt fœcundi religione, meritis, ac gloria venerantur meritò. Pro quibus per Triumphos veterum, classes, colores, & coronas plura christianizata Themata habes supra, vt remissivè num. 1016. Quòd si *Apollinaris* dicitur, aut ab, *A*, quod est sine, & *polluo*, & *ares*, quasi *virtuosus*, sine pollutione vitiorum: vel dicitur à *pollens*, & *ares*, quod est

Martyrol. Rom.

Themata.

virtus:

virtus: vel dicitur à *pollo*, quòd interpretatur mirabilis, vt ait Historia Lombardica. Hinc pro tanto martyre Apollinare habes Thema: qua *Virtuosus* sine vitiorum pollutione: *Pollens* virtutibus: *Mirabilis* potentia contra idola, miraculis, gratia, & gloria.

Historia Lomb. sect. 92. Thema 1.

1028 *Opis* picturam adduxi supra die 27. Martii, num. 484. quæ *Ops*, & *Tellus*, & *Magna mater* fuit appellata, cujus picturam christianizatam adduco die 22. hujus, & feliciter adaptare poteris hodiernis Sanctis. Advertit præterea Pierius, quod simulachro *Opis* apponebantur à Gentilibus *serpentes*, vt per id indicarent orbem, aut ipsius orbis dominium. Cui *Opi* cum sacrificabant, vota solvebant, aut supplicabant, sedentes id facere solitos, indicantes eo signo eam esse Terram matrem, & vota rata, firmaque esse debere. Apud Scithas autem *Opis* imploratio fiebat mactato *bove*, teste ipso Pierio. Quod si delirabant Gentiles in suam Opem per Ceram, ex num. 1026. Serpentes, & Bovem, verte hæc ad sacra in honorem hodiernorum Sanctorum, eos encomiando per Ceram *Puros*, per Serpentem *Prudentes*, per Bovem *Fortes*. Amplius icunculas Cereas hoc die matronæ prægnantes *Opi* offerebant auxilium deposcentes, vti dixi. Cumque sit *Cera virgo*, quæ & *Alba Pura*, *Odorata*, & *Dulcis*: quare adumbrat Sanctos *Albos* castitate, *Puros* puritate vitæ, *Odoratos* exemplo, redolentiaque famæ, *Dulces* clementia, beneficentiaque in suos devotos. Per quæ, mysticam efforma icunculam ad eos encomiandos, quos ad exemplum nobis proponit Sancta Mater Ecclesia, vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

Ops. Carta. fol. 139. & 140. Pier. Val. lib. 15. fol. 111. lit. D. & lib. 6. fol. 40. & p. 3. fol. 26.

Thema 2.

Berch. in Red. lib. 13. cap. 19.

Thema 3.

DIES XXIV.

A.D. 2051

1029 Hic dies, qui & 9. Kal. Augusti, *Nefastus primò* notatur in Kal. Masseriano, in quo & notantur hoc die *Furinalia sacra*, at *Ludorum Victorialium* dies 6. Quæ *Furinalia* ad sequentem diem alii referunt, vt ibi dicam.

Dies 6. & vltimus, ex sex quibus arsit Roma ab impio Nerone incensa, ex dictis num. 1001.

Hospin. cap. 19. fol. 120.

Dies habitus à Syracusanis *Sacer*, *& ab omni opere immunis*, ob victoriam ab ipsis partam de Athenienfibus ad *flumen Asinarum*. Quam celebritatem à flumine *Asinarium* nuncuparunt, & ob præfatam victoriam quotannis hoc die Diis sacrificabant. Ita Hospinianus de Origine Festorum.

Ipso hoc die, *Solemnitas Cœnæ Pontificalis* magna pompa, luxu, &c. Quæ *Cœna* repetebatur die 20. Octobris, (Ita Hospinianus,) ac 19. Novembris. Hospin. cap. 16.

Ad hunc diem refert Tamayus, quod Romanæ mulieres prægnantes offerebant *Opigenæ* icunculas terreas, sed lege cereas, auxilium in partu deposcentes. Quod nos ad præcedentem diem retulimus.

Item hic dies sacer fuit *Phœbo*, quo die, illi offerebant in sacris *mel novum* à favis expressum, *vinum*, & *farinam*. Ita Vet. Kal. Romanum, & cum eo Stuch. de Sacrif. Gent. Masculus, Beyerline, & Tamayus. Stuch. fol. 484.

Tandem hoc die, notat ex Festo Beyerline, quod Canes rutilæ sacrificabantur *Canículæ*, quòd ex ipso Festo ad hunc Mensem refert Gyraldus de Mensibus fol. mihi 615. Rosinus autem ad sequentem diem.

1030 Agebant igitur Gentiles hoc die solemnitatem *Cœnæ Pontificalis*: quæ re noto ex Festo, & Rosino, quòd Veteres, quam nunc dicimus *Cœnam*, appellebant *Vespernam*: quam autem vocamus *Prandium*, illi *Cœnam* nominabant. Et vt S. Isidorus notat, *Cœna* sic fuit vocata à communione vescentium, & à communiter epulantes, communicantes dixerunt, ne singularitas gigneret luxuriam. Habuerunt igitur Gentiles Cœnas Deorum, quas celebrabant ante simulachra Dionysii, Cereris, Proserpinæ, &c. in quibus Cœnis manducabant panes triticeos, & subcinericeos in sartagine decoctos cum Caseo, Olea, & Melle. Et ex farina, caseo &c. conficiebant *placentas* in figura pyramidali, quas Diis libabant, aliaque ridicula ingerebant, vt videri potest apud plures, & marginatum Cœlium Rhodiginum; qui & meminit Veterum *Centenarias Cœnas* (ac juxta aliquos *Milliarius*) in quibus erant centum *Mensæ*, *Flores*, *Cacabos*, *Capsæ* argenteæ, & *Vasa* centenaria, *Argentea Sculpta*, & nonnulla inquinata schematibus libidinosissimis. Quas Centenarias cœnas vbera æram centum insumpsisse, Fraudi erat; vt totum notat Cœlius Rhodiginus marginatus cap. 39. quod & nota pro *Centuria*, præter dicta de *Hecate*, ac *Hecathombea* solemnitate, ac *Ludis* Secularibus. His igitur notatis, Redeo ad Cœnam Pontificalem hoc die actam, in

Cœna. Rosin. lib. 5. cap. 27. S. Isidor. lib. 20. cap. 2.

Centenaria. Rhodigin. lib. 15. cap. 29.

in quæ antè trieteria saltabant, & canebant. Antè cœnam sumebant *echinos*, & *ostreas* crudas; initio cœnæ *lactucas*, & *ova*, postquam plura fercula. De quo Macrobius, Rosinus, & alii.

Macrob. 3. Sat. cap. 14. Rosin. lib. 5. cap. 29.

1031 Hoc igitur die Gentilibus jam Nefasto, jam multipliciter festos nobis occurrunt venerandi quamplures veri victores, uti fuére *Milites octoginta tres*, quibus, præter alios, ad martyrii eandem lauream associantur *Vincentius*, & *Victor*, ut auspicia victoriæ, non tantum heroum, sed & heroinarum, uti fuére *Niceta*, & *Aquilina*. Hæc certè congruenter incidit in hunc diem Phœbo, seu Soli dedicatum: nam *Aquilina* generosam indolem ostendit, non aquilæ modo intuens in Phœbum, sed potius ab ejus cultu avertens oculos, cujus generosæ indolis sociam habuit virginem, & martyrem celeberrimam *Christinam*, quæ à parente impio antra turrim clausa, ibi simulachra Deorum aurea, & argentea contrivit, aurúm, & argentum pauperibus elargita: quaré à duodecim carnificibus virgis cæsa, in fornacem succensam injecta, stupendo miraculo, per dies quinque cum Angelis cantans, & deambulans illæsa permansit: in templum Apollinis adducta imperavit, corruit, & in pulverem redactum est idòlum: ad collum alligato saxo in mare projecta, & ab Angelis erepta, ac à Christo baptizata: præscissa lingua loquebatur: tandem post abscissas mammas, icta sagittis, completo martyrio Deo reddidit spiritum, cum jam, altero stupendo miraculo, ex abscissis mammillis Lac, loco sanguinis, manasset. Quod si hoc die delirabant Gentiles Phœbo, aut Soli offerendo vinum, mel, & farinam; nos hæc vertamus ad sacra, in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Melleos* gratia, *Viniferos* amore in Deum, & proximum, *Farinaceos* candore, mortificatione, aut martyrio. Item per vinum, & vini species Themata habes hodiernis Sanctis accommodanda num. 576. die 23. Aprilis. Quæ & B. *Solano* applica.

Martyrol. Rom. Hist. Lomb. lect. 92.

Thema. 1.

1032 *Mel* novum è favis expressum hoc die Gentiles Phebo offerebant. Mel igitur, ex S. Isidoro, dicitur à *melleſæ* Græcè, quæ latinè sunt apes, eo quòd mel ex apum solertia componatur miro naturæ artificio; quod semen primitus ex rore cœlesti in florum, & foliorum superficie distillatur, & inde ab apibus colligitur, & paratur: quare *cæleste donum* vocatur à Virgilio, juxta quem in Arabia, & India invenitur mellis ad modum salis in arboribus dependentia, ibi cœlesti munere præparata. Quòd & in anno 1342. in Galliæ Narbonensis Civitate Avinione, super folia, & ramos arborum mere gummi in magna quantitate ceciderit, vt tradit Berchorius. Cumque, ex Anglico cum Constantio, Mel sit *Album*, *Calidum*, *Dulce*, & *Rufum*, hodiernos Sanctos Melleos encomia: quia *Albos* castitate, *Calidos* charitate, *Dulces* beneficentia, donisque spiritualibus à Deo acceptis, *Rufos* martyrio, aut flagrante charitate.

S. Isidor. lib. 20. cap. 1.

Berch. in Red. lib. 13. cap. 18. Anglic. lib. 18. cap. 52.

Thema. 2.

1033 *Farina* à frumento, vel farre est dicta: nam far primò mola confringitur, & deinde separatur furfur, manetque candida, puraque farina; quæ aspersa aqua calida, admista oleo, & melle, redacta in formam, decocta in clibano, mutatur in panem sapidissimum. Hinc *Farinaceos* hodiernos Sanctos encomia: quia *Separatos* à furfure peccatorum: quia *Candidos* castitate, honestateque vitæ: quia *Confractos* mortificatione, pœnitentia, aut martyrio.

Berchor. cit. lib. 12. cap. 60.

Thema. 3.

1034 Quanquam & Themata adducta *Christinæ* adaptari valeant; cum ex hujus heroinæ abscissis mammillis lac manasset, Christinæ adapta Topazium, de qua gemma ait Andreas Cæsariensis: *Lacteo liquore madet*, idque, etsi rubea gemma, in mortareo attrita: quaré de hac gemma hieroglyphi, cum depinxit Mundus Symbolicus cum eo lemate: *Lacteo liquore madet*. Ps. 20. David posuit pro Titulo: *In finem*. Observat Haye hunc Psalmum cecinisse David *Animæ victricæ*, vt pretiosa gemma coronata: *Posuisti*, inquit, *in capite ejus coronam de lapide pretioso*, vbi cum Agellio vertit ipse Haye: *De Topazio*. Quæ gemma, ex S. Paduano, primo fuit inventa in regione Arabiæ, & Civitate *Pax* vocata. Dicitur *Topazius*, vel *Topazion* indefinibile, ex vicini genere: gemma, *omni colore resplendens*. Inventa in Arabiæ Insula, à Trogoditis tecta nebulis, & ab Insula *Topazius* nuncupata. Est gemma gemmarum *maxima*, quo *rarior*, eo *pretiosior*, habens inter alios duos colores ex aureo, & ætherea claritate *lucens*, maximè quando tangitur radio solis; omnium aliarum gemmarum claritatem *superans*, *respicientes* in aspectum suum *provocans*; si suæ naturæ relinquis, clarior est, & nihil eo clarius in thesauris Regum invenitur, sive pretiosius;

And. in Apocal. cap. 66.

Mund. Symbol. lib. 11. cap. de Topazio 15.

Tit. Psal. 20. B. Max. hic. V. 4.

S. An. Pad. ser. 2. plur. Martyr.

S. Isidor. lib. 16.

Digitized by Google

tiosius; propter sui perspicuitatem, *recepit* in se gemmarum sibi obiectarum claritatem; formam habet specularem, & Imaginem receptam inversam in speculo repræsentat. Vt omnia eum S. Isidoro, & aliis notat Anglicus Minorita. Addit S. Ambrosius circumquaque spargere beneficos influxus; inquiens: *Topazius jubar suum circumquaque spargens.* Quare encomia *S. Christianum* mysticum Topazium *Speculum* Christianitatis, *Resplendentem* omni colore virtutum, *Lucentem* aurea charitate, claritate ætherea, *Superantem*, & *Compescentem* idola, tyrannos, tormenta (melius quam Topazius vndas compescit, & ebullire non permittit, ipso Anglico marginato teste) *Spargentem* jubar in suos vere devotos, *Madentem* (stupendo miraculo) loco sanguinis lacteum liquorem.

Anglicus lib. 17. cap. 96.
S. Ambr. in cap. 2. Apocalyp.

Thema. 4.

1035 *Christina* dicitur quasi *Chrismate uncta.* Chrisma igitur conficitur ex *oleo*, & balsamo benedicto, quo Chrismate significatur *Lux* gratiæ, *Nitor* doctrinæ, *Redolentia* bonæ famæ ad honorem Dei, & vtilitatem proximi, quibus vncta fuit Christina, quæ habuit *Oleum* gratiæ; lucem doctrinæ, & devotionis in mente, *Balsamum* boni odoris in conversatione, tum & *Oleum* benedictionis in ore. Vnde habes pro tanta heroina alia Themata.

Durand. in Ration. lib. 6. cap. 74.
Hist. Lomb. lect. 93.

Thema. 5. 6.

DIES XXV.

A. D. 266.

1036 Hic dies, qui & 8. Kal. Augusti *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano, in quo & hoc die notantur *Ludi*. Hi *Ludi* quinam fuissent obscurum est in præfato Kalendario, & forsan erant *Victoriales* extensi per dies septem vsque ad hunc eam vt ex aliis Kalendariis Veteribus deprehenditur, & Tamayus notat, sequenti die cœperunt *Ludi Votivi* in circo acti vsque ad diem 31. hujus.

Rosin. lib. 4. cap. 4. & 11.

Suo in Kalendario hoc die Rosinus notat. *Hoc mense Rutila canes Canicula sacrificabant.* Canes igitur non procul è rubro colore immolabantur *Canicula*, sacrificio *Canario* nuncupato, acto pro frugibus syderi Caniculæ deprecandæ causa, ne sævitia læderet fruges.

Varro lib. 5. de Lin. Lat.
Cicero lib. 3. de Nat. Deor.

Furinalia sacra Romæ celebrata in honorem *Feriæ*, aut *Furinæ Deæ*, quæ inter *Eumenides*, hoc est, speculatrices Deas, & facinorum vindices numerabatur: cui Flamen Furinalis attributus.

Tamay. & Masculi hoc die.

Dies habitus Auspicatus apud Syracusas, ob insignem victoriam ab ipsis partam de Athenienſibus, ex Masculo marginato cum Plutarcho. Quæ victoria contigit anno Mundi 3600. ad fluvium *Asinarum*, & ad diem præcedentem refertur ab Hospiniano, vt eo die dixi.

Plut. in Nicia.
Beyerlinc in Theatrum Vitæ Humanæ.

1037 *Furias* coluisse Gentiles dixi die 2. Januarii num. 72. vbi eas relinquo depictas cum Cartario, cum quo dictis addo: *Furias* putatas Plutonis administras, ex inferis in terras aliquando emergentes creditas à Gentilibus, aut ad pœnas infligendas mortalibus ob sua flagitia, aut ad alia peiora scelera impellentes. Tres eas numerarunt, ex quibus vna vocata *Alecto*, altera *Tisiphone*, alteraque *Megæra*: quæ ab Antiquis colebantur, magis ne obessent, quam vt prodessent, quo cultu, & olim prosequebantur. Deos Averruncos, vt scilicet mala averterent; averruncare enim est avertere. Furias igitur coluerunt Veteres, quibus dicarunt Fana, & Aras, eas Athenienses *severas* nominarunt: Sicyonii autem, è contra *benevolas*, ac *mites* appellarunt: De quibus fabularunt, *nigras* obvias factas Oresti mente capto; easdem post *albas* apparuisse, & earum aspectu Orestem ad se rediisse: iis quotannis die stato (hoc scilicet, & 27. Augusti) sacra dicabant, habebantque solemne, ipsis mactare *prægnantes oves*, libareque *mulsum*, idest liquorem dulcem, aut aquam melleam, ac *coronas florum*, vt totum tradit marginatus Cartarius. Altera ex Furiis erat *Furina*, & nuncupata *Furrina*, & *Furina*, cui attributus Flamen, & ipsi, hoc die, dicabant sacra *Furnalia*, *Furinalia*, aut *Furrinalia* nuncupata.

Furiæ.

Cartarius à fol. 193.
Gyrald. synt. 6. à fol. 181.

Averruncos Deos.

Sacrificia.

Gyrald. synt. 6. fol. 185.
Rosin. lib. 4. cap. 11.

1038 Hoc igitur die, quo deliradant Gentiles venerando suam Furinam putatam vindicem facinorum; nobis venit venerandus *Iacobus* Apostolus, qui filius tonitrui dictus est, & tamquam impiorum fulminator, & vindex, quamobrem potestatem sibi traditam fulminum evocandorum exercére aliquando voluit cum Joanne, sed magna clementia liberatoris vterque inhibitus. Jacobo ad lauream martyrii associantur *Christophorus* mirificus triumphator de canicula ignea impunè in ea versatus, de aliis tormentis, de Diis, & tyranno; cui (teste S. Amb. & Hist. Lomb.), tantam virtutem doctrinam,

Martyrol. Rom. Hist. Lom. lect. 95.
Martyr. Hispan.

ctrinam, & gratiam Christus contulit, vt quadraginta octo millia hominum de gentilitatis errore converteret ad eum. *Cucuphas* duo, Irienſis alter, alter Barchinonenſis, *Florentius*, *Felix*, *Theodemirus* Cordubenſis, ac *Valentina* virgo, cujus virtus par fuit nomini: enim animi robore hoſtem obſtupefecit, cum ad Deorum aras adducta, non dubitavit calcibus eas evertere: quare cum ſocia virgine, in ignem conjecta, cucurrit ad ſponſum. Cumque hoc die delirarent Gentiles in ſuis Furinalibus mactando ovem, litando mulſum, & coronas florum offerendo. Verte hæc ad ſacra in honorem hodiernorum Sanctorum, eos, ex num. 582. Thema 3. encomiando, per ovis propritates *Placidos* benignitate, *Luniferos* fœcunditate virtutum, *Inermes*, & *Mites* patientia, & humilitate, *Videntes* receptione donorum ſupernorum, *Aptos* fortitudine ad ſe Chriſto ſacrificeandum, pœnitentia, mortificatione, adverſa tolerando, & martyrium patiendo. Sic ovis, pecus placidum, ſerviat ad ſacra, qua Gentiles ad prophana abutebantur hoc die.

Thema 1.

Thema 2.

1039 Ipſos hodiernos Sanctos per mulſum encomia *Melleos*, ex n. 1032. qua *Albos*, *Callidos*, *Dulces*, & *Rufos*, vt eo numero dictum eſt. Cumque & in Furinalibus, actis hoc die à Gentilibus, coronas florum offerrent, & hæc nos vertendo ad ſacra, pro ipſis hodiernis Sanctis encomiando, quatuor ſeligam florum coronas 1. *Lileam*: 2. *Violaceam*: 3. *Nardeam*: 4. *Roſeam*, ipſos coronando *Lileos* candore, *Violaceos* humilitate, *Nardeos* fama virtutum, exemplorumque, *Roſeos* flagranti charitate, aut. martyrio.

Thema 3.

Canicula.

1040 Caniculam hoc die pro frugum abundantia Gentiles colebant, cui Rutilæ canes ſacrificabant, ne æſtus violentia frugibus noſceret. Qua prophanitate abiecta, nobis occurrit S. Chriſtophorus in Canicula, ſeu ſcapho ferreo, ignitoque impunè verſatus, & religioſe venerandus, encomiandusque per triplicem Caniculam *Piſcem*, *Animal*, & *Sydus*, vt tantum martyrem enmies *Caniculam Piſcem* paſcendo doctrina fidei, tot milia Gentilium, quot convertit ad Chriſtum: *Caniculam Animal Rutile* flagranti charitate in Deum: *Caniculam Sydus* fulgentem in gloria cum ſole juſtitiæ Chriſto. Item *Canis* nomen ſumpſit à Græco nomine *Cinos* aut à *Canere* horum animalium; ſunt enim Canes, aut Caniculæ *Rutili*, vt plurimum, colore, *Fideliſſimi* Dominis, *Pugnaciſſimi* pro ipſis, *Cuſtodeſque* domorum: vnde myſticam Caniculam S. Chriſtophorum prædicemus *Rutilum* charitate: *Fideliſſimum* fide: *Pugnaciſſimum* pro Chriſto, ſuo, noſtroque Domino; *Cuſtodem* patrocinio ſuorum verè devotorum. Tandem *Chriſtophorus* dictus eſt: quaſi *Chriſtum ferens*, eo quod Chriſtum tulit quatuor modis: *In Humeris* per traductionem: *In Corpore* per macerationem: *In Mente* per devotionem: *In Ore* per confeſſionem, & prædicationem.

Calep. Berchor. Anglic. & alii.

Thema 4.

Thema 5.

Hiſt. Lomb. lect. 85.

Thema 6.

Iſidor. Anglic. lib. 18. cap. 24. & 25. Berch. in Red. lib. 10. cap. 22.

1041 Furinalia Romæ celebrabantur hoc die dicata Furinæ Deæ, putatæ vindici facinorum: at iſta à nobis è cœlo petenda veniunt. Sacer eſt hic dies magno Patrono Hiſpaniæ *S. Iacobo* Apoſtolo nuncupato à Chriſto *Boanerges*, ideſt, *filio tonitrui*; quia velut fulmen, & tonitruum extitit, *Ore*, *Opere*, ac *Miraculis* ſtupendis. *Ore* quaſi tonitruum zelo fidei prædicando, & malos terrendo: *Opere* claritate vitæ: *Miraculis* quaſi fulmen pro Chriſtianis vindex Maurorum dimicando. Inſuper *Filius tonitrui*: quia ſua prædicatione *Terrebat* malos: Excitabat pigros: *Convertebat* alios in admirationum altitudine ſua. Cui & accommoda per fulmen Thema ſupra adductum num. 897. *Iacobus* igitur *Vindex* hoſtium triplicium, ſcilicet *Vindex* Magorum: *Vindex* Dæmonum: *Vindex* Maurorum, vt in Martyrologio Hiſpano, & Lombardica Hiſtoria: *Vindex* mortis, & ob mortuos ad vitam revocatos, & quia decollatus, ac cum *Caput Apoſtoli amputatum eſt*, *non cecidit in terram*, *ſed Sanctiſſimus Apoſtolus inter ſuas manus illud excepit*, *& diu retinuit*, *nec potuerunt carnifices illud inde tollere*; *nam conantibus manus aruerunt*, *& brachia*, vt ex B. Calixto II. & aliis Tamayus citatus in ſuo Martyr. tradit hoc die fol. 233.

Thema 7.

Hiſt. Lomb. lect. 94.

Thema 8.

Thema 9.

Martyrol. Hiſp. hoc die.

Thema 10.

1042 *Iacobus* igitur *Equitis bellatoris* nomen accepit, eo quod pluries equo inſidens armatus, gladio fulminatrici, viſus fuerit in præliis obtundere inimicos Eccleſiæ, & Hiſpaniæ hoſtes. Tanti Patroni apparitiones 15. factas Regibus, & Ducibus Hiſpaniæ in bellorum certamine, refert Tamayus. Quare meritò in antiquo Hymno Breviarii Hiſpanici canitur:

Electus hic Apoſtolus
Decorus, & amabilis,
Velut Leonis catulus
Vicit bella certaminis.

Martyrol. Hiſp. à fol. 235.

Vade

Digitized by Google

Thema. 11.

Vnde ex verbis *Electus*, *Decorus*, *Carnalis*, *Vincens*, habes pulcherrimum Thema accommodandum tanto Patrono. Vide alia plura encomia de isto Protomartyre Apostolorum apud Tamayum citat. hoc die, & præcipuè à fol. 214. vsque ad 240. inclusivè. Et est singulare illud, quod sicut primus in Symbolo, Christi divinitatem firmavit; ita primus etiam per Hispanias, Mariæ ejus Matris Immaculatam Conceptionem asseruit, prædicavit, & solemni ritus officio sacravit. Audi Flavium Dextrum Virum Clarissimum in Chron. ann. 308. num. 9. dicentem: *A Iacobi prædicatione celebratum in Hispania festum Immaculatæ, & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis Mariæ.*

DIES XXVI.

A.D. 107.

1043 Hic dies, qui & 7. Kal. Augusti, *Comitialis* notatur in Kal. Masseiano.

Rosin. lib. 4. cap. 11. Tamay. tom. 4. fol. 9.

Quo die Romæ in circo incipiebant *Ludi*, quos *Votivos* appellavere, quos Ludos *per sex dies extendebant*. Ita ex Vet. Kalendariis Rosinus, & Tamayus.

Eutrop. lib. 1. Theat. Vit. H.

Romulus apud paludem Capreæ fulmine ictus obiit, nusquam comparuit, anno regni 39. Ita Eutropius apud Beyerlinc. Alii referunt ad diem 7. hujus mensis, vt ibi dixi.

Facto *Vitulo* aureo Hebræi idolatria infecti: *Surgentes mane, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Exod. 32. v. 6. quod ad diem 26. Junii, nos retulimus. At ad hunc diem à Minorita Alva refertur, vt in Diario Sacro dixi num. 2279. pag. 440.

Martyrol. Rom.

1044 Hoc igitur die, quo vetus Roma versabatur inter spectacula Ludorum votivorum: nobis occurrunt verè religiosa, & jucundiora spectacula eximiæ virtutis, atque constantiæ nostratum, vti fuere Symphronius, *Olympius*, ac *Theodulus*, & ex fœminis *Exuperia* & aliæ illustres inter flammas, per quas evolarunt in Cœlum: *Hyacinthus* martyr, qui injectus in ignem, non modo non exaruit, sed efloruit pulchrior. Qui, præter alios, congruenter videntur occurrere hoc die sacro *Annæ* magnæ Matri Virginis, vt vel illustrarent flamma, vel ornarent flore. Cumque in spectaculis Ludorum votivorum essent donaria, vota, sacrificia, & actio gratiarum, ex relatis, die 28. Februarii num. 343. ea prophanitate spreta, verte ritum ad sacra, in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Datos* vero Deo mente, *Oblatos* corde, *Sacrificatos* opere, *Agentes* gratias, quia digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

Thema. 1.

1. Corinth. 4. v. 9. B. Max. & Alap. hic cum S. Hier. & Titelman.

1045 Spectaculum sumitur pro *Theatro*, & *re spectanda*, videnda, & admiranda: quare Apostolus dixit: *Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.* Idque alludendo ad Martyres pugnantes in stadio, damnatos in Theatro, ad Sanctorum vitam, & exemplum. Quare multiplex est *Spectaculum*: 1. *Compassionis*: 2. *Admirationis*: 3. *Venerationis*: 4. *Exempli*: 5. *Fortitudinis* in fide: 6. *Patientiæ*, & *Mansuetudinis*: 7. Sanctæ *Conversationis*: per quæ spectacula Thema, aut Themata efformare poteris hodiernis Sanctis accommodanda.

Thema. 2.

1046 Coluerunt Gentiles Martii die 15. quandam Annam Perennam; cui Veteres Romani plurimum se debere fatebantur, & ob beneficia, quæ putabant ab ipsa accepta hilare, solemnoque festum ipsi dicabant: quam putarunt jam *Lunam*, jam *Atlantidem*, &c. vt præfato die retuli à num. 428. 429. & 430. Huic fabulosæ Annæ, *Annam* opponimus, qui omnes debent; enim dedit Christo Matrem, Angelis Reginam, hominibus Patronam, Advocatam, Asylum, Mediatricem. Cumque *Anna*, Lyrano teste, interpretetur *Gratiosa*, *Misericors*, *Requiescens*, & *Donans*. Hinc habes Thema pulcherrimum ad encomiandam Sanctam Annam Genitricis Dei Matrem: qua *Gratiosa*, & *spiritu divino plena*, vt de ea dixit Damascenus: *Misericors* beneficentia in pauperes: *Donans* hominibus Mediatricem, suis devotis patrocinium: *Requiescens* magnifica gloria, ad quam per suum Nepotem Christum fuit evecta.

Lyran. lib. Differ. S. Ioann. Dam. orat. 1. de Nat. V. Mariæ.

Thema. 3.

1047 Mirantes Angeli canebant: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens innixa supra dilectum suum?* Vbi enim Theodoretus vertat: *Super nepotem suum*, meritò *Annam* Aviam Christi intelligimus: quæ *ascendit* cœlitibus mirantibus, vt vertunt septuaginta *Dealbata* puritate vitæ: *Ornata* splendidè virtutibus, & meritis: *Elevata* favore, & subsidio sui nepotis ad ineffabilem gloriam. Merito à S. Joanne Damasceno *Anna* prædicatur: *Verè beata, ac ter beata*: qua à Deo Decorata, & magnificata, vt esset

Cantic. 8. v. 5. Theod. ap. Gisler. hic Append. ex PP. n. 12. B. Max. hic.

Thema. 4.

Damasc. citat. Thema. 5.

Mater

Mater Mariæ : *Avia* Christi : & *Spes* omnium nostrum per filiam, & Nepotem. Vnde habes pro tanta heroina plura Themata, vt eam encomiemus *Magnificatam* gratia : *Magnificatam* filia : *Magnificatam* nepote.

DIES XXVII.

A. D. 808. 1048 Hic dies, qui & 6. Kal. Augusti, dies *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 2. quo Romæ agebant *Ludos votivos*, extensos *per sex* dies, ex dictis num. 1043.

Dies habitus *Ægyptiis Ater*, & *Infaustus*, ob quendam Astrorum aspectum, vt ex Gyraldo notat Masculus. Mascul.

Celebris dies ob *Sarmaticam* victoriam, quam anno Christi 280. tulit *Probus* Imperator, ex Elia Reusnero. Reusn. in Diar. Hist. fol. 112.

Constantinus Magnus in Britannia Imperator designatus, anno 311. ex Beyerlinc. Theatr. Vit. H.

Ad hunc diem refert Minorita Alva, quod Moyses : *Vidit vitulum, & choros : iratusque valde projecit de manibus tabulas, & confregit eas ad radicem montis : arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit, & contrivit vsque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel.* Vide Diar. Sacr. die 27. Julii, pag. 440. colum. 1. num. 2280. Alva Tab. 5. Exod. 32. v. 19. & 20.

1049 Hic igitur dies infaustus Veteribus Ægyptiis, nobis sit Felix, ob tot Sanctos, qui velut astra ab Ecclesia conspiciuntur, idest, coluntur, venerantur hodie. Hi, inter alios plures, sunt auspicato nomine, *Felices* duo, *Aurelius* alter, alterque *Constantinus*, quibus associantur pariter martyres *Iucunda*, & *Liliosa*, & ad eandem lauream *Pantaleon* Medicus, qui ductus ante Deorum simulachra, divinitus impetrato terræmotu ea confregit : frustrà petitus ad bestias : frustrà primo vulnere ictus : demum lac pro cruore fudit. Cum iis, & aliis laureatis martyrio cœlitibus associatur illustris præsul Ætherius. Quo die à Minoritico cœtu colitur sub ritu duplici Regia Virgo *Cunegunda* filia Belæ Regis Vngariæ : quæ Boleslao pudico, Poloniæ Duci desponsata, cum eo annos quadraginta immaculato thoro, in perpetua castitate transegit : & viro orbata, atque Monasticam Clarissarum vitam professa, sanctimonia, atque stupendis miraculis eorusca vit. Cumque hoc die malum sibi augurarent Gentiles ex astrorum aspectu, nos vertamus aspectum, idest, considerationem ad vera mystica astra hodiernorum Sanctorum, quorum patrocinio, exemplo, & imitatione felix augurium pié deducamus. Et cum in astris hoc die delirarent Gentiles, per Astra, & Asteritem, Christianizata Themata iis Sanctis accommodanda habes num. 921. & 922. Insuper cum apud Veteres fuisset & hic dies Victorialis, per picturas *Victoriæ* plura habes supra Christianizata Themata. Martyrol. Rom. Mascul. Encomion. 242. Breviar. Franc. Martyr. Franc. 15. die Sept. Themata.

1050 Inter alios hodiernos Sanctos, veneratur *S. Ætherius* : quare verte considerationem ad *Æther*, seu Ætheream regionem planetarum, locum *separatum* ab inferioribus, *expertem* corruptionis, & noctis, *altum*, *igneum*, aut inflammatum, & perpetuò *splendentem*, cujus splendor sub sphera cœli per mundi ambitum rutilat, & refulget. Hinc hodiernos Sanctos Æthereos encomia : quia *Separatos* à mundanis affectibus, *Expertes* corruptionis peccati, puritate vitæ, *Igneos* charitate, *Altos* meritis, *Splendentes* hic virtute, & exemplo, & in Cœlo gloria. S. Isidor. Anglicus lib. 8. cap. 5. Bercho. in Red. lib. 5. cap. 5. Themat.

DIES XXVIII.

A. D. 809. 1051 Hic dies, qui & 5. Kal. Augusti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. quo Romæ agebant *Ludos votivos*, per *sex dies* extensos, ex dictis num. 1043.

Neptunnalia sacra dicata *Neptuno*. Ita Vet. Kal. & cum eo Hospinianus marginatus de origine Festorum. Hospin. cap. 20. fol. 121.

Dies à Veteribus Romanis habitus lætus, & jucundus, quo *Cereri* offerebant *Lac*, *Vinum*, & *Mel*. Ita cum Vet. Kal. Hospinianus marginatus, & Masculus, ac Beyerlinc. Mascul. fol. 313. Theatr. Vit. H.

Dies *Funestus* Romanis, ob exitum, & mortem Catholici Theodosii II. Imperatoris, qui ex hac luce migravit ad æternam Anno Domini 450. vt ait Reusnerus, & cum eo Tamayus. Reusn. in Diar. Hist. fol. 113. Tamay. hoc die.

1052 Prophanitati hodiernæ Veterum Romanorum, aliorumque Gentilium, opponimus religionem Sanctorum hodiernorum, vti fuére *plurimi Martyres* Thebaide in Ægypto passi, sub impiis Decio, & Valeriano, ex quorum martyrum numero, alter, post equuleos, lamminas, & sartagines Martyrol. Rom.

supe-

Digitized by Google

superatas, melle perunctus ligatis manibus post tergum sub ardentissimo sole fœcorum, ac muscarum aculeis acerrimis excruciandus fuit expositus: alter interflores molliter vinctus, cum ad eum impudicissimum scortum venisset, vt in libidinem concitaret, præcisam morsu linguam in blandientis faciem expuit. *Eustathius* qui post varia tolerata tormenta demersus in flumen, & inde ab Angelo ereptus, demum è Cœlo adveniente columba, ad præmia æterna vocatus: *Acatius*, qui post diversas pœnas in fornacem injectus, ac Dei ope servatus illæsus, abscisso capite complevit martyrium: *Nazarius*, & *Celsus*, *Victor* & *Innocentius* Pont. Max. ille martyr, iste Confessor, cum cœlitibus associantur *Sampso* præsul, & *Peregrinus* Presbyter. *Eustathium* dixi: nam sic, non *Eustachium*, lego in quatuor diversas editiones Martyrologii Romani. Cum igitur hoc die, in sua Cerere delirarent Gentiles per lac, vinum, & Mel, habes Themata christianizata hodiernis Sanctis accommodanda supra. Per *Lac*, num. 571. Per *Vinum*, num. 683. Per *Mel* num. 1032.

Themata.

1053 *Alter* tandem è Sanctis hodie cultis est *Nazarius*, qui interpretatur *Consecratus*, *Mundus*, *Separatus*, *Floridus*, & *Custodiens*: quare per suum nomen, eum encomia, *Consecratum* Dei obsequio: *Mundum* puritate vitæ: *Separatum* à terrenis affectibus: *Floridum* virtute, merito, exemplo: *Custodem* patrocinio.

Hist. Lob. Lect. 97.

Thema.

DIES XXIX.

A. D. 210.

1054 Hic dies, qui & 4. Kal. Augusti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. quo Romæ agebant *Ludos votivos* per *sex dies* extensos, ex dictis num. 1043.

Ater dies Romanis, & infaustus, nulloque alio insignitus suffragio, ex Macrobio, Beyerline in Theatro V.H. ac Tamayo, & Masculo.

Martyrol. Rom. Mascul.

1055 Hic igitur dies Veteribus Romanis Ater, & infaustus, nobis sit candidus (quippè sacratus est *Marthæ* Virgini hospitæ Salvatoris nostri, & Sorori Beatæ Mariæ Magdalenæ, & Sancti Lazari, ac Virginum parenti: quare meritò ipsi adjunguntur *Lucilla*, & *Flora* ornatæ duplici Laurea Virginitatis, & martyrii) quanquam & ex parte purpureus est dies præsens, propter cruorem effusum plurimorum martyrum; ij sunt *Simplicius*, *Faustinus*, *Engenius*, *Antoninus*, *Theodorus*, & alij cum quibus, & *Olavus* Norvegiæ Rex, & *Felix* 2. Pont. Max. Choro martyrum associati; atque his annumerantur cœlitibus *Faustinus* alter, *Seraphina*, & *Prosper* Aurelianensis præsul; qui omnes ad *Martham* ornandam, felicissimo Dei hospicio dignam, convenisse videntur. Cumque hoc die versaretur gentilitas in spectaculis suorum ludorum, spectaculis prophanis opponimus religiosa hodiernorum Sanctorum spectacula septem, ex num. 1045. Vnde habes Thema applicandum hodiernis, qui facti sunt spectaculum *Mundo*, *Angelis*, & *Hominibus*. *Mundo* mundana despiciendo: *Angelis* eos puritate imitando: *Hominibus* eos in admirationem virtute, constantia, sanctitateque vitæ ducendo.

Themata 1.

1. Cor. 4. v. 9.

Thema. 2.

1056 At inter tot religiosa veneranda, admirandaque spectacula hodiernorum Sanctorum, hospitam Christi consideremus *Martham*, *Facundam* valdè, *Gratiosam* omnibus, *Mirabilem* puritate, sanctitate, miraculis: vnde habes Thema ad encomiandam tam celeberrimam heroinam Virginem, & Christi hospitam regiam: quæ post Christi ascensum miraculosè in Galliam profecta, ibi Virgines Deo consecravit, Gallos ipsos vera religione imbuit, & abolita superstitione veteri, aqua lustravit, diem sui obitus ante per annum revelatione scivit, Angelicos choros vidit, ipsique morienti Christus apparuit, eique præmium hospitalitatis rependit, atque ad cœleste regnum invitavit decens: *Venit hospita mea dilectissima: quia sicut tu me in domum tuam recepisti, sic ego te in Cœlum mecum recipiam.* Hornavitque Christus sepulturam *Marthæ*, quæ, Lyrano teste, interpretatur *Amaricans*, *Provocans*; *Doctrix*, & *Domina*. Vnde pro tanta heroina alterum habes Thema, eam encomiando; *Amaricantem* stupenda pœnitentia, voluntariè amore Christi susceptа; *Provocantem* exemplo; *Doctricem* christiana prædicatione, doctrinaque Christi; *Dominam* potestate à Christo accepta ad crebra miracula patranda.

Hist. Lombar. lect. 100. Breviar. Rom.

Thema. 3.

Mascul. cit. Alap in Luc. 10. v. 38.

Lyran. lib. Differen.

Thema. 4.

DIES XXX.

A. D. 211.

1057 Hic dies, qui & 3. Kal. Augusti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Digitized by Google

Dies 5. quo Romæ agebant *Ludos votivos* per *dies sex* extensos, ex dictis num. 1043.

Dies à Gentilibus *sacratus defunctis*, ex dictis cum Suida, & Bungio num. 49. die 30.

Quo die Græca juventus se exercebat in *Ludis Olympicis*, *cursu*, *saltu*, & *Disco*, quos Ludos per *quinque* dies extendebant, ex dictis cum Cæsare Calà dicto num. 49. die 30.

Celebris Romanis dies, ob duplicem victoriam; quarum alteram C. *Iunius Bubulcus* de *Æquis* reportavit anno Vrbis conditæ 451. Alteram C. *Marius* V. Coss. ad Vercellas de *Cymbris* reportavit anno conditæ Vrbis 653. aut 652. vt Reusnerus, Tamayus, & alii notant; Ita vt honor Triumphi tantis Ducibus deferretur.

Theatr. V. H. Orof. lib. 5. Tamay. hoc die. Beusn. fol. 113.

1058 Hic igitur dies Gentilibus illustris ob suorum partas victorias, multò nobis illustrior, ob proclarissimos triumphos reportatos de gentilitate à nostratibus. Hi fuére Persarum reguli duo *Abdon*, & *Sennen*, qui plumbatis cæsi, bestiis objecti, & ab ipsis Leonibus, & vrsibus nihil læsi, (imò advolutis, & custodientibus martyres) superatis aliis tormentis, jugulati consummarunt martyrium: *Rufinus* illustratus Petri Damiani digno calamo; ac heroinæ *Maxima*, *Donatilla*, *Secunda*, ac *Iulitta* omnes martyres, illæ & Virgines, quæ post dira superata tormenta, jugulatæ consummarunt triumphum: ista in ignem conjecta spiritum Deo reddidit: corpus autem à flamma remansit illæsum; cumque sepeliretur honorificè in vestibulo templi, divino miraculo, fons è terra mox erupit. Cumque hic dies apud veteres triumphalis foret per coronas triumphantium num. 784. per triumphos num. 133. per triumphantium classes, & colores num. 813. plura habes supra christianizata Themata hodiernis Sanctis accommodanda. Rursus cum hoc die Græca juventus in Ludis Olympicis exerceretur, in quibus Victores coronabantur *olea*. Hinc pro hodiernis Sanctis veris victoribus per *Oleam*, aut *Olivam* Themata habes die 27. Aprilis num. 588. hodiernis Sanctis adaptanda.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die Hist. Lomb. lect. 101. Baronius hic.

Themata.

Themata.

1059 In *Ludis Olympicis*, actis hoc die à Græca juventute, se exercebant juvenes *Cursu*, *Saltu*, & *Pila*, aut mola rotunda: vt dixi num. 49. die 30. Verte igitur hæc ad sacra, & hodiernos Sanctos veros ludentes, vsque ad consummatam victoriam encænia: per *Cursum* virtutum: *Saltum*, aut Nemus exemplorum fructuum meritorum, & doctrinæ: *Pilam*, aut molam adversitatum, & tormentorum tolératorum pro Christo Dño.

Thema.

Laureus.

DIES XXXI.

1060 Hic dies, qui & Pridie Kal. Augusti, *Comitialis* notatur in Kalendario Maffeiano.

A.D. 212.

Dies 6. & vltimus, quo Romæ agebant *Ludos votivos*, ex dictis supra num. 1043.

Dies 2. quo Græca juventus in *Ludis Olympicis* exercebatur *Cursu*, *saltu*, & *disco*, ex dictis num. 49.

Dies ab Athenensibus dicatus *Demetrio*: quia ipsis maximè victoriis claro, vt ex Alexandro, & Masculo dixi num. 49. die 31.

Quo die Gentiles sacrificabant *Soli*, ex Plutarcho, & Novarino: ac *Laribus* ex Ovidio, & Gyraldo, vt dixi citato num. 49.

Hoc Mense Romani ad placandum *Canicula* Sydus, frugibus inimicum, canes mactare solebant, easque Rufas adhibebant, quod sacrum *Canarium augurium* nuncupabant, vt ajunt Festus, Alex. ab Alex., & Gyraldus; Ad quod pertinent Columellæ sequentia carmina:

Hinc mala rubigo viridis ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur & extis.

Fest. lib. 3. c. 12. Gyraldus Synt. 17. Colum. de Re Rust. lib. 10. Ap. Tamay. hoc die.

Quæ sacra Caniculæ, seu mactationes *canis rufæ* fiebant ad portam *Catularian*, sic dictam ob *Catularum* mactationem, pro placando Sydere frugibus infesto, vt cum Festo, & Stephano in *Diction.* Tamayus hic notat.

Tamay. hoc die. tom. 4. pag. 93 propè finem.

1061 Hic igitur dies veteribus Athenensibus festivus, & lætus, Demetrio sacratus: ipsis, merito clarus ob partas victorias: at nobis verè lætus ob præclarissimas, veraque victorias nostratum: ii fuére *trecenti quinquaginta* Monachi; *Calimerius* præsul, *Fabius*, *Dionysius*, *Secundus*, & *Democritus*, omnes martyres illustres, quibus associantur libenter ad gloriæ coronam, & *Firmus*, præsul illustris, confessionis gloria, & *Germanus* Antisiodorensis Episcopus, genere, fide, doctrina, & miraculorum gloria clarissimus. Adhærent his duo celeberrimi Patriarchæ *Ioannes Columbinus* Jesuatorum institutor.

Digitized by Google

tur, ac *Ignatius* Jesuitarum Pater, fundatorque inclytus, vterque enim cognatione quadam, & nominis, & virtutis indidit familiæ suæ. Pro iis igitur, & præcipuè pro *S. Ignatio*, plura victorum Themata præcedenti die habes accommodanda, num. 1058. & num. 1059. per *Cursum*, *Saltum*, & *Pilam*, vertendo Ludos Olympicos Veterum in tam præclarissimi Patriarchæ honorem, & gloriam. Qui de tam Celeberrimo Patriarcha plura alia desideret, videat Tamayum tom. 4. hoc die Martyrol. Hisp. à pag. 300. vsque ad 320. inclusivè.

Themata.

1062 *Demetrium* hoc die colebant Gentiles Athenienses. Fuit hic Demetrius filius Antigoni Asiæ Regis, qui *Demetrius Poliorcetes* fuit nuncupatus, ab excogitandis machinis bellicosis. Fuitque vir luxuriosus, multisque implicatus vitiis. Nihilominus à cæca gentilitate Græcorum maximè cultus, & veneratus. Causa, & origo fuit quia cum Græcia mansisset subjecta jugo Macedonum, Antigonus, & Demetrius maximè desiderarunt Græciam vniversam à jugo Macedonum liberare: Magno navali exercitu Demetrius Athenas devenit die 26. Mensis Thargelionis, ex improviso applicuit. Signo dato ex navi postulavit silentium. Quo dato per præconem pronuntiavit, se venisse parentem ad liberandum Athenas, præsidium eiiciendum, leges pristinas, & Rempublicam reddendum. Quare vulgus Atheniensium, & clypeos deposuerunt ad Demetrii pedes, & eum exceperunt ingenti plausu, & clamore, eum acclamando *benefactorem*, & *servatorem*. Pulsoque præsidio, ipsis Atheniensibus restituit veterem Reipublicæ formam. Quare Athenienses publicè decrevère, vt Demetrius, & ejus pater Antigonus Reges regum appellarentur, & vocarentur Dii servatores: ipsi Demetrio ara erecta vbi primò è curru descendit: quem Athenis venientem non solum fumorum *odoribus*, *coronisque*, ac *vina* fundentes excipiebant, sed & ei occurrebant chori cum cantilenis tripudiantes, & canentes. Tripudiabat autem multitudo, & cantabat: *solus hic verus adest Deus, reliqui autem dormiunt, vel peregrinantur, aut certè non sunt*. Sicque (vt Sabellius refert) delirabant in hominem luxuriosum, vitiisque implicatum, qui vtebatur vestibus, calceisque aureis. Cui Demetrio tot statuerunt Athenis statuas, quot tunc ea natio numerabat dies anni, trecentos videlicet, & sexaginta, vt singulis diebus singula responderent gratitudinis signa. Quod si cæca gentilitas ita hoc die delirabant in suum Demetrium Poliorcetem, sic nuncupatum à machinis bellicis excogitandis; tanta abjecta prophanitate gentilium *vinum*, *odorem*, & *coronas* in Ignatii honorem vertamus, cum encomiando per *Vinum* ardentissimi amoris in Jesum-Christum: per *Odorem* famamque virtutum, exemplorum, miraculorum: per *Coronam* gloriæ.

Demetrius. Plutarch. in Demerito. Sabellius lib. 7. Aenit. 4. Theatrum V. H. lit. L. fol. 98. & lit. A. à fol. 111. Mascul. in Prolog. Fastorum.

Thema 1.

Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 37. fol. mihi 760.

1063 Cælius Rhodiginus, cum Galeno, trifariam fructus distinguit, in *Demetrios* Græce, quasi *Cereales* Latinè; quo nomine complectitur frumenta: *Horeos* ortos suo Canicula, quam Græci vocant Horam, & *Oporas* Latinè Pomarios, quos & *Lactarios*, & *Dulciarios* nominat: quam trifariam fructuum distinctionem vertimus in S. Ignatii honorem, tanti Patriarchæ encomiando fructus; alios *Demetrios* qua bellicosos contra carnem, mundum Dœmonem, & hæresim: alios *Horeos* quo ortos sub Canicula ferventissimi amoris Dei: alios *Oporas* Lactarios, & dulciarios, tales nominamus fructus libelli exercitiorum, tales quos Sanctus percipiebat in extases, & præcipuè in illa, in qua sine vllo cibo, & potu duravit per octiduum, & cum igneus splendor eum circumdedit, faciesque ipsius, & ardere, radiosque emittere fuit conspecta. Nato infantulo, parentibus interse disidentibus de nomine ipsi imponendo, infans è cunis (P. Lacerda teste, & Engelgrave cum ipso) profatus est: *Ignatius est nomen meum*. Idque & stupendo miraculo, felicique nominis omine: nam *Ignatius* dicitur *quasi ignem patiens*, idest, *ignem patiens divini amoris*, & *S. Ignatius de Loiola* Anagrammatismo dicitur: *O Ignis à Deo illatus*: quare tantum Heroem contempla, & encomia *Igne* renatum, *Igne* educatum, & elevatum: *Igne* orbem illuminantem. Ipsique Sancto accommoda per Ignem Thema adductum die 6. hujus num. 941.

Thema 2.

Vita. S. & cum plur. Engelgrave ser. 8. Hist. Lomb. lect. 36.

Thema 3.

Themata 4.

AUGUSTUS.

1064 SEXTILIS fuit dictus iste Mensis, eo quod sextus à *Martio*, olim anni principio, esset: postea in honorem Augusti Cæsaris *Augustus* fuit nominatus, ex Senatus Consulto, cujus verba subjicimus: *Cum Imperator Cæsar Augustus mense Sextili, & primum consulatum inierit, ex Janiculo legiones deductæ, secundique fuit ejus auspicia, ac fidem, & Ægyptus hoc mense in potestatem, ditionemque populi Romani redacta est, finisque hoc mense bellis civilibus impositus sit, atque ob has causas mensis hic populo Romano felicissimus sit, ac fortis: placere Senatui, ut hic mensis, Augustus appelletur.* Augustus igitur Cæsar quamquam in Septembri natus: Sextilem suo honoravit nomine ob præclaras victorias hoc mense reportatas, ut Suetonius, & alii notant.

Cæsar Calàq 3. de Feriis n. 16. fol. 97. Sueton. cap. 31.

1065 Ex Romuli constitutione Mensis iste fuit dierum 30. quem numerum mutans *Numa Pompilius* eum tantum reliquit diebus 29. donec Julius Cæsar Anni circulum dirigens in melius, dies 31. Sextili assignavit, quos adhuc retinet post emendationem Gregorii XIII. Pont. Max. Fuit Ethnicorum sæculo Mensis iste in tutela *Cereris*, eo quod ipsa habita fuisset Dea frugum, & messium: quare hujus Mensis tutela *Cereri* fuit commissa, quam hinc depinxerunt redimitam *spicea corona*, ut Ovidius eecinit:

Manil. lib. 2. Astron. Ovid. lib. 3. Eleg.

Flava Ceres *tenues* Spicis *redimita Capillos.*

Picturam hujus Mensis habes in Diario Sacro num. 2291.

1066 Varie hic Mensis nominatus fuit, ab Hæbreis *Elul*: ab Ægiptiis *Thot*: ab Abissinis *Musri*: à Persis *Abani* à Saracenis *Scabub*: à Cypris *Sebastus*: à Macedonibus *Dorus*, vel *Lous*: ab Athenienſibus *Bædromion*, quo nomine Græci hunc mensem appellarunt à Bœdronis, quæ celebritas erat, velut excursioni similis, quæ cum acclamatione fiebat: unde deductum videtur vocabulum à *voce*, scilicet, & *cursu*: vel ab *ope danda*: quare die 1. huius Mensis agebatur *Bædromia* solemnitas in honorem *Iovis* ob victoriam partam ope ipsius Ethnicorum opinione: à Latinis hic mensis nominatur *Augustus* ab aliis aliter. Quibus absolutis pergo ad Fastos Ethnicorum.

Gyraldus Synt. 17. fol. mihi 422. num. 10.

DIES I.

1067 HIc dies, qui & Kalendæ Augusti, *Nefastus* notatur in Kal. Masciano. A.D. 443.

Dies dicatus *Ianoni*, ex Tamayo *Iano*, ex Roman: *Soli*, & *Omnibus Diis*, ex ipso Roman, & Alexandro, ab Alex. ex quo & *Lari familiari* sacrificebant hoc die Gentiles, ut omnia reculimus num. 49. die 1.

Hoc die Romæ *Senatus legicimus* decreto Augusti, ut ex Tranquillo, & Bungio, citato loco dixi.

Festum *Spei* actum. Olitorienſi hisce Kalendis actum, ob templum ibi Spei dedicatum hoc die. Romani igitur multis sacris Spem venerabantur, ut hostiles impetus fortiter eluderent, malorum impetus depellerent, victorias obtinerent, & optima, quæ spectabant, consequerentur, ita margarita, cumquibus omnia Hospinianus observat.

Vet. Kal. Rom. lib. 4. cap. 4. Hospin. cap. 22. fol. 129. Cyral. de Mens. fol. 418.

Hisce & Kalendis celebrabantur Romæ *Ludi Martis Equestris*, in quibus certamina equestria exhibebantur: eo quod hoc die *Martis* ædes consecrata fuit extra portam Carpenam: quare Romanis dies *hilaris*. Ita Gyrald Rosin. & Hospin. marginati, cum Dione lib.

Festum vocatum *Bædromia* ab Athenienſibus actum, ob parram victoriam, aut ope *Ianonis*, ut alqui volunt, aut *Iovis* ope, ut vult Gyraldus, & Hospinianus notat, addens aliquos velle ex Plutarcho, hoc festum Athenis celebratum, ob prælium à *Theseo* feliciter gestum adversus *Amazones*. Vnde & nomen ob id mense indictum. Hospin. cit. c. 22. fol. 125.

Xenias victus, hoc die, ut putant aliqui ex Plutarcho apud Rosinum citat. Masc. in Prolegon. Mens. August. fol. 338. num. 1. Reusn. in Diar. Histor. fol. 116. Tamay. tom. 4. fol. 322.

Celebris apud Romanos præsens dies *Triumphalis* duplici triumpho, altero *Romuli* de Camerinis: altero *Q. Fabii Maximi* de Samnitibus. Hic anno Vrbis conditæ 260. Iste anno conditæ Vrbis 462. ut cum Rosinero, & aliis, Tamayus hoc die.

Lucina. Calà quæst. 1. n. 147. fol. 39. Terent. in Adr. act 3. Virg. in Pollionis Ecl.

1068 In Kalendis omnibus, ut dixi num. 66. colebant *Iunonem*, quam & Dianam, & *Lucinam* nominarunt, ut ibi dixi, quamplures sentent. Dieſque festos *Lucinæ* dicabant, tanquam Deæ partium, præsidique ipsorum, quam ex Terentio, & Virgilio invocabant sic:

Iuno

Digitized by Google

Iuno Lucina fer opem.
Casta fave Lucina tuus jam regnat Apollo.

Fuit igitur *Iuno* opinata & *Luna*; & *Lucina* quam in pariendo invocabant, vt cum Cicerone Gyraldus obſervat: quam vocitarunt *Lucinam* à ferendo partum in lucem, vt cecinit ſic Ovidius:

Gyral. Syn. 11. Bung. de num. 5 fol. 295.

Dicite en lucem nobis Lucina dediſti.
Dicite. Tu; voto parientis ades.
Si qua tamen gravida eſt reſoluto crine precetur,
Vt ſalvat partus molliter illa ſuos.

Sunt qui *Lucinam* dixerunt, eo quod præſſet *oculis*, & *Luci*, vt placet Plinio in ſua naturali Hiſtoria marginato. Sunt qui *Lucinam* deducunt à *Lucu*, qui erat locus in Exquiliis ſacratus *Iunoni*, vt Ovidius dixit ſequentibus verſibus:

Ovid. in 3. Faſt.

Gratia Lucina dedit hæc tibi nomina Lucus,
Aut, quia principium, tu Dea, lucis habes,

Plin. lib. 16. c. 44

De quo Lucus Cæſar Galà cum Marlian. Narvone, & aliis tradit fuiſſe eam exquiliarum partem, quæ apud montem Cælium vergit, è Regione Baſilicæ Lateranenſis, quæque Mecculana dicitur, & apud antiquos dicebatur regio Taberlona. Dixeruntque exquilinum *Lucum* via Taberlonæ, vbi *Lucinæ* pro partus diſcrimine, & difficultate invocari ſolebat, ſic:

Plutarc. Teren. Calà cit. fol. 40.

Perii mea matrix, obſecro te, vterum dolet,
Iuno Lucina, tuam fidem.
Iuno Lucina fer opem, ſerva me obſecro.

Putabant igitur Gentiles Lucinam efficere, vt conceptus ad perfectam maturitatem, pervenirent: eandem dare embrionibus incrementum, & eoſdem perdere: quare ipſi tribuebant curam parturientium.

1069 Quanquam nedum *Iuno*, ſed & *Diana* fuit à veteribus cognominata *Lucina*, vt retulimus. Alii exiſtimarunt neutram ita nominandam, ſed aliam quandam mulierem, quæ ab Hyperboreis montibus Delum, ſuppetias *Latonæ* parturienti latura advenit, indeque ad alias gentes ejus nomen, & cultus manavit, vt vbique ei templa, aræ, ſtatuæque conſecrarentur, vtque omnium Deorum ortum præceſſiſſe putaretur, cum ejus ope, opus habuiſſent vt in lucem ederentur. In quam opinionem fuerunt, & Licius quidam Poëta, & Pauſanias apud Cartarium, apud quem multipliciter pingebatur *Lucina*.

Cartar. de Imag. Deor. a fol. 73.

Primò rude ſignum, habens aliquam mulieris ſpeciem, tectum tamen velo, ne pateret aſpectui vllius. Pictura. 1.

Secundò apud Athenienſes ſimulachra *Lucinæ* non videbantur niſi tecta, auctore Pauſania. 2.

Tertiò in templo quodam vetuſto cujuſdam Achaiæ partis, *Lucinæ* oſtendebatur ſimulachrum, cujus facies, manus, & pedes erant marmorei, cætera membra lineo velo obtegebantur manuum altera *clavum*, altera *ardentem facem* præferebat: ea ratione, vel quod partus dolores igni æquentur, vel quod hæc Dea naſcituris infantibus præluceret. 3.

1070 Alii putarunt *Lucinam* fuiſſe terram, eo quod produxat herbas arbores, flores, & fructus; habeat montes, & ſilices, ex quibus exiit ignis, ex ea eleventur vapores vnde gignantur cometæ, & exhalationes accenſæ quare ipſam terram *Iunonem* à juvando, & *Lucinam* à lucendo nominarunt: quare S. Auguſtinus referens deliramenta Gentilium ait: *Lucina quæ à parientibus invocetur, opem ferat naſcentibus excipiens eos ſinu terræ, & vocetur Opis.* Quæ *Lucina*, & *Iuno*, & *Lucretia*, ac *Luna* fuit nominata à juvando, & lucendo, quam colebant matronæ Romanæ putantes eam dare lucem naſcentibus: quam & *Opigenam* nominarunt opinantes ferre opem laborantibus in partubus, cui dicarunt templum in Exquiliis Kalendis Martiis, vt eo die dixi.

Moya in Philoſoph. ſecret l. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 4. S. Auguſt. lib. 4. de Civit. cap. 11. Roſin. lib. 2. cap. 6. Vives in 4. Civ. cap. 11.

1071 Hoc igitur die, quo vetus Roma in ſuis delirabat triumphis, nobis veri triumphi occurrunt: quare Romæ in Exquiliis *Petro* duci religionis dedicatum templum, vinculis quibus fuerat conſtrictus Chriſti Vicarius dies feſtus inſtitutus, & honos, qui hoc die prophanis Gentilium ſolemnitatibus tribui ſolitus erat, *Petri* vinculis haberi cœptus, quæ multis illuſtrata miraculis, tacta & ægros ſanabant, & dæmones eiiciebant. Nobili triumpho, de Antiocho Epiphane, triumpharunt hoc die *ſeptem fratres Machabei*, cum Matre ſua, vt ſacra narrat hiſtoria, ipſorum adduxi nomina in Diario Sacro die 25. Novembris num. 2521. Aliique plures illuſtres martyres triumpharunt hoc die, vt *Euſebius* præſul Vercellenſis, *Juſtinus*, *Felix*, & Lucius natione Hiſpanus, origine Gotholanus, ex vrbe Barchinon ſi oriundus, ipſiuſque Civitatis Epiſcopus, qui propter Chriſti fidem in Neronis

Martyrol. Rom. Breviar. & Bar6.

2. Mac. cap. 7.

ronis sata persecutionis procella, per innumera tormentorum flagra, ad æternæ gloriæ requiem strenuus agonista pervenit, & martyrio coronavit Kal. Augusti, anno Domini 69. Quibus ad constantiam passionis associantur *Alexander*, *Leontius*, & alii passi in Pamphilia; *Bonus*, *Faustus*, & *Maurus*; cum sociis novem laureati Romæ, & præter alios, in Arabia laureatos; in ipsa Roma heroinæ Virgines *Fides*, *Spes*, & *Charitas* coronam martyrii, sub Hadriano tyranno adeptæ. His veris triumphatoribus meritò associatur Viennensis præsul *Verus*. Pro quibus veris triumphatoribus plura habet supra Themata per triumphos veterum, ac triumphantium *classes*, *colores*, & *coronas*.

Themata.

1072 Celebrat Ecclesia hoc die, magno urbis confluxu, festum vinculorum *S. Petri*, quæ vincula insigni encomio celebrat S. Chrysostomus, aut potius S. Proclus, aut Germanus, apud Surium, & Cornelium: quia hæc vincula *Cingunt* Ecclesiam, *Reddunt* contra hostes invictam, *Coronant* vertices Christianorum, vt ii sint ab inimicis intacti, *Operantur* in fideles consolationem, miracula, quod referimus ad *Petrum*, qui iis fuerat vinculatus. Quare S. Apostolum invocemus, vt propter suas catenas *Liget* nostrarum animarum vulnera, *Devinciat* barbaros, *Educat* captivos, nosque *Armet*, *Muniat*, & victoriis, ac trophæis *Coronet*.

Surius 1. die Augusti. Alap. in Act. 12. v. 6. Thema. 1. Thema. 2.

1073 Dixi quod hoc die colebant Gentiles Romani *Spem* multis sacris, vt hostiles impetus fortiter ejicerent, malorum impetus depellerent, & optima, quæ spectabant, consequerentur. Pro hieroglyphico *Spei* posuerunt, (Pierio teste) & candidum *lilium*, & purpuream *rosam*. De *Spe* fabulantur Gentiles habuisse plures sorores, quibus fugientibus in cœlum, sola inter homines *Spes* remansit. Cui dicarunt Templum in *Toro Olitorio*, vbi (teste Gyraldo, cum Livio) simulachrum Spei fulmine ictum, Templumque incendio conflagratum: quare post in septima vrbis regione, via lata novum *Spei* construxerunt Templum. Spem pingebant Romani:

Spes.

Pier. Val. lib. 55. à fol. 401. Rosinus lib. 2. cap. 18. Gyrald. synt. 1. à fol. 131. Cartar. lib. 7. de Exp. hom. 1.

Primò Fœminam stantem, cinctam, discalceatam, attollentem sinistra non nil vestis, dextera gestantem lilium, aut vas in similitudinem floris, cum hac inscriptione: *Spes P. R.*

Pictura. 1.

Secundò pingebatur Fœmina stans, gestans lilium manu dextera, & cum hac inscriptione: *Spes Reipublicæ*, aut *Spes Augusta*.

Tertiò, effingebant *Spem* Deam indutam veste *virenti*, sedentem supra delium, gestantem manu cornicem, aut Nemesim, vt aiunt marginati Rosinus, & Gyraldus.

Quartò, vt antiqui *Spem* exprimerent, depingebant (Minorita Cartagona teste) fœminam quandam à vertice capitis, vsque ad plantas pedis, *ex nubibus compactam*.

His igitur picturis suam fabulosam *Spem* exprimebant, cui tribuebant jam *lilium*, jam *rosam*, jam *cornicem* avem, magnæ industriæ, summè diligentem filios, & sua voce significantem pluviam, vt cum S. Amb. & Plinio, Berchorius tradit. Quare Christianizando præfata attributa, ea verte in hodiernorum Sanctorum honorem, eos encomiando *Lilios* candore vitæ; *Roseos* charitate, aut martyrio; *Cornicesque* qua *industriosos* in Dei obsequio, clientes suos diligentes, voceque deprecativa pro ipsis clientibus, velut pluviam beneficiorum obtinentes. Amplius & picturas Christianizando: ex 1. hodiernos Sanctos encomia *Cinctos* virtutibus: ex 2. *Lilios* puritate, castitateque: ex 3. *Viridis* honestate vitæ, & exemplo: ex 4. *Nubeos* protectione suorum clientum.

Berchor. in Red. lib. 7. cap. 22. Thema. 3. Thema. 4.

DIES II.

A. D. 814.

1074 Hic dies, qui & 4. Nonis Augusti, *Ater*, & Infaustus primò fuit Romanis, eo quod ipsi ab *Annibale* ad Cannas miserè trucidati, intuiti sunt quasi deperditum Vrbis splendorem, anno conditæ 538. *Quintilius* quoque *Varus* cum tribus legionibus in saltu Theutoburgensi ab *Ariminio* Principe Cheruscorum trucidatus est, quamobrem factum, vt quartus quisque dies ante Kalend. vel Nonas, vel Idus cujusque mensis diceretur *Ater*, & innominatus haberetur, vt aiunt Macrobius, Masculus, & Tamayus.

Macrob. Masculus & Tamay. hoc die. Vide in fine huj. numeri.

Quamquam dies primò *Ater*; post Romanis ipsis dies hic fuit *Candidus*, & *Lætus*, ob victoriam *C. Cæsaris* de Citeriori *Hispania*, vltimòque Hispania victa, & in Provinciam Romanorum redacta. Quare triplex pompa habita est Romæ de victoria Hispaniensi, *actaque Feriæ*, seu festa *per dies quinquaginta*, vt Rosinus cum Vet. Kalendariis, & aliis notat.

Vet. Kalend. Rosin. lib. 4. cap. 12. Gyraldus de Mens. fol. 616. Dio. lib. 43. Suet. cap. 36.

Qui

Qui dies, sic notatur in Kal. Maffeiano: *C. Fer. hoc die C. Cæs. Hisp. vic.* ideſt dies *Comitialis*, quo C. Cæſar Hiſpaniam vicit.

Dies dicatus *Semideis*, & varonibus heroicis. Tum & ſacratus *Diis Manibus*, ex dictis cum Roman, & aliis ſupra num. 49. die 2.

Plut. in Sympoſio Bung. fol. 86. Hoſpin. cap. 21. fol. 125.

Hunc 2. diem menſis *Boedromionis*, ſic ab Athenienſibus vocati, eximunt Athenienſes à menſe: quia credebant hoc die contigiſſe contentionem *Minervæ* cum *Neptuno*. Quare hunc diem, *Atrum*, & oblivioni deſtinatum habuerunt.

Macrob. 1. Sat. cap. 16. Calà quæſt. 4. n 273. Flor. lib. 5. Anal.

Dies *poſtridie*, aut poſtriduanus Kalendis, & quia in eo paſſa cladis relata Cannenſis pugnæ, hunc & alios *poſtridianos* dies *Atros*, & *infauſtos* appellarunt, & habuerunt, ex Macrobio, & Cæſare Calà. De qua clade ait Florus: Æmilio Paulo, & Terentio Varrone Coſſ. & Ducibus cum maxima clade adverſus *Annibalem* ad Cannas pugnatum eſt; cæſaque eo prælio Romanorum quadragiuta quinque millia, cum Paulo Conſule, & Senatoribus octoginta: Conſularibus, atque prætoribus, aut ædilitiis triginta. Idque contigit (Bungio teſte), anno duodecimo ſupra ducenteſimum ante adventum Chriſti Salvatoris. Ob quam cladem Veteres Romani *Atros*, & *Infauſtos* habuerunt *poſtridianos* dies Kal. Nonis, & Idibus cujuſque menſis, & *quartos* ante Kal. vel Nonas, vel Idus menſis cujuſque, vt ſæpé notat Macrobius, ac cum ipſo Calà, Maſculus, & alii. Vide dicta in initio hujus numeri.

Bungius citat.

1075 Hic igitur dies, qui jam Infauſtus, & Ater, jam Fauſtus, candidus & lætus Veteribus Romanis extitit; nobis ſit lætus, candidus, & triumphalis, jam ob flammam illuſtris martyris *Rutilis*, in quam non niſi ad Decus videtur injectus, vtque rutilaret clarior, accedit ad ſplendorem alterius flammæ; per quam martyrium conſummavit heroina matrona *Theodota* cum *tribus filiis*: jam ob lauream, quam præſe ferebat nomine, & re ipſa ante aram adeptus eſt *Stephanus* Pont. Max. jam quia iis aſſociatus ad coronam gloriæ maximam *Maximus* Patavienſis præſul, clarus miraculis: jam ob *Dedicationem* Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Angelorum (quæ & *Portiuncula* nuncupatur) habitæ à Seraphico Patre noſtro S. Franciſco ſummo in honore, quam & ſui Ordinis caput inſtituit, & in ea Indulgentiam plenariam omnium delictorum à Chriſto Domino, Sanctiſſimæ Deiparæ Virginis interventu, obtinuit, tàm pro ſe, quàm pro cæteris fidelibus, hac die, eam pié viſitantibus; quam Honorius Papa III. vt Chriſti Vicarius ſe ejuſdem Chriſti mandato confirmavit, ac Gregorius XV. ad omnes Eccleſias Ordin. Minor. ampliavit, & Innoc. XI. etiam pro defunctis conceſſit. Quam dedicationem relatus Honorius juſſit fieri à ſeptem Epiſcopis Aſſiſiatenſi, Perufino, Tudertino, Spoletano, Fulginatenſi, Nucerino, & Eugubino, & quod prædictam Indulgentiam ſolemniter publicarent perpetuò plenariam lucrandam; dummodo contriti, & confeſſi, ædem viſitando intrarent. Cumque hoc die occurrant & veri triumphatores, & Dedicatio Eccleſiæ, per veterum triumphos, & Dedicationes habes ſupra num. 133. & 784. ac 946. plura Themata, quæ ne actum, & dictum repetam, hic ſubticeo. Themata.

DIES III.

A.D. 215.

1076 Hic dies, qui & 3. Nonas Auguſti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano: *Nundinarum* ab Alex. lib. 3. cap. 10.

Dies 2. ex quinquaginta, quibus Romani egerunt *Ferias*, & *Feſta*, ob Hiſpaniam ſubactam, ex dictis cum Roſino num. 1074.

Ægyptii hunc diem dicabant *Minervæ*, ex dictis cum Pierio Val. ſupra num. 49. die 3.

Hunc diem Perſæ tamquam *Lugubrem*, & diffamatiſſimum habuerunt, ob cladem paſſam à Græcis. Ita Alex. ab Alexand. Alex. lib. 4. c. 20.

Athenienſibus, Græcis, & Lacedæmonibus dies *Feſtus*, lætus, & ſacrificiis decoratus, ob duplicem victoriam reportatam de Perſis: alteram Duce *Pauſania* ad Platæas Xerxe Rege Perſarum Duce Mardonio: alteram partam Duce *Xantippo* ad Mycalem Promontorium Aſiæ in Caria. Ita Plutarchus, Herodotus, Maſculus & alii. Ac Hoſpinianus, ex libello de gloria Athenienſium ad hunc diem refert feſtum ob victoriam de Xerxe; victoriam autem ad ſequentem diem. Plut. in Camillo Herod. lib. 9. Maſcul. Tamay. Beyerl. hoc die. Hoſpin. cap. 21. fol. 125.

Quo die Platæenſes *Jovi liberatori* ſacrificabant, ob præfatam victoriam partam de Perſis, vt Beyerlinc marginatus obſervat.

1077 *Jovem liberatorem* colebant hoc die Platæenſes; quare adverto, quòd Jovis liberator, &c.

Martyrol. Rom. Maſcul. Martyr. Franc. hoc die.

Digitized by Google

quòd Gentiles *Iovem* cognominarunt *Liberatorem*, *Liberalem*, *Libertatis* authorem, & *Eleutherium*, ideſt *Servatorem*: quare nedum à Syracuſanis, & Tarentinis, ſed à Platæenſibus in Caria fuit cultus. Platæenſes igitur ob præfatam victoriam, ad Platææ ingreſſum, non longè à communi Græcorum ſepulchro, præfato *Iovi* templum, & aram erexerunt, certamen gymnicum, ludoſque cum *coronis* inſtituerunt; quos ludos appellarunt *Eleutheria*, ideſt *Liberatoria*; vt cum Pauſania, & aliis tradit Gyraldus. Hunc Jovem (Cartario teſte) depinxerunt *Stantem*, dextera *Tenentem* duas ſagittas, aut fulmina; ſiniſtra vero *Habentem* haſtam erectam, cum hac inſcriptione *Iovi conſervatori*. Sacrificantes *Iovi* erant ſtantes, induti veſte candida, ſic variata victima offerebant *Iovi*, jam *bovem* candidum, auratum cornibus, jam *agnam* albam, jam *arietem*, *&c.* cum mola ſalſa, & thure, ſtanteſque preces fundebant. Vnum non omittam, ex Dione hiſtorico, & marginato Gyraldo ſyntagmate 2. Cùm Thraſeas philoſophus juſſu Neronis, abſciſſis venis ſenſim extingueretur, manu extenſa exclamavit: *Iupiter liberator, hunc tibi ſanguinem libo*, quòd aliqui tribuunt Senecæ.

Gyrald. ſynt. 2. fol. 97. à n. 20. Cart. fol. 108. Origo feſti. Pictura.

Ritus.

Pier. Val. lib. 6. fol. 46. Gyrald. ſynt. 17. fol. 453.

1078 Hic igitur dies veteribus, jam feſtus, jam triumphalis, jam funeſtus ob cladem paſſam à Perſis, nobis ſit & triumphalis, & lætus: enim à noſtratibus ſtrenuè, feliciterque pugnatum eſt. Hi fuére, & *Indi martyres* Perſidi finitimi, qui ſeadendo vicerunt; quibus ad contexendam trabeam triumphalem commodè accedit *Lydia purpuraria*, quæ Philippis in Macedonia, prædicante Paulo Apoſtolo, prima omnium ibidem credidit Evangelio; cui aſſociantur ad coronam gloriæ *Marana*, & *Cyra*, ac illuſtres præſules *Aſpren*, *Euphronius*, & *Petrus*. Fuit denique apud noſtrates quædam quaſi triumphalis pompa victoris, cum commemoretur, hoc die celebris inventio corporis laureati *Stephani*, nec tantum (Baronio teſte) agatur de præfata inventione memoria, *ſed & de vivo lapide illo* (quo in cubito percuſſus fuit Stephanus, & Anconæ ſervatur) *ex quo multa etiam miracula, velut mel de petra* (juxta propheticum illud) *oleumque de ſaxo duriſſimo, emanabant*. Quare pro hodiernis Sanctis triumphatoribus veris, per veterum triumphos, claſſes, colores, & coronas plura habes ſupra Chriſtianizata Themata. Cumque & hoc die deliraret gentilitas in ſuo Jove liberatore, per hujus picturam num. 1077. relatam, eam Chriſtianizando, hodiernos Sanctos encomia *Stantes* firmiſſimos fide, *Tenentes* ſagittas amoris Dei, & proximi, *Habentes* haſtam erectam rectæ, puræ, ſinceræque intentionis gloriæ Dei, in ſuis operibus. Quod ſi gentiles ſuo Jovi ſacrabant, vt eodem numero dixi, *bovem auratum*, *agnam albam*, & *arietem*, & hæc ad ſacra vertendo hodiernos encomia Sanctos, *Lauriferos* fortitudine, *Auratos* charitate, *Agnos albos* caſtitate, *Arietes* laniferos gratia.

Martyrol. Rom. Baronius hic, in Not. S. Aug. lib. 22. Civit. cap. 8.

Themata.

Thema 1.

Thema 2.

1079 Cum, inter alios hodiernos Sanctos, occurrat hodie *Lydia purpuraria* (de qua fit mentio Act. 16. à v. 14.) vocata nomine *Lydia* à Lydia regione, & Provincia (in qua eſt Civitas Tyatira) orta. Hæc *Purpuraria* cognominata, aut quia, vt nobilis, & prognata, è regio ſtipite, veſtiebatur purpura; aut quia *purpuræ venditrix*, vt Græcè legitur, & B. Max. obſervat; aut à purpura tingenda, quod erat opificium non ignobile, vt cum Amiano, & Euſebio, ait Baronius. Eſt igitur *Lydia* regio Aſiæ minoris inter Cariam, & Phrygiam, à qua dicti Lydii populi: regio, inquam, ſedes antiqua regnorum, irrigata fluvio Pactolo, fructifera, locupleſ arenis aureis, quæ & aurea Mœnia cognominabatur, aiunt S. Iſidorus, & Anglicus. Hinc per regionem Lydiam, & *S. Lydiam*, alioſque hodiernos Sanctos encomia *Irrigatos* gratia, *Fructiferos* virtutibus, *Locupletes* meritis, *Aureos* charitate, *Mœnios* fortitudine. Pro quibus & per purpuram alterum habes Thema num. 692.

Act. 16. v. 14. B. Max. & Alap. hic.

Baron. in Not. hoc die.

Thema 3.

Strab. lib. 12. Cœl. Marſ. lib. 6. S. Iſid. lib. 15. Anglic. lib. 15. cap. 90.

DIES IV.

1080 HIc dies, qui & Pridiè Nonas Auguſti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiana.

Ex Ma. ffeiana.

Dies 3. ex quinquaginta, quibus Romani egerunt *Ferias*, & *Feſta*, ob Hiſpaniam ſubactam, ex dictis cum Roſin. num. 1074.

Dies ſacratus *Mercurio*, ex Plancone, Joanne Baptiſta Egnatio, & Roman, vt dixi num. 49. die 4.

Quo die *Cicero* fuit in exilium ejectus. Cicero 4. Epiſt. 1. ad Atticum, & Beyerlinc hic.

Is dies *ſolemnis* habitus ab Athenienſibus totius Græciæ conſilio: ob victoriam, quam Duce *Pauſania* hoc die

Digitized by Google

die ad Platæas reportarunt de Perſis, *Mardonio* Duce Xerxis Regis Perſarum veniente ingenti exercitu ad ſubigendam Græciam, & cum magna ſtrage in fugam acto. Ita Hoſpinianus cum Plutarcho.

Plutarch. Hoſpin. cap. 21. fol. 125.

Ad quem diem Romæ fuit *Victoriæ* feſtum. Ita Vet. Kalend. & cum eo Maſculus, Tamayus, & alii, hoc die.

Victoria. Gyrald. ſynt. 10. à fol. 276. Roſin. lib. 2. cap. 10. Halicar. lib. 1. Antiq. Roman lib. 16. Cartar. fol. 272.

1081 Fuit *Victoria* Dea culta à Græcis, vteribuſque Romanis; quam putarunt Heſiodi, & Pallantis filiam, Lycaonis neptem, cum Minerva enutritam, & in numerum Deorum relatam, quæ & in bello contra Gigantes opem tulit, & ab ipſa Minerva *Victoriam* appellatam. Cujus ſimulachrum ab Arcadibus Romam advectum, & Templi honori donatum in colle *Aventino*; exhibitis Ludis Megaleſiis in ejus Dedicatione, Romanis celebre fuit, Halicarnaſeo teſte, & addente: *Statuam Victoriæ, quæ in Germania vergebat ad hoſtes, ſubitò verſam eſſe verſus Italiam*, quam poſitam in Olympia in Junonis Templo. Quæ & alia de ſua *Victoria* fabularunt Gentiles, cui plura Templa Romæ dicarunt, cujus ſimulachra habebant in domibus, in caſtris, & in Senatu. Fabularuntque (referente Roſino) in ſomnis nocte viſam, è *Senatu in Cœlum vehi.* Picturas Victoriæ habes ſupra die 22. Jannarii num. 141. & die 11. Julii num. 968. eamque cognominarunt Cœligenam, Palmarum, Vitulam, & Communem Deam: *Cœligena* à vinciendo, & ſuperando, ac quia victa cœlo: *Palmarem*, quia penè factam manu: *Vitulam*, quia lætitiæ præſidem, à vitulari, quòd Græcé ſonat voce lætari: *Communem*, & *Cuſtodem*, quam & nominarunt *Vacunam*, eo quod putabant præeſſe agricolis vacantibus à laboribus, à quibus colebatur menſe Decembris, Gyraldo marginato teſte.

1082 Fabuloſæ Gentilium Victoriæ opponimus veros victores, quos hodierna die Catholica veneratur Eccleſia. Hi fuere *Ia & ſociæ* cum agmine *novem millium* martyrum, quibus ad eandem lauream aſſociantur *Protaſius*, *Eleutherius*, *Tertullinus*, ac ad perpetuam coronam *gloriæ Perpetua*, & præſules illuſtres *Agabius*, & *Euphronius*. Quo & die veneratur *S. P. Dominicus* (quamquam obierit in pace hujus menſis octavo Idus). Ordinis Prædicatorum fundator inclytus, victoriis innumeris clarus, ſpoliis opimis onuſtus, laureatus agmine ſuorum.

Martyrol. Rom.

Cumque præter relatas Victoriæ picturas Claudianus ſequentem carmine prodat:

Claud. de Laud. Stiliconis.

Ipſa duci Sacras Victoria panderet alas,
Et palma viridi gaudens, & amicta trophæis;
Cuſtos Imperii Virgo, quæ ſola medetur
Vulneribus, nullumque doces ſentire laborem.

Picturæ

Hinc, vertendo ad ſacra præfatam Victoriæ picturam, per eam hodiernos Sanctos encomia veros victores: quia *Pandentes* alas amoris Dei, & proximi; *Gaudentes* viridi palma honeſtatis vitæ: *Amictos* trophæis de Carne, Mundo, Dæmone, & tyrannis partis: *Cuſtodes* ſuorum clientum patrocinio. Vnde pro hodiernis Sanctis & præcipuè pro S. Dominico habes Thema.

Thema. 1.

1083 Coluerunt & hoc die Gentiles Mercurium, quem opinarunt *Nuntium* Deorum, *Legiferum*, *Cuſtodem* animarum, & *Datorem* gratiæ, vt die 4. Januarii dixi: quare & verte hæc ad ſacra pro Sanctiſſimo Patriarcha Dominico, eum encomiando: *Nuntium* Chriſti ad mundum reformandum: *Legiferum* ſuam verè magnam, præexcelſamque Religionem inſtituendo: *Cuſtodem* animarum, contra hæreſim, vitia, & peccata pugnando, totque millia vtriuſque ſexus in viam ſalutis, & ſequelam Chriſti reducendo, & adducendo per ſe, & per ſuos: *Datorem* gratiæ miracula patrando, ſuis devotis beneficia largiendo. Amplius, vt ibidem dixi, *Hermem*, *Triſmegiſtum*, ac Ter *Maximum* nuncuparunt Gentiles ſuum Mercurium, quod nos vertimus ad Sanctiſſimum Patriarcham noſtrum *Dominicum* verè *Ter Maximum*; qua *Lumen* mundi, *Columen* Eccleſiæ, *Scutum* fidei. Amplius Maximum *Virtutibus*, *Donis*, *Miraculis*, ac *Patrocinio*. Maximum *Sanctitate*, *Scientia*, *Pugna*. Hujus enim Parentis mater gravida ſibi viſa eſt in ſomno continere in alvo catulum ore præferentem facem, qua editus in lucem orbem terrarum incenderet. Quo ſignificabatur fore, vt ſplendore ſanctitatis, ac doctrinæ gentes ad Chriſtianam pietatem inflammarentur: quare pro attributa ipſius Sancti, Ter Maximum ipſum encomia, vt *Canem* Domini contra vitia latrando; vt *Librum* ſapientiæ per ſe, & ſuos Eccleſiam defendendo: vt *Stellam* ſplendentem ſanctitate eximia. *Canis* dicitur à Græco nomine *Cinos*, aut à

Thema. 2.

Thema. 3.

Thema. 4.

Thema. 5.

Officium Eccleſ.

Thema. 6.

Anglicus lib. 18. cap. 24.

Digitized by Google

canore latratus. Canis etiam *Latrat, diligit Dominum, defendit* domum, vt aiunt S. Isidorus, & Anglicus. Hinc & Ter Maximum Patrem Dominicum encomia *Prædicatione, Dilectione Dei, Defensione Ecclesiæ.*

7.

Alanus Orat. 10.

1084 Mirum sanè, quod cum nasceretur, *eum de ventre Matris suscepit Virgo Maria*, ait B. Alanus. Cum Baptismi Sacramento renatus est, nobilis

Tamay. hoc die.

quædam Matrona, quæ puerulum de sacro fonte suscepit, *vidit in ejus fronte Stellam adeò claram, coruscamque, vt radiis collustraret Mundum.* Fere centum millia Hæreticorum ad Fidem converterit adultus (Tamayo teste).

Maluend. ann. Christi 1170.

Cumque puerulus jaceret in cunis, *examen apum circa os ejus volitans linguam ejus divinæ sapientiæ melle affluituram indicabat*, vt Maluenda observat. *Veluti Sol* fuit visus conscendere in Cœlum. Quare tantum encomia parentem: qua *Susceptum* in nativitate à Virgine: qua *Stellam* micantem splendore vitæ: qua

8.

Solem fulgentem in gloria. Canis aut catulus fuit in alvo matris visus Dominicus ore præferens facem, qua editus in lucem orbem terrarum incenderet: vnde tantum Patriarcham encomia tripliciter *Facem*: 1. *Pellentem* tenebras: 2. *Illuminantem* orbem: 3. *Inflammantem* homines ad pietatem, & sequelam Christianarum virtutum.

9.

1085 Dixi quod Dominicus vt canis, aut catulus fuit visus in alvo matris. Hinc noto ex dictis tom. 1. num. 785. quòd Stella *Orion* canis vocatur: quare ibidem hanc Stellam, aut constellationem parenti Dominico adaptamus: enim vt Stella *Orion* pulchrificat tria signa *Geminis*, scilicet, *Tauri*, & *Arietis*, & suas tres Ordines Dominicus decorat. De *Arcturo*, & *Orione* mentionem facit Amos inquiens: *Facientem Arcturum*, & *Orionem*; sunt (ex Virgilio) Stellæ altissimæ, suo ortu excitativæ ventorum, & tempestatum: hæ non distinguntur à Castore, & Polluce, apud plures (in Theatro) dicentes, quòd Arcturus, & Orion sunt *Castor*, & *Pollux*, de quibus fabularum Poëtæ fuisse *gemellos fratres*, vnico partu editos, filios *Iovis*, & *Ledæ*, quos fabularunt translatos in Cœlum constituisse *signum Geminis*; ita dictum (Anglico teste) *quia sole existente in hoc signo, virtus ad fecundandum inferiora geminatur.* Pinxerunt Castorem cum *Lyra*, & Pollucem cum *Bona*. Merito adumbrant PP. *Dominicum*, & *Franciscum* gemellos fratres, vno hu-

Amos 5. v. 8. Virg. in 1. & 4. Æneid. Theatr. Vit. H. tom. 3. lit. G. Anglic. lib. 8. cap. 12. Bisciola lib. 4. cap. 16.

10.

bicos tempore à Matre Ecclesia, suo ortu excitantes tempestatem contra fidei inimicos. *Stellæ* altissimæ sunt merito; quare & visa in Dominici fronte, & in Francisci humero, hæc indicarunt astra. Castorem voca Dominicum cum *Lyra* armoniosæ prædicationis, *Pollucem* nuncupa Franciscum cum *Zona*, aut cingulo. Hinc habes plura adaptanda ad encomiandos ambos Patriarchas clarissimos. Qui de Patriarcha Dominico alia plura desideret, videat Tamayum hic, qui de illo, ejusque illustrissima Religione quamplurima, & erudite adfert.

Tamayus in suo Martyrol. Hisp. tom. 4. die 4. Augusti à pag. 353. vsque ad 382.

DIES V.

1086 Hic dies, qui & Nonis Augusti, *Fastis* notatur in Kal. Maffeino.

A.D. 217.

Dies 4. ex quinquaginta, quibus Romani egerunt *Ferias*, & *Festa* ob Hispaniam subactam, ex dictis cum Rosino num. 1074.

Dies item *Faustus Feriatus*, & agendis rebus *Felix* habitus: quo die & *Lari familiari* sacrificabant, & *Lares* colebant, ex dictis cum Macrobio, Roman, & aliis num. 49. die 5. & die 12. ac 13. Januarii à num. 114.

Dies *Festus*, & sacratus *Deæ salutis*, ob Templum ei dicatum hoc die in monte Quirinali: quæ ædes depicta fuit, vt cum Livio lib. 10. Hospinianus observat. Ita cum Vet. Kalend. marginati Gyraldus de Mensibus, & alii.

Salus.

Vet. Kalend. Rosinus, Tamayus, & Hospin. cap. 22. fol. 129.

Item & hoc die Festum dicatum *Deæ Spei*, quam & Veteres Romani coluerunt, hoc die, aut simul cum *Salute* in colle Quirinali, vt cum Vet. Kal. Gyraldus de Mensibus observat, aut in Templo ipsi saluti constructo in *Foro Olitorio*, à vetusto Galatino Vrbis Rege, vt cum Cicerone, & Livio ait Tamayus.

Spes. Gyraldus de Mens. fol. 616. Tamay. hoc die.

Vidit Ezechiel in spiritu pessimas Judæorum idolatriæ abominationes Ezechielis 8. à v. 1. Vidit idolum *Zeli*, idest, *Bal*, à v. 10. Vidit vniversa idola domus Israel depicta *in pariete, in circuitu per totum*, & Sacerdotes eis thurificantes. *Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: & unusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat.* Quòd ad hunc diem contigit, vt dixi in Diario Sacro num. 2299. Imò, & præfatus

Ezech. 8. à v. 1. & 10.

Prophe-

Digitized by Google

Prophetæ ipso hoc die vidit quoque in spiritu *mulieres sedentes plangentes Adonidem*, in Templo, v. 14. vt in præfato Diario hoc die dixi.

Item dies *triumphalis*, ob triumphum C. Junii Bruti Cons. partum de *Samnitibus*, vt Goltzius, & Masculus observant.

Goltzius, & Mascul. fol. 358.

1087 De *Spe* Dea Gentilium latè egi die 1. hujus mensis, num. 1073. vbi & Spei picturas adduxi. *Salus* Dea & culta fuit à Gentilibus, cui ferias dicabant *quoties quis salutem nominasset*; observat Macrobius. Insuper & annuum festum *Salutis* fuit longo tempore intermissum, grassante bello; post, repetitum, & decretum, vt eo die nullus exercitus proficeret ad bellum, nec vllus pugnaret. Fuitque, ex voto, à C. Junio Bubulco Saluti extructum Templum, & depictum à Fabio pictore. Quod Templum constructum fuit in monte *Quirinali*, & propé Templum porta erat *Salutis*, aut *Salutaris* nuncupata. Fuitque Salus Græcé nuncupata *Hygeia*, vt marginati Gyraldus, & Tamayus observant. Salutis picturam adduxi supra die 30. Martii, num. 495. sic, *Mulierem Sedentem* in Solio, *Tenentem* pateram; penés quam *ara*, & aræ anguis involutus, caput attollens, hac inscriptione: *Salus P. R.*

Spes.
Salus.
Macrob. 1. Sat. cap. 16.
Rosinus lib. 2. cap. 18.
Gyrald. synt. 1. fol. 36.
Tamay. hoc die.

Martyrol. Rom.

1088 Hic igitur dies Saluti sacer, quæ in monte Exquilino colebatur; apud nos sacer est candidissimæ *Virgini Matri Dei*, nivis prodigia insignis, cujus pietate, spe nitimur. Ad candorem nivis accedit decus purpuræ, quam dedicat *Osuvaldus* Rex Anglorum. Insuper si præsens dies nobilitatus fuit triumpho à veteribus Romanis, à nostratibus nobilioribus triumphis decoratus est. Hi fuére, inter alios, *viginti tres* martyres, qui de Diocletiano triumpharunt Romæ, de quo, & *Emygdius* in Picéno, & alii de aliis. Accedunt ad hujus diei decorem heroinæ *Afra* decorata martyrio, *Nonna* Gregorii Nazianzeni mater, & *Margarita* vidua laureatæ gloria. Quòd si, ex dictis die 1. hujus mensis, num. 1073. Spei tribuebant Veteres lilium, rosam, & cornicem, vertendo hæc ad sacra, hodiernos Sanctos, per attributa Spei, encomia *lilios* puritate, altitudineque meritorum; *Roseos* virtute, exemplo; *Cornices* custodia, patrocinio.

Thema. 1.

Festum ad *Nives.*

1089 Propriùs accedamus ad festivitatem hodiernam *S. Mariæ* ad *Nives*, ob nivis prodigium, nuncupatam. Enim Nonis Augusti, cum in Vrbe ardentiores calores esse solent, Joannes Patritius, & conjux à Deipara sunt admoniti, vt quem locum nive conspersum viderent, in eo ædificarent Ecclesiam, quæ suo nomini dicaretur. *Præcepit enim nivi, vt descenderet super terram.* Quare Tiberius Papa cum solemni processione Sacerdotum, & populi ad montem Exquilinum nive conspersum venit, & locum Ecclesiæ destinavit, quæ Joannis, & vxoris pecunia fuit extructa. Quæ, & Basilica Liberii, & S. Maria ad Præsépe, S. Maria Major, Ecclesia Dei genitricis, per antonomasiam, & *S. Maria ad Nives*, ob nivem miraculosè delapsam designantem locum hujus Basilicæ nuncupata fuit; in qua veneratur pulchra imago B. Virginis, puerum Jesum in vlnis fovens, à S. Luca depicta, miraculis multis inclyta; atque illo in primis, quod à S. Gregorio Papa, grassante peste in Vrbe, per vias Civitatis devotè gestata, illa fugavit. Est igitur Spes nostra Deipara, ac in *nive* cœlitus delapsa in monte Exquilino adumbrata: *Eximia* puritate: *Eximia* conjunctione virginitatis, cum maternitate: *Eximia* amore, & patrocinio vt ejusdem Virginis devoti sint *Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphiro pulchriores.* Thren. 4. quæ arcana de Virgine ad Nives, adumbrat (Cartagena teste) Nix cœlitus delapsa: vnde pro hoc Festo habes Thema.

Iob 37. v. 6.

Cartag. tom. 4. lib. 15. hom. 1.

1090 Antiqui tribuebant Spei *lilium*, *viridem vestem*, & *nubem*, cum hac inscriptione *Spes publica, Augusta P. R.* vt dixi die 1. hujus mensis, num. 1073. Verte igitur hæc ad sacra, pro Deipara vera, Augustaque Spe populi Catholici, eam encomiando per *lilium* altam; per *Vestem viridem* lætam: per *Nubem* protectricem.

DIES VI.

A. D. 218.

1091 Hic dies, qui & 8. Idus Augusti *Fastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies *Lugubris*, & diffamatissimus habitus à Persis, ob cladem, quam passi fuerunt à Persis. Ita Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. Vide dicta num. 49. die 6. Dies 5. Festus, ob Hispaniam subactam.

Dies *Festus*, & *Celebris* apud Athenienses, & Græcos, ob victoriam partam de Medis, & Persis, qui magno exercitu in Atticam venerant, & Duce

Digitized by Google

Milsiade exiguis copiis fugati fuerunt. Ita cum Plutarcho Hospinianus de Festis cap. 21. fol. mihi 125. Reusnerus in Diario Historico fol. 118. & Tamayus hoc die.

Dies Romæ celeberrimus, & *Triumphalis*, ob triumphum Octaviani Cæsaris Augusti de *Pannoniis*, *Dalmatis*, *Iapibus*, & *Gallis*, anno Vrbis 724. vt cum Dione lib. 51. Tamayus observat. Qui triumphi acti fuerunt hoc die, & duobus sequentibus, vt ait Suetonius de Sæcular. in Augustum cap. 22. inquiens: Octavianus *Curules triumphos Tres egit* Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum *continuo triduo omnes*. Horum trium dierum pompam Virgilius describit hisce carminibus:

At Cæsar triplici invectus Romana triumpho
Mœnia Diis Italis, votum immortale sacrabat,
Maxima tercentum totam delubra per Vrbem.

Virg. Æneid. lib. 8. circa finem.

Lætitia, ludisque via, plausuque fremebant:
Omnibus in Templis matrum chorus, omnibus aræ:
Ante Aras ipsi terram stravere juvenci.
Ipse sedens niveo candentis limine Phœbi
Dona recognoscit populorum, aptatque superbis
Postibus, incedunt victæ longo ordine Gentes,
Quam variæ linguis, habitu tam vestis & armis.

Vide dicenda infra die 20. Septembris, num. 1330.

1092 At omne illud decus triumphalis pompæ Veterum obrutum est splendore ejus gloriæ, quam præse tulit *Liberator noster Iesus-Christus* cum in monte, Solis speciem, nivisque candorem induit. Sic igitur hesternus dies candidissimus est nivibus aspersis Cœlitus pro delubro Matris, & hodiernus est candidissimus niveis, velut vestibus Filii apparentibus. Triumphalis, & victorialis fuit Veteribus dies præsens, sed eam victoriam superarunt è nostris *Magnus* nomine, & re, *Felicissimus*, *Innocentius*, *Stephanus*, & alii, quibus ad martyrii lauream, victoriamque de tyranno associantur inclyti pueri fratres *Iustus*, & *Pastor*, agni novelli relinquunt scholam, tabellas abnuunt, & incensi desiderio moriendi pro Christo, è Ludo litterario, neque vocati, nec que appellati in domum Præsidis, sed properant, publicè se christianos esse confitentes, triumphant de infidelitate, de tormentis, de tyranno Daciano, in *Campo Laudabili* nuncupato jugulati laureantur martyrio. *Xistus* etiam religionis dux, & sibi lauream comparavit, & *Laurentio* nobiliorem prædixit. His igitur veris triumphatoribus adapta veterum triumphantium classes, & colores, vt die 5. Januarii, num. 82. per coronas triumphantium vt die 3. Junii num. 784.

Themata, 1.

2.

Martyrol. Rom.

1093 Agebant Veteres suos hoc die triumphos, in quorum pompa Romani consuevêre, vt profligato hoste, Dux ingrederetur Vrbem triumphans, ad quam pompam fiebant *arcus* triumphales miro artificio affabrefacti, ramis palmarum, & olivarum, quæ symbolum victoriæ semper exstitêre; nec nõ & ornabãt epigrammatum varietate currũ, quo victor pulchris vestitibus indutus vehebatur. Antiquiores Senatores Romani obviam ei recepturi procedebant, stipati variis cantoribus, qui triumphantis encomia decantabant. Et ne tantæ gloriæ, & honoris flatu triumphans intumesceret, in eodem curru aderant consultò duo, quorum vnus hominis *calvariam* manibus gestabat, alter verò miseriam: & volubilitatem conditionis humanæ ad memoriam revocabat. De qua pompa latius egi die 20. Januarii, num. 132. Quo veterum triumpho adumbratur, vt scitè Cartagena, triumphalis *Transfiguratio Christi*. Cum igitur infestissimum hostem profligasset Christus, cujus fortitudinem Iob admirans dixit *Nonest super terram potestas, quæ comparetur ei*, rationi consentaneum erat, solemnem fieri hujus victoriæ triumphum. Vnde (Matthæo teste) *Vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix*. Currus hujus triumphi nubes erat lucidissima: *Nubes lucida obumbravit eos*, resplendente *facie ejus sicut sol* Benè ait, *eos*: quia in curru illo non solum triumphator Christus, sed duo alii aderunt, vt moris erat in Romanorum triumpho, *Moyses* scilicet, & *Elias*, qui dum loquebãtur de acerbissimo mortis excessu, *quem completurus erat in Ierusalem* (vt ait S. Lucas) perinde erat, ac defuncti calvariam, & humanæ illius naturæ mortalitatem ob oculos ei ponere; non quidem, vt non superbiret, vt Romanis triumphatoribus consueverat, sed vt in memoriam revocatæ victoriæ, quam per mortem in monte Calvariæ

Triumphus.

Cartage. tom. 1. lib. 8. hom. 6.

Iob cap. 41. v. 24. Matth. cap. 17. à vers. 2. Luc. 9. v. 31. Apoc. 6. v. 2.

Lauretus

laturus erat, jucundior præsens triumphus redderetur. At hæc excepturus eum processit, non Senatus Romanus, sed Pater æternus, cælitus intonans (voce illa sonora) *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Quæ vox, de Cœlo delapsa, dum per illam testatus est Pater Christi divinitatem, fuit (teste marginato Cartagena) honorificentissima illa corona, de qua Joannes: *Habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens vt vinceret.* Ramis igitur palmarum, olivarum, & florum erigebant Veteres triumphales arcus, suos honorando triumphatores; verte hæc ad verum triumphatorem Christum transfiguratum, eum encomiando per *Florem* virtutis, *Palmam* victoriæ *Olivam* misericordiæ.

Apoc. 6. vers. 2.

3.

1094 *Ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens vt vinceret*, dixit Joannes de Christo transfigurato ex S. Bernardino, & Cartagena. Fnit igitur Christus, & quidem in hoc mysterio *Equus* albus, cujus Sessor divinitas propter animositatem pugnæ, virtuositatem gratiæ, ductibilitatem obedientiæ: quare cum S. Bernardino

Apoc. 6. v. 2. S. Bernard. hic. Cartag. cit.

4. Christum encomia *Animosum* ad pugnam, *Velocissimum* ad prædicandum, *Promptissimum* ad obediendum.

Insuper *Album Sapientiæ* speculari, *Innocentiæ* singulari, *Resolgentiæ* exemplari.

5.

6. *Habebat arcum*, Christi arcus est *Fortitudo* omnipotentiæ, *Lignum*, rectitudo militiæ, *Chorda*, dulcedo misericordiæ, vt ipse Sanctus cit. inquit.

7. Data est Christo corona, & quidem, S. Bernardino teste, triplex. *Personalis* excellentiæ, *Vniversalis* præsidentiæ, & *Judicialis* sententiæ.

8. Quadruplici *Corona*, coronatus fuit Christus, vt ipe Doctor Egregius marginatus observat. *Carnea* à Matre in vtero: *Spinea*, à noverca Synagoga, de qua, cum transfiguratus, *loquebatur de excessu*: Gemmea, ex dotibus sui corporis glorioſi: *Aurea*, qua coronatus fuit in mundo propter conversionem fidelium: contexta, ex liliis Virginum, rosis Martyrium, violis Humilium.

1095 Fuit *Thetis* fabulata divina filia Cœli, & terræ, pulcherrima, & à pluribus desiderata, ac ex Cartario, & Ovidio, in diversas figuras versa, & transfigurata: puta in *Serpentem*, *Avem*, & *Arborem*. Quæ effingebatur jam *Pulcherrima* in curru à quatuor belenis per mare tracto. Iam *Vetus*, *Cana*, & *Alba* appellabaturque *Venerauda mater*. Quæ, ex marginatis, & Ovidio lib. 1. Metamorphoseorũ transfigurata fuit in *Avem*, *Serpentem*, & *Arborem*. Quam fabulosam narrationem Christianiza, & verte pro Christo pulcherrimo, & speciosо forma inter filios hominum, filio Patris æterni, & Virginis Matris, venerando, & colendo vt vero Deo, veroque homine: quare Christum encomia *Avem Phœnicem* candidiorem nive: *Serpentem* mysticum renovatum gloria: *Arborem* protectione.

Thetis. Theatr. Deor. tom. 1. lib. 1. c. 8. Cartar. fol. 174.

Pictura. 1. 2. 3.

Vidit & Joannes *Angelum fortem*, *Amictum nube*, & *Iris* in capite ejus, & facies ejus vt *Sol* &c. quod de Christo transfigurato intelligit citatus Minorita Cartagena: quare per *Nubem*, Iridem, & *Solem*, Christum Transfiguratum encomia.

Apoc. 10. v. 1. 10.

DIES VII.

1096 Hic dies, qui & 7. Idus Augusti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 219.

Dies natalis Constantini Magni Imperatoris, quòd aliqui retulerunt ad diem 26. Februarii. Ita Eutropius lib. 10. & Beyerline hoc die.

Dies *Triumphalis*, ob triumphum actum ab Augusto, partum de Actiacis devicta Macedonia, vt Goltzius, Beyerline, & Masculus hoc die.

Dies 6. ex quinquaginta *Feriatis* & *Festis* ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, vt dixi cum Rosino die 2. hujus num. 1074.

Dies sacratus *Soli*, ex dictis cum Roman, & Alex. ab Alex. supra n. 49.

Ludi ob Natalem *Constantini Imperatoris*. Ita Hospinianus cap. 24. fol. 135.

1097 Celebris fuit hic dies ob secundum triumphum *Octaviani Augusti* actum devicta Macedonia, anno 724. Vrbis. Hanc fuisse *Acticam* navalem victoriam contendit Dio lib. 51. Histor. Romanorum, dicens: *Prima die* (puta præcedens) *Cæsar triumphum egit de Dalmatis* &c. *Secunda die Cæsar de Actica navali pugna triumphavit.* Quòd & Tamayus hoc die observat. De quo bello Virgilius lib. 8. Æneidarum sic:

Virg. lib. 8. Æneid.

In medio classes aratas, Actia bella
Cernere erat; totumque instructo Marte videres

Ferrere

Fervere Lauratera, auroque effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar
Cum Patribus, populoque, Penatibus, & magnis Diis
Stant celsa in puppi: geminas cui tempora flammas
Lætæ vomunt; patriumque aperitur vertice Sydus.

1098 At tota triumphalis gloria Veterum obruitur triumphis nostratum. Hi fuère *Faustus* miles, qui nobiliori modo quam Regnum milites, pro religione multa passus, palmam martyris est adeptus: quam & lauream consequuti *Petrus*, & *Iulianus* cum aliis *decem & octo*: *Severinus* cum sociis: *Donatus* præsul, qui fracto à paganis sancto calice, oratione instauravit; post gladio percussus palmam est adeptus: quibus & ad eandem palmam, & lætitiam nomine latam, associatur *Hilarius*. Nec triumphali curru caret *Victricius*, qui superata Juliani Cæsaris perfidia, lictore, cæcitate percusso, solutis vinculis ipse liber evasit, expeditionem nobilem in alias regiones fecit, Morinorum, Nerviorumque gentes indomitas ad Christi fidem perduxit, & Confessor in pace quievit: *Albertus* Carmelitarum decus, clarus miraculis; ac Caietanus Thienæus paupertatis amantissimus, onustus opimis spoliis, Clericorum Regularium fundator inclytus, qui singulari in Deum fiducia, pristinam Apostolicam vivendi formam suis colendam tradidit. His adapta triunfantium classes, & Themata die 5. Januarii num. 82. adducta.

Martyrol. Rom.

1099 Plura alia adducta, pro hodiernis victoribus veris adaptare poteris: Dictis addo textum Joannis: *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum*, &c. ideſt filii & *amici regis*, vt exponit S. Bernardinus. Vnde per *Manna Calculum*, & *Nomen novum*: aptissimum habes Thema 3. pro hodiernis Sanctis.

Thema: 1.
2.
Apoc. 2. v. 17. S. Bernard. hic.

Insuper *Calculus*, ipso Sancto teste, est Lapis *Limpidus*, *Lucidus*, *Floridus*, & *Fecundus*: quare hodiernos Sanctos encomia, *Limpidos* puritate, *Lucidos* doctrina, sapientia, *Floridos* virtutibus, *Fœcundos* meritis. Plura alia apud præfatum S. Bernardinum vide, & adapta.

3.
4.

DIES VIII.

1100 HIc dies, qui & 6. Idus Augusti *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

K. D. 2201

Dies 7. ex quinquaginta *Feriatis*; & *Festis*, ob subactam Hispaniam citeriorem, & reductam in Provinciam Romanorum, vt cum Rosino dixi, die 2. hujus.

Dies *Triumphalis*, & celebrior duobus precedentibus, quo *Octavianus* Augustus Cæsar tertium egit triumphum subacta Ægypto, & superatis *Antonio*, & *Cleopatra*, vt inquiunt Dio lib. 51. Suetonius in Augustum cap. 17. Masculus, & Tamayus hoc die. De qua Navali pugna ait Maro, lib. 8.

Actus hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
Ipsa videbatur ventis Regina vocantis.
Vela dare, & laxos jam jam immittere funes.
Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens undis, & Iapige ferri.
Contra autem magno mœrentem corpore Nilum,
Pendentemque sinus, & tota veste vocantem
Cæruleum in gremium, latebrosaque flumina victos

Dies sacratus *Neptuno*, *Theseo*, & *Vulcano*, ex dictis num. 49. die. 8.

Dies item Sacratus *Soli indigeti* in colle Quirinali, ex Gyraldo de Mensibus fol. mihi 616. ex Vet. Kal. & Rosino lib. 4. cap. 4. & Hospiniano de Festis cap. 22. fol. mihi 129,

Ludi votivi servati ab Imperatoribus Ita Beyerlinc hoc die.

1101 Cum jam egissem de Neptuno, Theseo, & Vulcano, imo & de sole die 7. Aprilis à num. 524. & hic dies *Soli indigeti* Sacratus fuisset. Noto cum Cicerone lib. 2. Nomotheſiæ, & Rosino lib. 2. cap. 17. quòd Gentiles destinxerunt tres Deorum classes. Primam eorum, qui cœlestes habiti sunt semper: Secundam, eorum, quos merita in Cœlum vocarint: Tertiam Divarum propter quas detur ascensus in Cœlum, vt *mentem*, *fidem*, *virtutem*, *pietatem* &c. Ex iis classibus *indigites* vocarunt Deos, multiplici ratione; aut quasi

Deorum classes.
Indigetes qui.

Digitized by Google

quasi *nullius rei agentes*: aut quasi *in Deis agentes*, qui ex hominibus ad divinitatem perveniſſent: aut quasi *invocati præſtò adſint*, *ſumpto indigitare* pro *invocare*: aut Indigetes vocati, quasi *in loco geniti*, vel *degentes*, & magis propitii patriæ, loco, & civibus; quod cum Servio Gyraldus marginatus notat. Solemque Gentiles Indigetem appellarunt, & ſub hac nuncupatione in colle Quirinali coluerunt hoc die.

Serv. in 12. Æneidar. Gyraldus Synt. 1. fol. 22. n. 50.

1102 Nedum Triumphalis, ſed Illuſtris, & Clarus fuit Gentilibus dies preſens. At clarior, illuſtrior, & præciosior nobis, vtpotè Sacratus religioſè *Smaragdo*, *Largo*, & *Ciriaco* martyribus. Nec minus illuſtravit præſentem diem flamma illa *Leonidis*, & *Eleutherii*, quàm lux illa ſolis indigetis, quæ potius ſuperſtitione mentis aciem obcæcavit. Adquam hujus diei religioſam claritatem accedunt *Myro* præſul miraculis clarus; & *Severus* Presbyter, qui verbo, & miraculis ingentem paganorum multitudinem convertit ad Chriſtum. Cumque Gentiles delirarent coleudo ſolem indigetem, verte hæc ad ſacra, & hodiernos Sanctos encomia *Claros* puritate, *Splendidos* doctrina, merito, geſtis, *Beneficos*, & quasi indigetes, patrocinio.

Martyrol. Rom.

Thema. 1.

Inſuper & pro iis adapta ſolis picturam 3. die 7. Aprilis num. 526. adductam, & eos encomia *Flavos* ceſarie cogitationum cœleſtium: geſtantes *Fagellum* pœnitentiæ, *Fulmen* amoris, *Spicas* meritorum.

Tandem & ipſis adapta Thema per *Smaragdum* adductum die 18. Junii num. 861.

3.

DIES IX.

A.D. 221.

1103 Hic dies, qui & 5. Idus Auguſti *Nefaſtus primò* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 8. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Feſtis*, ob ſubactam Hiſpaniam citeriorem, & reductam in Provinciam Romanorum, vt cum pluribus Roſinus lib. 4. cap. 12. & dixi die 2. hujus menſis.

Dies *Faſtus*, & celebris, ob victoriam, quam *Julius* Cæſar pertulit de *Hiſpali*, cum Vrbem illam *Hiſpaniæ* divitem, & validam cepit. Ita Kalend. Maffeianum, & alia antiqua Kalendaria. Dio lib. 43. Suetonius in Cæſar cap. 17. Roſinus lib. 4. cap. 12. fol. mihi 404. Tamayus hoc die, & alii.

Dies quo Trajanus Auguſtus adoptavit Adrianum; & biduo poſt, obiit, anno Vrbis 118. Ita Beyerline in Theatro V.H. hoc die, cum Onuphrio.

Quo die Valens Imperator à Gothis in prælio cæſus, anno Vrbis 378. Ita Diaconus lib. 12. apud Beyerline citatum.

Dies deſtinatus à Gentilibus *Vrbanis* rebus, & *Nundinis*, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 9. De *Novendiali* ſacro per novem dies acto, cauſa, & ritu egi die 9. Januarii.

1104 Fuit præſens dies Faſtus, quamquam alias, Nefaſtus Gentilibus. At apud nos ſit potiori titulo Faſtus, & celebris: enim ſacratus *Romano* militi, qui eum vidiſſet Laurentium in igne poſitum, & Angelum linteo excipientem ſudores Laurentii, hujuſque in cruciatibus, læta facie, conſtantiam, ſpectaculo admiratus, ad fidem converſus, à Laurentio baptizatus: decollatus Lauream martyrii obtinuit: quare ob animi conſtantiam merito his aſſociatur, *Firmus*; quos conſequuntur *Iulianus*, *Martianus*, *Verianus*, & alli plures, cum quibus cœlitibus aſſociatur *Domitianus* præſul. Cum igitur præſens dies Faſtus, & victorialis foret Gentilibus, vertendo ad ſacra Victoriæ Auguſtæ picturam num. 145. adductam die 23. Januarii habes Thema pro hodiernis Sanctis.

Martyrol. Rom. Tamay. & Maſcul. hoc die.

Thema. 2.

1105 Inſuper cum *Romanus* miles, ac inclytus martyr hoc die veneretur ab Eccleſia; Noto, quòd veterum Romanorum ſigna militaria (teſtibus Vegetio, & Baronio Annalium Eccleſiaſticorum tom. 3.) erant *Aquilæ*, *Dracones*, *Vexilla*, *Flammæ* rufæ, & *Pinnæ*; ſic diſtincti à diverſi ſignis militaribus, quæ geſtabant; vt *Aquiliferi*, qui geſtabant Aquilam: quare vertendo hæc ad ſacra, Romanum, & alios hodiernos Sanctos encomia *Aquiliferos* contemplatione, Draconarios fortitudine, *Vexilliferos* fide, & cruce Chriſti, *Flammulos* rufos martyrio, flagrantique charitate. *Pinnéos* altitudine meritorum.

Veget. lib. 3. c. 5. Baron. Annal. tom. 3. anno Xpi. 312. fol. 784

2.

DIES X.

A.D. 222.

1106 Hic dies, qui & 4. Idus Auguſti, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 9. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Feſtis*, ob ſubactam Hiſpaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus menſis.

Ludi

Ludi Olympici acti à Græca juventute, per dies quinque, *Cursu*; *saltu*, & *disco*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49. die 10.

Dies festus, ob aras sacratas *Opi*, & *Cereri* Romæ in vico Jugario. Ita Gyraldus de mensibus fol. mihi 616. & Rosinus lib. 4. cap. 4. & 12. cum Vet. Kalendario.

Dies *Ater* ex Macrobio, & Beyerlinc. in Theatro V. H. hoc die.

Dies sacratus *Bellonæ*, quo Sacerdotes *Bellonæ* humeros, & brachia Romæ vulnerantes, & cruentantes sacrificabant, omnia perstrepebant fragore armorum, sic suo cruore putantes expiare crimina, & pro vulneribus recipiebant *stipem*. Ita cum Vet. Kal. Beyerline citatus. Masculus, & Tamayus hoc die.

Templum Hierosolymitanum incensum, anno Vespasiani 11 & Christi 72. ex dicendis infra num. 1282.

1107 Supra egi de *Opi* à numero 737. die 27. Maii. Egi quoque de Bellona die 4. Junii à n. 786. ac de Cerere die 24. Januarii à num. 149 Quæ *Ceres*, & *Isis*, & *Luna* fuit à Græcis putata, ac *Thesmophoria* nuncupata, cui dicabant annum festum *Thesmophoria* nuncupatum, Athenienses; vt cum aliis tradunt Gyraldus, & Cæsar Calà, in quo mulieres more Ægyptiorum à cibis se abstinebant, & humi jacebant, ac viticum foliis cubilia sternebant. De quibus sacris Ovidius inquit.

Ceres. Thesmophoria. Gyraldus Synt. 14. fol. 362. Calà q. 1. n. 345. Ovid. 10. Metamorph.

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa quibus niveæ velatæ corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum,
Per quæ novem noctes Venerem, tactusque viriles
In vetitis numerant.

Hinc *Thesmophoria* per novem dies acta à matronis Athenienfibus; in quibus castitatem servabant, viticum foliis sternebant cubilia, se expiabant, & *Cereri per novem dies* primitias frugum offerebant, sicque *Thesmophoria* agebant ab hoc die, vsque ad 18. hujus mensis.

1108 His in diebus sternebant cubilia *viticum* foliis. Est vitex frutex in arborem assurgens, in fluminum ripis, ac torrentum alveis nascens, ramis prælongis, lentisque, foliis vt olivæ, sed mollioribus. Hujus fruticis duo sunt genera *album* scilicet, & *nigrum*, emittitque flores *claros*, *albos*, & *purpureos*. Qui frutex & cito floreſcit in vere, gignitque semen frigidum similitudine piperis, Græcè vocatur hic frutex *Agnus castus*, & quia semper *viret*, & quia *odore*, & *visu reddit homines castos sicut agnos*, ait Anglicus, cum Dioscoride. Propterea in Thesmophoriis Athenienfium matronæ castitatem servantes, iis foliis cubitum sibi sternebant.

Calep. V. Vitex. Dioscorides l. 1. cap. 114. Anglic. lib. 17. cap. 15.

1109 Fastis Gentilium meritò opponimus nostratum Fastos, Bellonæ *Laurentium*: nam virtutis, ac roboris parem Roma non vidit, obiit quantum assatus laureatus & consequuntur Romæ milites *centum sexaginta* quinque: iis ad eandem palmam associantur *Alexandrini martyres*: nec solùm *Laurentio* associantur ad lauream viri; verum & fœminæ, vt *Asteria*, *Bassa*, *Paula*, & *Agathonica*, illa Bergomi, ista Carthagine passæ. Quòd si Gentiles suis in Thesmophoriis vtebantur foliis viticum, aut agni casti, putantes id juvare ad castitatem servandam; vertendo hæc ad sacra, non viticis virtute, sed gratia Dei adjutos, hodiernos Sanctos encomia floridos tripliciter, *Claros* doctrina, vita, exemplo: *Albos* puritate: *Purpureos* flagranti charitate, & martyrio. Martyrol. Rom. Thema 1.

Tria festa agebant hoc die Gentiles, & *Bellonæ*, & *Cereri*, & *Opi*, per quas plura Themata habes num. 79. & 150. ac 1028. hodiernis Sanctis adaptanda. 2.

Tria præfata festa christianiza, & verte in honorem *Laurentii*, eum encomiando *Bellonarium* virtute, belloque christiano: *Cereum* fruge meritorum: *Opem* (ab ope) tribuendo patrocinium. 3.

1110 *Laurentius* dicitur à *Lauro*, quasi *lauream tenens*, quæ est corona de lauro facta. Hæc arbor Græcè *Daphnis*, Latinè dicitur *Laurus*, ab Antiquis vocabatur *landa*, post sublata lit. D. & subrogata litera, R, *Laurus* fuit dicta, quæ antiquitus fuit consecrata Apollini. Quæ arbor est *victorialis*, semper *virens*, & *decorans* domos vt marginati observant: vnde S. Laurentium laurum encomia *Virentem* virtute, *Victorialem* triumphis, *Decorantem* sanctitate, magnitudine, patrocinio. S. Isidor. lib. 17.

Insuper & Laurus est arbor elegantis formæ, magnæ aromatis citatis, miræ efficaciæ, & virtutis, multum odorifera, tutans à tineis, & corrosione, vt Minorita Anglicus observat. Vnde *Laurentium* encomia mystica laurum Anglic. lib. 17. cap. 48. & 89. 4.

Eler-

Digitized by Google

Elegantem forma Christianitatis: *Magnum* merito: *Mirum* virtute, triumphis, martyrio: *Odoriferum* exemplo: *Tutelum* patrocinio.

Tandem, ipso Minorita teste, grana lauri, exterius sunt *nigra*, interius *alba*, *unctuosa*, & *subrufa*: quare & Laurentium encomia *Nigrum* humilitate, & martyrio assatum ineraticula: *Album* puritate: *Unctuosum* mira virtute: *Subrufum* ardenti charitate, & martyrio.

DIES XI.

A.D. 223. XIII. HIc dies, qui & 3. Idus Augusti *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 10. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob Hispaniam subactam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. hujus mensis.

Dies item 2. quo Athenis *Thesmophoria* dicabant *Cereri*, ex dictis num. 1107.

Dies obitus *Traiani* Imperatoris, vt Beyerlinc in Theatro Vit. Hum. hoc die observat. Quòd contigit anno Vrbis 118. Qui dies, ob obitum præfati Imperatoris Hispani, habitus fuit ominosus Romanis; & tanti prætii relati Imperatoris memoria, vt in posterum quoties in Senatu Imperator designaretur, publicis votis optaretur, vt adæquaret felicitate Augustum, & probitate Traianum. Ita Tamayus hoc die, cum Goltzio de Imagin. Imperator. Tabul. 14.

Dies *Luctui* sacratus à Pythagoricis, ex dictis num. 49. die 11.

1112 Fuit hic dies Gentilibus, jam atér, jam festus, & Ludorum Olympicorum. At nobiliori modo Fastus, & triumphalis nostratum: enim *Tiburtius* nobilissimus sanguine, inter Romanos, adhuc versans in tenebris infidelitatis, viso Angelo cœlesti lumine fulgenti, & solo tactu, liberanti Parentem suum Cromatium, ab omni ægritudine, conversus ad Christum claruit miraculis, jussus nudis plantis incedere super carbones ardentes, dixit tyranno Fabiano: *Discе ex hoc solum Deum esse quem Christiani colunt: prunæ enim hæ flores mihi videntur*, decollatus lauream martyrii obtinuit; cui associantur ad eandem palmam *Alexander*, *Rufinus*. Triumphavit & *Susanna* virgo, de Maximiano impudico, obcæcato claritate Angeli custodientis virginem, & aufugiente; de simulachro Jovis, dispersо, dejecto, confracto, & in nihilum redacto, insufflatione, & oratione virginis Christi, quæ obtruncato capite martyrium complevit, de Dioclatiano tyranno reportans triumphum. *Susannæ* ad coronam gloriæ *Digna* virgo associatur. Quos Sanctos veros lauros mysticos encomia, ipsis adaptando Themata diei præcedentis, adducta, num. 1110.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

1113 Dixi quòd hic dies luctui erat sacratus à Pythagoricis. Antiqui igitur pro emblemate luctus, ac funeris posuerunt *Cupressum*, aut *Cypressum*, quam ad sepulchra apponebant in signum nobilitatis:

Funesta est arbor procerum monumenta Cupressus.
Et non plebeios luctus testata cupressus.

Ex qua arbore ramos dissectos apponebant ad januas defunctorum: fierique solebant simulachra Deorum ex Cupresso, ob materiæ perpetuitatem, odorisque suavitatem. quæ loco thymiamatis putabatur esse. Traduntque Cupressum neque eariem, neque vetustatem sentire, neque rimam aperire; quare monuit Plato *Leges* publicas, acta, & decreta in Cupressinis tabulis inferenda: quam arborem posuerunt ad rem *sublimem*, & *pulchram* significandam, vt Pierius Val. cum aliis eorum notat. Fabularuntque Poëtæ, puerum quemdam nomine *Cyparissum* in sui nominis arborem fuisse conversum, de quo Ovidius lib. 3. Metamorphoseorum. Estque *Cupressus*, qui & *Cypressus*, & *Cyparissus* dicitur, arbor *viridis*, *alta*, *pulchra*, *odorifera*, *vtilis*, *medica*, & *fugans* tineas; cujus merito est mentio apud Ecclesiasticum, de Laude Sapientiæ; *Et quasi Cypressus in monte Sion.* Quare veterum luctuosum Cupressum, in hodiernorum Sanctorum laudem vertendo, eos encomia, semper *Viridis* virtute, *Pulchros* puritate, *Altos*, & sublimes merito, gloria, patrocinioque.

Insuper, si Cupressus est, teste Dioscoride, *mas*, & *fœmina*, estque arbor *recta*, *solida*, *fugans* tineas, *odorifera*, & *vtilis*, & hæc ad hodiernos Sanctos vertendo, eos encomia, *Rectos* fide, religione, intentione. *Solidos* virtute, constantia, firmitate, *Fugantes* doctrina vera tineas infidelitatis, peccatorumque, *Odoriferos* exemplo, *Vtiles* patrocinio.

Themata 1. 2. 3.

Pier. Val. lib. 52. cap. 1. ad 10. Plato, & Plinius. Ovid. lib. 3. Metamorph. S. Isidor. lib. 17. Ethymol.

Eccles. cap. 24. v. 17. Alap. Malu. & alii ibi.

4.

Dioscorid. lib. 1. cap. 82. Pierius, Plin. & alii.

5.

Digitized by Google

DIES XII.

A.D. 224. 1114 HIc dies, qui & pridie Idus Auguſti, *Comitialis* notatur in Kal. Maſſeiano.

Dies 11. ex quinquaginta *Feriis*, & *Feſtis*, ob Hiſpaniam ſubactam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Roſino & aliis die 2. hujus.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. hujus menſis, & num. 49.

Dies item 3. quo Athenienſes *Theſmopheria* dicebant *Cereri*, ex dictis ſupra num. 1107.

Dies dicatus *Herculi Magno Cuſtodi*, ob ædem ei dicatam in Circo Flaminio Romæ. Ita cum Vet. Kalend. Gyraldus de Menſibus, fol. mihi 616. Roſinus lib. 4. cap. 4. & Hoſpinianus de Feſtis cap. 22. fol. 129. vbi addit hoc feſtum *Lignapeſia* vocatum.

Quo die, apud Græcos *Ludi Nemai* acti, & ita nuncupati *à regione Nemæa*, & Sylva. Ita Hoſpinianus cap. 21. de Feſtis Græcorum, fol. mihi 125. De quorum Ludorum origine dicam infra.

Cariſia, aut *Chariſteria* celeberrima ſolemnitas Athenienſium, ob libertatem partam, celebrata ſacrificandi cauſa in gratiarum actione, hoc die: quia eo in Vrbem redierunt. Ita Vet. Kal. apud Reuſnerum, & Tamayum hoc die. Plutarchus in libro: Bello ne, an pace clariores fuerint Athenienſes; & Hoſpinianus citatus. Vide dicta num. 302.

Dies vnicus, & ſingularis, ex omnibus anni, in quo Luna candidiſſima, ſtipata quinque fulgentiſſimis ſyderibus, apparet vicinior, & proximior Soli in noſtro hemiſphærio. Ita Sulpitius in Aſtrolabio num. 117. & cum eo Caſtel in Francilogio lib. 2. n. 478.

Auguſtalia feſta Romæ acta, & per quatuor dies extenſa, vt num. ſequenti dicam.

1115 De Hercule plura dixi die 15. Maii à num. 666. ibi videnda. Hic dies Veteribus Romanis ſolemnis, ob ſacra *Herculi*, dicto *Cuſtodi Magno* celebrari ſolita in Circo Flaminio, in quo Templum extructum Senatus Romani decreto, juſſu Oraculi Sybillini. De quo Hercule meminit Ovidius his carminibus:

Altera pars Circi Cuſtode ſub Hercule tuta eſt:
Quod Deus Eubœico carmine munus habet.

Hercules Cuſtos. Roſin. lib. 4. cap. 12. Gyrald. ſynt 10. fol. 283. n. 40.

Dixi quòd hoc die erant Romæ *Auguſtalia feſta*, extenſa *per dies quatuor*, ob natalem Auguſti Cæſaris. Ita Roman tom. 2. lib. 10. cap. 8. Quamquam Auguſti Natalem referat Gyraldus ad ſequentem diem, vt ibi dicam. Fuit igitur mos Gentilium, & Imperatorum, & magnorum virorum natalitia celebrare. Quæ vetuit Eccleſia ad ſacra celebrando memoriam Martyrum, Virginum, & Confeſſorum, die quo obierunt, & in Cœlum nati: quare Sanctorum dies obitus, meritò natalis, vt benè Roman citatus advertit. *Auguſtalia feſta.* Romæ cit. fol. mihi 423.

1116 Dixi, quòd hoc die apud Athenienſes erant *Ludi Nemai*, ſic nuncupati à regione *Nemæa* in qua agebantur. Fuit origo: quia fabulantur quòd puerulus *Opheltes* filius Jovis Nemæi relictus ad fontem in prato, ibi fuit à dracone necatus. Ibique (à Lemni Regina, & aliis, qui reliquerant puerulum) redeuntibus necata bellua. Quare inſtituerunt hos *Ludos Funerales*. In quibus funebri pompa repræſentabant imagines majorum. Dabantque victori *coronam ex olea*. Deinde coronam oleam cum *apio viridi* commutabant: quia dicebant puerulum Ophelten ſuper apium à dracone interemptum. Apiumque funeribus convenire putabant. In quibus Ludis Judices ſedebant *amicti ſtolis*, vt totum notat marginatus Hoſpinianus. Roman tradit, hos Ludos inſtitutos ob mortem *Archemori* filii Lycurgi Regis Thraciæ interfecti à ſerpente latente ſub *apio*: actos in modum proceſſionis, geſtando imagines Regum, Ducumque victorum, currendo plures in equis, pilas, aliàque faciendo, & dexterè colligendo; victoribus dabant coronam *Apii*, quo ornabant, & ſepulchra defunctorum. *Ludi Nemæi.* Origo. Hoſpin. de Feſt. cap. 21. fol. 125. Roman. tom. 2. lib. 10. cap. 4. Ritus.

1117 Præſens dies à Gentilibus dicatus Herculi, dicto magno cuſtodi: ablecta prophanitate Veterum, nobis ſacratus *Herculano* Brixienſium præſuli, & cuſtodi religionis, verè magno virtute, merito, gloria. Accedit *Anicetus*. Comes nodum nomine, verùm & invictus factis, qui cum fratre *Photino*, & aliis pluribus monſtruoſæ Dioclecliani ſævitiæ conſtanter reſtitit, & martyrii adeptus eſt palmam: quam lauream conſequutus *Largius* cum ſociis, ac *Perrarius* Abbas cum Monachis *quingentis*: nec tantum viri dimicarunt viriliter, ſed & heroinæ pro fide, nec ſine nominis auſpicio *Felicissima*, *Digna*, atque *Hilaria*: quibus accedit lo- Martyrol. Rom.

ce

ca clarior *Clara* primogenita spiritus Francisci filia, Clarissarum Matriarcha, & Ductrix, quæ firmos, ac vastos mundi cardines, suo splendore mirificè implevit. Quòd si hoc die Gentiles delirabant in suo Hercule, cui *populum* arborem tribuebant, vertendo hæc ad sacra hodiernis Sanctis adapta Thema adductum die 15. Maii, num. 676.

Thema. 1.

1118 Præter Herculis picturas citato die adductas, alteram addo, ex Pierio Valeriano, tradente quod in Capitolio erat Herculis statua ex ære egregiè facta, insignita *spolio leonino*, & *clava* (quæ fuit habita, ex ipso authore, vt *virtutis simulacrum*), manu dextera: læva autem manu tria continebat. *poma*, significantia tres in Heroe *insigniores virtutes*: prima *moderatio* excandescentiæ, secunda *temperamentum* avaritiæ, tertia *contemptus* voluptatum; quæ mala fabularunt per Herculem ablata ab hortis Hesperidum interfecto dracone, eorum custode. Quare vertendo hæc ad sacra, per picturam hodiernos Sanctos encomia *Robustos* fortitudine Christiana reportantes triumphos, spoliaque de leone infernali: gestantes *Clavam* Crucis, ideſt disciplinam rationis, & rectæ operationis: continentes *Tria poma* mystica, vt primùm sit *Moderatio* pace, & mansuetudine Christiana: 2. *Temperamentum* abstractione rerum caducarum: 3. *Contemptus* voluptatum puritate amplexa.

Pier. Val. lib. 54. cap. 12. & lib. 51. cap. 3.

Pictura.

2.

1119 Herculem coronabant *Apio* sic dicto, quasi apice, & ornamento capitis triumphantis. Est igitur Apium herba medicinalis, cujus sunt *& quinque species*, & radix *Alba*, *Odorifera*, ac *Grata*, vt ait Dioscorides: quare vertendo hæc ad hodiernos triumphatores Christi, eos encomia *Albos* puritate, *Odoriferos* virtute, *Gratos* patrocinio, & exemplo.

S. Isidor. lib. 17. Anglic. lib. 17. cap. 13. Dioscorid. lib. 3. cap. 74.

3.

1120 Fabularunt Veteres Herculem dono accepisse scyphum gemmeum, à Sole, aut à Diana, plenum nectareo liquore: quare Herculem pinxerunt manu dextera tenentem *Scyphum*, genus vasis potorii habentes in prophanis literis respectum ad arcana divina, & heroica, ac Herculi attributum. Cum igitur Matriarcha Diva Clara sit ex clarissima Scyphorum Prosapia, vt Didacus Lequile, & alii plures nostratum Scriptores notarunt, verte Herculeum Scyphum in hujus Heroinæ *Claræ Scyphæ* encomium, eam laudando mystitum Scyphum *Gemmeum* virtute, *Niveum* pudore, puritateque, *Nectareum* donis cœlestibus. Si igitur Scyphus Josephi *in sacco Beniamin* fuit inventus, & *Saccus* est vestis, sive tunica humilis, & abiecta, qua pauperes Monachi, & Moniales in signum pœnitentiæ, paupertatis, & obedientiæ operiuntur. Benè in sacco Beniamini Minoris filii *dextera*, *felicitatis*, & *doloris*, vtpotè plagis Christi insigniti, hæc *Scypha Clara* invenitur: benè inquam in Beniamitico Minori *Sacco* ita Clara claruit, vt suo splendore mirificè compleverit mundi cardines.

Macrob. l. 5. Sat. cap. 21. Cartar. fol. 230. Lequile in Hier. Francisc. cap. 4. fol. 40. Franciolg. lib. 2. n. 469.

4.

Gen. 44. v. 12.

1121 Dixi num. 1114. quod præsens dies vnicus, & singularis est totò in anno, in quo Luna nostro in hemisphærio proximior apparet Soli stipata quinque syderibus. Quæ *Luna* & nominata fuit *Clara*, & putata *Diana* ductrix viarum, & *Hecate*, ideſt facifera; aut longè radios jaciens, vt Gyraldus observat. Verte hæc ad sacra, & hanc celeberrimam Matriarcham Claram encomia *Lunam* lucendo: *Dianam* ducendo vita, virtute, regula, exemplo, sponsas ad Christum: *Hecatem* jaciendo per cardines mundi radios virtutis, patrocinii, exempli, &c.

Gyrald. synt. 12. fol. 306. & 307.

5.

Pingebatur *Diana*, quæ & putata *Luna*, apud Rosinum lib. 5. cap. 35. Virgo *Stolata*, *Discalceata*, *Stans*, *Succincta*, & *Armata*, quam Christianizando picturam aptissimum habes Thema alterum tantæ heroinæ Claræ adaptandum.

6.

Quòd si in primitiva Ecclesia fuerunt matronæ *Diaconissa*, quarum præcipua munia (Cornelio teste) fuerunt tria: *Nudare fœminas*: *custodire portas fœminarum*: *animare fideles*. Hinc hanc Matriarcham nedum stolatam, vt pingitur gestans Custodiam Eucharistici Sacramenti, verùm & *Diaconissam* Ecclesiæ puto encomiandam: *Nudantem* fœminas vanitate: *Custodientem* earum portas regulari clausura: *Animantem* ad vitæ Evangelicæ sequelam.

Alap. in Act. cap. 6. v. 6.

7.

DIES XIII.

1122 Hic dies, qui & Idibus Augusti, *Nefastus primus* notatur in Kal. Masseiano.

A. D. 225.

Dies 12. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis* ob Hispaniam subactam, & in Provinciam Romanorum reductam, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum* ex dictis die 10. num. 49.

Digitized by Google

Dies 2. natalis Augusti. Ita cum Porphirio Gyraldus de Mensibus fol. mihi 616.

Dies dicatus *Vertumno*. Ita cum Vet. Kalend. Gyraldus citatus.

Dies celebris, & festus *Servorum, & ancillarum*, eo quòd hoc die natus ex ancilla Servius Tullus Romanorum Rex. Quo die capita ancillæ lavabant, & purgabant: Servi & ancillæ ludebant, & convivabantur cum dominis suis, æquato jure, insuper, & sibi mutuò dabant aliqua dona. Quod festum Servius Tullus in honorem *Dianæ* instituit. Ita Plutarchus in quæst. Rom. 100. Gyraldus citatus. Hospinianus de Festis cap. 22. fol. 130. Roman lib. 2. cap. 17 & 18. & alii.

Dies festus, & solemnis dicatus *Iovi statori*, ex dictis num. 49. die 13.

Dies Romanis singularis, & festus ob Templum in *Nemus Aricinum* *Dianæ* sacratum à Servio Tullo, vt testatur Martialis lib. 12. Epigram. 68. his versibus: *Diana festum.*

Maiæ Mercurium ereptis Idus
Augustus redit Idibus Diana.

Quam ob causam has Idus Statius lib. 3. Sylvarum vocat *Hecateias*: & Ausonius dicit *Sextiles Hecate Latonia vendicat Idus*. Eratque hoc die solemnitas Matronarum, quo mulieres discurrebant ex Vrbe *facibus accensis* in Nemus Aricinum, ad præfatum Templum Dianæ, gestando & capite coronas, vt Ovidius Fastorum 3. tetigit sic: Ritus.

Sæpè potens voti, frontem redimita coronis
Fœmina lucentes portat ab vrbe faces.

Ita & Hospinianus citat. Tamayus hoc die, & Alex. lib. 3. cap. 18. & Gyraldus synt. 17. fol. 459.

Erat & hic dies *Dianæ* sacratus à *Venatoribus*, qui & ipso hoc die, ad Dianæ Templum conveniebant cum facibus spicatis ardentibus, canes suos morbo, aut scabie affectos, insulis velatos, Deæ sistebant, & omne instrumentum venatorium ante eam collocabant, sic Gratius de *Venatione*, & Rosinus cum eo lib. 4. cap. 12. his versibus:

Spicatoque faces sacrum ac Nemorale Diana
Sistimus, & solito catuli velantur honore.
Ipsique per flores medio in discrimine luci
Stravêre arma sacris, & pace vacantia festa.

Vide infra die 29. num. 1158.

1123 Summus in die 225. anni, qui dies ex dictis cum Gyraldo dicatus erat *Vertumno*, quem putarunt & anni Deum, & juxta tempora, varias sumpsisse figuras: quare & putarunt ejus naturam cunctis figuris opportunam. Quem putarunt fuisse vetustissimum Thuscorum Regem, venisse in auxilium Romuli, fuisse alterum ex rusticis diis, quem putarunt præsidem rebus *contrahendis*, *vertendis*, *permutandis*, & *emendis*, & præpositum *humanis negotiationibus*; quem & vinearum, & pomiferarum arborum serendarum tradidisse rationem opinati sunt. Quare & ipsi ædificarunt Templum Romæ, & erexerunt statuam in foro Romano. Quem & finxerunt *discalceatum*, *cinctum*, *coronatum* spicis, floribus, & pampinis, gestantem fructus vtraque manu, vt tradit Cartarius, qui & latam descriptionem, Propertii lib. 4. defert de *Vertumno*. sic nominato: quia fabularunt de eo se vertisse in omnigenas formas, aut quia lacum cuntis vertit in Tiberim: cui & dicarunt *Vertumnalia* die 30. & 15. Octobris. Vide infra num. 1194. *Vertumnus.* Rosin. lib. 1. cap. 20. Cartar. fol. 281. Calep. verb. *Vertumn.* *Pictura.*

1124 Præsens dies jam Nefastus, jam Festus Gentilibus, nobis sacer est inclyto martyri *Hyppolyto*, qui post varia tormenta, ad colla indomitorum equorum crudeliter tractus, martyrium complevit; quam & palmam consequuti *Concordia* ejus nutrix, & alii *decem & novem* de domo sua: quibus ad eandem lauream associantur *Cassiani* duo, aliique plures. Est & nobis sacer *Vvigberto* confessori, ac *Radegundi* Reginæ, claræ natalitio, cruore, clarissimæ virtutibus, & miraculis. Si igitur hoc die Vertumnum Veteres colebant, quem pingebant discalceatum, cinctum, ac fructibus redimitum; verte hæc ad sacra pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Discalceatos* affectibus terrenis: *Cinctos* obedientia, puritate, virtute: *Redimitos* merito, doctrina, gloria. Martyrol. Rom. Thesm. 1.

Insuper si Pampinis, Floribus, & Spicis coronabant Vertumnum, & hæc ad sacra verte, & hodiernis Sanctis applica tres coronas *Pampineam* ob vindicatem virtutum: *Floridam* ob exempla odorifera: *Spiceam* ob plena merita ipsorum Sanctorum. 2. 3.

Deinde, si Veteres suam Dianam hoc die colebant, quam (ex n. 332.) appellarunt Luciferam, Splendidam, & Hecatem, aut jacientem radios; & hæc ad sacra verte, hodiernos encomiando

Digitized by Google

mendo Sanctos *Lucíferos* vera fide, & religione, *Splendidos* virtute, *Hecateos* radiis doctrinæ, & exemplorum.

Tum & ex Dianæ picturis adductis die 27. Februarii num. 335. Christianizando eas, plura efformare potes Themata.

4.

Si vt ibi dixi, Dianam pingebant dextera gestantem *ardentem facem*; hodieque delirabant facibus in Dianæ cultum, & hæc ad sacra vertendo per *facem* habes Thema num. 941.

5.

Hist. Lomb. lect. 113.

1125 Hypolitus dicitur ab *iper* quod est *supra*, & *litos* quod est *lapis*. Vel ab *in*, & *polis*, quod est *Civitas*. Vel dicitur Hypolitus, quasi valdè *politus*. Fuit igitur Hypolitus supra lapidem Christum benè fundatus *virtutibus*: munita Civitas *firmitate*, & *constantia*: benè politus *tormentis*.

6.

S. Bern. in Apoc. 3. y. 11.

Est quadruplex corona, quam dat Deus amicis suis (S. Bernardino teste), *Spineæ* pœnitentibus: *Lapideæ* patientibus: *Aureæ* contemplantibus: *Syderea* triumphantibus: per quas quatuor coronas habes pro hodiernis Sanctis, & vetis Dei amicis Thema alterum.

7.

DIES XIV.

A.D. 226.

1126 Hic dies, qui & 19. Kal. Septembris *Fastus* notatur in Kalend Maffeiano.

Dies 13. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis* ob Hispaniam à Romanis subactam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus.

Dies 3. *Festus* ob natalem Augusti Cæsaris, ex dictis supra num. 1114.

Dies 5. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 10. hujus mensis.

Dies dicatus *Diis Manibus*, & putatus *Ater*, & *Infaustus*, ex Beyerline hac die, & ex dictis num. 49. die 14.

Dies dicatus à Romanis *Iovi Liberatori*, in cujus honorem victimas cedebant. Ita Vet. Kalend. & cum eo Beyerline, & Masculus, hoc die.

Hunc diem vt *Faustum*, & *Felicem* habuerunt Athenienses ob celebrem victoriam, quam reportarunt *Artabano* duce eorum, de *Persis*, & *Cabriis*, Navali prælio, anno Mundi 3985. Ita Alexander lib. 4. cap. 20. & Reusnerus in Diario Histor. fol. 122.

1127 Præsens dies fuit à Veteribus dicatus *Iovi Liberatori*, dicto *Liberali* & auctori libertatis, Græcèque votato Eleutherio, quasi *erecto*, & servatori, vt Gyraldus observat. De quo

Iovis Eleutherius.

Gyrald. synt. 2. fol. 97. n. 24.

Iove egi die 3. hujus mensis à n. 1077. vbi & picturam, & Ritum adducto.

1128 Faustus sit nobis dies præsens quò dicatus *Athanasiæ* gratia miraculorum illustri, *Eusebio* præclaro confessori, pluribusque martyribus, vt *Vrsicio*, *Demetrio*, & *Marcello*: Hic zelo fidei, virtute armatus, & constantia, & Jovem sprevit, & ejus celebre Templum Apameæ diruit, quare ibi laureatus martyrio. Vertendo igitur ad Sacra-Prophana de Jove, vt dicto die num. 1078. Themata habes hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyr. Rom.

Thema 1. 2.

DIES XV.

A.D. 227.

1129 Hic dies, qui & 18. Kal. Septembris *Comitialis* notatur in Maffeiano Kal. Dies 4. *Augustalium*, ex num. 1114.

Dies 14. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis* ob Hispaniam subactam, ex dictis die 2. hujus mensis.

Ad hunc diem Masculus, & Tamayus notant: Non fuisse ausam vetustatem venire in contentionem de gloria, cum magnitudine, atque præstantia ejus prodigii, quo Magna Dei Mater, delusa morte, in cœlum evecta est. Hinc nulla apud Romanos, Græcos, & cæteros Gentiles festivitas reperitur istis Kalendis. Hæc citati authores. At nos cum Rosino, & aliis *Festum*, & *Feriatum* fuisse per Vetustatem hunc diem jam diximus.

Insuper & *Solem* hoc die Gentiles colebant, ac *Laribus* sacrificabant, ex dictis supra num. 49. in fine.

Fuit & à nostratibus nobilitatus hic dies: eum Rhodum Insulam à Turcis eripuerunt equites Hospitalitii S. Joannis, parta insigni victoria de Lunis Turcicis, Vrbem *Rhodum* dictam *Solis* illustrarunt. Ita *Chron. Franc.* Beyerline, & Masculus hoc die.

1130 Verè apud nos triumphalis, celebris, & festus præsens dies, vtpotè sacratus *Assumptioni Dei genitricis Virginis Mariæ*: nobilitatus, & ab inclyto martyre *Tharsicio*, gestante Eucharisticum Sacramentum, & nolente prodere infidelibus, ab iis mactato, à quibus minimé sacramentum inventum: nobilitatus & ab *Alipio* præsule, Augustini discipulo, & in certaminibus contra Hæreticos socio, & consorte gloriæ: nobilitatus & ab *Arnulpho* præsule, Duce Lotaringiæ, Caroli Magni Imperatoris Avo, eremi cultore, sanctitate præclaro. His adapta

Martyrol. Rom.

Thema 1.

trium-

triumphantibus, classes, & colores, vt num. 82. & 144.

1131 Est in Insula *Rhodo* Nobilissima Civitas, quæ toti Insulæ nomen dedit; dicta *Rhodus* quum antea *Ophiusa*, *Asteria*, & *Æthræa* fuerit appellata. Vrbem ipsam Rhodum, dictam volunt à *Rhodia* puella adamata ab Apolline, vt fabulatur Diodorus lib. 6. sive ab eo quod in ejus fundamentis fragrantes repertæ sint rosæ. In ea fuit admirandæ magnitudinis *Colossus*, à quo postea *Rhodii* appellati sunt *Colossenses*, ad quos scripsit Apostolus. Fuit & Rhodus *Vrbs Solis* nuncupata, vel à Colosso Solis in ea erecto, vel quia quocumque die, quamquam nubilo, Sol ibi conspicitur. Hac in Insula pluisse aurum, ob ejus felicitatem, refert Prindatus, & ex eo Calepinus. Comparatur *Virgo Mater* inclytæ Civitati, dicamus *Rhodo*, in fundamentis *rosa*, nuncupata *Civitate Solis*, locupletata *auro* cœlesti, quæ vertendo ad sacra pro Assumpta Virgine, eam encomia *Rosam* in morte, *Solem* in resurrectione, *Aurum* cœleste in coronatione.

Rhodus. Anglic. lib. 15. cap. 130. Mascul. hoc die.

Calepin. verb. *Rhodus.*

2. Fuit hæc Mystica Civitas hoc in mysterio: *Mulier amicta Sole*, & quidém triplici (S. Bernardino teste), *Sole amoris*, *Sole splendoris* quoad lucem gloriæ in anima, *Sole fulgoris* quoad lucem in corpore, ex redundantia gloriæ in anima.

Apoc. 12. v. 1. S. Bernard. ser. 13. cap. 3.

3. Insuper, & *Magnificavit* Cœlum nova, & præcellenti irradiatione suarum virtutum: *Decoravit* nova, & ineffabili gloria: Perlustravit immensa luce gratiarum (ipso S. marginato teste).

4. *Elevata est magnificentia tua super Cælos*, & quidém, ex ipso Sancto: *Altissimé* super omnes Angelos: *Firmissimé* inamissibiliter: *Latissimé* protectione ad omnes.

Psalm. 8. v. 2.

5. Elevata est super Cœlos sublimiter, triplici fructuosa elevatione: *Directiva* expediendo viam: *Protectiva* repellendo pugnam: *Irrorativa* impetrando gratiam.

S. Bernard. ser. 22. supp. 3.

6. *Cælum* à *calando* dictum est: est igitur *triplex* Cœlum *Ecclesiæ* militantis, *Ecclesiæ* triumphantis, & *Animæ*. Fuit igitur, & est *Virgo Mater* in hoc triplici Cœlo elevata. In primo *Virtute*, & exemplo: In secundo *Gloria*, & dignitate: In tertio *Devotione*, cum hæc viget in cordibus nostris erga Assumptam Deiparam, nostratum veram Protectricem. Si igitur *Signum magnum apparuit in Cælo*, in hoc triplici Cœlo, Deiparam apparentem encomia, cum Doctore Egregio Sancto Bernardino, apud quem marginatum, plura alia poteris videre. Quem & vide in Apoc. 12. v. 1. de *Coronatione* Stel. duodecim.

DIES XVI.

A. D. 218.

1132 Hic dies, qui & 17. Kal. Septembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 15. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob Hispaniam subactam, & in Provinciam Romanorum reductam, ex dictis die 2. hujus mensis.

Festum *Saceas* nominatum, actum à Babylonis *diebus quinque*, simile Saturnalibus Romanorum, quo in festo Dominis imperabant servi, quorum vnus è domo eductus *stolam sumebat regiam*, vocaturque *Zoganes*. Ita Berosus lib. 1. Rer. Babyloniorum. Cœl. Rhodiginus Antiquit. lib. 13. cap. 23. Hospinianus de Festis cap. 21. fol. 129.

Festum *Saceas.*

Consualia festa *Conso* Deo dicata in Circo. Ita Gyraldus synt. 17. fol. mihi 416. num. 30. & Roman tom. 2. lib. 2. cap. 18.

Dies triumphalis ob celebrem victoriam, quam *Lucius* Antonius Pætus Proconsul, ex Africa reportavit. Ita Reusnerus, & cum eo Thamayus hoc die.

Solemnis dies apud Romanos; quo Romulus *Equestria* certamina instituit, & agebantur in honorem *Neptuni*. Ita Vet. Kal. Tamayus, Masculus, & Beyerl.

Theat. Vit. H. hoc die. Hospin. cap. 21. fol. 126.

Hoc die, *Bacchi mysteria magna* celebrata *vsque ad vigessimum*. Ita Hospin. vide num. 1157.

1133 Plura festa hoc die fuerunt, de quibus dicemus, & primo de festo *Saceas*, aut *Saceam*, relato à pluribus ad sequentem diem. Fuit *Saceas*, aut *Sacean* Babyloniorum festum, actum *per quinque continuos dies*, attributum Persis à Dió Chrysostomo orat. 4. de Regno. Actumque eo ritu, vt Servi Dominis imperarent, & vnus è domo eductus, quem appellabant *Zoganes*, aut *Zoganem* sumebat *stolam* regiam. Hic servus, ex Dió Chrysostomo citato, absolutus erat à vinculis, & hoc in festo sublimatus in Regem, post denudatus imperio, flagellatus, & suspensus. En verba præfati Diosnis. In Saccorum solemniis Persæ ex vinctis, qui duci ad supplicium debent, *aliquem in Regis sella collocant, & veste regia ornant,*

Saceas. Hospin. de Fest. cap. 21. citat. Rhodig. lib. 13. cap. 23. Tamayus cum aliis die sequ.

Rieux.

Digitized by Google

ornant, faciuntque ei potestatem delicatè, & mollitèr vivendi: neque illum quisquam impedit, quominus quidquid voluerit faciat: deinde exutum, & flagellatum suspendunt.

Consus. Consualia. 1134 Fuerunt & hoc die *Consualia* festa, dicata Deo *Conso*, quem aliqui putant idem cum Neptuno, alii distinctum, vt Rosinus lib. 2. cap. 13. advertit. Fuitque *Consus* à Gentilibus putatus Deus *consiliorum*, & *fraudis*, vt Gyraldus cum S. Cypriano advertit. Alii putant dictum Consum, eo quod sugerat *fida*, & *salutaria consilia*; & festa Conso dicata *Consualia* nuncupabantur, quæ à Romulo fuerunt instituta. Origo fuit: quia (Plutarcho referente) Romulus in Circo sub terram conditam invenit aram cujusdam Dei, eique Deo indidit nomen *Conso*; sive à Consilio, quòd consiliarius foret, à quo dixerunt Romulum accepisse Consilium de Sabinarum raptu. Quæ ara erat sub terra, semper occulta: quia oportet occulta esse consilia, solùmque in Consualibus patefiebat; & ad ejus aram erat aditus, in qua ipsi Conso fiebant sacra. Insuper & in Consualibus mos fuit Romanorum vt cessarent à laboribus equi, & muli *coronati floribus*, vt marginati tradunt.

Gyrald. synt. 5. fol. 142. Cartarius à fol. 171. Alex. lib. 5. c. 26.

Origo.

Ritus.

1135 *Equestria* fuerunt hoc die dicata *Neptuno*. De hoc egi die 8. Januarii à num. 91. vbi & varias Neptuni adduco picturas num. 94. Dicta fuerunt *Equestria* quia ab equitibus Romanis acta, & erant ludi, & spectacula, advertit, cum Seneca, & aliis Rosinus lib. 5. cap. 23. Paral. Qua in pompa *Equestrium* plura fiebant. *Primò* viri nobiles potestate, & dignitate præeminentes ducebant Deos pompa, è Capitolio in Circum maximum, vbi jam erant filii equitum Romanorum equis invecti, cæteri pedites, omnes ordine militari distincti per *alas*, *centurias*, & *classes*, vt appareret Romana juventus, & vrbana, & egregia forma; & numero. *Secundò* sequebantur *Quadrigarii*, *Bigarii*, & *Agitatores* singularium certaminum. *Tertiò* sequebantur *Athletæ*, pudenda tantum tecta habentes, cætera nuda. *Quartò* sequebantur chori *Saltatorum* trifariam divisi; primò *virorum*, secundò *imberbium*, tertio *puerorum*. Habitus saltatorum erant tunicæ *puniceæ*, *balteis* æreis astrictæ, gladiis dependentibus; gestabantque mediocres, & breviores *Lanceas*: viri verò etiam & *galeas* insignes pinnatis cristis; & quemque chorum præcedebat vnus vir, qui præibat dando cæteris saltationis formulas; item & unus præcinens musico instrumento modulos saltationis. *Quintò*, post choros Saltatorum sequebantur *Tibicines*, & *Citharistæ* plectentes lyras eburneas, & tibias breves inflantes. *Sextò* incedebant *Satyri*, habitu Græcanico, idest gestantes tunicas consertas *ex omni florum genere*, & in capitibus setas, sivè capillos horrentes, aliaque similia. *Septimò* incedebat agmen *Citharistarum*, & *Tibicinum*; post quos alii gestantes acerreas argenteas, & aureas, tàm sacras, quàm publicas facientes suffitum. *Tandem* claudebant agmen *Bajuli* simulachrorum gestantes inanium Deorum simulachra. Peractaque pompa Sacerdotes, & Consules, quibus fas erat. In hisque equestribus certaminibus duos sacrabant equos, in bigarum morem. Tandem certabant *Equites*, Athletæ, & *Cursores*; ac victores coronabantur, & voce præconis celebrabantur laudatissimo encomio, vt omnia Rosinus, aliique notant. Hoeque die fiebant *Equestria* in honorem *Neptuni*, vti dixi.

Equestria.

Rosin. lib. 5. cap. 23.

1136 Hoc die, quo Romani Equites, suis in Equestribus pro Neptuno certarunt, nobis veniunt venerandi veri, nobilesque certatores, ac triumphatores, vt *Hyacinthus*, Ordinis Prædicatorum decus, qui *Vandalum* fluvium, nullo vsus navigio, trajecit cum sociis, expanso super vndas palio; idem facturus, si oportuisset, in mari: *Ambrosius* centurio, qui, Diocletiani jussu, demersus ad portum veræ salutis enatavit, verè ambo Neptunum vincentes, & secundus laureatus martyrio; ad quam lauream, & pervenère *Titus*, *Diomedes*, & alii; quibus ad coronam gloriæ associantur clarissimi præsules *Simplicianus*, & *Eleutherius*, necnon *Serena* Augusta quondam Diocletiani vxor, ac *Rochus* ortus genere nobili; effectus pauper, & humilis pro Christo, Tertii Ordinis Minorum alumnus, castitate, patientia, & miraculis conspicuus, præcipuè contra morbum Epidemiæ. Quòd si ex num. præcedenti hoc die, suis in Equestriis Gentiles delirabant Galeis, Armis, Tubisque argenteis, & aureis: vertendo hæc ad sacra, hodiernos Sanctos encomia *Galeatos* fide, *Armatos* virtute, *Aureatos* charitate in Deum, & proximos, *Argenteos* fama sanctitatis, virtutum, miraculorumque.

Martyrol. Rom. Baronius hic. Martyr. Franc. hoc die.

Thema. 1.

Si floribus in Equestriis certaminibus delirabant Gentiles, & hæc ad sacra

sacra vertendo, floridos hodiernos encomia Sanctos, vt *Lilios* puritate, *Hyacinthinos* cœlesti vita, *Roseos* flagranti charitate, aut Martyrio.

Si in Equestriis delirabant Tubis, vertendo & hæc ad sacra, per Tubas habes Themata hodiernis accommodanda Sanctis num. 697. & 698.

Cum inter flores sit Hyacinthus, in quo, vti & in aliis delirabant, vertendo & ad sacra Hyacinthi *species*, & *colores*, habes die 2. Maii num. 614. Themata, & accommodanda hodiernis Sanctis, ac specialiter Sancto *Hyacintho*.

Breviar. Franc. hoc die. Baronius hoc die. Arturus in Martyr. Franc. hoc die. Lequile in Herarch. Montes in Propylæo 1. n. 6. & 7.

1137. Est & præsens dies dicatus Sancto *Rocho*, quem Minoritæ, vt Tertii Ordinis filium, colimus Ecclesiastico officio, ritu duplici majori: Cui *per Angelum tabulam eidem afferentem* promisit Deus, *vt qui ipsum invocaverit à nullo pestis cruciatu laederetur*, vt in præfati officii Ecclesiastici oratione recitatur. Ad quod privilegium forsan perspexére Patres Concilii Constantiensis, quorum decreto, ad propulsandam ingruentem luem, huic Sancto debitos honores tribuere impensi fuére, & solemni pompa ejus imago, omni comitante populo, per Vrbem delata: *quo facto, illa pestis mox evanuit*, vt præter alios tradit Baronius. Pluresque Vrbes, & oppida cum diverso tempore cruciarentur eadem lue, votis emissis ad Beatum Rochum, salubriter sunt cœlitus exauditæ eorum preces. Familia Rochi cognominata à *Cruce* aiunt Lequile, & Montes. Addit hic *Rochum* miraculosé conceptum ex senili, sterili, & infœcunda matre, nomine *Libera*, qua orante in Templo Divi Francisci Montis Pesulani, ante Crucifixi Imaginem, vt eam à fœda sterilitatis nota expiaret, filiumque sibi donaret, audivit, ex ore Crucifixi: *Ne paveas mulier, jam tua pia, atque humilia Vota exaudivi: Ecce concipies in utero, & paries filium, ita fortem, virilem, atque robustum, vti solidissimum saxum.* Hispanè *Roca*. Hinc in sacro Baptismatis lavacro vocatus *Rochus* à *Roca* firmissima petra.

Montesci in Propylæo. 1. n. 9. &c.

1138 Fuit natus S. Rochus duabus *Crucibus* insignitus, vnam in pectore gestans, alteram in humero dextro, quæ quotannis die Veneris Sancti, ita inflatæ, ac tumidæ apparebant, quasi vivum, ac fluidum sanguinem stillarent, in memoriam Passionis Redemptoris. Habitu Tertii Ordinis S. Francisci indutus à S. Antonio Paduano, & Virgine Clara, vt Montes, in Propylæis S. Rochi, fol. 12. tradit, cum aliquot Auctoribus. Indutus *peregrina veste*, exul voluntariè, domus, & patriæ, cujus & Dominus, totam feré peragravit Europam. Immunis tota ejus vita fuit à peccato lethali. Liberavit à lue pestifera quamplures Vrbes, Cardinalem, Britonicum nomine, à peste præservavit, impresso fronti ejus Crucis signo, quo signaculo, multos à tabida pestilentiæ plaga sanavit. Vultus virgineus ejus mirabilem splendorem emittebat: Ex ipsius placidis oculis, vti ex luminoso fonte fulgores perenniter emanabant. Sagitta pestilentiæ ab Angelo Domini percussus Rochus in coxam sinistram, tugurium quoddam ingreditur, ibi per Canem pane pascitur, ab Angelo solatium accipit. Ad ostium tugurii nubecula de cœlo lapsa, sedens super frondosam arborem, protinus fontem aquæ profudit, sub ipsis Rochi pedibus. Qui per vasta nemora incedens, bruta quoque adversa valetudine vexata, ad Rochi pedes pervoluta, nutibus suis sanitatem poscebant, & assequebantur. Reversus ad Patriam suam, Pessulanum Montem, vt explorator comprehensus, tetrido carcere maneipatus per quinquennium, ibi hæsit, & obiit. Mortuo *Rocho* cœlitus elapsæ fuére claræ, micantes, & ardentes lucernæ ad caput, & pedes Rochi, quas adstantes conspexére in tenebroso illo ergastulo. Ad latus, Angelico ministerio inscripta, inventa Tabella relata supra, num. 1137. de patrocinio Rochi, ad liberandum à peste. Viderunt-que Pesulanenses in corpore exanimi Divi Rochi, & in tumulo locato, Crucem Domini impressam. Ad latus sepulchri multos per dies immotum Canem. Totum tandem sepulchri spatium herbis salutiferis, & vernantibus floribus circumvallatum apparuit. Hoc est Glorioſum, ac floridum divi Rochi Mausoleum.

Iacobus Marchant. pag. 359.

Surius in Vita.

HOC EPITAPHIVM.

O Vrna æternis violis dignissima spargi!
Æterna dignè vermiculanda Rosa!
In patria te pauperies, morbique premebant
Nunc exul morbis, pauperieque cares.
Corpus, & Arca rubent, auro hæc, tu sanguine.
Multis exiliũ in patria est, tibi patria in exilio.

Digitized by Google

Ex divite inops: ex inope dives factus,
Pro Gentilitiis paupertas.
Lethæi domitor, Lethi dominator
Orcum, & Arcum elisit,
& illusit.
Natus, & denatus in Cruce.
Hinc per Crucem angores, & langores
subiit.
Indeque ex Cruce honores, & decores
suxit
Obiit, beate, die 16. Augusti, anni
1327.

Ex Archiv. Vrbis Arelatens.

Dum dira fames Montem-Pessulanum invaderet anno Domini 1332. & quinto ab Obitu Divi *Rochi*; Decreto Senatus, ob annonæ penuriam, publico Edicto decrevit: omnes egenos, infirmos, ac pauperes propellere ex Vrbe. Quod cum executioni mandaretur, S. Rochus ex sepulchro egrediens illis comitabatur. Re cognita, & revocato decreto sancitum fuit, sub gravissimis pœnis, vt omnes egeni, omnesque infirmi, ac pauperes, qui ab Vrbe discesserant, ad eam remearent. Mira res! Sanctus Rochus redux pauperum, ac infirmorum factus, ad suum Mausoleum iterum se contulit, & clauso ostio, ibi quievit. Verè hic cum Isaia exclama. Quis enim audivit vmquam tale? Et quis vidit huic simile? Hic revera non illepide alludit illud Psalmi: *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam*, surgendo ad eorum auxilium, & levamen. *Notula repentinæ accelerationis ad auxilium.* Hic est admirabilis *Rochus* cujus per Rara Charitas in pauperes, cujus per eximia pietas, & misericordia in infirmos, post ejus obitum perstat in terris, & in sepulchro viget. Hinc *erit sepulchrum ejus gloriosum.* Quare Britanicus appinxit Mausoleo Rochi peracctum hoc Epitaphium:

Isai. 66. v. 8.

Psalm. 11. v. 6. Genebr. hic.

Isai. 11. v. 10. Britanic. lib. 2. Epig. 12.

Ex cinere, vt Phœnix, Phœnicis renascitur Rochus.

Dicta hoc numero, & præcedenti, præter morem nostrum: quia rara adduxi, cum marginatis, & nostratibus, & præcipuè ex libello Encomiastico Historico-Positivo meritò in lucem edito à P. Fr. Josepho Montes Minorita Doctissimo Provinciæ Aragoniæ, dato typis Cæsaraug. anno 1715.

Anglic. lib. 16. cap. 9.

S. Isidor. lib. 16. cap. de Chrystallo.

Berchor. lib. 10. cap. 40.

1139 *Rochus* igitur à *Saxo*, sivè *Roca* nuncupatus est, vti dixi: quare meritò dicemus in Adamante, non arte, sed natura Rochum depictum, nedum quia *parvus magnitudinis avellanæ*, sed ita fortis, vt nec ferro frangatur, nec igne calescat, nec vlli penitus eedat materiæ, habeatque *colorem* ferri, splendorem chrystalli: & licet sit hic lapis ferrei, & ignis contemptor, tamen *sanguine calido rumpitur*, & ejus fragmentis sculptores vtuntur in signandis, & perforandis lapidibus. Addit Plumbeus: *In Adamante invenitur peregrina, sivè peregrinus intuetur vir, funiculo cineris colore præcinctus, luem fugans.* Ecce natura depictus Rochus *Adamas* fortitudine, & prætiositate; *Chrystallus* splendore virtutum: *Cinctus* funiculo cinericio paupertatis Franciscanæ: *Fugans* luem pestilentiæ patrocinio.

Petr. Plumb. de Symb. Adamãt.

Vel die, quod Rochus fuit *Adamas* parvus humilitate: *Crystallus* splendore honestatis: *Ferrugineus* austeritate pœnitentiæ.

1140 Fuit hic dies à Veteribus sacratus *Neptuno*, de quo fabularunt, baculo percussisse saxum, & produxisse fontem, ad liberandam Vrbem. De quo sic Ovidius:

Ovid. in 6. Fabul. 1. Metamor. Pier. Val. lib. 3. cap. 8. Morales in Philosoph. secret.

Stare Deum pelagi, longòque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque è vulnere saxi
Exiisse fretum, quo pignore vindicet Vrbem.

Quem pinxerunt, jam *cæruleo indumento vestitum*, jam *nudum*, jam cum *baculo*, & superhumerali pellicula Hispanè esclavina, vt marginati, & alii dixére. De quo Neptuno plures adduxi picturas die 8. Januarii, num. 94. Quare vertendo ad sacra pro Sancto Rocho, tantum Sanctum encomia *Nudum* paupertate voluntaria: *Cæruleum* vita cœlesti: *Peregrinum* baculo protectionis contra pestiferam luem.

Tandem hoc die *Antoniania* festa ob memoriam natalis Marci Antonii. Ita Roman tom. 2. lib. 10. cap. 8. fol. mihi 423.

DIES XVII.

1141 HOc die dicto & 16. Kal. Septembris, *Fontanalia* sacra. Ita Kal. Maffeianum adductum à Rosino lib. 4. cap. 2. *Trajanalia* festa, ex dicendis, num. 1146. A. D. 229.

Dies *Nefastus primò* ex ipso Kal. Maffeiano citato.

Dies 16. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis* ob Hispaniam subactam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies 2. quo Babyloni agebant festum *Sacean* nuncupatum, ex dictis num. 1133.

Digitized by Google

Portumnalia, festum dicatum hoc die Portumno Deo. Ita Vet. Kal. & cum eo Gyraldus de Mensibus, fol. mihi 616. Hospinianus de Fest. cap. 22. Rosinus, & alii.

Ipso die celebrabant *Sacrum Iano* ad Theatrum Marcelli. Ita Vet. Kal. & cum eo Gyraldus, Hospinianus, Rosinus, & alii.

Ad hunc diem *Tiberinalia festa Romæ*, ait cum Ovidio Beyerlinc, in Theatro V.H. hoc die

Quo die *Terminalia Romæ celebrata*, ob terminos à Rege Numa positos. Ita Masculus in Fastis hoc die fol. 363.

Tandem dies *Festus*, & *Feriatus* appellatus *Quinquatrus* dicatus *Minervæ* ex dictis num. 49. & die 19. Martii num. 450.

Dies 2. quo agebant festum dictum *Magna mysteria Bacchi*, ex dictis num. 1132.

Fontanalia.

1142 Inter alia sacra Gentilium fuerunt hoc die *Fontanalia*, *Portumnalia*, *Liberinalia*, & *Terminalia*, de quibus agemus, & primò de Fontanaliis. Fuerunt *Fontanalia* sacra fontium, dicta & *Fontinalia*, quòd is dies & feriatus, & dicatus fontibus; in quibus *coronas jaciebant*, & *puteos coronabant*: quare & Romæ fuit fontinalis porta. De quo Sacro & ejus ritu Gyraldus, & Rosinus marginati. Josephus Scaliger Conjectaneis in Varronem de Lingua Latina notat: quòd Fontinalia fuère sacra, & feriæ ejus fontis cujus delubrum fuit juxta portam *Carpenam*: quare hæc porta & *Fontinalis* dicta. Et quamquam hæc sacra ab Ægidio, apud Gyraldum marginatum, referantur ad diem 12. Octobris, sed Kal. Maffeianum ea refert ad hunc diem, & 13. mensis Octobris, vt in ipso videre poteris.

Gyraldus Synt. 17. fol. 418. n. 40 Rosin. lib. 4. cap. 14. Ritus.

Portumnalia. Portumnus.

1143 *Portumnalia* fuerunt sacra dicata *Portumno*, cui hoc die dicarunt ædem in portu Liberino: & festum egerunt, ajunt Gyraldus, & Rosinus; in quo Portumni, aut Portuni templo erat cella, aditus ad eam subterraneus, ibi ajebant latére Portumnum, & quòd eo in loco, si quis civis, vel hospes perjurasset, pœnas perjurii effugere non poterat (vt ait Cartarius) Qui *Portumnus* dictus fuit & *Portunnus*, *Portunus*, & *Palæmon*, qui à Romanis inter Deos colebatur. Fuit Portumnus Neptuni comes, & alio nomine vocatus *Melicerta*. Fabularunt enim Melicertam se præcipitasse in mare & Numinum voluntate versum in Portumnum, de qua fabula Ovidius in 4. Metamorphos. Habituque fuit Portumnus, vt Deus Marinus *portarum* præses, & custos: quare eum pinxerunt *tenentem clavem in manu*.

Gyrald. Synt. 5. fol. 149. Rosinus lib. 4. cap. 12. & lib. 2. cap. 13.

Cartar. fol. 104.

Hospin. cit. c. 22. *Pictura.*

Tiberinalia.

1144 *Tiberinalia* sacra dicata fuerunt *Tiberi fluvio*: enim Antiqui in tantum delirarunt, vt flumina venerarentur velut numina, (& hoc die Tiberim) quæ ab ipsis votis, & sacrificiis colebantur, vt inter alios tradit Cartarius de Imaginibus Deorum à fol 179. Tiberim autem Virgilius depingit per sequentes versus:

Virgil. Æneid. lib. 8.

Huic Deus ipse loci, fluvio Tiberinus amœno
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus: eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines umbras tegebat arundo.

Terminalia.

1145 *Terminalia* sacra erant *Deo Termino* dicata, acta communiter in Februario, vt eo mense dixi, die 20. vbi & egi de ritu, & sacrificiis Terminalium, ac de Termini picturis. Dictis addo cum Cartario, ex Pausania, quòd in templo Apollinis Delphi fuit lapis non multum grandis, maxima religione custoditus, habitus pro Deo Termino, de quo fabularunt, quotidie: sed maximé diebus festis, aliquid olei stillasse. De quibus sacris Ovidius in 2. Fastorum per sequentes versus.

Carta. fol. 24.

Nox ubi transierit solito celebratur honore
Separat inditio qui Deus arva suo.
Termine, sive lapis, sive es defossus in agro
Stipes ab antiquis tu quoque nomen habes
Te duo diversa Domini de parte coronant,
Binaque serta tibi, binaque dona ferunt.
Ara sit, hic ignem curta sit rustica testa,
Sumptum de tepidis ipsa colona focis.
Ligna senex minuit, cunciſaque constituit arte,
Et solida ramos figere pugnat humo.
Tunc sicco primas irritat cortice flammas
Stat puer, & manibus lata canistra tenet:
Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes
Porrigit incisos filia parva favos.
Vina tenent alii, labantur singula flammis

Spe-

Digitized by Google

BIBLIOTECA EPISC. SEMIN.

Spectant, & linguis candida turba favet.
Spargitur, & cæso communis terminus agno,
Nec quæritur lactens cum sibi parca datur.
Conveniunt, celebrantque dapes vicinia supplex
Et cantant laudes, Termine Sancte, tuas.

1146 Fuit præsens dies, jam Nefastus, jam Festus Gentilibus delirantibus (inter alia,) suis in clavigeris Jano, & Portumno. At nobis veniunt venerandi veri clavigeri, qui suis pœnis, pro Christo passis, sibi aperuerunt aditum ad gloriam, cum laurea martyrii. Hi fuère *Mamans, Nyro, Philippus, Paulus*, & alii martyres fortissimi, cum quibus *Septimus* cum sex aliis sociis eandem assequuti palmam. Cumque hoc die delirarent Gentiles iiis in Fontinaliis tribuendo coronas fontibus, & puteis: verte hæc ad sacra, & cum à vulneribus Christi *quatuor* (S. Bonaventura teste) deriventur fontes *Gratiæ, Sapientiæ, Charitatis*, & *Misericordiæ*, per quatuor hos fontes, hodiernos Sanctos encomia *Gratiosos*, Sapientes, *Charitativos*, & *Misericordes* patrocinio in suos devotos.

Martyrol. Rom. S. Bonav. in Psalm. 141.

Si in Fontalitiis, hoc die, Coronas tribuebant Veteres, & vertendo hæc ad sacra, tribue Sanctis hodiernis Coronas, vt *Lileam, Violaceam, Roseamque.*

Thema. 1.

2.

Multipliciter *clavis* accipitur: est enim clavis *gratiæ*, clavis *Sapientiæ*, & *potestatis*: quas claves Sancti acceperunt à Deo: quod si Gentiles hoc die in clavibus delirabant, tu præfatas tres Christianas claves, hodiernis Sanctis adapta.

S. Bernardin. in Apoc. 3. v. 7.

3.

Fiebant, tandem à Gentilibus hoc die *Trajanalia* festa, acta ob natalem Trajani Imperatoris. Ita Roman tom. 2. lib. 10. cap. 8. fol. mihi 423.

DIES XVIII.

A.D. 230.

1147 Hic dies, qui & 15. Kal. Septembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

In ipso Kal. notantur *Mercurialia sacra* hoc die, & sequenti sic. *Merk.*

Dies 17. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis* ob Hispaniam subactam, & in Romanorum Provinciam reductam, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies 3. quo Babiloni agebant festum nuncupatum *Sacæa*, ex dictis die 16. hujus mensis num. 1133.

Item dies 3. ex quinque quibus Græci agebant festum nuncupatum *Magna mysteria Bacchi*, ex ibi dictis cum Hospiniano num. 1132.

Consualia sacra Deo Conso dicata, ad hunc diem, vel sequentem refert, cum Plutarcho in Numa, Gyraldus de Mensibus fol. mihi 616.

Quo die *Raptus Sabinarum*, disponente Romulo, moto ab oraculo accepto ad id à Conso. Ita Plutarchus in Romulo. Gyrald. citatus. Rosinus lib. 4. cap. 4. & Tamayus hoc die. Quare & *Consualia* hoc die celebrabant, necnon & die 16. hujus, vt ibi dixi. Vide dicenda die sequenti cum. Hospin.

Hoc & die Romani sacrificabant *Apollini* bovem cum auratis cornis, & duas albas capras: etiam auratis cornis, & hoc statutum fuit lege nuncupata duodecim Tabularum, sic dicta quia facta à duodecim Governatoribus Reipublicæ. Ita Roman tom. 2. lib. 2. cap. 9. cum Macrobio lib. 1. Sat. cap. 17. & 18.

1148 Egi de *Consualiis* die 16. hujus mensis, & de *Ludis Apollinaribus* die 4. Julii. Pergo ad *Sabinarum raptum* de quo & meminit S. Augustinus de Civitate Dei, aguntque alii marginati. Cum Romulus à populis vicinis non posset impetrare fœminas ad conjugium, ex Consilio Auvi Numitoris, & Senatus (aut à *Conso* ad id accepto Consilio, vt fabularunt; & dixi num. 1134. ludos se facturum simulavit, *Neptuno* equestri, vocato & *Conso*: ita evocatis fœminis vicinarum gentium, eas omnes, potissimum *Sabinas*, vt haberent vxores, simulato fine, & medio spectaculo, Romani eas rapuerunt in vxores suas, in quo convenerant Romulus, & sui. Quòd factum quarto mense post conditam Vrbem advertit Vives, & hoc die 14. Kal. Septembris, vt Plutarchus in Romulum, & alii advertunt. Sabinæ raptæ fuère plures 527. vel vt vult Dionisius Halicarnassæus 689. Iam ante Hebræi Benjamitæ rapuerunt sibi in vxores 200. Siluntinas virgines, constat Jud. cap. 21. At Benjamitas coëgit ad raptum necessitas, Romanos libertas, vt docet S. Aug. de Civit. lib. 2. cap. 17. & lib. 3. cap. 13. Vnde Romanorum raptus concivit bella, & strages, Beniamitarum verò pacem, & lætitiam.

Raptus Sabinorum. S. August. lib. 2. cap. 17. Vives hic. Alap. in Iud. cap. 20. v. 21.

1149 Hoc die quo in tantum debacchavit Gentilitas ludendo, vsque ad lasciviendum, inserunt christiano ludo

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

nostrates certando pro Christo, superando tormenta, vincendo tyrannos, obtinendo palmam. Hi fuère *Agapitus*, qui in ipso ætatis flore, superatis leonibus, diriſque tormentis, gladio tandem percussus coronatus: *Herma*, *Serapio*, *Leo*, & alii, quibus ad constantiæ firmitatem adhæret *Firminus*, præsul, & Confessor, accedunt commodé *Lauus*, & *Florus* martyres. Quem diem & honestat *Helena* Magni Constantini Imperatoris Mater, celebris zelo conquirendi Crucem nostri Liberatoris. Cum igitur in Circensibus Ludis hoc die actis in honorem Consi, aut Neptuni equestris exercerent Gentiles varias luctarum species, jam currendo, jam saltando, jam sagittas eiiciendo, jam aliis modis belligerando, vt victores assequerentur *palmam*; In quibus ludis fuerunt ludentium quatuor Factiones, aut Classes distinctæ, & nominatæ à distinctis coloribus, scilicet *Albo*, *Viridi*, *Cæruleo*, & *Coccino*, vt tradit marginatus Rosinus. Hinc vertendo hæc ad sacra pro hodiernis veris luctatoribus Christi, per Classes ludentium eos encomia *Albos* puritate, *Viridesipo* firma, *Cæruleos* vita cœlesti, *Coccineos* flagranti charitate, aut martyrio.

Rosin. lib. 5 c. 5.

Thema. 1.

Insuper color *Coccinus* ostendit exuberantiam quandam, ac splendorem roboris, qui & nuncupatur *Spadiceus*, *Phœniceus*, & *Roseus*, quòd adaptando Sanctis hodiernis, eos encomia *Spadiceos* fide, religione, sapientia: *Phœniceos* raritate, ac splendore virtutum: *Roseos* ardenti charitate, aut martyrio.

Calepin. V. *Coccinus*.

2. *Mercurialia* dicata Mercurio agebatur hoc die. De quo Mercurio, ejusque picturis, & inde Themata plura adduxi die 4. Januarii, & 14. Julii, hodiernis adaptanda Sanctis.

3. 1150 Si hoc die Veteres sacrabant Apollini, omitto plura, ne actum repetam, videnda V. Apollo, & hodiernis adaptanda Sanctis. Addo fuisse in Delo simulacrum Apollinis habentem manu dextera tres insidentes Gratias, quarum una *Tibia*, altera *Fistula* conspicua forma, tertia *Lyra* harmoniosa varietate vocum compacta. Cumque Tibia fuisset signum rei sacræ (Picrio marginato teste) Hinc vertendo hæc ad sacra pro Sanctis hodiernis, eos encomia *Sacratos* Deo fide, religione, virtute: *Conspicuos* puritatis splendore *Compactos*, vt harmoniosas Lyras accorde varietate virtutum, sic ter gratos, & veré velut soles fulgentes.

Apollinis. Pictura. Pier. Val. lil. 47. cap. 20. & à 12. ad 21.

4.

DIES XIX.

A.D. 231.

1151 Hic dies, qui & 14. Kal. Septembris *Nefastus primò* notatur in Kal. Maffeiano.

Mercurialia sacra *Mercurio* dicata, ex ipso Kal. Maffeiano.

Dies 18. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & in Provinciam Romanorum reductam, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies 4. quo Babiloni agebant festum *Sacean* nuncupatum, ex dictis die 16. hujus num. 1133.

Dies item 4. quo Græci agebant festum nuncupatum *Magna mysteria Bacchi*, ex dictis cum Hospiniano num. 1132.

Quo die Augustus Imperator obiit anno Imperii 56. salutis 16. ætatis ipsius 76. Quo & die olim consulatum inierat. Ita Dionysius, Suetonius, Rosinus lib. 4. cap. 4. & Beyerlinc hoc die, & Gyraldus de Mensibus fol. mihi 616. Ecce dies jam purpureus, jam ipso Cæsari sepulchralis, sæpè ita contigit: Despice mundanos fastos.

Lucaria in *Luco* celebrata. Ita Kal. Maffeianum hoc die. De quo festo, ejusque origine, & causa egimus die 19. Julii.

Dies lætus, & alacer ob *Vinalia* sacra *Iovi* dicata, dicta *Vinalia rustica*, sivè *secunda*: quo die Flamen dialis Romæ auspicabatur vindemiam, & vinum in Vrbem primum deferebant. Ita Rosinus lib. 4. cap. 12. Beyerlinc, & Tamayus hoc die, aliique.

Raptus Sabinarum ad præcedentem diem cum Gyraldo, & aliis, ibi relatis, ad hunc diem refertur cum Plutarcho à Cornelio in Jud. 21. v. 21.

Quo die, 14. Kal. Septembris *Consualia* dicata Deo Conso, & ideo in Circo ad aram ejus fiebant *Ludi per novem* dies (vt statim dicemus) Ita Dionysius lib. 1. Antiquit. & Hospinianus de Festis cap. 22. fol. 129. & Gyraldus de Mensibus fol. 616.

1152 Quanquam *Consualia* ad præcedentem diem relata jam diximus, ad hunc diem referuntur ab Hospiniano, & Gyraldo citatis, cum Plutarcho in Noma. De *Consualiis*, & *Conso* egi & die 16. hujus mensis num. 1134. Fueruntque hoc die *Consualia* dicata Conso, & ideo in Circo ad ejus aram fiebant Ludi. Ara *Consi* erat sub terra, hocque die discooperta, igneis libaminibus honorabatur, & victima, quæ sacrabatur, erat *Mulus*. Ad quam mox

Consualia. Ludi Circenses. &c. Dionis. lib. 1. Antiqu. Hospin. cit. cap. 22. Vives in lib. 2. de Civit. c. 17. Rosin. lib. 5. cap. 19.

Digitized by Google

dicabant Ludos *Conso*, aut *Neptuno* equestri. Hi Ludi nuncupati fuerunt *Circenses*, *Magni Romani*, & apud Priscos *Consualia* &c. Agebanturque in Circo Maximo ad aram *Consi* ob opem, & Consilium acceptum ab eo; Romuloque (vt fabularunt) tributum. Quibus in Ludis (ridiculo sanè ritu) *Asinos coronabant* fertis, ac coronis. Hi enim Ludi primò celebrabantur *vno die*, inde *biduo*, item *triduo*, & tandem *per novem dies continuos*, à pridie Nonis Septembris, vsque ad pridie Idus, sivè à die 4. vsque ad 12. inclusivè. Hinc videtur egisse hoc mense præfatos Ludos *per tres dies*, ab hoc vsque ad 21. & mense sequenti *per dies novem*. De quorum Ludorum pompa, factiones, classes, & colores, perpende dicta, quamquam summatim num. 1149.

Vinalia.

1153 *Vinalia* ponuntur hoc die in Vet. Kal. sic Vin. Duplicia erant *Vinalia*, primò celebrabantur die 21. Februarii, vt eo die dixi, quòd Kal. Maffeianum refert ad 9. Kal. Maias, & Gyraldus cum eo. Hæc Vinalia in Augusto celebrata *Rustica* dicebantur: quia hoc die Flamen dialis auspicabatur vindemiam, qua acta cæremonia *Rustici* se ad vindemiam præparabant. Festus vult hæc *Vinalia* acta in honorem *Iovis*: quia Latini bellum gerentes adversus *Mezentium*, dicarunt *Iovi libationem omnis vini*. Josephus Scaliger: inquit, dicata hæc Vinalia *Veneri*, & quia ei hoc die dicatum templum, & quia in ejus tutela erant jumenta, olitores, & horti omnes: quare putabatur præses hortorum, ipsique dicabant vinalia solemnia, vt sedaret, & leniret tempestates. Quæ *Vinalia* celebrabant hoc ritu. Immolabant *agnam* inter cujus exta cæsa legebat, & porrigebat vinum: quo tempore ex templo Veneris affatim vinum effundebant. Alii volunt *Vinalia* hujus diei *Iovi* dicata, altera autem Aprilis *Veneri* dicata, vt hoc die observat Tamayus. Vide ibi dicta à nobis die 22. num. 572. Hoc igitur die vinum novum exprimebatur, ad Vrbem deferebatur, vt in doliis Vinariis conderetur. Ideo apud *Tusculanos* lege cautum fuit: *Ne quis novum vinum in Vrbem inveheret, antequam Vinalia colerentur.*

Gyraldus Synt. 17. fol. 419. n. 4. Rosin. lib. 4. cap. Fest. de L. L.

Origo.

Ritus.

1154 Hic igitur dies jam Nefastus, jam fastus, & Antiquis lætus, decoratus est à nostratum plurimis. Hi fuère *Iulius*, qui purpuram Senatoris commutavit in purpuram sui cruoris pro Christo effusi, obiitque decoratus inclyto martyrio: ad quàm palmam pervenère *Andreas* cum sociis, *Thimotheus*, *Agapius*, & alii, quibus ad virtutum constantiæ, palmæque magnitudinem, meritò associatur præsul, & martyr, re, & nomine *Magnus*. Decorant, & hunc diem Confessores præclari *Rufinus*, *Marianus*, & *Donatus*, cum iis cœlitibus associatur *Ludovicus* regius natalitio, professione Minor, dignitate Tolosanus præsul, vita, santitate, ac miraculis clarus. De quo in Bætico Breviario sequens decantatur Hymnus:

Martyrol. Rom. Martyrol. Fran. Tamay. hoc die.

Vrgente Mundi vespere
Sol Mundo misit hesperum
Qui micans vt in æthere
Lucem monstravit operum.
Ludovicus *per omnia*
Ductu divinæ gratiæ
Vectus est ab infantia
Solem sequens justitiæ.
Regali stirpe genitus
Contempsit primogenita:
Regno terreno penitus
Mente carens gratuità.
Detentus in Hesperia,
Claret per patientiam:
Nam passus nimis gravia,
Præfert semper lætitiam.
Dum patitur exilium,
Datur solerti studio:
Christus ejus ingenium
Suo perfudit radio.
Quò repletus Deificè
Profert cunctis salvifica:
Vbique fans authenticè
Præco Dei mirifica.
Factus Francisci filius,
Virgo candens, vt lilium:
Fit & Præsul eximius
Collega nunc cœlestium.

1155 Ad nostrum revertamus propositum, prophana ad sacra vertendo: quare si præsens dies Veteribus lætus, ob sua Mercurialia dicata *Mercurio*, quem ex num. 979. pingebant *Pulchrum*, *Cinctum* & *Alatum*, & picturam ad sacra vertendo, hodiernos Sanctos encomia *Cinctos* puritate, *pulchros* gratia, & virtutibus: *Alatos* contemplatione, caritateque in Deum, & proximum.

Thema. 1.

Si vino Veteres delirabant in Vinaliis, vertendo ad sacra, per vinum, die 17. Maii, num. 683. habes plura Themata, hodiernis adaptanda Sanctis.

2.

Vertamus calamum specialiter ad magnum Minoritam præsulem *S. Ludovicum*, de quo Missale Minoriticum Canit: *Rosa vernans charitatis, lilium vir-*

virginitatis, *ſtella fulgens Ludovicus*: &c. Hinc ſi Mercurium *Ter maximum* nuncuparunt Gentiles, non Mercurio, ſed Ludovico noſtro competit encomium, vt ſit Maximus vt *Roſa* myſtica, charitate, vt *Lilium*, virginitate; vt *Stella* fulgentiſſima, ſanctitate, doctrina, miraculiſque.

Ter Maximus, vt *Lux* operibus: vt *Sol* exemplo: vt *Æther* virtute, merito, patrocinioque.

Maximus, vt *Minor* deſpiciens purpuram, ſceptrum, regna: Maximus, & *Præſul* zelo, doctrina, humilitate: Maximus, vt *Moriens* gloria, miraculis protectioneque.

Inde duplici titulo feſtum hujus S. Præſulis Concelebrat *Hiſpania*, & quia ex *Hiſpaniæ* Regiis familiis oriundus, & quia ejus ſacra pignora Vrbs *Valentina* omnibus ſæculis opulenta, honorificè ſervat, poſſidet, & præcipua veneratione Colit.

Qui plura de iſto Illuſtriſſimo, ac Sanctiſſimo Epiſcopo videre deſideret, legat Tamayum in ſuo Martyrologio Hiſpanico, tom.4. à fol.505. vſque ad 509.

DIES XX.

A.D. 232. 1156 Hic dies, qui 13. Kal. Septembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 19. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Feſtis*, ob ſubactam Hiſpaniam, ex dictis die 2. hujus menſis.

Dies 5. & vltimus, quo Babyloni agebant feſtum *Sacean* nuncupatum, ex dictis die 16. huius num. 1133.

Dies 5. & vltimus, quo Græci agebant feſtum nuncupatum *Magna myſteria Bacchi*, ex dictis cum Hoſpiniano, die 16. hujus num. 1132. De quo feſto, & ritu num. ſequenti agam.

Dies *Ater*, & funeſtus *Athenienſibus*, ob captam eorum Vrbem ab *Antipatro*, Anno Mundi 3633. & præſidium Macedonicum impoſitum. Ita ex Plutarcho, Reuſnerus in Diario Hiſtor. fol. 124. & ex Glut. in Camillo, Beyerlinc hoc die.

Thebæ Bœotiæ conditæ à Cadmo *Ægenoris* filio, vocatæ *Heptaphylon*, & *Dircea*, à fonte Dirce, patria *Bacchi* & *Herculis*, ab Alexandro Magno captæ, funditusque deletæ, Anno Mundi 3628. Ita Calepinus V. *Thebæ*. Plutarchus in Alex. Juſtinus lib. 11. & Beyerline citatus.

Dies dicatus *Epicuræo* ab Epicureis, ex dictis cum Roman, & Alexandro ab Alex. num. 49. die 20. quare habitus feriatus, & ſolemnis.

Ludi Victoriales Cæſaris, extenſi per ſeptem dies. Ita Kal. Maffeianum.

Vinalia ſecunda nuncupata *Ruſtica*, leniendis tempeſtatibus Romæ peracta, & *Iovi* dicata, actaque, mactata *agna*, hoc die. Ita *Kal. Rom.* Roſinus lib. 4. cap. 4. & Beyerline hoc die, & Hoſpinianus de Feſtis cap. 22. fol. mihi 133. cum Plinio, & Varrone: quæ Vinalia alii referunt ad præcedentem diem, vt ibi diximus.

Tandem hoc die feſtum *Vinatorum*. Ita Eberus in ſuo Kal. Hiſtorico, & cum eo Hoſpinianus citatus. Quod feſtum ad Idus Auguſtas ibi retulimus.

1157 Dixi die 16. quòd Græci agebant, ab eo die vſque ad præſentem feſtum nuncupatum *Magna myſteria Bacchi*. celebrabantque ob victoriam Navalem partam, eo die, apud Naxum. Quod feſtum agebant certando, & ſacrificando *Baccho*. Per totumque certamen fundendo vinum, per hos quinque dies. Hoc autem die 20. *Iacchum*, ſeu *Bacchũ*, ex Vrbe portabant in Eleuſinem. In qua ſolemnitate inſanientes viri, & mulieres, *hedere coronati*, crine fluxo, cum *tyrſis*, & *tympanis* ludebant, & delirabant. Ita Hoſpinianus de Feſtis cap. 21. fol. 126. Addo hic, quod per *Myſteria Bacchi*, intelliguntur *Sacrificia* facta in honorem Bacchi. Ita Claudianus lib. 1. de Raptu, & cum eo Roſinus de Antiquit lib. cap. 11.

Myſteria Bacchi.

Ritus.

1158 Dixi, cum Ebero, & Hoſpiniano, actum hoc die feſtum *Venatorũ* dicatum *Dianæ* putatæ Præſidi, & Tutelari Venatorum. Quod feſtum ad Idus Auguſtas, eo die, retulimus. Nam origo feſti; (teſte Ioanne Brodæo, & Roſino cum eo) fuit quia crediderunt Antiqui *Dianam Idibus Auguſti abſtinuiſſe à venatione*: quare ea ceſſante à venatu cenſerunt non licuiſſe tunc venari: Idcirco agebant feſtum, eo ritu, vt geſtarent conſuetos *canes coronatos*, faceſque *ſpicatas*, & *accenſas*, ſuſpendentes omne inſtrumentum venatorium: quare Surculus cecinit:

Venatorũ feſtũ.

Origo.

Ritus.

Roſin. lib. 2. cap. 8. Turneb. lib. 7. Papin. Surculuſ. lib. 3. Syl. 1.

Iamque dies aderat, profugis cum regibus aptam
Fumat Aricinum Triviæ nemus, & face multa
Conſcius Hippolyti ſplendet locus ipſa Coronas
Emerit Diana canes, & ſpicula, gerit.

Digitized by Google

Vt tutas sinit ire feras, omnique pudicis
Itala terra focis, Hecateias excolit Idus.

Quare hoc festum *Venatorum* dicatum Dianæ, & in Nemus Aricinum actum potius ad Idus hujus mensis, quam ad diem præsentem videtur, referendum. Pro vtroque die sunt Authores, & forsan Idibus agebatur, & hoc die repetebatur. Perpende, & ibi dicta num. 1132. in fine, cum idem festum sit istud, & illud.

1159 Hic igitur dies jam Ater, jam multipliciter Festus Gentilibus, nobis lætus, & memoria dignus, ob magnum Cœnobiarcham *Bernardum*, verè catulum, contra vitia latrantem, verè nardum puritate fragrantem, verè facem Orbem illuminantem: Commodè se adjungit *Lucius* re, & nomine, laureatus martyrio, ac multi simili trophæo clari facti, & flamma; vt in Tracia martyres *triginta septem*: Cordubæ *Leovigildus*, & *Christophorus*: nec non *Severus*, & *Memnon* Centurio longè clarior, quam alter, qui auroræ fabulatus fuit filius Accedit *Stephanus* Pannoniæ Rex clarissimus, illius gentis nuncupatus Apostolus, præferens, suo nomine, & purpuream trabeam, & triumphalem coronam: quibus associatur par nomini, *Maximus*. Est enim Magnificus, qui in omni opere virtutem eligit: vnde magnificentia est omnium virtutum decus, & ornamentum, vt Doctor Seraphicus advertit; cum hoc die magna Mysteria Bacchi celebrarent Gentiles, vertendo ad sacra, hodiernos Sanctos verè magnos encomia Virtute vera *Ornatos*, *Decoratos* operibus, *Magnificatos* gloria.

Martyrol. Rom.

S. Bonav. in Lament. Hierem.

Insuper cum *Vinalia* agerentur in quibus plurimum fundebant vinum, quòd *nutrit*, *confortat*, *sanat*, & *lætificat*, hæc ad sacra vertendo, Themata habes hodiernis adaptanda Sanctis supra, die 17. Maii, quæ ibi vide num. 683.

Thema.

1160 Celebrabant & hoc die *hædera coronati magna mysteria Bacchi*, quem cognominarunt *Solem*, vt tradunt Macrobius, & Cartarius: dicaruntque *Dianæ* Venatores festum *canibus coronatis*, ac *facibus spicatis accensis*, vtque hæc christianizando, specialiter adaptemus Magno Bernardo ex Mantuani encomio hujus Sancti præponimus sequentes versus:

Macrob. 1. Sat. cap. 20.
Cartar. fol. 280.
Mantuã. in Fast.

Bernardi Lux *festa venit celeberrima Belgis.*
Mater adhuc pragnans vidit per somnia crebris
Se gestare vtero catulum *latratibus acrem.*
Sic Deus ostendit venturi qualia partus
Ora, & corda forent contra genus omne malorum.
Ipse pudititiam coluit, muliebria passus
Bella tamen juvenis, roseo quia candidus ore
Corda paroxysmis gravibus torquebat, & igne:
Quo Venus accendit teneras incesta medullas.
Si quando in dubiis nutabant pectora rebus,
Ipse erat interpres, *ducens mortalia corda*
De tenebris ad lumen; *vti solet ignea* lampas
Longinqua de turre micans, adducere noctu
Turbinæ jactatos secura ad littora Nautas.

Ecce Bernardus *Lux* puritate, & doctrina: *Catulus* latratu, & custodia: *Lumen* charitate, & dilectione: *Lampas* expellendo tenebras, illuminando Orbem.

1161 Catulos, hoc die, coronabant Veteres: nobis venit coronandus mysticus Catulus S. Bernardus, ipsum encomiando catulum triplicem *Piscem* pascendo doctrina, *Animal rutile* flagranti charitate in Deum, & proximum: *Sydus*, fulgentem in Ecclesia militante, & triumphanti. Quem Mellifluum Doctorem, & encomia Catulum *Latrantem*, *Dirigentem*, *Custodientem*. Tum & *Facem triplicem*, vt supra die 6. Julii num. 941.

3.
4.
5.
6.

1162 Si Hedera Veteres delirabant, & se, & suum *Bacchum* nuncupatum Solem sertis Hederæ redimendo, vertamus & hæc ad sacra pro vero sole mundi Doctore Mellifluo S. Bernardo. Enim *Hedera* ab *hærendo* dicta, ex S. Isidoro, est arbor *semper virens*, fortiter cui innititur *adhærens*, in se *mollis*, & tenera, sua tamen radice *penetrans* durissima, cujus folia semper virent, & sunt caprarum optima nutrimenta, & lac in eis multiplicant, & augmentant. Quare (Berchorio teste) adumbrat Hedera virum perfectum: & cum ex ipso Authore Hederæ sint duæ species *alba*, & *nigra*: quare peculiariter Hederam adaptamus Bernardo, cujus habitus albus, cum scapulario, caputio,

S. Isidor. Berch. lib. 12. cap. 48.

putio, & palio nigro: quare eum encomia *Virentem* honestate: *Adhærentem* Deo amore, suis patrocinio, & custodia: *Nutrientem* lacte doctrinæ melliflux.

Hist. Lomb. lect. 115. Epitaph. S. Bernard. in Oper. ipsius fol. 258.

1163 Dicitur Bernardus à *ber*, quòd est *potens*, vel *fons*, & *nardus*, herba *humilis*, *calida*, & *odorifera*, aut dicitur Bernardus, quasi *ardens*, *arduus*, aut *bona nardus*, vt aiunt marginati. Hinc ex Epitaphio ipsius Sancti in suis Operibus fol. mihi 258. hunc Sanctum encomia *Ardentem* fervore, *Sublimem* vita, *Nardum* odore.

S. Isidor. lib. 17. Anglic. lib. 17. cap. 110.

Tandem *Nardus* (testibus S. Isidoro, & Anglico), est herba *spinosa*, *modica*, *calida*, & *odorifera*, cujus est triplex species Indica, Syriaca, & Celtica: quare & Bernardum bonam Nardum encomia *Spinosam* pœnitentia, *Modicam* humilitate, *Calidam* amore, *Odoriferam* exemplo, sanctitateque.

DIES XXI.

A.D. 233.

1164 Hic dies, qui & 12. Kal. Septembris, notatur sic in Kalend. Maffeiano. *Lucar. Lud.* idest. *Lucaria*, & *Ludi*. De vtroque egi supra.

Dies 20. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Ad hunc diem referunt *Vinalia rustica*, ex Varrone, Rosinus lib. 4. cap. 4. & Beyerline hoc die, quæ Vinalia à nobis relata ad diem præcedentem.

Item hoc die *Consualia* dicata *Conso*, quem Deum consilii putabant, *aram* sub terra colebant, ad quam aram à Sacerdotibus fiebant *Ludi*, sacrificium *splendidum*, & *spectaculum* publicum, convocatis ad hoc finitimis. Ita Rosinus lib. 4. cap. 12. cum Varrone.

Dies *Nefastus primò*. Ita Vet. Kal. & cum eo Rosinus citatus.

Ad hunc diem Gyraldus de Mensibus fol. mihi, 616. notat sequentia cum Plutarcho: *Mysteria magna*, *Liber Pater*, *ex Vrbe transferebatur in Eleusinem*.

Holitorum dies feriatus Romæ. Ita *Cal. Rom.* & Beyerline cum eo hoc die. At non scribendum cum H. sed *Olitorum*, eratque festum habentium curam hortorum, seu Hortulanorum. Quod festum dicabant *Veneri*.

Dedicata ædes *Veneri*, & horti assignati tutelæ Veneris. Ita Calend. & cum eo Beyerline hoc die.

Dies habitus *Funestus* à Chaldæis, ob pueros castratos, & in Persidem ductos, ex dictis die 21. num. 49. cum Alex. ab Alex.

Dies *Triumphalis* Romæ, anno Vrbis conditæ 595. ob triumphum patratum à M. *Fulvio* Consule, de *Ligu-ribus*, & *Eleatibus*. Ita Goltzius, & cum eo Tamayus hoc die. Item dies 2. *Ludorum Victorialium* Cæsaris, ex dictis cum Kal. Maff. num. 1156.

1165 Hic dies jam festus, jam triumphalis Gentilibus, multò nobiliori modo, à nostratibus decoratus triumphis. Fuére hi *Privatus* præsul, & martyr triumphans de duobus Imperatoribus Valeriano, & Galieno: comitantur illum laureati multi *Luxorius* cum sociis, *Paternus* cui vincula fuère trophæa: *Bassa* matrona, Ducis munere functa, cum *Theogonium*, *Agapium*, & *Fidelem* filios, vt pia mater exhortans ad martyrium, præmisit ad palmam, quos & ipsa secuta est cum victoria. *Ciriaca* vidua, scorpionibus, & plumbatis cæsa, omnia pro Christo impensa, laureata martyrio, ad Cœlum evolavit. Quem & diem decorarunt alii Sancti, ipso hoc die cœlitibus associati. Quibus veris triumphatoribus, Christianizando, adapta Veterum triumphos, classes, colores, ac coronas, vt supra fecimus: vnde habes plura Themata, hodiernis adaptanda Sanctis. Cumque & hoc die Baccho, Libero, seu Dionysio ageretur festum, se & illum Veteres redimendo Hedera, vertendo ad sacra, per Hederam habes, vt in præcedenti die Thema alterum. Ac tandem, vt alia omittam, ex dictis, hodiernis adaptanda Sanctis, per Veneris picturam, alterum habes Thema, ex dictis de Venere, die 7. Februarii, num. 231.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5.

DIES XXII.

A.D. 234.

1166 Hic dies, qui & 11. Kal. Septembris, & *Comitialis*, & dies 3. *Ludorum Victorialium Cæsaris* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 21. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies Intercisus, idest, communis Diis, & hominibus. Ita cum Vet. Kal. Rosinus lib. 4. cap. 3. & 12.

Hoc die *Mysteria magna*, & *Liber Pater*, ex Vrbe in Eleusinem transferebantur. Ita Vet. Kal. & cum eo Rosinus

Digitized by Google

sinus in suo lib. 4. cap. 4. Quod nos cum Hospiniano ad diem 20. retulimus.

Festa sacra *Dianæ* indicta à Venatoribus, acta in ejus honorem, quæ & *Venatricia* nuncupata. Ita Vet. Kal. & cum eo Beyerlinc, Masculus, & Tamayus hoc die: Addit iste, forsán hoc festum fuisse idem, *Dianæ* dicatum *Idibus Augusti*, & vsque ad hunc diem excensum, & in hoc sumus propensi. De quo festo solemniter acto in Nemus *Aricinum* facibus accensis, eo die, egimus.

1167 Hic igitur dies, quo Venatricia Veteres agebant, Venatores, veniunt nobis sacra venatricia colenda nostratum, qui ea sibi majore jure deposcunt, præda Deorum onusti. Hi fuêre *Timotheus* inclytus martyr, qui post multa tolerata pro Christo tormenta, decollatus adeptus est palmam: *Hippolytus, Martialis, Antoninus*, & alii plurimi, quibus ad eandem lauream, & felicitatem æternam associatur, re & nomine *Felix*. Quo & die nobilis Matrona *Arthusa* suo purpurata cruore, triumphavit. Pro iis igitur Martyribus plura habes Themata, vt præcedenti die, ibi videnda, ne actum repetam. Martyr, ideſt, *testis*, & *Martyrium est triplex*: primùm *voluntate, & opere*: secundùm *voluntate non opere*: tertiùm *opere, & non voluntate*, quale fuit in martyribus Innocentibus, vt aiunt Durandus, & S. Bernardus. Quamquam probabile est, ipsis Infantibus concessum vsum rationis, vt vitas offerrent pro Christo: *Ab illis infantilibus cunabulis anima expedita, adepta intellectus plenitudine, in occursum Christi festinat.* Dixit S. Cyprianus serm. de Stella, & Magis, & alii, de quo latè Sendin Nota 15. ad 2. part. Mystiæ Civitatis. Quod occasione distinctionis triplicis Martyrii distincti à S. Bernardo diximus.

Martyrol. Rom.

Themata.

Durand. in Rat. lib. 7. cap. 41. & 45.

S. Bernard. ser. Innoc.

DIES XXIII.

A.D. 235.

1168 Hic dies, qui & 10. Kal. Septembris, dies 4. *Ludorum Victorialium Cæsaris.* Ita Kal. Maffeianum.

Dies 22. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis* ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis, hujus mensis die 2.

Quo die *Neptunalia* dicata Neptuno. Ita Kal. Maffeianum citat. Quo die, *Cæsari, & Assyriæ Stellæ*, quæ *vindiator* appellatur, *exoriri* manè incipit, vindemiæ maturitatem promittens. Ita Plin. lib. 18. cap. 31.

Dies *Nefastus primo.* Ita ex Vet. Kal. Rosinus lib. 4. cap. 12. fol. mihi 405.

Dies celebris Romanis, ob *Vulcanalia* dicata *Vulcano*, in quo die, pro se ipsis *mittebant animalia in ignem*, quo se expiari putabant, quasi commutando pro humana victima. Ita Gyraldus de Mensibus fol. 616. inquiens eum Vet. Kal. hoc festum actum in Circo Flamineo. Hospinianus cap. 22. fol. 129. Rosinus, Tamayus, & Masculus hoc die.

Dies *Triumphalis*, & insignis Romæ, triumpho *L. Papyrii Cursoris*, parto de *Samnitibus*, quem egit hoc die; anno Vrbis 434. Ita Goltzius in Anno Triumph. Reuſnerus in Diario Historico, & Tamayus hoc die.

1169 Egi de *Vulcano*, & *Vulcanaliis* die 8. Januarii, vbi & de picturiis Vulcani. Et quamquam die 8. cujusvis mensis sacrificabant Vulcano, vt ibi dixi; hoc autem die, & mense peculiari ritu Vulcanalia agebant, *populum pro se mittendo animalia in ignem*, quasi illa commutando pro humana victima, quo ritu, & sacrificio se expiari putabant, vt marginati tradunt. Addit Gyraldus: *Vulcanum* dictum fuisse, quasi *Volicanum*, quòd per aërem volaret. Tum & aliam Dæmonis illusionem à plerisque traditam, de Templo *Vulcani*, in Æthna circumsepto arboribus inibi consecratis. In eo ignis inextinguibilis, & perpetuus. Ad Templi, & luci custodiam assistentes canes, qui adeuntibus caste, & religiosé blandiendo associantes comitabantur, vti Dei familiaribus. In sceleſtos verò, & contaminatos, si ingredi vellent Templum, vel lucum, irruebant latrando, & aliquando mordicùs laceranda. Quem Vulcanum pinxerunt in *forma hominis* gestantis in capite *pileum cæruleum*, symbolum cælestis volutionis, vbi invenitur *ignis* integer, & sincerus: nam qui è Cœlo in terram delapsus est; cum alatur hac materia impura, impurus & ipse est. Ita Gyraldus, & Cartarius fol. 259.

Vulcanalia. Ritus.

Gyrald. synt. 13. à fol. 351. Masc. hoc die. Fabulæ.

Pictura.

1170 Hoc igitur die, quo in suo Vulcano veteres delirabant, se putantes expiari, nostratum veniunt venerandi plures, tamquam aurum in fornace probati, & quasi holocausta accepti à Deo in æternum. Hi fuerunt *Donatus* cum sociis: *Asterius* cum fratribus *Claudio*, & *Neone*, qui affixi

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

Cruci, victores cum Christo triumpharunt splendidiores astris: *Timotheus*, & *Apulmaris*: quibus cum pluribus aliis, re, & nomine ad eandem palmam associatur, cum sociis *Maximus* presbyter. Cum iis & venerandi veniunt illustres præsules, inter quos Africanus Antistes re, & nomine *Victor*, ac *Philippus* præclarissimus Patriarcha, Institutor Ordinis Servorum B. Mariæ, clarus prædicatione, humilitate, miraculisque. Pro iis adapta. Themata vt die 21. huius mensis. Insuper ex die 6. Julii, num. 941. habes per Ignem aliud Thema, hodiernis Sanctis accommodandum.

Themata. 1. 2.

1171 Est enim centrum ignis super aërem: quare naturaliter tendit sursum, & violenter detinetur in terra. Est enim renovativus, longè excellens aliis rebus corporalibus, & proximus spirituali naturæ; vt marginati tradunt. Quare si hoc die Gentiles delirabant, in suis Vulcanaliis per ignem, putantes se renovari, vertendo hæc ad sacra, hodiernos Sanctos, ignes laborum coloratorum pro Christo, encomia, *Renovatus* in Christo, imò & mysticos ignes *Renovativos* aliorum: *Excellentes* virtute: *Proximos* Deo.

S. Isidorus. S. Dionysius in Hierar. Angel. cap. 12. Anglicus lib. 20. cap. 3. 3.

Insuper, si ignis, ex ipsis marginatis, est Sublimis, Excelsus, & Superemminens aliis, per has ignis proprietates, verè igneos charitate, hodiernos Sanctos encomia *Sublimes* gratia: *Supereminentes* merito, *Excelsos* gloria.

4.

Tandem (omittendo alias huius puri elementi proprietates) si ignis est clarus, illuminativus, & splendidus, emicans foris igneis radiis; & hæc ad sacra adaptando, hodiernos cœlites encomia *Claros* vita; *Illuminativos* zelo, doctrina, religione; *Splendidos* operibus; *Emicantes* gloria, exemplo.

5.

1172 Suum Vulcanum Veteres pingebant *cum pileo cæruleo* symbolo cœlestis volutionis. Vt enim hæc ad sacra vertamus noto; Quòd color *cæruleus* est color *cælestis* temperatus, ex *indico, veneto, blavio, lazurio, hyacintho*, & *similibus*; quo cælesti colore significatur cœlestis conversatio; qua nos debemus colorari, & depingi 1 quatenus debemus cælestes virtutes in nostris moribus invenire, juxta illud Pauli: *Nostra autem conversatio in Cœlis est.* Pileo igitur cæruleo ornarunt Veteres pinxerunt Vulcanum, quem fabulantur, & claudum, & de Cœlo ejectum. Ipsi Antiqui (Pictio teste) per pileum significarunt *Nobilitatem*, *Libertatem*, & *Liberatorem* patriæ. Non igitur Vulcano, sed hodiernis Sanctis competit pictura; verè cæruleis virtutibus cœlestibus: quare eos encomia *Nobiles* nobilitate gratiæ: *Liberos* à passionibus terrenis: *Liberatores* clientum suorum, patrocinio. Sic per Vulcanum pileatum, aut per pileum habes Thema.

Calep. verbo Cæruleus. Berchor. in Red. lib. 13. cap. 4. Epist. ad Philip. cap. 3. v. 20.

Pier. Val. lib 40. cap. 2. ad 4.

6.

1173 Insuper Pileum coloris cœlestis Vulcano tribuerunt. Non Vulcano, sed hodiernis Sanctis veris cœlitibus, picturam adapta: nam si Cœlum dicitur (Doctore Seraphico teste) *quasi calatum, & sculptum luminibus*; sunt, & Sancti cælati, & sculpti virtutibus, meritis, donis, & exemplis: quare sunt mystici Cœli. Cumque Cœlum, ex eodem Doctore, sit *Sublime, Stabile*, & *Spectabile*, Cœlos hodiernos Sanctos encomia: *Sublimes* gratia: *Stabiles* constantia, fortitudine: *Spectabiles* operibus, exemplis, miraculis.

S. Bonavent. in Hex. serm. 8. & 10.

7.

8.

Cœlum est *clarum, rotundum*, & *diaphanum*, seu perspicuum: hinc hodiernos Sanctos encomia *Claros* sapientia, puritate, vita: *Rotundos* obedientia (figura enim rotunda obedientiam adumbrat): *Perspicuos* veritate, harmoniaque gratiarum, & operum.

Berch. in Red. lib. 5. c. 2. n. 12. & 15.

Cœlum item est *altum, forte, amplum*, & *pulchrum*: quare & mysticos Cœlos hodiernos encomia Sanctos, *Altos* contemplatione: *Fortes* virtute, patientia, tolerando adversa pro Christo: *Amplos* charitate omnes in corde diligendo, & eis subveniendo: *Pulchros* honestate, virtutibus, velut Stellis lucendo, & alios exemplo illuminando.

9.

DIES XXIV.

A.D. 236.

1174 Hic dies, qui & 9. Kal. Septembris, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano. *Ægyptius*, ab aliis.

Dies 5. *Ludorum Victorialium Cæsaris.* Ita Kal. Maffeianum.

Dies 23. ex quinquagintà *Feriis*, & *Festis* ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. huius mensis.

Canicula occidit, juxta Calepinum verbo *Canis*, adductum die 16. Julii, num. 991. *Sol* ingreditur in signum *Virginis*, ex num. 411.

Quo & die *Cana Pontificum Romæ*. Ita Calend. Rom. & cum eo Beyerline hoc die. De qua vide supra num. 1030.

Carthaginenſibus inauſpicatus dies ob

ob aliquas clades in eo passas. Ita Plutarchus, & eum eo Beyerlinc citat.

Quo die Roma à Gotis primò capta. Ita Diac. lib. 13. & Beyerlinc citatus.

Hoc die, *Diis manibus*, aut *inferis* sacra dicabant Gentiles, ad eos placandos. Idque ter faciebant annis singulis, scilicet hoc die, & Octobris die 2. ac 8. Novembris. Ita Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 26.

Tandem ipso hoc die erant *Feriæ Lunæ* in Græcostasi. Ita pervenustum Kal. marmoreum, effossum Romæ sub colle hortulorum, insertum ab Huberto Goltzio in Thesauro Antiquitatis, & cum eo Rosinus lib. 4. cap. 12. & Tamayus cum aliis hoc die. Vide & dicenda die 5. Octobris.

Ferias Pontif. Gyrald. synt. 17. fol. 459. & synt. 12. à fol. 305. Ierem. 7. v. 18.

1175 *Feriæ Lunæ* agebantur hoc die, cui mactabant taurum *auratis* cornibus. Fuit *Luna* à *lucendo* nominata, quòd sola lucet noctu: quare & dicta *Noctiluca*: vel sic vocata à lucendo luce aliena, ideſt, Solis; aut à novo lumine. Quæ & *splendida*, & *lucifera* fuit nuncupata. Amplius fuit vocata *Reginæ Cœli*, *Diana*, & *Phœbe*, quasi esset Phœbi soror. Quam & coluerunt Hebræi infecti idolatria; contra quos, sic Jeremias: *Filii colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ Cœli, &c.* Quas placentas faciebant ex *farina*, *aqua*, *sale*, & *butyro* commista, & conspersa: quæ placentæ erant rotundæ, & stellatæ, figuris stellarum in ipsis impressis, & ad instar stellarum factæ, ac vocatæ *placentæ stellatæ*; quas Lunæ, seu reginæ Cœli offerebant: Hocque placentarum genus *bos* Græcè à cornium similitudine appellabatur. In iis placentis, sivè *rotundis*, vt quidam volunt, sivè triangularibus, vt alii opinantur, volunt aliqui sculptas fuisse imagines idolorum, & torrefactas tortulas oblatas *reginæ Cœli*; aut vt alii vertunt *militiæ Cœli*, *operi cœlorum*, seu *rebus cœlestibus*. De quo latè Maluenda, apud quem alia poteris videre ad præfatum locum Jeremiæ.

Alap. hic.

Maluenda hic.

1176 Hoc igitur die, quo & Victoriales ludos celebrabant Gentiles; qui & in militiam Cœli delirabant per placentas ex massa formatas, torrefactas, & reginæ, aut militiæ Cœli oblatas; nobis venit colendus exercitus *trecentorum Martyrum* veré Victorum, qui pro Christo, per ignem fornacis calcis, redacti sunt in pulverem: ex quo candidatus ille beatorum cœtus, *Massa candida meruit appellari*: is ad eandem martyrii lauream associantur *Georgius* Monachus, *Tatio*, & *Eutychius*, qui nomen sortitus ab optima sorte, cum alias pœnas, tum ignem ipsum illusit impunè: *Aured* item virgo, & martyr, quæ demersa in mare, saxo ad collum alligato, complevit martyrium; cujus corpus ad littus ejectum, Beatus Nonnus sepelivit. Reportarunt, & triumphum Confessores illustres *Audoënus* præsul, & *Patricius* Abbas. Pro iis igitur triumphatoribus veris adaptare poteris, vt supra, Veterum Triumphos, Classes, Colores, & Coronas. Quòd si Luna fuit nuncupata Noctiluca; quia lucens nocte: quare & dicta lucifera, & splendida, verte hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomiando, inter tenebras nocturnas infidelitatis, & adversitatum *Lucentes* fide, religione, puritate. *Luciferos* doctrina, & exemplo: *Splendidos* operibus, merito, gloriaque.

Marrytol. Rom.

1177 Placentas reginæ Cœli, aut militiæ Cœli hoc die Gentiles offerebant, quas conficiebant ex farina, aqua, sale, melle, & butyro (vti dixi, & tradit Maluenda), quas placentas torrefactas reginæ Cœli offerebant: quæ ad sacra vertendo, hodiernos Sanctos encomia mysticam candidamque farinam, imo & placentas compactas: *Farina* puritatis vitæ: *Aqua* adversitatum toleratarum pro Christo: *Sale* prudentiæ: *Melle* & *Butyro* dulcedinis gratiæ, & donorum, quo adjutorio, tot heroica pro Christo fecère.

Luna insuper dicitur: quasi *luminum vna*, ideſt, *principalis* (ex S. Isidoro), quæ & est emulatrix solis, à quo accipiens lucem reflectit, & diffundit in terram, aut refundens modo speculari; dominatrix maris, & decor noctis. Quæ ad sacra vertendo, pro militia Cœli hodiernorum Sanctorum, eos encomia *Magnus* apud Deum: *Simillimos* Christo, gratia, virtutibus, donis: *Luminaria* Ecclesiæ.

S. Isidor. Anglic. lib. 8. cap. 29. Berchor. in Red. lib. 5. cap. 29.

Tum & *Speculares* puritate vitæ: *Dominatores* maris terrenarum passionum: *Decor* noctis vitæ præsentis. Alia plura de Luna vide die 1. Junii, à num. 776.

Tandem, vt alia omittam, Luna quatuor monstrat facies: Primam *sanguinis*, quæ gratiam adumbrat: Secundam *nigram*: Tertiam *rubeam*: Quartam *pituitæ*, aut phlegmatis, quæ dulcis est: per quas quatuor Lunæ facies,

Bung. fol. 218. & 219. Bercoh. in Red. lib. 1. à cap. 19.

Digitized by Google

8. hodiernos Sanctos encomia *Sanguineus* gratia: *Nigros* humilitate: *Rubeos* flagranti charitate, aut martyrio: *Pituitos* dulcedine consolationum, & gloriæ cum & patrocinio erga suos veré, clientes, veréque devotos.

De S. Bartholomæo vide dicenda die sequenti à num. 1182. Quod si hoc die agatur festum, ipsi Sancto, vertendo ad sacra, adapta hostiam mactatam, excoriatam, & lixatam Lunæ.

DIES XXV.

A.D. 258. 1178 Hic dies, qui & 8. Kal. Septembris, *Nefastus primus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 6. *Ludorum Victorialium Cæsaris*, ex ipso Kal. Maffeiano.

Dies 24. ex quinquaginta *Feriarum*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Furinalia, seu Furnalia festa dicata Deæ Furinæ, quæ duplici, r, scribitur ab aliquibus. Ita Kal. Maffeianum ad hunc diem consignant hoc festum, quod Hospinianus refert ad diem 27. vt eo die dicam.

Dies sacer Romanis, dicatus *Opi Consivæ* Deæ, in Capitolio. Ita Vet. Kal. & cum eo Gyraldus de Mensibus fol. mihi 616. Hospinianus de Festis cap. 22. Rosinus lib. 4. cap. 4. & 12. ac alii.

Quo die Romæ *Ambarvale* sacrum dicatum *Cereri*. Ita Vet. Kal. & cum eo Boyerline, & Masculus hoc die. De quo festo plura diximus die 12. Maii.

Consiva. 1179 Fuit *Ops* nuncupata *Consiva* Romanorum Tutelaris Dea, quam vocarunt Terram, Rheam, Cybelem, & Matrem Deorum. Hæc fuit cognominata *Consiva*. De qua Varro de Lingua Latina, & Gyraldus marginatus inquiunt: *Ops Consiva, cujus regia sacrarium, quòd ideo altum, vt eo præter Virgines Vestales, & Sacerdotem publicum introcat nemo: is cum eat, suffibulum haud habeat; scriptum id dicitur, vt à suffiendo subligaculum.* Quare omnia genita ab ea fuisse credebant, Tutelarem Romæ habebant, & ideo in sacrario Vestalium cultam, & occultam, ne ejus nomen innotesceret hostibus, & eam invocarent; vt Macrobius, aliique observant.

Macrob. 1. Sat. cap. 9.

Varro. Gyrald. synt. 4. fol. 131. Tamay. hoc die.

Ambarvalia. 1180 Fuit & hoc die *Ambarvale* sacrum *Cereri* dicatum. De quo festo latè egi die 22. Maii, à num. 700. Diis addo, quòd in *Ambarvale* sacrificio; & sacrabant duas oves velleris nigri, & candidi; & Galli hominem sagittarum, extra Vrbis pomerium lapidibus obruebant, atque mactabant, vt inquit Gyraldus marginatus.

Gyrald. synt. 1. fol. 412.

1181 *Furinalia*, seu *Furnalia* festa, dicata Deæ *Furinæ*, agebantur hoc die; quod festum ad diem 27. refert Hospinianus, vt dixi. Quæ Furina, altera ex Furiis, colebatur à Romanis, & Athenienſibus, vt Gyraldus marginatus tradit cum Cicerone lib. 3. de Natura Deorum. Furinæ, & aliarum furiarum picturam vide die 2. Januarii; sacrificia die 25. Julii, num. 1037.

Furinalia. Furinæ. Gyrald. synt. 6. fol. 185.

1182 Hoc igitur die, quo in suis Ambarualibus delirabant Veteres, hostias excoriando, mactando, & lixando, nobis venit venerandus *S. Bartholomæus* Apostolus, pro Christi fide, vivus à Barbaris decoriatus: cujus solemnitas hoc, vel præcedenti die agenda juxta regionis consuetudinem; vt decrevit Innocentius in Extravag. de observ. jejun. Veniunt & colendi veri victores *Vincentius* re, & nomine cum sociis: *Genesii* duo, alter Hispanus patria Cordubensis, alter Gallus Arelatensis, ambo laureati illustri martyrio: iis ad eandem palmam associantur *Julianus*, & *Maginus* Eremita, & Martyr Tarraconensis, & ad coronam gloriæ *Geruntius*, *Menna*, & *Gregorius* præsules, *Patricia* virgo, ac *Ludovicus*, Francorum Rex clarissimus, Tertii Ordinis Minorum filius, zelo fidei, vitæ sanctitate, ac miraculorum gloria illustris. Pro iis igitur veris victoribus adaptare poteris plura de Veterum triumphis, classibus, coloribus, & coronis, vt supra adduximus.

Martyrol. Rom. Baronius. Tamayus.

Thema. 1. 2. 3.

1183 Pergo ad alia pro SS. Bartholomæo, & Ludovico: & primò de inclyto Apostolo *Bartholomæo*. Si enim hoc die erat Romæ Ambarvale sacrum, in quo Præcidanea victima ter circa segetes, & arua ducebatur, ornata frondibus, quæ victima pro segetum abundantia mactabatur, excoriabatur, & litabatur Cereri; verte hæc ad sacra pro S. Bartholomæo, qui Armeniam, Indiamque lustravit, vnde vberrimam messem religionis collegit Christo, pro quo excoriatus vivus, & decollatus obiit. Hic fuit *Nathanael*, de quo dedit Christus testimonium: qui *Nathanael* & erat *Legis peritus*, vt sentiunt S. Augustinus, & Toletus. Cum igitur S. Bartholomæus & Legis peritus, & excoriatus pro Christo fu-

Ioan. 1. v. 47. B. Max. & Tyrin. hic. Arel. ser. S. Bartholom. Brant. lib. Exp. Titul.

fet;

Digitized by Google

Matute de Christo Estat. 5. §. 4. fol. 312.

ter; ipsi adapta pelles, quibus antiquitus libri Legis tegebantur. Hæ ex Sebastiano Brant, & Matute erant: *Alba* pro digesto Veteri: *Nigra* pro libro Infortiatum: *Rubra*, & *sanguinolenta* pro digesto novo: *Viridi*, ac *florida* pro Codigo: quare hunc celeberrimum Apostolum, pro Christo excoriatum encomia per præfatas *Pelles* quatuor, habentem: *Albam* puritatis vitæ: *Nigram* & humilitatis, & potentiæ in Dæmones ligando, & coercendo eos: *Rubram* martyrii. *Viridem*, & *floridam* immarcescibilis gloriæ, & patrocinii erga suos veré devotos. Cum igitur Bartholomæus hostia foret excoriata pro Christo, fuit pellis hujus Sancti vexillum quadruplex, iis quatuor pellibus, velut vexillibus, designatum.

4.

Lyr. lib. Differ. Hist. Lomb. lect. 118.

Bartholomæus dicitur à *Bar*, quod est filius; & *Tholos*, quòd est summitas, & *Moys*, quòd est aqua: & interpretatur, *Filius suspendentis aquas*. Quo nomine denotatur *triplex suspensio* ipsius Apostoli. Prima suspensio *Elevationis* ab amore mundi: Secunda *Intentionis* amore cœlestium: Tertia *Innexionis* gratiæ, & auxilii Dei, à quo tota sua vita dependit.

5.

1184 Verto calamum ad S. Ludovicum, vt ex Veterum tenebris, pro tanto Heroe deducamus encomium. *Opi Conivæ* hoc die Veteres sacrabant festum: quæ Ops, & Tellus, Junoque

Gyrald. synt. 2. fol. 105. & 106.

Opigena fuit existimata, vt marginatus Gyraldus, aliique tradunt. *Flos Junonis*, fuit lilium nuncupatum: enim fabularunt guttas lactis Junonis lactantis Hureulem in terram decidisse, ex quibus mox pullularunt lilia. Qui flos variis in antiquis nummismatibus fuit depictus cum lemate: *Spes Publica*, vel *Spes Augusta*, aut *Spes P. R.* Qui flos & positus fuit ab antiquis pro symbolo *pudicitiæ*, *pulchritudinis*, *regiæ dignitatis*, ac *celsitudinis*, vt totum tradit marginatus Pierius. Cumque sit

Pier. Valer. lib. 55. cap. 9. ad 13.

S. Ludovici tessera, vertendo ad sacra, quæ suæ Opi, aut Junoni tribuerunt per lilium Veteres; Sanctum Ludovicum encomia mysticum lilium Reginm *Pudicitia*, *Puritate* vitæ, *Celsitudine* operum, meritorum, & gloriæ.

6.

1185 *Ludovicus* interpretatur *Lucisdator*, & meritò, *cujus vita dignoscitur forma virtutum omnium*, vt in proprio hujus Sancti Officio Minoritica recitat Ecclesia. Sed ne à nostro recedamus proposito de lilio, vt plura Themata ad tuum propositum efformare

Offic. Ecclesiast. Guiller. Esbran. in Martyr. Frãc. die 25. August. fol. 380.

valeas, ad hujus Sancti laudem. En pro coronide hocce Saphicum Carmen.

Gallia Reges, pietate culti,
Lilium portant; quia sunt fideles,
Suntque Romanæ fidei Patroni,
Atque Columnæ.
Inter Augustos, strenuosque Reges,
Vnus occurrit mihi valdè dignus
Lilio, Palma, *viridique lauro,*
Ense, Corona.
Quis? Ludovicus *meritò vocatus*
Sanctus, intactus sine labe culpa,
Arca *virtutum*, Decus *omne Regum*,
Phœbus *in orbe.*
Pacis & belli variis diebus
Ardet, vt possit melius placére
Maximo Regi: pietate mentem
Pascere gaudet.
Pauperes nutris, lavat, osculatur,
Vt Deo Christo famulatur ipsis:
Ad fidem multos trahit infideles
Milite, verbis.
Sæpius stulti ratione capti,
Simplicem, Sanctum, nihili putabant
Gloriæ vanæ, quia non studebat
Incola Cœli.
Multa construxit, reparavit, auxit,
Templa; præcinxit sua membra Sancti
Fune Francisci; niveos amavit
Religiosos
Pro suo Regno gemit vt columba:
Sæpe jejunat, precibus vacando,
Regium corpus premit, & flagellat,
Tractat vt hostem
Singulis justus, pater æquitatis,
Reddidit rectum: miseros resolvit:
Hæreses calcat, vitium retundit
Punit iniquos.

Vide alia plura apud Tamayum hoc die, & apud Ledulium in Not. ad Vit. S. Ludovic. cap. 21. fol. 618.

DIES XXVI.

1186 HIc dies, qui 7. Kalend. Septembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 238.

Dies 7. & vltimus *Ludorum Victorialium Cæsaris*. Ita Kal. Maff. citat.

Phallagogia festa Romæ. In quo die *Phallum* ad ædem Veneris, extra portam Collinam deferebant Matronæ. Ita Cal. Roman. & Beyerlinc cum eo hoc die.

Dies 25. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob Hispaniam subactam, & reductam in Provinciam Romanorum: ex dictis die 2. hujus.

Dies celebris Macedonibus: quia Alexander Magnus, vltimo prælio, ad

Arbe-

Arbela Darium vicit; & monarchiam Persarum ad Græcos transtulit, Persici Imperii populos, & Vrbes subjugando Imperio Macedonum, & Græcorum, anno 329. ante Christum, vt cum Justino, & Diodoro Beyerlinc hoc die, & Reusnerus in Diario fol. 126.

Dies item triumphalis Romanis ob honorificum triumphum, quem de *Sabinis* egit *M. Horatius Barbatus*, anno Vrbis conditæ 304. Ita Goltzius, & cum eo Tamayus, & Masculus hic.

Phallum. Phallagogia.

1187 Dixi quòd hoc die Romanæ Matronæ *Phallagogia* agebant Ducente *Phallum* ad ædem Veneris. Fuit *Phallus* figura membri virilis dolata ex ligno ficulneo, aut ex rubro corio: quas statuas veretri, aut inter coxas suspendentes, aut è collo, Gentiles coronati *hedera*, aut *violis*, ducebant per Vrbem, præeunte tibia, saltando, & laudes Priapo, & Baccho canendo. Quas statuas, & conficiebant, ex ebore, auro, & ex serico, & panno lineo, quibus mulieres vtebantur ad explendam Veneris pruriginem. Tum & conficiebant statuas verendis extensis, & cubitales nuncupatas, quas & mulieres gestabant super currum ad id factum per compita, præcedentibus tibiis, & laudes Baccho canendo. Tum & pertegam, super quam gestabant præfatam effigiem virilis membri, *Phallum* appellabant. Erant Phallophori, sic dicti celebrantes Bacchanalia, faciem tegentes tenuissimis arborum corticibus, aut pelle; capite coronato *hedera*, aut *violis*. Hocque die Matronæ Romanæ (quod & Ægyptiæ fecère) in Veneris honorem *Phallogogia* agebant, ad ædem Veneris, extra portam Collinam pergentes *Phallum* gestantes, (præcinente tibia saltando, & canendo) super pertegam, & è collo suspensum, aut inter coxas. Sic festum agebant delirando, imò & impudicè insaniendo, vti mos fuit Gentilium.

Carrarius à fol. 295. Gyraldus Synt. 8. fol. 251. n. 40.

Ritus.

1188 Hodierno triumpho Alexandri Magni de Persis, opponimus nobiliorem triumphum alterius *Alexandri* martyris inclyti, qui & de infidelitate triumphavit, & fuit alter ex fortissimis militibus Christi, ex legione Thebea: cui *Alexandro* Thebeo, ad parem nobiliorem triumphum associantur *Zephyrinus* Papa: Iræneus, & *Abundius*, qui suo martyrio decorarunt Romam, ipso hoc die, quo antiquitus Phallagogiis fœdata: *Adrianus* filius Probi Cæsaris, qui de Licinii impietate, ac sævitia reportavit triumphum, & purpuram augustalem, generoso sanguine pro Christo effuso augustiorem fecit: dictis veris triumphatoribus adjungitur, re & nomine invictus *Victor* Presbyter Hispanus Cerasensis patria Oppido *Cerasso*, vulgo *Zerezo*, in agro Burgensi, qui plures Christo lucrifecit, etiam ex Agarenis; semel, & iterum voce de cœlo ad heroica excitatus; Sanctimoniales septem à Maurorum perfidia, & luxuria liberavit careeratus, crucifixus, jugulatus, abscisso capite martyrium complevit, qui caput suum abscissum apprehendens, manibus sustulit, & viam in Oppidum direxit. Ibi Oppidanos truncato capite adloeutus, miracula patrat, & locum quo corpus suum esset humandum designat. Nec veterum triumphi cum iis veniunt comparandi: enim vera nostratum triumfantium gloria obruitur tota inanis gloria Veterum.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die

1189 Pro hodiernis Sanctis veris triumphatoribus Christi, vertendo ad sacra Veterum *trimmphos*, *coronas* classes, & *colores* habes plura Themata hodiernis Sanctis adaptanda die 20. Januarii, num. 134. Die 21. num. 137. Et die 23. num. 144. Si & veteres, & hoc die delirabant, in suis Phallagogiis se coronando *hedera*, & *violis*, habes, & hodiernis Sanctis adaptandum Thema per *Violam* triplicem die 8. Junii num. 614. Ac per *Hederam* die 20. hujus num. 1162.

Thema: 1. 2. 3. 4. 5. 6.

1190 Amplius, si in Phallagogiis, tam obscœno ritu delirabant Veteres gestantes, è collo pendentem, super pectus Phallum, aut ficulneum, aut argenteum, aut æneum, aut ex corio rubeo confectum; & hæc verte ad sacra, hodiernos Sanctos encomiando *Ficulneos* fœcunditate Christianarum virtutum: *Argenteos* puritate vitæ: *Æneos* fortitudine, & constantia in tolerando labores: *Corios* separatione à carnalibus desideriis: *Rubeos* flagranti charitate, aut martyrio. Has virtutes pectore, animo, & re gestantes læti conscendere in cœleste templum gloriæ.

1191 Ficulneo ligno delirabant Veteres in suis obscænis Phallagogiis. Vt igitur vertamus & hoc ad sacra, adverto ex num. 950. ficum adumbrare crucem Christi. Diciturque ficus à fœcunditate, & antiquitus Athletæ ficubus alebantur; habetque hæc arbor humorem lacteum, vnctuosum, & coagulans ad caseos faciendos; propter quam

S. Isidor. Berchor. in Reduc. lib. 12. cap. 55.

Digitized by Google

quam vastiositatem multæ est fœcunditatis. Quare hodiernos Sanctos (verè mysticè ficulneos, qua & Christi crucem amplexantes, & qua arnatos fœcunditate virtutum, operum, miritorumque) encomia *Lacteos* castitate *Vuciuosos* pietate: *Coagulantes* charitate.

7.

DIES XXVII.

A.D. 234.

1192 Hic dies, qui & 6. Kal. Septembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Quo die, ex ipso Kal. *Ludi in Circo* dicati Cereri, vt num. sequenti dicam, actique *per dies quatuor*.

Dies 26. ex quinquaginta *Feriatis*, & Festis ob Hispaniam subactam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies *Nefastus primò*, & in eo *Volturnalia* sacrata Deo Volturno, aut vt alii scribunt *Vertumno*. Ita Kal. Vet. sic notans: *Volt. N. P.* idest *Volturnalia Nefastus primò*: & Gyraldus de Mensibus, fol. mihi 616. ac Rosinus lib. 4. cap. 12. De Volturno, aut Vertumno, vide dicta die 13. hujus mensis num. 1123. Alia addam infra num. 1194.

Hoc die *Victoriæ* Deæ ædes dedicata in Curia Julia ab Augusto Cæsare, Causa fuit: quare & hic dies dicatus *Victoriæ* enim Augustus Ægypto jam superata, & cœteris victoriis auctus Romam ingressus, simulachrum *Victoriæ* devectum *Tarento*, in Patris honorem præfata in æde collocavit, decoratum spoliis Ægypti, & sacris præeuntibus consecravit. Ita Dio. lib. 51. Hist. Romanor. Hæc autem ad diem sequentem referenda, vt ibi dicam.

Quo & die *Furinalia* sacra dicata *Furinæ*, aut *Furiæ* Deæ. Ita Gyraldus syntagmate 17. fol. 416. num. 40. & Hospinianus de Festis cap. 22. Quòd Kal. Maffeianum refert ad 8. Kalendas Septembris, vt eo die dixi.

Tandem ipso hoc die quotannis in Tartaria *solemne festum omnium Idolorum*. Ita Marcus Polo Venetus lib. 1. Itinerarii, cap. 55. & cum eo Roman. tom. 3. Reipublicæ cap. 2. propè finem fol. 144.

Ludi. Tacit. lib. 15. Annal. Rosinus lib. 5. cap. 4. Ovid. in 4. Fast.

1193 Dixi, quòd hoc die, & per duos sequentes erant in Circo Ludi, vt in Vet. Kal. notatum reperio. Quare noto quòd quanquam Veteres *Circum* sacrarunt *Soli*; at *Ludos* in Circo, non Soli, sed *Cereri* dicarunt; vt cum Cornelio Tacito Rosinus observat, & indicavit Ovidius inquiens:

Circus erat pompa celeber numeroque Deorum,
Primaque ventosis palma petetur aquis;
Hic Cereris Ludi non est opus indice causa.

Qui Ludi fiebant equorum cursibus. Vide & dicta die 12. Aprilis, num. 541.

Volturnalia. Vertumnus.

1194 Celebrabant Veteres hoc die *Volturnalia*, aut *Vertumnalia*, dicata Deo *Volturno*, dicto & *Vertumno*, aut Deæ *Volturnæ*: nam in dubio est, si Deo, aut Deæ hæc sacra dicarenturque & agebantur Idibus Octobris, vt eo die dicam. Fuerunt *Vertumnus*, & vertumna dii rustici, & Hetrusci, dicti & Volsini. De quo Vertumno Deo Propertius persequentes versus:

Propertius lib. 4 Eleg. 2. Tamay. hoc die.

Quid mirare meas tot in uno corpore Formas?
Accipe Vertumni *signa paterna Dei.*
Tuscus ego, Tuscis orior, nec pœniter inter
Prælia, Volicinos deseruisse focos.

Hunc *Vertumnum* plures putarunt idem cum Jano, plures distinctum, vt apud Gyraldum marginatum est videndum. De quo Vertumno accipe Ovidii versus:

Gyral. Synt. 4. fol. 138. num. 30 Ovid. in 1. Fast.

Quidquid vbique vides, mare, cœlum, nubila, terras,
Omnia sunt nostra clausa patentque, manu.
Me penes est vnum vasti custodia mundi,
Et ejus vertendi cardinis omne meum est.
Talis in extremo felix Vertumnus Olimpo,
Mille habeat formas
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

Ecce quanta fabularunt de Vertumno. De quo alia retuli die 13. hujus mensis.

Vulturna. Gyral. Synt. 4. fol. 139.

1195 Fuit & *Volturna*, vel *Vulturna* celebris Hetruscorum Dea, ad cujus, fanum frequens Hetruscorum concilium haberi solebat. De qua non semel meminit Titus Livius in 1. Decada. Hujus Deæ fanum circa Volscinios, non procul à monte, & lacu Ciminio, vt facilior esset aditus toti Hetruriæ plures antiqui existimant, apud marginatum Gyraldum.

Idolorum Sacrificium.

1196 Dixi, quòd hoc die 27. Augusti quotannis Tartari faciebant sacrificium solemne omnibus Idolis. Hoc ritu Magno Cani præsentabant Equas pulcherrimas, & albas decem mille, vt lac ipsarum biberet, & se recrearet.

Ritus.

Vtque

Veque Omnibus Diis agerent festum, & sacrificarent mulgebãt omnes Equas, & totum lac mulsum ab Equabus per terram, & aërem spargebant in suorum inanium Deorum honorem, sic & speranres ab ipsis omnia prospera, & aërem, terramque purgare putantes, eo ritu. Ita Marcus Polo Venetus, & Roman citati num. 1192.

Marcus Polo, & Roman citati.

1197 Tanta Gentilium prophanitate abjecta, nobis veniunt hodierna luce venerandi celeberrimi Sancti, cœlitibus hoc die associati; hi fuére duo *Rufi*, alter præsul, & patriciæ dignitatis, *Marcellinus* cum sociis, omnes laureati martyrio, ad quam palmam, & Heroinæ pervenére, vt *Mannéa* cum filiis, *Anthusa* junior, & *Euthalia*, quæ geminata laureola Virginitatis; & Martyrii associata cœlitibus; cum iis ad lauream gloriæ, & pervenère Illustres præsules, vt *Narnus* Bergomensis, *Cæsarius* Arelatensis, *Syagrius* Augustodunensis, & *Licerius* Illerdensis, in Citeriori Hispania. Quòd si Gentiles hoc die per lac delirabant in suorum inanium Deorum cultum; vertendo ad sacra pro hodiernis Sanctis die 21. Aprilis num. 571. habes per lac Thema, iis Sanctis adaptandum. Insuper, si delirabant in Vertumnum, eum colendo; vertendo ad sacra, perpicturam, & coronas Vertumni, Themata habes die 23. hujus mensis hodiernis adaptanda Sanctis, num. 1124.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3.

DIES XXVIII.

A.D. 240.

1198 HI dies, qui & 5. Kal. Septembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Item ex ipso Kal. dies 2. *Ludorum in Circo*, in honorem *Cereris*, ex dictis num. 1193.

Dies 27. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Harpocratis festum, hoc in mense fiebat ab Ægyptiis, ex Plutarcho. Ita Rosinus, qui tale festum hoc die ponit in suo Kal. lib. 4. cap. 4.

Soli, & *Lunæ* sacra facta Romæ. Ita Kal. Rom. & cum eo Beyerline hoc die.

Dies famigeratus, & celebris apud Romanos, ob consecratam ædem *Victoriæ* Deæ ab Augusto Cæsare, cum de Ægypto triumphata Romam ingreditur, in cujus æde simulachrum hujus Divæ *Tarento* devectum in Patris honorem collocavit, & sacris præ cæteris consecravit, ac decoravit spoliis Ægyptiis. Quod factum in Curia Julio, vbi & erexit *aram Victoriæ*, sic significando se adeptum Imperium ex victoria. Ita Rosinus lib. 4. cap. 12. Tamayus Masculus hoc die, ac Dio Histor. Rom. lib. 51.

1199 Colebant Ægyptii, hoc die *Harpocratem*, de quo ait Plutarchus, genitum ex *Iside*, post interitum *Osyridis*, natum imbecillum membris inferioribus: quem coluerunt Deum *Juvenilem*, imperfectum, & præsidem, ac moderatorem inarticulatæ orationis: nec non & silentii Deum. Fuit origo; quia (Pierio Val. referente) fabularunt *Harpocratem* natum *digito ad labia appresso*. Sacra, quæ huic Deo fiebant in *Buto* Civitate Ægypti, etiam temporibus S. Epiphanii, ridet, & merito ipse Sanctus lib. 3. contra hæreses. Nam Sacerdotes illum nutrire simulabant instar nutricum &c. Insuper & ei offerebant *lentes*, & *primitias legaminum*, ac *Persæam arborem*: quia hujus arboris frondes linguæ, & fructus sunt similes cordi.

Harpocratis. Plutar. lib. de Osid. & Osir. Gyraldus Synt. 1. fol. 55. n. 30. &c.

Pier. Val. lib. 35 cap. 14.

Ritus.

Sacrificia.

Quem Harpocratem pingebant primò: *Puerum digito ori admoto*, vtpotè symbolum taciturnitatis, & silentii, vt Gyraldus, & Pierius tradunt.

Pictura 1.

Secundò effingebatur *Puer* imberbis, *nudus*, qui *dextræ digito os obsignabat*, sinistra verò deorsum extensa sustinebat *Cornucopiam*, sursum pertingentem ad aurem, refertam frugibus inter quas eminebat nux pinea: caput verò Harpocratis redimi videbatur *Mitra Ægyptiaca*, quæ aliquantulum in altum erecta, desinebat in duas quasi volucres. Quam effigiem æneam, ex ruinis Mutinensibus Romæ eratam, tradit Gyraldus, addens sibi ostensam ab Augustino Rhegino Magistro, & Theologo Minorita.

2.

1200 Hoc die igitur, quo gentilitas delirabat in victoriis, luna, sole, & mitra, opportunè incidit Ecclesiæ lumen *Augustinus*, qui omnem & Augusti ipsius, & patris gloriam superavit, tot clarus victoriis, tot honoratus trophæis, tot onustus spoliis; vt, nemini dubium, omnem gloriam Veterum superet, & absorbeat: Arium vincens, Manichæum confundens, Pelagium confutans, & convincens, omnes fidei hostes insectans: factusque fidei propugnaculum, virtutis exemplum, & Sanctitatis speculum. Socios hodiernæ laudis habet S. Augustinus illustres

Martyr. Rom.

Digitized by Google

lustres Martyres; vt *Hermetem*, quòd nomen Græcè interpretem significat, & Augustino præclaro sacrorum librorum Interpreti congruit: *Iulianum*, & *Pelagium* martyres præclaros, vt hunc habeat gloriæ consortem, qui alterum confutavit, & de infidelitate convicit: *Fortunatum* cum Sociis, vt omnes hi tam felicem sortem Augustini comitentur. Habet item congruè & socium gloriæ *Alexandrum* præsulem, cujus orationis virtute impius Arius crepuit medius, & effusa sunt viscera ejus: ac *Vivianum* antistitem, vt cum his omnibus, aliisque sempiternè viventibus, vivat gloriosè sine fine Augustinus.

Bachot. in Fest. Christ. fol. 609. Hujus encomia Ioannes Baechot Senonicus sequenti Distichо complectitur:

Vir, Leo, Bos, Aquila, mitis, ferus, impiger, alta,
Mel, mala, scripta, polos, dat, fugat, edit, adit.

Ideſt, quod *Vir* mitibus mel dedit, lugentibus consolationem, pupillis, & viduis levamen, oppressis auxilium, piis denique salutem. *Leo* ferus mala fugavit, hæreticos ab Ecclesia, ab impiis à se domitis peccata. *Bos* impiger scripta edidit numerosa, quibus Illustravit Ecclesiam. *Aquila* alta polos adiit, & vivus levi meditationis alâ, & Divus ob prædictas virtutes cœlesti receptus aulâ. Quare tantum Doctorem, & Ecclesiæ lumen encomia *Virum*, *Leonem*, *Bovem*, *Aquilam*.

Thema. 1. 1201 Sed vt nostro insistamus proposito, redeo ad prophana hodierna sacra, inquibus per Lunam, Solem, Mitram, & Victoriam: quæ ad sacra vertendo pro tanto Phœnice Patrum, eum encomia, *Lunam* pulchritudine virtutum: *Solem* Ecclesiæ, doctrina: *Mitram* præsulatu: *Victoriam* aut victorem trophæis partis de inimicis Ecclesiæ, & animæ, ac de se ipso.

Apulei. lib. 11. de Asino aureo. Cartar. fol. 82. 1202 Gentiles hoc die colebant *Lunam* sic dictam quasi *luminum vnam luciferam*, & *Splendidam*, vt dixi die 24. hujus mensis num. 1176. & 1177. quâ & *splendecentem veste nigerrima* in somnis à se visam scripsit Apuleius, & ex ipso Cartarius. Ecce adumbratus Augustinus suo eum habitu quantum nigerrimo splendecenti: quare & per Lunam tantum Doctorem encomia *Lucentem* fide, religione, puritate: *Luciferum* Doctrina, & exemplo; *Splendidum* operibus, merito, gloriaque.

Amplius, ipsi Sancto adapta *Lunæ quatuor facies*, ex dictis citato die num. 1177.

Traduht marginati Lunæ picturam: Simulacrum *perlucidum*, *rotundum*, *emicans* lumen candidum, vertice redimito *corona florida*, ex variis floribus: veste obtutum nigerrima splendescente, multi colore byssо tenui pertexta: nunc *Albo* cădore: nunc croceo, flore lucteo: nunc *Roseo* rubore flămida, vt indicarent hoc subinde Luná mutare colores. Quæ ad sacra vertendo Augustinum encomia *Album* puritate: *Croceum* florida humilitate: *Roseum* flagranti in Deum charitate, & amore. Pictura. 13

1203 Colebant Veteres prophanè Solem: nos autem religiosè veneramur, vt verum solem Ecclesiæ Sanctum Augustinum. Pingebant Veteres solem *stantem* in navi, *Calcantem* crocodilum, Juvenili, & rutilante facie: quam picturam ad sacra vertendo pro tanto Sancto, & Ecclesiæ Doctore, eum encomia *Solem* doctrina sua: *Calcantem* crocodilos hæreticos, Ecclesiæ inimicos: Solem *illuminantem* catholicos: *Navem* ducentem ad æthæra doctrina, vita, religione, exemplo. Plura de sole tanto Doctori adaptanda habes die 29. Januarii, die 26. Martii, ac die 7. Maii Vide ibi, ne actum repetam. Pier. Val. lib. 1. Osir. cap. 6. Pictura. 61

1204 Colebant Veteres & Victoriam, quam pingebant *virginem pulcherrimam discalceatam*, *cinctam alatam*, & *volantem*, gestantem dextera *laurum*, sinistra *palmam*. Verte hæc ad Sanctum Augustinum *Pulcherrimum* vita à die suæ conversionis, *Discalceatum* terrenis affectibus, *Cinctum* puritate, virtutibus, *Alatum* fama, *Laureatum*, trophæis. Plura alia dixi de Victoria, vt die 11. Julii, & alibi: ea vide, & vt oportet adapta. Cartar. fol. 271. 71

1205 Tandem colebant, & Harpocratem, quem ex dictis num. 1199. pingebant *Nudum*, *obsignantem* digito os, *cornucopiam* gestantem manu læva, & *Mitram* in capite; quæ vertendo ad sacra pro magno parente Augustino, eum encomia *Nudum* à terrenis affectibus; *obsignantem* digito suæ sapientiæ, & doctrinæ Manichæum, alioſque hæreticos, ne audèrent contra Augustinum disputare, sicque ipsis imponendo silentium; *Mitratum* præsulem, Præsulum exemplum.

Hoc festum *Harpocratis*, quamquam à Plutarcho, & Rosino referatur ad hunc diem, at aliqui, apud Hospinianum de Festis cap. 21. de Festis Græcorum in Augusto fol. 126. refertur ad sequentem diem 29. seu 4. Kalend. Septembris.

Digitized by Google

A. D. 441.

DIES XXIX.

1206 Hic dies, qui & 4. Kalendas Septembris, *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Item ex ipso Kal. dies 3. *Ludorum in Circo*, in honorem *Cereris* ex dictis num. 1193.

Quo die *Vulcanalia* festa Romæ. Ita Festus, & cum eo Gyraldus de Mensibus fol. mihi 616. Hospinianus de Festis cap. 22. Rosinus lib. 4. cap. 4. & & alii: quamquam ab aliquibus hæc referantur ad diem 23. vt ibi dixi.

Dies 28. ex quinquaginta *Feriis*, & *Festis* Romæ, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis. Festum *Harpocratis*, ex num. præcedenti.

Item dies *Ater* Romanis. Ita Macrobius, & cum eo Beyerline hoc die. Ater, in quam, & quia atro *Vulcano* dicatus, & ob plures calamitates hoc die à Gentilibus passas. De quo Masculus in Fastis fol. mihi 369.

Ita Baron. in Martyrol. hoc die.

Quo die Alexandriæ dirutum Serapidis templum, & dicata Basilicæ collocatas ibi Bapt. reliquias.

Martyrol. Rom. Martyrol. Francisc. hoc die.

1207 Hic igitur dies Veteribus jam festus, jam ater, nobis sit purpureus, & candidus: quia sacratus *Ioanni Baptistæ*, quem pro pudicitiæ candore defenso decollavit Herodes: est & purpureus cruore aliorum martyrum, vti fuère *Paulus*, *Hypatius*, *Andreas*, & alii. Quibus ex Minoritico cœtu ad eandem martyrii lauream associantur *Ioannes*, & *Petrus* Valentiæ, vbi hæc scribo, passi sub Azoto Rege Mauro. Est & nobis purpureus, & candidus, enim præter alios Martyres, & Confessores, quibus dicatus, sacratus est duabus *Sabinis*, altera martyr, altera virgo. Quòd si hoc die agebant Veteres Vulcanalia Vulcano dicata; per Vulcani picturam, ejusque pileum cœruleum, ad sacra vertendo, habes, die 23. hujus mensis, à num. 1172. plura Themata hodiernis adaptanda Sanctis.

Thema.
1.
2.
3.
4.

1208 Passi sunt hoc die, & *Ioannes Baptista* decollatus ab Herode, & alter *Ioannes* Minorita cum socio *Petro* ab Azoto decollatus sub palma. Dixi *hoc die*: enim quamquam circa festum Paschæ decollatus Joannes dicatur in Martyrologio, Tyrinus (in Chron. sacro cap. 49. anno 2. prædicationis Christi) & alii, vti refero in Diario sacro hoc die, ad ipsum hunc diem referunt Joannis Baptistæ decollationem, juxta quam opinionem dixi *hoc die*, etsi propensius pro primo, de decollatione Joannis Baptistæ in martyrio, etsi hoc die inventionis capitis, decollatis culta. Quo die & passi *Ioannes*, & *Petrus*, sub palma in regia ipsius Azoti, qui votis Martyrum factus fuit Christianus, & ipsum Regale palatium dedicatum in Conventum, cujus in Ecclesia, & arcu Chori ad latus dextrum antiqua cernitur pictura, Azori in throno ad cujus pedes suo jussu jugulantur Martyres, & latus sinistrum, ipse Rex suscipiens sacrum lavacrum Baptismatis, ac in arcu, sequentes versus totam rem explicantes:

Azoto Rex Maurus, pro fide trucidat istos,
Votis ipsorum, sit Christi, sumpto lavacro.

Discretum Hieroglyphicum in festo horum Sanctorum Metropolitana posuit Ecclesia Valentina, in quo cernitur: *Ensis* sanguineus, & acutus, à quo ascendit *palma*, ad hujus latus *Ioannes*, & *Petrus*, vnusquisque manu dextera suam colligentem *palmam*, & ad ipsorum latus duæ pulcherrimæ columnæ, cum lemate: *Ecce merces vestra*: Vnde per *Ensem* martyrii, *Palmam* triumphi, & *columnas* patrocinii, ad hos encomiandos habes Thema.

DIES XXX.

A. D. 441.

1209 Hic dies, qui & 3. Kalendas Septembris, dies 4. & vltimus *Ludorum in Circo* in honorem *Cereris*, ex Kal. Maffeiano, & ex dictis num. 1192.

Dies 29. ex quinquaginta *Feriis*, & *Festis* ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies *sacratus Defunctis*, vt cum Suida, & Bungio dixi supra num. 49.

Dies, quo Græca juventus se exercebat in *Ludos Olympicos*, *cursu*, *saltu*, & *disco*, extensos per quinque dies, ex dictis cum Cæsare Calà dicto num. 49. die 30.

Dies *Infaustus* Ethnicis, eo quòd hoc die *Mundus Cereris patere credebatur*: quippè mysteria toto Erebo clausa, ex vmbra proferebantur in lucem. Hinc nihil aggrediebantur, quod esset alicujus momenti: quia totum sibi inferi Manes. Ita Gyraldus de Mensibus

fol.

Digitized by Google

fol. mihi 616. Rosinus lib. 4. cap. 4. Masculus, & Tamayus hoc die.

Mundum patere, quid? Gyrald. synt. 6. à fol. 185. n. 50. Tamayus hoc die.

1210 De quo die, sic eum Catone in commentariis Jur. Civil. Gyraldus marginatus, hisce verbis: „Mundus Cereris sic dictus, & illi nomen „impositum, ab eo Mundo, qui supra „nos est. Forma enim ejus ex iis, qui „intravère, cognosci potuit assimilis „illi; atque ejus inferiorem partem „veluti consecratam Diis Manibus. „Hunc autem Cereris mundum ter in „anno patere putabant, his diebus po„stridie Vulcanalia, & ante diem ter„tium Nonis Octobris, & ante diem „sextum Idus Novembris. Inferiorem „enim ejus partem consecratam Diis „Manibus, arbitrantes clausam omni „tempore præter præfatos dies: quos „& religiosos putaverunt ob eam cau„sam, quod iis diebus, ea, quæ occul„ta, & abdita religionis Deorum Ma„nium essent, in lucem educerentur, „& patefierent; nihilque eo tempore „in Republica geri voluerunt. Itaque „per hos dies non pugnabant cum „hoste, non scribebatur exercitus, non „habebantur comitia, nec aliud quid„quam in Republica administrabatur, „nisi quod vltima exegisset necessitas. Hæc Gyraldus.

1211 Hic igitur dies infaustus Gentilibus, nobis sit felix, ob Sanctos, videlicet, *Felicem* Presbyterum, qui de Diocletiano tyranno reportavit triumphum suo consortio palmæ *Adaucto*: ac *Martyres Africanos*, & ob *Bonifacium*, & *Theclam* parentes duodecim Martyrum: cum quibus, & aliis, hoc die associata cœlitibus Romana heroina *Gaudentia* Virgo, & Martyr, cum tribus aliis. Quòd si delirabant hoc die Gentiles *coronas florum* offerendo Manibus, Diisque inferis, vt dixi die 2. Januarii, vertendo prophanum ritum ad sacra, habes die 25. Julii, per florum coronas Thema hodiernis Sanctis adaptandum. Item si Manibus offerebant *Fabas*, & hæc sacra vertendo, habes per Fabam, die 9. Maii, num. 638. pulcherrima Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tandem, si agebant, & hoc die Ludos Olympicos, & per hos ad sacra versos, Themata habes die 30. Julii, à num. 1058.

Thema. 1.

2.

3.

Pro Coronide adverto, quod hoc in die 30. Augusti occurrit celebris Translatio *sacrorum pignorum* S. Agnetis Virginis, & Martyris. De hac Sanctissima Pugile egi supra die 21. Januarii, vbi ejus acta latè, diffuseque recenset Tamayus; & in hunc diem ejus Ecphrasin *Translationis* describendam dereliqui. Quam Antonius Vincent. Domenec, P. Joannes Bollando, & alii sic referunt apud Tamayum.

Anton. Vincent. Domenec in Histor. SS. Cathalon. fol. 83. col. 3. Bolland. in acta SS. tom. 2. fol. 360. Ap. Tamay. hoc die.

Corpus sacrum B. Agnetis sæpe sæpius ad varias Provincias translatum est. Nam primum ex Roma Constantinopolim precibus Martiani Imperatoris advectum; Post ex Constantinopoli Viennam per Guillelmum Comitis Viennensis filium perductum; deinde ex Vienna ad oppidum S. Fructuosi de Bages propè Manresam in Cathalonia ab Oratoribus Regis Castellæ, qui illud à Comite Viennensi, vt S. E. Toletanam ditaret, obtinuerant, adlatum; ac denique ex relato oppido S. Fructuosi ad S. & Cathedralem Ecclesiam Manresensem translatum est. Quod ita evenit: cum Canonici Manresenses cognoscerent, quod sacra pignora S. Agnetis cum aliis Sanctorum exuviis in oppidulo S. Fructuosi de Bages adhuc in indecenti loco jacerent, ea in suam Ecclesiam perducere decrevère, vt sublimiori collocata tabernaculo, honorificentius venerarentur, & colerentur.

Variæ Translationes.

Vltima Translat. ex oppido S. Fructuosi ad Manresam.

Ad hoc igitur agendum juridicè licentiam à Guidone Episcopo Portuensi, & in Aragoniæ Regnis à latere Legato Apostolico, Barchinone degente, continuis precibus flagitarunt, qui Episcopo Vicensi causam commisit, & iste Manresensi Decano, qui probatis probandis processum Apostolico remisit Legato; & ipse causâ cognitâ Canonicis præfatis extrahendi prædicta S. Agnetis pignora sacra, facultatem concessit. Qua recepta processionem generalen indixère, & die 30. Augusti, anno Domini MCCCLXXII. prædictum sacrum S. Agnetis corpus cum aliis SS. Fructuosi Episcopi Tarraconensis, Augurii, & Eulogii ejus Diaconorum Martyrum, & aliorum lipsanis, translatum Manresam est, in Cathedrali Ecclesia honorificè collocatum, hocce actum auctorantibus miraculis, & prodigiis innumeris à Domino per intercessionem Sanctæ Virginis, & Martyris Agnetis operatis. Hæc omitto videnda apud Anton. Vincent. Domenec, Bolland. & Tamayum hic, & alibi.

Annus, & Mensis Translationis.

Domenec, Bolland. cit. & Tamayus in Martyr. Hisp. tom. 4. die 30. Aug. fol. 619.

De vrbe Athanagria, seu Athanagia, quæ hodie Minorisa, seu Manresa dicitur in Cathalonia, videndus est Hieronymus Pujades Histor. Cathalon. lib. 3. cap. 7. fol. 63.

Digitized by Google

A.D. 243.

DIES XXXI.

1212 Hic dies, qui & pridie Kalendas Septembris, *Comitialis* notatur in Kalendario Maffeiano.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49.

Dies 30. ex quinquaginta *Feriarum*, & *Festis* Romæ, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. hujus mensis.

Dies sacratus *Demetrio* à Macedonibus, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 31.

Dies Infaustus, & Innominatus in toto Romani Orbis Republica, ob natales duorum Cæsarum, qui eam hostiliter infectati sunt, ideſt G. *Calligulæ*, & *Antonini Commodi*. Ita Vet. Kal. Gyrald. de Mensibus fol. 616. Beyerline, Tamayus hoc die, aliique.

Panagyrin Canum. *origo.* *Ritus.*

Hoc mense *Panagyrin Canum* celebrabant Romani, in memoriam Vrbis captæ à Gallis, & quòd Capitolium ab iisdem obsessum, canes, anserum vigilia, superati fuerant. Quare Canes cruci affigebantur, Anſere pulvino insidente. Crux, seu furca fiebat ex Sambucco; aliàs minimè putabant ritè fieri sacrum. Ita Hospinianus citatus cap. 21. cum Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 12. Ecce Gentilium hujusce mensis fasta, dies, & festa; quibus, pro coronide, jam ipsius diei Christianos fastos opponimus.

1213 Hic igitur dies jam Festus, jam Infaustus Romanis Veteribus, nobis sit lætus ob præclarissimos triumphos partos de tyrannis à nostratibus, vti fuère *Paulinus* præsul de Constantio Cæsare: *Cesidius*, & socii de Maximino; *Robustianus*, *Marcus*, *Rufina*, & alii, de aliis tyrannis hostibus religionis: quibus associatur *Aristides*, qui ingenio, & calamo cultum Jesu Christi defendit: Cum dictis cœlitibus associantur illustres præsules *Optatus*, *Amatus*, & *Aidanus*, hujus anima visa conscendere in Cœlum à Sancto Cutberto pastore; is ovibus relictis Monachus factus est. B. *Elisabetha*, aut *Isabella* Sancti Ludovici Regis Francorum soror legitima, Monialis clarissa in Monasterio Longi-Campi territorii Parisiensis, humilitate, paupertate, & miraculis clara; *Beata* declarata à Leone X. Pont. Max. etsi obierit die 23. Februarii, hoc die venerata in præfato Monasterio, in toto autem Minoritico coetu, ritu semiduplici, die sequenti; & 1. Septembris. Pro iis igitur triumphatoribus veris, vertendo Veterum *triumphos* ad sacra, *classes*, *colores*, & *venas*, Themata habes supra die 20. Januarii à num. 133. Die 23. num. 144. Et die 19. Martii num. 593. hodiernis adaptanda Sanctis. Insuper & per *Ludos Olympicos*, vt remissivè in fine præcedentis dici.

Martyrol. Rom. Martyr. Franc. hoc die.

Tamayus hoc die.

1214 Delirabant Veteres, hoc in mense in *Panagyrin canum* hos crucifigendo in ligno *Sambuci*, sic opinando gratum, & ritum facere sacrum. Est Sambucus arbor *mollis*, & *parva*, ex qua componitur species quædam *Symphoniæ*, vt tradit S. Isidor. Item est arbor habens ramos *planos*, *rotundos*, & *longos*. Tandem & habet flores *minutos*, *candidos*, & *aromaticos*, vt inquit Minorita Anglicus marginatus. Cum igitur delirarent Veteres per cruces Sambuceas, ipsis prophana ritu canes affigendo, &c. Vertendo ad sacra, veros cruciferos hodiernos cœlites encomia. *Molles* patientia. *Parvos* humilitate. *Symphonios* laudatione Dei. Item *Planos*, sinceritate vitæ, *Rotundos* obedientia. *Longos* charitate in Deum, & proximum. Tandem *Minutos* humilitate. *Candidos* puritate, *Aromaticos* exemplo, bonisque operibus.

S. Isidor. lib. 12. de music. instrum.

Anglicus lib. 17. cap. 144.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

SEPTEMBER.

1215 SEptimus in Septembrii, qui mensis hanc accepit appellationem, aut quia septimus à Martio, ex Varrone: aut à frequentia imbrium, & aëris perturbatione, quæ subinitium autumni plerumque accidere solet, vt alii opinantur. Qui mensis etsi à Martio *septimus*, à Januario *nonus*. *Æquinoctii Autumnalis* origo, & status, necnon Autumni principium, in quo,

Varro lib. 5. de L.L. Rosinus lib. 4. cap. 13. Tamayus tom. 5. à fol. 1. Anglicus lib. 9. cap. 16. 2

Pampineas novus en Autumnus pervigit uvas:
Purpureique redit vena liquore mari.

Nam hoc mense maturantur uvæ, colliguntur, calcantur, & in mustum poliuntur; stercorantur campi, & fœcundantur, vt iterum fructificent. Vnde versus:

Stercore September *sterilem facundat agellum:*

Prose-

Præcipitoque facit semina lecta solo.
Maturas roseo de palmite colligit vuas:
Noctem æquat luci: dulcia musta coquit.

Enim hoc in mense ad diem 22. fit *Æquinoctium Autumnale*, in cujus mensis medio *Sol* ingreditur *signum Libræ*, vt Anglicus advertit.

1216 Nomenclatura hujus mensis, quamvis à numero accepta, sæpe tamen adulatione mutata. Enim Senatus Romanus tempore *Tiberii* Imperatoris, in hujus honorem, hunc mensem voluit appellari *Tiberium*: & Domitianus Imperator, qui appellationem Germanici vsurpavit, constituit hunc mensem appellandum *Germanicum*, ex Suetonio. Ipsum mensem appellatum *Antoninum* Senatus decreto, in honorem *Antonini* Imperatoris, ex Julio Capitolino. Commodus Imperator, qui & Hercules fuit dictus, & hunc mensem *Herculem* nominavit, vt Herodianus scribit. Tandem & hic mensis nuncupatus *Tacitus* à Tacito Imperatore, hoc mense & nato, & ad Imperium evecto, vt omnia tradunt Rosinus, & alii marginati. Quæ nomina ob faustum, & vanitatem imposita, temporum vicissitudine deleta, & priscum nomen *September* retentum, ex Macrobio 1. Sat. cap. 12.

Suetoni. in Tiberium, cap. 26. in Domit. c. 13.

Iul. Capitol. in Anthil. fol. 147.

Herod. lib. 1.

Rosinus lib. cap. 13.

1217 Fuit hic mensis sub tutela *Vulcani*, ex Vet. Kalend. & marginato Rosino. Depingitur, *tamquam Vindemiator racemos colligens in Corbario*, vt Anglicus advertit. Fuit apud varias nationes nominatus varié, ab Hebræis *Elul*, à Chaldæis, & Ægyptiis *Thoth*, ab Abissinis *Musri*, ab Athenienſibus *Memacterion*, à Græcis, & Macedonibus *Gorpeius*, à Cypris *Antocraticus*, à Saracenis *Ramad*, à Romanis *September*, *&c.* Constatque diebus 30.

Pictura. Anglic. lib. 9. cap. 16. Alex. ab Alex. & alii.

DIES I.

A.D. 244

1218 Hic dies, qui & Kalendis Septembris, sacratus *Junoni*, quæ *Juno*, & *Luna*, & *Astarthes* putata. Omnes enim Kalendæ sacrabant Junoni, vt die 1. Januarii dixi. Quæ *Juno*, & *Luna*, & *Astarthes* putata, dicam à num. seq. & deinceps.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49.

Dies 31. ex quinquaginta *Feriis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Augusti.

Dies sacratus *Ioni*, *Soli*, à Lacedemoniis, & *omnibus Diis* à Græcis, ex dictis num. 49.

Senatus legitimus Romæ decreto Augusti, ex Tranquillo, & Bungio citato numero adductis.

Memacteria sacra dicata ab Athenienſibus *Iovi* turbido, & impetuoso, quæ sacra fiebant ad Jovialium imbrium impetum, sedandum, eo quòd hoc mense hyems, & aer turbari incipit. Ita Vet. Kal. Rom. Rosinus lib. 4. cap. 4. & Hospinianus de Origine Festorum cap. 23. fol. mihi 134.

Quo die, *Feriæ Neptuni celebratæ*. Ita Kal. Maffeianum, & Hospinianus citatus cap. 24. de Festis Romanorum in Septembri fol. 135.

Item *Feriæ rusticæ pro messibus* ab hoc die, vsque ad Idus Octobris. Ita Calà quæst. 3. num. 181. fol. 123.

Tandem, hoc die, *Meditrinalia* sacra dicata *Meditrinæ* Deæ Medicamentorum. Ita Beyerlinc, Tamayus, & Masculus hoc die. Quæ ab aliis referuntur ad diem 11. Octobris.

1219 Fuit, hoc die, à Gentilibus culta *Juno*, quæ & *Luna*, & *Astarthes* nuncupata, vti dixi. Quale autem Numen fuerit *Astarthes*, & quam deitatem à prophanis decantatam authoribus, variæ fuerunt opiniones. Lucianus opinatur *Astarthem* esse *Lunam*: Cicero *Venerem*: alii *Minervam*: & S. Augustinus marginatus de Poëtis loquens ait: *Iuno sine dubitatione ab illis Astarthea vocatur*. Verum Lunæ, Junonis, Veneris, aut Minervæ nomina, si ad Asiaticos respexeris Deos, ita sunt confusa, vt qui vnam dixerit, alias subindicet. Enim sicut plures erant Junones, plures Veneres, plures Deæ Syriæ, ob simulachrorum multitudinem, ita & plures *Astarthes*, ac in plurali numero à 70. Interpretibus aliquando exprimuntur. Lunam potissimum & Astarthem videtur intellexisse Jeremias, vbi Reginam Cœli, idest Lunam, commemorat, & sacra, quæ fiebant ei recenset, cap. 7. v. 18. quibus, & aliis locis per *Reginam* Cœli, seu *Lunam* intelligit Propheta *Astarthem*, vt observat Cœlestinus Marsanus in sua Historia Sacra Clavis David Tract. 7. art. 7. citatus.

Astarthes.

Cæleſt. Marſan. Tract. 7. art. 7. fol. 271.

Cicero lib. 3. de Natur. Deor. S. Aug. in 2. Iud. qu. 16.

1220 Hebræi Idolatræ coluerunt Astarthem, aut *Astaroth*, vt dicitur Judicum cap. 2. *Dimittentes* Dominum, *& servientes Baal, & Astaroth*, imò: *& colebat Salomon Astarthem Deam Sidoniorum*. Et quamquam aliqui putent *Astaroth* esse vocem Græcam dictam ab

Astaroth.

Iud. 2. v. 13. 3. Reg. 11. v. 5. & Max. Alap. & Malu. hic in 2. Iud.

Digitized by Google

ab Aſtro, non eſt ita, ſed eſt vox Syra, Phœnicia, ſeu Hebraica ſignificans *oves*, & præſertim fœminas, cum mammis turgeant, & agnos ſuos lactent. Ita dictæ ab *athar* Heb. ideſt multiplicare, quòd ſint fœcundæ; & in Syria multos per annum pariunt agnos; atque ab *aſcar*, ideſt ditare, quod caſeo, lana, lacte heros ſuos ditent. Sonat & ea vox *Aſtaroth* greges ovium à victimarum multitudine, quæ ei mactabantur. Eſtque *Aſtaroth* nomen numeri pluralis, tum ad emphaſim, & honoris cauſam, vt eam Deam plurium, imò omnium rerum dominam ſignificarent, & quòd rebus omnibus ditare poſſet opinarentur: tum quia *Aſtarthe*, aut Aſtarthes nomen ad plures Deas translatum eſt; enim erat Aſtarthe Babyloniorum, quam Dianam vocat S. Epiphanius hæreſi 19: alia Carthaginenſium, quam S. Aug. citatus putat eſſe Junonem: alia Edeſſenorum, quam Lucianus, ait fuiſſe Lunam, vt omnia tradunt marginati.

1221 At cum nomen illud *Aſtaroth* alludat ad vocabulum *Aſteroth*, quòd apud Hebræos ſignificat Lucos, huc referunt aliqui, quod de Manaſſe Rege Judà dicitur: *Poſuit quoque Idolum Luci, quem fecerat in Templo Domini*; per quod idolum, ab impio Manaſſe collocatum in Templo, R. Salamon Jarchi intelligit *Quercum*, cui exhibebatur cultus; Maluenda *Lucum magno artificio ſculptum*, ideſt *Sylvam*; & Cœleſtinus à Monte Marſano marginatus *Aſtartis ſimulachrum*.

Cœleſt. Marſan. citat. 4. Reg. 21. v. 7.

Maluend. hic.

1222 Quam *Aſtarthem* plures putant & Deam Syriam, & *Vraniam*, ſeu Cœleſtem, & *Iunonem*, & *Venerem*, & *Lunam*, & *Opem*. Nec deſunt, qui putent eam eſſe, quam exteri Scriptores apellant *Atargatin*, vel *Atharam*; ſeu *Derceto*, vt in Jud. 2. v. 12. ait Maluenda, ſuſpicatur iſte, præfatum nomen *Aſtarthem* deductum ab Hebræo ſignificante *congregationem ſtellarum*, nempe *Hyadas*, *Pleiadas*, ſeu *Virgilias*, vel *Conſtellationem Tauri*. Quam *Aſtarthem* Herodianus vocat *Aſtoarchen*, ideſt, aſtrorum primatem, & principem. Plura alia poteris videre de *Aſtarthe*, præcipuè apud marginatos Cornelium, & Maluendam. Lucianus de Dea Syriæ, Venere, aut *Aſtarthe*. Quam (Gyraldo teſte) Pingebant *Aſtri figura*, ipſum verò Aſtrum Venerem putabant. Quam & adoraturi ſe inclinando colebant. Cumque putarentur Juno, Venus, & Luna, harum picturas, & alia vide apud marginatos.

Malu. in Iud. 2. v. 23.

Herodian. lib. 5. Alap. in Iud. 2. v. 13.

Lucian. citat.

Gyrald. ſynt. 13. fol. 332. à n. 40.

Pictura. Ritus.

1223 Fuerunt & hoc die *Meditrinalia* ſacra dicata Deæ *Meditrinæ*, ſic nuncupatæ *à medendo*. Quod ſacrum alii referunt ad 5. Idus Octobris, vt eo die dicam. Fuit *Meditrina* Dea medicamentorum putata, vt Gyraldus obſervat, & cum eo Tamayus. Veteres, ob libationem primi, recentioriſque *Vini* (qua libatione ſe mederi credebant), inſtituerunt hæc ſacra, in quibus *Flamen Martialis* diem libationis hujuſmodi conſignabat, medicaminis cauſa. Hinc qui in his ſacris bibebat vinum libationis, alta voce, & ſacrificii more dicebat: *Vetus novum vinum bibo: novo veteri morbo medeor*. De quo præter marginatos vide Roſin. lib. 4. cap. 14.

Meditrina. Meditrinalia

Gyrald. ſynt. 17. & 13. fol. 49. Tamay. hoc die.

Origo.

1224 Hic igitur dies Gentilibus auſpicalis, & lætus, nobis potius ſit lætus: quia ſacratus *Læto*, & *Vincentio* inclytis martyribus Hiſpanis: *Priſco* martyri, Chriſti diſcipulo: *Xyſto* diſcipulo Petri, qui parem, ac magiſter de impio Nerone reportavit triumphum: *Ammoni* Diacono, qui optimè erudivit, & ſatiavit quadraginta *Virgines*, quas ſecum laureatas palma martyrii perduxit: alteri *Priſco* præſuli, *Adjutori*, aliiſque, cum ipſo, mirificè propagatoribus diſciplinæ Chriſtianæ. *Lupo* item præſuli, qui ſacrum celebrans in ejus Sanctum calicem lapſa eſt cœlitus gemma: *Ægidio* Abbati, claro, ſtirpi regali; clariori lactatione cervæ, vita, miraculis. Lætus igitur potius ſit nobis, qua his, aliiſque cœlitibus ſacratus, à Deo in cellam vinariam gloriæ introductis. Quod ſi hoc die per vinum delirabant Veteres ſuis in Meditrinaliis, vertendo ad ſacra, habes, die 23. Aprilis, num. 175. per vinum Themata hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3.

1225 Delirabant, & hoc die, Veteres per Aſtarthem, quam putarunt Junonem, Lunam, Venerem, &c. per quarum picturas ſupra adductas, & Chriſtianizatas habes plura Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tandem cum Aſtarthem pingerent *Aſtri figura*, & putarent eſſe aut congregationem Hyadum, aut Stellam, & die 2. Aprilis num. 506. & 16. num. 555. & die 20. Junii num. 872. plura habes hodiernis Sanctis veris Stellis, in Cœlo fulgentibus, adaptanda Themata. Tandem, ſi hoc die Veteres libabant vinum ad ſalubritatis auſpicium, perpende auſpicale nomen Ægidii, cum hic Sanctus hoc die ab Eccleſia veneretur.

Hiſt. Lomb. lect. 125.

Ægy-

Digitized by Google

Ægidius enim dicitur ab; *e*, quòd est sine, & *geos*, quòd est terra, & *dian*, quòd est clarum, sivè divinum. Enim ipsè fuit *sine terra* terrenorum despectu: *Clarus* illustratione scientiæ: *Divinus* amore, quo assimilatus Christo amato.

6.

DIES II.

A.D. 245.

1226 Hic dies, qui 4. Nonas Septembris, *Nefastus* notatur in Kal. Maff.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà die 30. Augusti, & num. 49. die 30.

Dies 32. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis* ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Augusti.

Dies sacratus *Semideis*, ac varonibus heroicis, ex dictis cum Roman num. 49. die 2.

Dies sacratus *Diis Manibus*, ex dictis cum Alex. & Bungio, citato numero & die 2.

Rodericus Rex Gotorum, in Hispania, cum Saracenis per septem dies pugnans tandem cadit, anno 714. Ita Coel. lib. 1. Saracenicæ Historiæ, & Beyerlinc cum eo, hoc die.

Dies in Cypro dicatus *Ariadnæ*, cui festum dicabant ex instituto Thesei. Ita Hospinianus de Festis Græcorum cap. 23. fol. mihi 134.

Dies Romanis celebris, ob *Victoriam Navalem*, quam *Actiacam* dixerunt, qua Augustus Cæsar triumphavit de M. Antonio, & Cleopatra Regina; quamobrem ab hoc die ejus Monarchiam auspicantur. Ita Gyraldus de Mensibus Dio lib. 51. Rosinus lib. 4. cap. 13. Tamayus hoc die, & alii plurimi. Quæ victoria contigit anno Vrbis conditæ 722. vt inquit Reusnerus in suo Diario Historico, fol. 134. Vide num 1330.

1227 Matusii, seu Amatusii in Cypro festum, & sacrum erat hoc die dicatum ex instituto Thesei. Duas fuisse *Ariadnas* indicat Plutarchus: alteram in Naxo nuptam Dionysio, matrem Staphyli: alteram juniorem raptam à Theseo, & ab eo post, repudiatam, quæ Naxum venit, ostendebaturque ibi ejus sepulchrum. Veniente Theseo, dolore correptus, incolis reliquit pecunias, quæ erogarentur in *Ariadnæ* sacrificium; Cui erexerunt duo simulachra *argenteum* vnum, *æneum* alterum. Cui hoc die sacrificabant, & festum agebant, eo ritu, vt ponerent in lecto adolescentem jacentem, vociferantem, ac facientem ea, quæ à mulieribus parturientibus fieri solent. Cui *Ariadnæ* dicabant sacrificia cum mœrore. Insuper & Ludos cum lætitia, vt Hospinianus tradit.

Ariadna. Plutarch. in Theseum. Hospin. cap. 23.

Ritus.

1228 Dedalum statuarium ferunt, in Cnoso, effinxisse *ex albo marmore Ariadnæ chorum*: cujus videtur Homerus meminisse. Quem *chorum* & videtur designare Propertius in 2. Elegantiarum, inquiens:

Gyrald. synt. 8. fol. 133. n. 20. Theatr. Deor. tom. 2. lib. 5. cap. 22. à fol. mihi 695.

Egit vt Evantes Dux Ariadna choros.

De qua. Ariadna & fabularunt, quòd derelicta à Theseo, accepta fuit à Baccho, de quo habuit sex filios. Fabularuntque à Baccho ductam in Cœlum, à quo & accepisse *Stellarum Coronam*, & à Diis collocatam inter cœlestia signa, fuisseque *signum Scorpionis* (quòd exiit die 21. Junii), *Ariadnæ* coronam. Hæc victoria marginatus cum pluribus in Theatro Deorum. De qua Corona Virg. Georg. 1. vers. 221.

Ante tibi Eoë Atlantides abscondantur:
Gniosaque ardentis decedat Stella Corona.

Et Ovidius Epistola 16. Leand. Heroi:

Andromeden alius, claramque Coronam.

1229 Victoria Cæsaris hoc die à Gentilibus celebrata, sed ea victoria minimè comparanda cum nostratum victoriis, vti fuére, ingentis animi matrona *Maxima* triumphans de Diocletiani sævitia: *Diomedes* cum sociis octo, quorum aliqui igne, alii aqua, alii ense, alii Cruce palmam obtinuerunt, ad quam & pervenére palmam *Concordius* cum sociis, *Evodius*, *Hermogenes*, & *Callista* fratres, aliique laureati martyres: quibus ad coronam gloriæ associantur Confessores præclari, vt illustres præsules *Iustus* & *Elpidius*, ac *Nonnosius* Abbas, qui sua oratione saxum transtulit ingentis molis. Pro iis igitur triumphatoribus veris, Veterum triumphos, classes, colores & coronas, vertendo ad sacra adapta, vt remissivè die 31. Augusti num. 1213.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3.

1230 Ariadnam Veteres colebant hoc die, cui dicarunt statuas jam *æneam*, jam *argenteam*, ad quas & delirabant, jam *Luctu*, jam *Lætitia*, & *Ludu* colendo Ariadnam: quam fabularunt translatam in Cœlo, ac corona Stellarum redimitam, quam vocant signum *Scorpionis*. Verte ad sacra, & primò luctum: enim lugendum (S. Bernardo

S. Bernard. de Conver. ad Clericos, ser. 19.

Digitized by Google

nardo teste) *abundanter*: *quia lugendi tempus advenit*, & quidem triplici luctu. Primò *luctu pœnitentiæ* ob peccata, & defectus ad se purgandum: Secundò *luctu affectus* pietatis, & compassionis, ob passionem Christi: Tertiò *luctu spei*, sivè cum spe consolationem

Matth. c. 5. v. 5. æternam obtinendi. Sic *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*, dixit Christus, & fecére Sancti: quare beatos encomia.

4. 1231 Ludebant Gentiles in Ariadnæ honorem, & lætabantur prophanè.

2. Reg. 6. v. 5. & 22. Verte ad sacra: *David autem, & omnis Israel ludebant coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis.* Qui Propheta Regius ad Michol dixit: *Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum.* Quæ verba exponens S. Bernar-

S. Bernard. Ep. 87. ad Ogerii. dus inquit: *Ludam, vt illudar. Bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum præbet.* Et post pauca addit ipse Mellifluus Sanctus. Est *Ludus honestus, gravis, spectabilis*, qui cœlestium spectatorum delectare possit aspectu. Sic lu-

5. serunt Sancti Ludo honesto *puritate vitæ*, Ludo gravi *modestia Christiana*, Ludo spectabili ipsis etiam cœlitibus, *humilitate, patientia, fortitudine*, aliisque heroicis virtutibus, quibus facti fuerunt spectaculum *Mundo*, & *Angelis*, & *hominibus*, ex 1. Corinth. 4. v. 9. vt dixi die 26. Julii, num. 1045.

1232 Tandem si Gentiles delirabant hoc die Ariadnæ tribuendo Stellatam coronam signi Scorpionis, hoc habes signum descriptum die 9. Martii, per cujus signi *tres facies* Veneris,

6. Martis, & Solis, ipsi signo tributas ab Antiquis; habes die 6. Maii, num. 628. Thema hodiernis Sanctis adaptandum, vt sic ad sacra versa prophana Ægyptiæ literæ religioni serviant.

Dies 2. Feriarum *rusticarum*, ex dictis num. 1218.

DIES III.

A.D. 246. 1233 Hic dies, qui & 3. Nonas Septembris *Nefastus primò* notatur in Kal. Maff.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà die 30. Augusti, & num. 49. die 30.

Dies 33. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, die 2. Augusti.

Dies dictus *Minervæ* ab Ægyptiis, ex dictis cum Pierio, & Alexand. num. 49. Tum & ab Athenienſibus, ex Vet. Kalend.

Dies dictus *Dionysio*, seu *Baccho*; Ita Rosinus in suo Kalendario lib. 4. cap. 4. sic notans. *Dion.*

Qui dies, apud Ægyptios *Infaustus* dictus fuit, ab iniquo aspectu Planetarum. Sed Romanis *Faustissimus* habitus, tum *victoriâ* parta à Paulo Æmilio Consule de *Perseo Rege*, anno Vrbis conditæ 586; tum *triumpho* acto de Judæa à C. Sosio Proconsule, anno Vrbis conditæ 719. Ita Reusnerus fol. 134. Goltzius fol. 86. Tamayus hoc die, & alii.

Dies 3. *Feriarum rusticarum pro messibus* ex dictis cum Calà n. 1218.

1234 Hic dies illustris apud Veteres Romanos victoriâ, & triumpho, potiùs apud nos sit illustris, ob nostratum veros victores, & triumphatores, vti fuére *Aristæus* præsul cum *Antonino* puero martyres: *Zeno*, & *Charitona*, qui per ignem evolarunt in Cœlum: *Sandalius* qui Jove abiecto sustinuit pro Christo ignes verbera, vulnera flagra, & per ardentem rogum conscendit, martyrio coronatus, in astra, Diocletiano devicto; ad quam palmam pervenère *Aigulphus* cum sociis Monachis, qui præcisis linguis obtulerunt eas famæ, vt fierent eloquentiores: quibus ad gloriæ coronam associantur præsules illustres *Auxanus*, & *Mansuetus*. Nec tantum viri, verùm & veræ Heroinæ hoc die venerantur, ob verè partos triumphos, vt *Serapia* virgo de juvenibus lascivis, Hadriano tyranno, ac facibus aceensis: *Euphemia*, *Dorothea*, *Thecla*, & *Erasma* de Nerone: *Basilissa* virgo de igne, bestiis, & Alexandro tyranno. Quòd si hoc die delirabant Veteres per *Ludos*, triumphum, Minervam, & Bacchum, per hos omnes, ad sacra vertendo habes supra plura Themata hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Themata 1. 2. 3. 4.

DIES IV.

A.D. 247. 1235 Hic dies, qui & pridie Nonas Septembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 34. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino die 2. mensis Augusti.

Dies sacratus *Mercurio*, ex dictis cum Platone, & Bungio, num. 49.

Dies

Digitized by Google

Dies *triumphalis* Romanis, quo Q. Fabius Maximus Rutianus de Samnitibus, Hetrucis, & Gallis triumphum solemnem Romæ egit, anno Vrbis conditæ 458. Ita Goltzius, Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Quo die: *Arcturus cum Vindimiatore exoritur. Malus occultatur.* Ita Kal. Astronomicum, & Tamayus hoc die cum eo.

1236 Ipso hoc die, *Ludi Romani*, dicti *Magni*, & *Circenses*, acti à pridie Nonas Septembris: primum *vno die*; item *biduo*; post *triduo*, tandem *per nouem continuos dies*, sicque ab hoc die vsque ad duodecimum ineluſivé. Ita Hospinianus de Origine festorum à fol. 231. & Rosinus de Antiquitatibus Romanorum lib. 5. cap. 19.

Dies 4. *Feriarum rusticarum pro bouensibus* ex dictis cum Cæsare Calà num. 1218.

Ludi Romani. Roman. lib. 10. cap. 8.

1237 *Ludi Romani* fuerunt vocati, & *Circenses*, quia acti in Circo, & *Magni* ob magnas expensas, quæ in ipsis expendebantur: quamquam non desint, qui putent, ideo dictos magnos, quia dicatos magnis Diis, vt *Conso*, *Neptuno*, *Laribus*, *Iovi*, *Innoni*, & *Mineruæ*. Horum Ludum institutionem à Regibus deferunt. Fabularuntque membrum virile apparuisse in fumi camino, Ocrestemque, eo viso, concepisse, idque factum ope Laris: quare & filius natus regnavit Romæ, & Ludi Romani instituti, vt Romàn refert. Alii volunt institutos *ob victoriam* partam de Latinis tempore Tarquinii. Quibus in Ludis magna pompa ducebant statuas Deorum per vicos, & plateas Civitatis, erigebantque altaria, & pergebant vsque ad Circum maximum, cantando, saltando, & choreas ducendo. Et in circo loca divisa Patribus, equitibusque, fiebant varia spectacula, certando, pugnando, currendo &c. vt de Ludorum pompa in communi dixi die 28. Februarii numero 342. Dictis addo cum Hospiniano de Origine Festorum, quòd in his Ludis erant *sex factiones*, seu classes à coloribus distinctæ, scilicet *Veneta*, quæ & cærulea: *Prasina*, quæ & viridis dicta: *Alba*, & *Rosea*. quibus, à Domitiano Imperatore, additæ fuerunt duæ *Purpurea* scilicet, & *Aurata*. Vide dicenda infra num. 1272.

Rosin. lib. 5. cap. 19. *Origo.* *Fabula.*

Ritus.

Hospin. cit. fol. 231. Roman. tom. 2. Resp. Genul. lib. 10. cap. 5.

1238 Hunc diem lætum; & triumphalem Veteribus, horum triumphos, vincendo, ornarunt nostri, gloria suorum triumphorum: hi fuerunt *Maximus* re, & nomine, qui socios ad palmam habuit *Magnum*, & *Castum*. Hi fuère discipuli S. Jacobi, passi Vticæ, Vrbe vetustissima Hispaniæ Baticæ, vbi in Neroniana persecutione jugulati pro Christo: *Marcelli* duo, quorum vnus ad ripam fluvii Ararim, (in cujus altera ripa erat Saturni, in altera solis simulachrum, quibus sprætis) vivus sub terra defossus, triduo in Dei laudibus perseverans, Deo reddidit spiritum: *Rufinus*, *Silvanus*, & *Vitalicus* pueri ætate, magni robore, laureati martyrio, & maximò triumpho; nec non *Oceanus*, vel vt alii legunt *Oceanus*, Baticus Hispanus cum Sociis, qui toleratis immanissimis suppliciis, præsciissis singulis membris, Deum continenter precando coronas immarcescibiles promeruerunt. Cæterum, vt triumphalis hic dies albo signetur calculo, venerantur duæ *Candidæ*, vtque decorem addat candori purpura coluntur vna Rosalia virgo Panormitana, ex Regio Caroli Magni Sanguine orta, quæ pro Christi amore paternum Principatum, Aulamque profugiens, in montibus, ac speluncis solitaria, vitam duxit Cœlestem, & vna *Rosa* Viterbiensium decus, Tertii Ordinis Franciscani alumna, spiritu prophetico clara, clarior in rogo (in quo succenso tribus horis illæsa permanens, confudit Hereticos, Maliardam convertit) integritate post tot sæcula admiranda. Sapientia ab Ecclesiastico laudatur nobili epitheton Rosarum: *Et quasi plantatio Rosæ in Iericho*, vbi Græcè habetur: *Quasi planta Rosarum*; & B. Arabica legit: *Tamquam arbores Rosarum*. Cumque Jericuntina regio nobilitatur geminis Rosarum arboribus *maris* nempe, & *fœminæ*, quæ persæpe in ea regione nascuntur, eamque ornant: Hæc adapta hodiernis Sanctis: nam si Jericho palmetis abundabat, dicebaturque *Vrbs palmarum*, vere hodierni Sancti extitere mysticè Civitates palmarum, ornati trophæis. Et cum hoc die delirarent Veteres suis in Romanis Ludis, per sex classes, seu factiones, à coloribus distinctas; verte & hæc ad sacra, hodiernos encomiando Sanctos *Albos* puritate, *Prasinos*, seu virides, spe; *Venetos*, seu Cæruleos, vita cœlesti.

Martyrol. Rom. Tamay. Mascul. hoc die.

Eccles. 24. v. 18. B. Max. & Alap. hic. Trancilog. Sac. lib. 2. num. 516. Malu. in Ios. 2. 2. vers. 1.

Thema 19.

Tum & *Auratos* virtute; *purpureos* charitate flagranti; *Roseos* exemplo, fragrantiaque heroicorum operum. Vide infra num. 1247.

1239 Jericho Vrbs, & campestria sita erant in Tribu Beniamini (vt ait)

Adrichom. fol. 28. & 29. Cæl. Marſ. lib. 6. fol. 486. Anglicus lib. 17. cap. 136. Plin. lib. 20. c. 19 Berchor. lib. 12. Red. cap. 133.

& ad oculos depingit Adrichomius) qui à matre ſua Rachele filius doloris, mœroris, & pœnitudinis Nomen ſortitur. Rectè igitur in Jericho, ampla, & nobili vrbe *Palmarum* Tribus Beniamini, duo Roſarum arborum genera naſcuntur perſæpe, vt indicaret Beniamiticam terram doloris, mœroris, & pœnitentiæ, Tertium, ſcilicet, Ordinem Divi Franciſci perennes gemmare flores vtriuſque ſexus. Hodie colimus Viterbienſem venuſtam *Roſam*, cui & chriſtianizando adapta colores factionum Ludorum Romanorum, vt ſupra. Cumque *Roſa* (Minorita Anglico teſte) ſit arbor *Spinoſa*, *Parva*, & virtute *Maxima*, hæc adapta Sanctæ Roſæ, eam encomiando *Spinoſam* pœnitentia admiranda: *Parvam* humilitate magnas *Maximam* virtute, miraculis, vitaque ſtupenda.

3. Roſarum eſt triplex color: enim aliæ roſæ ſunt virides, aliæ albæ, aliæ rubicundæ: quare & noſtræ ſtupendæ *Roſæ* hæc adaptando eam encomia *Albam* puritate: *Viridem* integerrima virginitate, ſpe firma, integritate corporis, poſt tot ſæcula ſtupenda: *Rubicunda* charitate ardenti.

4. 1240 Roſa inter flores obtinet principatum ratione decoris, odoris, ſuavitatis, & virtutis: nam ſua pulchritudine aſpectum reficit, ſuo odore olfatum afficit, ſuavitatis mollitie tactum delinit, ſuavitate languoribus obviat, & ſuccurrit, vt ipſe Anglicus cum Plinio advertit. Cumque ſolito capita coronentur roſis, hæc ad ſacra adaptando pro *S. Roſa*, eam encomia: corona *Suavem*, mollem patientia *Odoriferam* exemplo: *Decoram*, aut decoratam virtutibus, donis, ſtupendiſque prodigiis.

5. Tandem roſa in quinque folliculis continetur. Sic roſa charitatis in quinque operibus ſatisfactionis cuſtoditur, quæ vt Berchorius in Reductorio marginatus tradit, *diſciplina*, *vigilia*, *jejunium*, *eleemoſina*, *oratio*: vnde verſus.

Verberor, & vigilo, jejuno, largior, oro.

6. Per quæ verba Sanctam *Roſam* encomia veram charitatis Roſam.

Pier. Val. lib. 55. cap. 1. Si igitur hoc die Veteres ſuis in Romanis ludis delirabant per Factionem, aut claſſem *Roſeam*, ſi quotannis ad monumenta deferebant *roſas*; & hæc ad ſacra vertendo, quotannis hoc die ad *S. Roſæ* mauſeolum conſideratione accede, vt eam encomies Roſam ſtupendam vita, donis, miraculis, integritate. Quæ omnia adaptari poſſunt etiam Sanctæ Roſaliæ Virgini Panormitanæ.

DIES V.

A.D. 248. 1241 Hic dies, qui & Nonis Septembris, *Fauſtus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 2. *Ludorum Romanorum*, ex ipſo Kal. & aliis citatis ſupra num. 1236 & num. 1237.

Dies 35. ex quinquaginta *Feriatis* & *Feſtis*, ob ſubactam Hiſpaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Auguſti.

Quo die *Larem* familiarem colebant, ipſique ſacrificabant, ex dictis cum Alexandro, & Roman. num. 49.

Dies *Triumphalis* triplici ornatus trophæo. Primo triumpho M. Gegavii Macerini Conſulis, de *Volſcis*, anno Vrbis conditæ 310. Secundo Ovatione M. Fabii Ambuſti Conſulis, de *Hernicis*, anno Vrbis 393. Tertio triumpho Lucii Æmilii Conſulis, de *Perſeo* Macedonorum Rege, anno Vrbis 587. Ita Livius, Goltzius, & Reuſnerus, ac cum ipſis Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Quo die *Canicula occidit*, ſive *Caniculæ occaſus*, ex dictis die 16. Julii, num. 991. cum Minorita Anglico.

Dies 5. *Feriarum ruſticarum pro meſſibus*, ex dictis cum Cæſare Calà num. 1218.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die. 1242 Veterum triumphantium gloriam obruunt noſtratum veri triumphatores: hi fuére *Victorinus* præſul, & martyr, qui per triduum capite deorsũ ſuſpenſus, gloriosè victor coronatus migravit ad Dominum: *Romulus* origine Hiſpanus, aulæ Trajani præfectus, ob Chriſti fidem, amputato capite, juſſu præfati Cæſaris, martyrio inclyto coronatus: eandem lauream ſibi vendicato auſpicato nomine fortitudinis *Herculanus*: iis aſſociantur *Donatus* cum Sociis *mille centum*, & *quatuor*, qui abjecto militari cingulo, amplexa Chriſti militia, pro fide paſſi ſunt: & *Vrbanus* cum Sociis plurimis Ordinis Eccleſiaſtici, choro martyrum annumerati: *Obdulia* Hiſpana Benedictina Virgo, Palmenſis Cœnobii decus, miraculorum gloria celebris, de carne, mundo, ac de ſe ipſa triumphatrix. Cumque & hoc die delirarent, Veteres in ſuis Romanis Ludis per ſex factiones, aut claſſes, à coloribus diſtinctas, vertendo hæc ad ſacra habes plura Themata, die præcedenti à num.

Thema. 1. 2. 3.

1238.

Digitized by Google

1238. aptè hodiernis adaptanda Sanctis.

Ecce Epitaphium S. Obduliæ Virginis Benedictinæ, quod legitur in Cœnobio Palmensi Beticæ & tribuitur Illustrissimo Joanni Oscensi Toletano Antistiti:

Clauditur hac theca, veneranda Obdulia, Palma,
Quam dedit eximiam, magnæ Tholete, tibi.
Hac Benedictinum suscepit clara velamen:
Hac Benedictinis addidit una mores.
Denique cum Christum cuperet, per languida febris
Tempora deficiens, pulchrior astra capit.
Postea reliquias suscepit alma Toletum,
Quas veneratur amans, quas colit ipsa pia.
Obtulit hac Præsul tunc Carmina sacra Ioannes
Virginis exuviis: quas vir & ipse colit.

DIES VI.

A.D. 249.

1243 Hic dies, 8. Idus Septembris, *Faustus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. *Ludorum Romanorum*, ex ipso Kal. & ex dictis die 4. hujus num. 1236. & num. 1237.

Dies 36. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Augusti.

Dies item *Ater*, & Infaustus, ex Macrobio, & ex dictis supra num. 49.

Quo die Romæ sacrificabant *arietem*, & *ovem nigram*, inferorum fluvio nuncupato *Erebo*: quòd sacrificium, & *Diis inferis* offerebant. Ita Vet. Kal. Tamayus, & Beyerlinc hoc die, ac Virgilius 6. Æneid.

Dies 6. *Feriarum rusticarum pro messibus*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 1218.

Erebus. Virg. 6. Æneid. Cirero de Nat. Deor. Calep. V. *Erebus.*

1244 Variè *Erebus* fuit sumptus à Veteribus; scilicet, pro obscuriori inferni parte: pro ipsa inferorum sede: pro patre noctis, ex Varrone dicente *ex Erebo natam Noctem*; ex quibus dixerunt natos amorem, dolum, metum, senectutem, laborem, invidentiam, fatum, morbum, miserias, tenebras, parcas, hesperides, & somnia, quæ omnia nata ferunt ex Erebo, & Nocte: tandem & sumitur Erebus pro *Fluvio inferorum*, vt totum cum aliis Calepinus notat. De sacrificio dicato *Erebo*, & *Diis Manibus* loquitur per sequentes versus Virgilius citatus. Virg. Æneid. lib. 6. v. 243.

Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos
Constituit, frontique invergit vina Sacerdos.
Et summas carpens, media inter cornua, setas,
Ignibus imponit sacris, libamina prima,
Voce vocans Hecatem, cœloque, Ereboque potentem.
Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suscipiunt pateris: ipse atri velleris agnam
Æneas Matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit; sterilemque tibi Proserpina Vaccam.

Quæ Proserpina Regina Erebi vocatur ab Ovidio lib. 5. Metamorphoseorum.

1245 Hic igitur dies Ater, & infaustus Gentilibus, apud nos lætus, & faustus per nostrates factus: enim ex tristi lætum sibi fecit hunc diem inclytus præsul, & martyr, *Lætus*, qui per flammas ascendit ad lætitiam sempiternam: item *Fusculus*, qui pro religione dirissimè cæsus, se purpureum fecit ex fusco; ad quam palmam socios habuit *Donatianum*, *Præsidium*, *Mansuetum*, & *Germanum*. Quem diem ex atro, & infelici faustum sibi fecit egregius martyr Alexandrinus *Faustus*, qui cum *Macario*, & Sociis decem, sub Decio, passi pro Christo palmam martyrii obtinuêre. Superstitioni verò qua Erebus placabatur, opponimus *Eleutherium*, qui sua oratione, & lacrymis, quemdam vita functum mirè ex Erebo revocavit. Denique Veterum placationi Erebi, ejusque furiarum, opponimus *Mansuetum*, atque *Præsidium*, aliosque hodiernos cœlicolas, quos Sancta veneratur Ecclesia. Triplex est vmbra, vna vocata *chelindroides*, idest, *æqualiter rotunda*: alia dicta *cathaloides*, idest, *tendens in latum* ad modum calathi: alia nuncupata *coroydes*, idest, *tendens in acutum*, & *in conum*: estque vmbra *temperativa* caloris, *inductiva* fœcunditatis, *recreativa*, & *consolativa* itinerantium, vt marginati totum tradunt: quare est symbolum pœnitentiæ, & Sanctorum. Quod si veteres hoc die delirabant per vmbras, vertendo ad sacra per triplicem memoratam vmbrã, hodiernos Sanctos encomia, *Rotundos*, aut

Martyrol. Rom.

Anglicus lib. 8. cap. 44. Berch. in Red. lib. 5. cap. 42.

Thema 1.

Digitized by Google

2. aut chelindroides, Obedientia: Conoydes; aut *Tendentes in accutum* Contemplatione: Cathalaidos, *Tendentes in latum* Patrocinio.

Insuper & ipsos encomia *Temperatos*, & *Temperantes*, *Recreantes*, *Consolantes*, ac fœcunditatis doctrina, & exemplo *Inductivos*.

Cant. 2. v. 3. Malu. hic. Pier. Val. lib. 57. c. 2. Vmbram optabat, & consequuta fuit sponsa: *Sub vmbra illius, quem desideraveram, sedi: & fructus ejus dulcis, gutturi meo*, enim per Vmbram

3. adumbratur gratia, virtus, favor, refrigerium, & protectio, vt benè Maluenda marginatus, quare & Veterum deliramenta per Vmbras ad sacra vertendo, hodiernos encomia Sanctos *Gratiosos*, *Virtuosos*, *Protegentes* &c. Quòd si opinati sunt de Ægyptiis quibusdam deditis parsimoniæ, eorum corpora

4. *sponte auram suavem olentem emisisse*, *odoratasque transeuntium vmbras miram inspirasse fragrantiam*, vt ex Qurtio, &

5. Plutarcho refert Pierius, hæc christianiza, & hodiernis adapta Sanctis: quibus & per classes, & colores Ludorum

6. Romanorum, alia adaptanda habes Themata die 4. hujus mensis.

DIES VII.

A.D. 250. 1246. Hic dies, qui & 7. Idus Septembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. *Ludorum Romanorum*, ex ipso Kalendario, & aliis adductis die 4. hujus mensis num. 1236. & num. 1237.

Dies 37. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Augusti.

Dies Sacratus *Soli*, cui dicabant Gentiles festum, ex dictis cum Roman, & Alexandro ab Alex. num. 49.

Dies *Triumphalis*, & celebris Romanis, ob victoriam de *Pannis* partam à L. Cecilio Metello Proconsule, anno Vrbis 502. Ita Reusnerus fol. 134.

Dies 7. *Feriarum rusticarum pro* messibus, ex dictis cum Calà num. 1218.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die. 1247 Hic dies apud Veteres triũphalis, sed multo ornatior triumpho, quem de duobus Augustis, Diocletiano, & Maximiano egit Nicomediæ *Ioannes* martyr, qui videns in foro inpia Cæsarum edicta adversus Christianos, fidei ardore accensus, injecta manu, illa detraxit, atque discerpsit: quare omnia suppliciorum genera pertulit tanta alacritate vultus, vt tristis videri non potuerit. Parem triumphũm obtinuere *Eupsychius* de Adriano; *Socontes* de Maximiano: *Nemorius*, & Socii de Attila: *Regina* virgo de Olybrio, quæ, ne nomen inane: iactare videretur, equuleo tolerato, lampadibus adusta varie cruciata, confortata per columbam descendentem de Cœlo, habentem in ore coronam, & hac voce voeantem; *Veni Regina in requiem Christi, Beata es, quæ hanc coronam meruisti.* Tunc 85. viri, & mulieres crediderunt in Christum: quare iratus Olybrius eam fecit decollari, suoque purpurata cruore triumphum complevit. Quo die & venerantur Confessores præclari, inter quos, *Euortius* Aurelianensis Ecclesiæ præsul, ad quod munus per columbam designatus. Salomon in Proverbiis proponit, ludentem Sapientiam divinam, his verbis: *Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Vbi sumitur *ludens*, ideſt, *gaudens*, *ridens*, *lætificans*, & voluptate, ac facilitate operans, ac qui ludunt, vt marginati advertunt. Vertunt aliqui: *Ridens, vel ridere alios faciens*, ideſt exponunt Haye, & Maluenda: *Lætitia penè divina perfundens homines, & lætificans suavissimis benedictionibus corporalibus, spiritualibusque perfundens*, ita vt virtus, quæ ob naturæ corruptionem, ardua, & difficilis est, sic suis consolationibus roboret, & mulceat, vt eis suavia, & facilia videantur virtus, crux & atrocia supplicia. Ita in deliciis fecit, vt esset Petro crux, Laurentio craticula, hodierniſque martyribus supplicia sua, qui tanto adjutorio à Deo fuère præventi: vt velut ludendo tolleravère martyria. Quare hodiernorum martyrum sacros, velut ludos, pro Christo patiendo, opponimus Ludis Romanorum Veterum, hoc die actis: vnde vertendo ad sacra, vt die 4. hujus mensis, per factiones, classes, & colores ludentium, habes à num. 1238. Themata hodiernis adaptanda Sanctis.

Prov. 8. v. 30. & 31. B. Max. Malu. & Alap. hic.

Thema. 1. 2. 3.

1248 Præfatus ludus, de quo Proverbiorum 8. *similis est ludo pilæ* (vt ibi observat Lyranus) quæ de vno transfertur in alium secundum quandam revolutionem. Multiplex est *pila*: enim est pila *ventosa*, pila *eburnea*, pila *argentea*, pila *aurea* &c. Luserunt Veteres suis in Romanis Ludis ludo pilæ ventosæ: enim luserunt mundanè, pro-

Prov. 8. v. 31. Lyranus hic. phanè, & sacrilegè. His ludis opponi-

mus

mus sacros Ludos hodiernorum Sanctorum, qui sacrè luserunt, de *Mundo*, *Carne*, & *Dæmone* triumphando, adjuti à Deo tanta gratia, vt veluti ludendo triumpharent, reportando, de triplici hoste, triplicem palmam: vnde alterum habes Thema.

4.

Insuper pilæ ventosæ, opponimus pilas *Eburneam*, *Argenteam*, & *Auream*, veluti hæ pilæ fuerunt hodierni Sancti in Ludo hujus vitæ: quare eos encomia, *Eburneos* candoræ vitæ, *Argenteos* claritate sapientiæ, famæque virtutum, *Aureos* ardenti charitate in Deum, & proximos.

5.

Deinde est & pila *nigra*, *alba*, & *rubicunda*; quas & pilas hodiernis adapta Sanctis in hujus vitæ sacro Ludo, eos encomiando: *Nigros* humilitate, abiectione, & sui abnegatione; *Albos* castitate: *Rubicundus* flagranti charitate, aut martyrio. Quibus & de triumphis Veterum, vt sæpè supra vertendo ad sacra, plura adaptare poteris.

6.

7.

DIES VIII.

A. D. 251.

1249 Hic dies, qui & 6. Idus Septembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 5. *Ludorum Romanorum*, ex dictis die 4. hujus mensis, cum ipso Maffeiano Kal.

Dies 38. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Augusti cum Rosino, & aliis.

Quo die *Hierosolyma* à Tito, & Vesp. capta, & exusta. Ita Rosinus in suo Kalend. lib. 4. cap. 4. cum Josepho, & nos cum Tyrino, & aliis diximus in Diario sacro hoc die, num. 2365. idque in Sabbatho contigisse.

Dies *Faustus* Romanis ob victoriam de Judæis à Tito Imperatore partam, qua anno Christi 73. aut 71. Hierosolyma solo æquata est. Ita Tamayus, cum Rosino, Reusnero, & Masculo, hoc die.

Dies à Græcis dicatus *Theseo*. Ita Roman, & Alexander ab Alexandro, vt dixi supra num. 49. die 8. Et ex Masculo, ibidem adducto, dies dicatus *Vulcano* putato præsidi elementi ignis.

Quem diem Græci sacrabant *Neptuno*, ex Plutarcho, & Bungio, vt citato numero, & die dixi.

Dies 8. *Feriarum rusticarum primestibus*, ex dictis cum Cæsare Calà, num. 1218.

1250 Hoc igitur die, quo Veteres delirabant in Ludis, Festis, Theseo, Neptuno, & Vulcano: quare ab ipsis celebris, & festus habitus, jure optimo apud nos sit celebris, ob præclaros Christiferos, qui de Carne, Mundo, Dæmone, tyrannis, ac tormentis triumpharunt, tanta adjuti gratia, vt veluti ludendo reportarent palmam. Sic de Diocletiano, & Maximiano Augustis reportavit triumphum *Hadrianus* inclytus martyr, cum aliis *viginti tribus*, passi quarto nonas Martii, & hoc die memorati, quo Hadriani corpus Romam fuit translatum: *Eusebius*, *Nestabus*, & *Zenon* fratres, qui discerpti, atque necati pro Christo, triumpharunt de Juliano Apostata, turbaque gentilium: *Nestor* pariter de ipso Juliano: *Timotheus*, & *Faustus*, aliique plures cœlicolæ. Quo die obiit in Domino inclytus Valentinus præsul *Thomas* à Villanova, quamquam ejus festum celebretur quartodecimo Kalendas Octobris. Pro iis igitur veris triumphatoribus, veluti ludentibus Christiano Ludo, plura habes Themata præcedenti die, hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyrol. Rom. Baronius. Tamay. hoc die.

Thema:
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

1251 *Faustus* inquam fuit Veteribus Romanis præsens dies ob victoriam à Tito Cæsare de Judæis partam, sed potiori jure novis Romanis, totique Orbi Catholico *Faustus*, celebris, & lætus sit dies præsens: quia in eo *Nativitas Beatissimæ semper Virginis genitricis Dei Mariæ* celebratur. Quòd si Principum, & aliorum insignium virorum ortus magna animi jucunditate celebrabatur antiquitus, vt constat in jure; vbi natalitia Regum *Feriæ solemnes nuncupantur*; & in illis omne jus prætorium cessabat: vnde (teste Evangelista Marco) Herodes Rex in die natalis sui cœnam fecit Principibus, & Tribunis, & primis Galilææ, in quorum conspectu, & saltavit filia Herodiadis. Persæ, vt tradit Plato, *variis lætitiæ signis*, ac celebri pompa ortum Principis regni hæredis celebrabant: & vt scribit Porphirius in vita Platonis, discipuli illius, natalitia sui magistri singulis annis magna solemnitate colebant: ac tandem Plato (S. Augustino teste), die ortus sui ad lautum convivium omnes amicos suos invitabat. Si igitur tanto cum gaudio celebrabantur natalitia eorum, qui in peccatis nascebantur, potiori quidem jure celebrandum ortum Beatissimæ *Virginis Mariæ*; cum præterquam quòd Sanctus fuit, omnis futuræ sanctitatis

Martyrol. Rom.

Lege *fin.* Capite de *Feriis*. Glos. ibid. Calà de *Feriis*. Marc. 6. v. 21. Cartagen. lib. 2. hom. 2.

prin-

principium extitit: quare melius quam quilibet mortalium, Beata Virgo dicere potuiſſet, non mihi ſolum nata ſum, ſed parentibus, patriæ, fratribus, & vniverſis, qui meam opem imploraverint; & quod magis eſt, & mihi ſolùm reſervatum, nata ſum Deo meo, vt ex meo ſanguine carnem aſſumat, vt ex meo vtero naſcatur, ex meo lacte nutriatur, calore meo foveatur, & inter vbera mea commoretur. Quare ſi *Fauſtus* fuit præſens dies Veteribus Romanis, potiori jure nobis ſit *Fauſtus* ob natalem *Virginis Mariæ*, quæ ſuo ortu orbem vniverſum exhilarat, canente Eccleſia: *Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annunciavit vniverſo Mundo.*

Tamay. hoc die.

1252 *Fauſtus* igitur fuit, eſtque nobis dies præſens: quia hac luce ex Davidico ſemine naſcitur *Virgo Dei-Genitrix*: quare hac luce buccina ſpirituali clange, eam encomiando: *Matrem* vitæ; *Expultricem* tenebrarum: *Reparatricem* Adæ: *Revocatricem* Evæ: *Fontem* immortalitatis: Interitum corruptionis.

1253 Fuitque nata in hoc Septembris menſe, vt præter authoritatem Eccleſiæ, quæ hoc menſe ſolemni ritu Ortum Mariæ celebrat, docent communi conſenſu hiſtoriographi agentes de Virginis ortu. Nec putare debemus hoc carere myſterio: quia vt Doctores Hebræi notarunt, & nos diximus in Diario Sacro die 25. hujus menſis, hoc in menſe mundus fuit conditus, & Eva formata, quæ typum gerebat Mariæ: vnde ſicut in menſe Septembri Deus habitaculum confecit Adæ, & ei dedit adjutorium ſimile ſibi, vt ait Moyſes, ita eodem menſe condidit beatam Virginem futurum habitaculum Chriſti, & adjutorium perſimile illi. Congruum fuit etiam, vt hoc in menſe naſceretur: quia in menſe Septembri *Sol recedens à ſigno Leonis, ingreditur ſignum Virginis*, quòd præſignabat non obſcure Deum, qui alioquin vt Leo rugiebat, velut agnum ex manſueta ove *Maria* naſciturum, & inſtar vnicornis in gremio Virginis, ferocitatem depoſiturum, vt ipſe Cartagena obſervat; cum quo, & Caniſio, ſilentio non prætereundum eſt, quod tradunt, ex Rabbi Accados, qui multo retrò antè natalem Domini Jeſu, poſtquam dixerat, Matrem Meſſiæ naſciturum eſſe, ex ſtirpe Davidica, & ex Patre Joachimo, futuramque eſſe orbis *Dominam*, Prophetarum *Magiſtram*, ac

Cartagen. lib. 2. de Ortu V. H. hom. 2. fol. 121. Geneſ. 2. v. 18. Caniſius lib. 1. de Deip. cap. 1.

Mariæ nomine *Inſigniendam*. Vnde, inter reconditiſſima Hebræorum arcana, eſt illud celeberrimum: Vnam apud Deum eſſe primam, ac perfectiſſimam omnium creaturarum, quam *Mitatron*, ideſt, Principem facierum vocabant, qua voce intelligi Mariæ nomen, non obſcuré conſtat, tum ex ſupputatione numerorum, quam myſteriis plenam Hebræi fatentur. *Maria* enim, apud eos, conſtituit numerum 209. vel vt alii dicunt, 999. quem eundem numerum reddunt vltimæ literæ nominis *Mitatron*: tum quia propterea illam vocabant *Mitraton*, ideſt, *Principem facierum*, quia ante faciem Imperatoris ſemper aſtaret, & jus haberet alios introducendi ad præſentiam illius, quod proprium Mariæ munus eſſe ſatis conſtat, ex depreeatione illa Eccleſiæ in Cantico illo celebri *Salve Regina*: *Et Jeſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende.* Quare & ſit nobis *Fauſtus* præſens dies ob tantæ Reginæ natalem, per quam, vt dixit ſapientiſſimus Idiota in tom. 3. Bibliot. PP. *Ridet* cœlum, *Lætatur* terra, *Congaudent* Angeli.

Idiota in tom. 3. Bibl. SS. Patrum cap. 5.

1254 Nata inquam fuit Deipara in Septembri, menſe ſeptimo à Martio, aut. Niſan, quo Hebræi incipiebant ſuum annum ſacrum, & in die octavo, qui rectè inſpecta temporis computatione, *Sabbatum fuit*; & ſeptimus dies ſeptimanæ: quo die octavo, tempore Salomonis, fuit celeberrima illa *Dedicatio Templi*, & *Arca fœderis* collocata in oraculum Templi, in Sanctum Sanctorum, immolarunt, nebula ſplendida, & glorioſa implevit Templum, & Deus, igne è Cœlo miſſo victimas inflammavit, in ſignum propitiationis divinæ, vt in Diario Sacro dixi hoc die, à num. 2364. Quæ, non obſcurè adumbrant, vt vivum, ac myſticum *Templum* Domini, vt *Arcam fœderis*, vt *Nebulam* ſplendidam protectionis: quare ſi præſens dies tam Fauſtus, & Lætus fuit Eccleſiæ Veteri, ſit etiam Fauſtus, & Lætus toti novæ Eccleſiæ Chriſti, ob ortum feliciſſimum V. Mariæ, vt Templum, vt Arcam fœderis, & vt Nebulam lucidam, ſplendidamque.

3. Reg. cap. 8. 2. Paralip. cap. 5. 6. & 7.

1255 Nata, inquam, fuit Deipara & hoc die, & illuſcente *Aurora*, vt obſervat Tamayus cum Clichtovæo in Elucidario dicente:

Tamay. hoc die fol. 81. Clichtonæus in Elucid. Eccleſ. lib. 2.

Solem juſtitiæ Regem paritura ſupremum,
Stella Maria maris hodie proceſſit ad ortum,

Cum

Cernere divinum lumen; gaudete fideles.

Quo significatur, B. Virginem tamquam *Auroram*, & vt *Stellam* diei prænuntiam prodiisse ante veri Solis ortum, & meritó: nam decuit, vt quæ verum justitiæ Solem, tamquam Aurora præcedebat, nasceretur in Mundo ad *Auroram*; enim vt Aurora nata fuit *V. Maria*, ex illo Cantigorum: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra, vt Luna, electa, vt Sol, terribilis, vt castrorum acies ordinata.* Quod si *Aurora* & *nativitatem*, & *matrem roris* significat, vt ad illa verba: *Ex vtero ante luciferum genui te*, cum Lyrano, & aliis, observat Maluenda, sic vertens: *De matrice Auroræ tibi ros generationis tuæ.* Estque & Aurora quasi *Avium hora*, & *Aurea hora*, necnon & est *Finis* noctis, *Principium* diei, *Excitans* ad cantandum, & volandum aves mundas, *Fugans* nocturnas. Seu vt cum Beda, & S. Isidoro, Anglicus marginatus ait: est *Aurora*, seu diluculum *Terminatio* noctis, *Inchoatio* diei (& plenè lucis), *Alevatio* infirmitatis, *Expeditio* ab inimicis. Nascatur V. Maria vt *Aurora*, vt tantæ Heroinæ nativitatem, per tot Auroræ encomies attributa. Vide & de Aurora epitheta, ac picturas die 10. Junii num. 822. & aptè adapta.

Cant. 6. v. 9. Psal. 109. v. 3. Maluend. hic. Anglic. lib. 9. cap. 21. S. Isidor. lib. Ethymol.

12.

1256 Notat in suo Rationali Durandus, Ecclesiam solemnizare tres nativitates, Joannis Baptistæ, Mariæ, & Christi Domini: quia Joannes fuit lucifer præcedens Solem Christum: Maria Aurora rorem Christum concipiens, & parturiens: Christus Sol natus ex Maria Virgine; & hæ tres nativitates, tres spirituales nativitates designant, per Baptismum aquæ cum Joanne, per Pœnitentiam cum Maria, per Gloriam cum Christo. Hæc Durandus: vnde adaptando tres præfatas nativitates nativitati V. Mariæ, eam encomia natam vt *Luciferum*, aut *Stellam* gratiosam, & splendidam: vt *Auroram* rorem gratiæ, lætitiæ, & consolationis adducentem: vt *Solem* electam in Dei Genitricem.

Durand. in Ration. lib. 7. cap. 28.

13.

Feria.

1257 Diximus item supra, hunc diem *Feriatum* habitum à Veteribus Romanis, qui diem solemnem appellabant *Feriam*: dicebantque *Ferias*, à *fando*, sivè loquendo: quia Deus in principio Mundi per singulos dies dicebat *fiat lux, fiat firmamentum, &c.* vt habetur, Genes. cap. 1. Vnde Feriæ suam primam originem sumpserunt; vel dicuntur *Feriæ* à *feriendo* victimis, & holocaustis; vel à *cessando* ab operibus servilibus, vel à *ferendo* epulum: enim in eis epulæ fiebant ex vbertate, frugumque provenientibus. Sumuntur etiam *Feriæ* pro quolibet die Hebdomadæ, in qua acceptione dies Dominicus dicitur Feria prima, dies Lunæ, Feria secunda, &c. Vnde S. Sylvester Papa (vt legitur in Breviario Romano die 31. Decembris). *Sabbathi, & Dominici diei retento nomine: reliquos Hebdomadæ dies Feriarum nomine distinctos, vt jam ante in Ecclesia vocari cœperant, appellari volvit, &c.* Quod totum observant marginati, Cæsar Calà in suo tomo de Feriis, ac Minorita Reifestuel tomo 2. in Jus Canonicum, tit. 9. de Feriis, & alii. Qui distingunt tres Feriarum species, videlicet *Sacræ*, sivè *solemnes*, quæ fiunt, vel ob cultum Dei, vel ob natale Principis, & ex jure Canonico, vt Minorita citatus advertit num. 6. *Sacræ*, sivè *solemnes* feriæ, ea dicuntur, quæ fiunt in cultum Dei, & Sanctorum. *Repentinæ Feriæ* nuncupantur, quæ fieri solent, ob decorem Principis, aut ejus adventum, vel ob insignem victoriam ab hostibus reportatam, ex lege *Sed etsi*, §. *Si Feriæ*, ff. *Ex quibus causis majores.* Et tandem, *Feriæ rusticæ*, quæ & *necessariæ* nuncupatæ, illæ dicuntur, quæ fiunt ob necessitates hominum, præcipuè laborantium, vt in præfato titulo de *Feriis*, & observant marginati. Hinc Abbas in *Conquestus* cap. num. 8. de *Feriis*, tres Feriarum species reducit, ad *cultum Dei*, & *Sanctorum*, ad *Principis decorem*, ad *utilitatem hominum.* Cumque hic dies *Feriatus* fuisset apud Veteres, vertendo antiquorum ferias ad sacra pro *V. Mariæ* nativitate *Feriatum*, & solemnem hunc diem celebremus: quia noscimus *Natam* Reginam hominum, & Angelorum: quia *Decoratam*, & immunitate à primeva culpa, & ornatam gratiis, donis, prærogativis: quia tandem natam ad *Solamen* laborantium, &c.

Cæsar Calà de Feriis. q. 1. n. 1. & q. 2. à n. 1. Reifestuel. tom. 2. Iul. tit. 9. de Feriis à fol. 98.

14.

1258 Quàm plura alia epitheta, pro tantæ Virginis Ortu apud Authores passim invenies: lege Bustum, Alvam in Bibliotheca Virginali, Cartagenam tom. 2. S. Bernardum Sermone de Nativit. V. Mariæ, & S. Bernardinum Senensem de hac eadem solemnitate, „Serm. 5. sic inquientem: Hic totum „decurrat ingenium, & aureus sermo „totus reluceat majestate. Voluntatis „oris mei beneplacita faciat sibi *Genitrix.*

S. Bernardin. Ser. 5. fol. 115. tom. 4. Apoc. cap. 12. v. 1.

Digitized by Google

», *trix Dei, Domina Mundi, Regina Cœli.* », Ipsa sensum acuat, dirigat stylum, & », linguam pauperis, venustiori respergat eloquio. Quod & ipsa mihi hodie impartiri dignetur: vt de *Nativitate* ejus aliquid balbutiendo depromam, juxta prophetica verba, quæ dicunt: *In capite ejus corona Stellarum duodecim.* Vbi per duodecim capita, discurrit Sanctus per duodecim mirabiles gratias, quasi duodecim ejus coronæ Stellas, quas etiam in præsenti vita peregrina habuit. Et sunt *Nobilitas, Præservatio, Meritum, Potestas, Superexcellentia, Dominatio, Regnum, Dispensatio, Consummatio, Ornatus, Retributio, Incomprehensibilitas.* Quibus duodecim mysticis Stellis coronata, & coronanda Virgo Mater. Qui alia plura de hujus festivitatis Marianæ elogiis carmina, encomia, & epitheta, scire desiderat, adeat Robertum Obrizum, Masculum, Tamayum, & alios innumeros Authores.

55.

DIES IX.

A.D. 252.

1259 Hic dies, qui & 5. Idus Septembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 6. *Ludorum Romanorum*, ex dictis die 4. hujus mensis cum ipso Kal. Maffeiano.

Dies 9. *Feriarum rusticarum pro messibus*, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis num. 1218.

Dies 39. ex quinquaginta *Feriis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, & aliis, die 2. Augusti.

Dies *Feriatus*, & *solemnis* ob natalem *Aureliani* Cæsaris. Ita Kalend. Rom. & cum eo Vospicus, Reyerlinc, & Tamayus hoc die.

Item *Feriatus*, & *solemnis*, ob natalem *Flavii Honorii* Imperatoris. Ita Beyerlinc, & Tamayus.

Dies à Gentilibus destinatus *Nundinis*, & Vrbanis rebus, ex dictis n. 49.

Piscium Festum. Ritus.

Quo die 9. Ægyptii quoddam festum celebrabant: in quo singuli ante domos suas *assum piscem ponebant.* Sacerdotes autem non gustabant, *sed ante januas adium comburebant*; Existimantes, piscem non esse cibi genus necessarium, sed supervacaneum. Ita cum Plutarcho, Hospinianus de Origine Festorum, cap. 23. fol. 135.

Quo item die: *Virginis medium exoriri affirmat* Kalendarium *Astronomicum.* Hæc, signum est Cœleste, exornatum Stellis sexdecim (alii dicunt 26. vt die 10. Martii, num. 411.). De quo signo Virginis agit Higinius de Sign. Cœlest. fol. 89. & Manilius lib. 4. Astronomicor. fol. 103. cum quibus Tamayus hoc die. Nos autem de hoc signo Egimus citatis die, & numero.

Piscium sacrificium. Gyrald. synt. 17. fol. 434. a n. 40.

1260 Dixi quod Ægyptii hoc die agebant Piscium festum, ritu quem retuli. Nec aliud de hoc festo reperio. Addo ex Gyraldo: aliquando à Veteribus factas victimas de piscibus. Boetii, ex Atheneo, Copaidas *anguillas*, à lacu sic vocatas, Diis immolabant. Ipse scribit, solitos piscatores ex thynnis, (quem maximum cœpissent). *Neptuno* immolare piscem, & ea sacra appellare Thynna. Alii sacra faciebant *Atergatidi* Deæ ex piscibus, tum vesis, & coctis, tum simulatis *ex argento, & auro.* Phaselitæ quoque in Lycia suis falsis Diis offerre solebant salsamenta piscium quotannis, quod sacrum instituerunt, eo quòd à pastore Cylabra salsamentis piscium emit campum Lacius Argivus ad vrbem ædificandam; quòd totum notat Gyraldus, addens quod Antiqui piscem *mullum*, aut *triglam* sacrabant Proserpinæ, & Dianæ, *Citharon* Apollini, *bocas* Mercurio, *cirrulum* Libero, *aquam* Veneri, *pompilium* Neptuno: quem & *sacrum piscem* plures vocavére. Hæc Gyraldus, quibus addo, cum Macrobio in Somnium Scipionis marginato, Veteres *sacrasse pisces Iovi*, aut *Saturno.*

Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 21. circa finem fol. mihi 105.

Origo.

Signum Virginis. Calepin. verb. *Virgo.* Cicero 1. de Natur. Deor. Gemin. lib. 1. cap. 31.

1261 Dixi: *Medium Virginis exoriri*, hoc die; de quo signo plura tetigi die 10. Martii. Dictis addo. *Virginem*, vnum ex Zodiaci signis, quidam putarunt esse *Astræam*, sivè *Iustitiam.* Alii *Erigonem* Icari filiam translatam in Cœlum ob insignem pietatem. Fabularunt enim Icarum à Baccho accepisse vtrem vini, vt ejus vsum mortalibus communicaret. Quare cum rusticos quosdam ad bibendum invitasset, illi suavitate potus capti, plus æquo biberunt, & crapulæ incommodum sentierunt, & putantes malum potum ipsis datum, irati interfecerunt Icarum. Erat Icaro canis cujus ductu Erigone ad patrem pervenit: quem quum mortuum invenisset, contabuit doloris magnitudine, & Jovis miseratione inter astra est translata. Quo signo adumbratur continentia *virginalis*, quæ calori divini amoris adjuncta, lubricos humores, sic in carne consumit, vt

steri-

sterilis permaneat à generatione carnali, vt vberior, & fertilior fiat in fructu spirituali.

Pisces.
Hab. cap. 1. v. 14.
Alap. hic.
Berch. in Red. lib. 8. cap. 1. & lib. 14. cap. 66. à n. 5.
Anglicus lib. 18. cap. 1.

1262 Homines assimilantur piscibus, juxta illud Habacuc. *Facies homines quasi pisces maris*, ob multas analogias, quas omitto videndas apud Cornelium, & Berchorium, & alios. Dicuntur enim *pisces* à *pascendo* : quia pascuntur in *aquis, herbis, arboribus*, & *fructibus* ; sine aqua vivere nequeunt, aqua delectantur, squamis quasi alis natant, odore suavi delectantur, ipsumque sequuntur, tenduntque in anteriorem partem. Inter quamplura de piscibus mirabilia apud Authores, memorat Plinius, & eum ipso Berchorius lib. 14. Tradunt enim Pisces *Melanurios*, panem in mare projectum capientes, ad nullum vero cibum in quo hamus fuerit, accedentes. Secundò: pisces *rotas* nuncupatos, quaternis distinctos radiis. Tertiò: pisces *arbores* valde dispansos ramis, factos ad similitudinem arcuum. Quartò: ex Plinio & aliis marginatis est *Piscis Stella* nuncupatus, factus ad similitudinem Stellæ, igneum habens calorem, ita vt omnia in mari contacta adurat, & omne quòd comederit, in ventre inveniatur quasi panis biscoctus. Radii hujus Piscis Stella *sunt quinque*, ait cum Pierio Valeriano, Minorita Mora: quæ omnia occasione festi piscium notavi, vt ad sacra adaptentur. Ad quem propositum tandem adduco, quòd ex Oderico in suo Libello tradit Berchorius marginatus n. 9. Scilicet, quòd in quibusdam partibus Oceani, Indiæque, singulis annis, pisces ad littora confluebant, & se capiendos pro libito per septem dierum spatium exhibebant, & vsque ad terram transiliebant, & tandem exacto spatio, à prædictis cessabant. Dicebant autem incolæ idolatræ ipsius loci, quòd pisces veniebant ea de causa, vt suo imperatori reverentiam exhiberent.

Plin. lib. 9. cap. 99.
Berch. lib. 9. cap. 109. de Stella.
Mora in Pens. Euc. n. 735.

1263 Hoc igitur die solemni apud Veteres ob natalitia Cæsarum, veniunt nobis veneranda natalitia eorum, qui pro Christo se morti devovêre: vt *Gorgonius*, qui apud Diocletianum Cæsarem per amplos honorum gradus evectus, culmen tunc se attigisse putavit, cum iis neglectis altè suspensus, & pœnas, & tyrannum ipsum infra se habuit. *Hyacinthus*, & alii quorum mors natalitia dicenda : quia è suo cruore in Cœlis renasci, & reflorescere meruerunt; *Severianus* pro Christo suspensus: *Rufinus*, & *Rufinianus* fratres, aliique martyres, qui hoc die in Cœlis natale fecerunt: cum quibus cœlitibus associati *Quaranus* Abbas, *Audomarus*, & *Sergius* Papa. Pro quibus veris Ludentibus Ludo Christiano pro Christo, vertendo ad sacra Romanos Ludos actos hoc die, Themata habes plura die 7. hujus mensis hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyrol. Rom.

1264 Insuper, si hoc die Festum Piscium, & pisces à pascendo nuncupantur: quia pascuntur aquis, herbis, & floribus, ac fructibus, ex dictis num. 1262. Hinc & hodiernos Sanctos encomia Christi pisces, pastos *Aquis* pœnitentiæ, adversitatum, aut martyrii: *Floribus* virtutum: *Fructibus* meritorum.

Si, inter pisces, est piscis *Rota*, *quaternis distinctus radiis*, vt citato num. dixi, & hæc adapta Sanctis hodiernis, eos encomiando Pisces *Rotas* radiantes *Virtute*, *Merito*, *Gloria*, *Patrocinio*.

Si tandem, vt alia omittam, est Piscis *Stella*, habens carnem mollem, callum durum, colorem igneum, cibum in ventre vertentem; quasi in panem biscoctum, qui piscis in mari Oceano factus ad modum *Stellæ*, & quinque habens radios, vt citato num. dixi, & marginati tradunt. Quare hæc adapta hodiernis Sanctis, eos encomiando *Molles* obedientia, *Duros* fortitudine, & constantia, *Igneos* charitate, *Vertentes* in bonum, seu in mysticum panem biscoctum, *factos* suis virtutibus, *mysticas* Stellas firmamenti Ecclesiæ.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
6.
9.
10.

Plin. lib. 9. cap. 40.
Berch. in Red. lib. 9. cap. 109.

DIES X.

A. D. 1253.

1265 HIc dies, qui 4. Idus Septembris Comitialis notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 7. *Ludorum Romanorum*, ex ipso Maffeiano Kalendario.

Dies 10. *Feriarum Rusticarum*, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis num. 1218.

Dies 40. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, & aliis die 2. Augusti.

Quo die *Ludi Olympici* acti à Græca juventute *per quinque dies*, & *cursu*, & *saltu*, & *disco*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49. die 10. & 30.

Dies *Ater*, ex Vet. Kalendario,

Digitized by Google

Gelio, Beyerlinc, & Tamayo hoc die.

Pegaſſus Stella occidit hoc die. Ita Tamayus hoc die, ex vetuſtiſſimo *Pontificio*. De quo *Pegaſo* ſequenti num. dicam.

Pegaſus. Ovid. lib. 5. Metam.

1266 Plura Veteres fabularunt de *Pegaſo*. Fabularunt itaque *Neptunum* cognoviſſe *Meduſam* in templo Minervæ, ex qua conjunctione eis natus filius equus alatus, *Pegaſus* nuncupatus, à fonte, quòd juxta fontes Oceani natus ſit, & ita opinati ſunt Higinus, & alii. Alii dicunt: quòd cum Perſeus occidiſſet Meduſam, ex ejus capitis cruore, natum equum alatum *Pegaſum*, pedibus, & vngulis ferreis præditum; qui cum ſtatim ac natus ſuit, evolaſſet, ſaxum vngula feriens, fontem aperuit in monte Parnaſo; qui fons *Hippocrene* ideſt fons equinus eſt appellatus. Alii dicunt, multum fodiſſe terram, & erupiſſe fontem *Cryſtallinum* habentem virtutem dandi hominibus cogitationes, & ſcientiam. Dixerunt, & Pegaſum datum à Neptuno Bellerofonti, quo vſus fuit Bellerofons in expeditione contra Cimæram, contra Amazonas, & alios, de quibus & fabularunt reportaſſe victorias. Poſtquæ, rerum terreſtrium tedio affectum Pegaſum, & fabularunt evolaſſe in Cœlum, ibique inter ſydera conſtitutum, juxta ſignum *Aquarium* à Jove, petitione Auroræ, ad ſuum curſum, in eo peragendum Aurora: quare *Equus Auroræ* nuncupatus. Eſt *Pegaſus* conſtellatio cœleſtis conſtans viginti Stellis, vt ainnt Picinellus, & Horatio; qui & Pierius docent Pegaſum adumbrare *Famam, Scientiam, Beneficentiam*, & *Admirationem* terroris.

Higin. lib. 2. Fab. 151. Calep. verbo: *Pegaſus*. Moya lib. 4. cap. 30. Nat. Com. lib. 9. myt. cap 4. Theat. Deor. lib. 4. cap. 10. Cartar. fol. 67. Mundus Symb. lib. 1. n. 405. Horat. lib. 1. Ode. 26. Pier. Val. lib. 4. cap. 6.

1267 Hic igitur dies *Ater* jam Gentilibus, jam ipſis Feriatus, & Feſtus, nobis ſit lucidus, & felix, ob *Lucium*, duos *Felices*, alioſque præſules illuſtres, qui ſub Gallieno, & Valeriano ob fidei Chriſti confeſſionem fuſtibus cæſi, aliaque paſſi confeſſionis agonem glorioſæ conſummarunt: *Lucas, Apellius, Clemens, Victor*, aliique martyres, quibus ad eandem lauream aſſociantur heroinæ virgines ſorores, ſub Maximiano Cæſare paſſæ pro Chriſto, *Menodora, Metrodora*, & *Nimphodora*. Accedit & ad hujus diei lætitiam S. *Hilarius* Papa, S. Salvius Confeſſor illuſtris, & in Civitate Albigenſi præclariſſimus Antiſtes, *Petrus* Benedictini Ordinis decus, Compoſtellanæ Eccleſiæ præſul, qui Antiphonam illam *Salve Regina*, ab vniverſali Eccleſia quotidiè in poſterum repetitam, compoſuit, & inſignium miraculorum coruſcatione clarus extitit. *Nicolaus* Tolentinus Ordinis S. Auguſtini decus, abſtinentia, patientia, humilitate, aliiſque virtutibus præclarus, per ſex ante obitum menſes per ſingulas noctes audivit ſymphoniacos cœlites muſicos ſibi accinentes melos. *Pulcheria* virgo Auguſta Marciani Imperatoris vxor, religione, pietate inſignis, omnium virtutum genere exornata, pro fide Catholica ſedula, & invicta pugnatrix, ac patrona fidelium propugnaculum, & tutela. Pro iis igitur hodiernis Sanctis verte Romanos Ludos hoc die actos, adaptanda Themata, vt die 7. hujus menſis, vt ibi videre poteris, ne actum, repetam. Cumque & hoc die Ludi agerentur Olympici, & per hos Ludos ad ſacra verſos, Thema habes die 30. Julii hodiernis adaptandum Sanctis.

Martyrol. Rom. Tamayus hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

1268 Dixi quod hoc die conſtellatio dicta *Pegaſus* occidit. Fabulam Pegaſi declaratam, & moralizatam invenies apud Moya marginatum. Cumque Sancti ſint: *quaſi Stellæ in perpetuas æternitates*, & Pegaſus, vt dixi ſupra num. 1266. adumbret *Famam*, *Sapientiam*, *Beneficentiam*, & *Admirationem*, & hæc adapta Sancto Nicolao, aliiſque hodiernis Sanctis, eos encomiando *Famoſos* virtute, ſanctitate, conſtantia: *Sapientes* doctrina: *Beneficos* patrocinio: *Tutelares* clientum ſuorum: *Admirabiles* poteſtate à Deo accepta, miraculis, & fulgore in patria.

Dan. 12. v. 3.

9.

Inſuper & myſticos Pegaſos *Fortes* in Dei obſequio: *Alatos* charitate in Deum, & proximos: *Fulgentes* in Cœlo, velut Stellas in perpetuas æternitates.

10.

DIES XI.

A.D. 254.

1269 Hic dies, qui & 3. Idus Septembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 8. *Ludorum Romanorum*, ex ipſo Kal. Maffeiano.

Dies 11. *Feriarum Ruſticarum*, ex dictis cum Cæſare Calà die 1. hujus menſis num. 1218.

Dies 41. ex quinquaginta *Feriis*, & *Feſtis*, ob ſubactam Hiſpaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Auguſti cum Roſino, & aliis.

Die 2. *Ludorum Olympicorum* actorum

rum à Græca juventute, &c. ex dictis die præcedenti.

Dies *Lucini* sacratus à Pytagoricis, quo agebant *Silicernium*, ex dictis num.49. cum Bungio, & Alexandro ab Alex. & aliis.

Ad hunc diem refert Masculus octavam *Ludorum Circensium*. Qui Ludi, & *Romani*, & *Maximi* fuerunt nuncupati, vt dixi die 4. Septembris, & Masculus fatetur eo die, quem hoc die sequitur Tamayus, addens iste hoc die, quòd nullus aperit, qui fuerint hi Ludi, nec ob quàm causam acti. Sed vtrumque à nobis relatum, apertumque manet citato die 4. à num.1236. cum Roman, Hospiniano, & Rosino, qui cum Vetusto Kalendario Maffeiano hos Ludos tradunt extensos *per dies novem* continuos, sicque vsque ad sequentem diem inclusivè, vt videre est in ipso Kal. Maffeiano à Rosino adducto lib.4. cap.2. à fol. mihi 330.

1270 Hic dies (quo Vetus delirabat Roma suis in Ludis Romanis, Magnis, & Circensibus nuncupatis, distributisque in sex factionibus, & classibus Ludentium; vt dixi num.1237.) ipsemet dies nova Roma, novo Ludo, novo spectaculo, novisque aurigarum factionibus decoratus fuit: enim Romæ luserunt pro Christo *Prothus*, & *Hyacinthus*, fratres beatæ Eugeniæ respuendo idòla, confitendo Christum, patiendo jugulationem pro eo; sic majores excitavère plausus, quàm Albæ, Rosæ, & Purpureæ factiones Veterum. Ipso die Laodiceæ in Syria luserunt Ludo Christiano, de tormentis, & tyranno inclyti martyres Christi *Diodorus*, *Diomèdes*, & *Didimus*: Hispaniæ *Vincentius* Abbas, & martyr Legionensis: Cœltiberiæ, & pro Christo lusere de tormentis, & tyranno *Felix*, & germana soror *Regula*, quos ad locum supplicii ductos, *nubes lucida obumbravit eos*, & vox hujusmodi est sequuta: *confidite, ne timeatis. Ego vobiscum sum.* Post hæc truncati martyres, capita sua in manibus suscipientes de ripa fluminis, vbi decollati fuerunt, vsque ad summum montis verticem (quem sepulturæ suæ locum delegerant) mirabiliter pervenerunt. Hic cum accederent, vox alia Angelorum audita est psallentium, & dicentium: *In Paradisum deducent vos Angeli; cum gloria suscipient vos, & perducent in Civitatem sanctam Hierusalem.* Aliique plures, qui & pro Christo certarunt, & cum Christo regnant. Pro iis igitur

Martyrol. Rom. Tamayus hoc die tom. 5. fol. 197.

Thema. 1. 2.

per factiones, classes, & calores Ludentium in Romanis Ludis, Themata habes supra die 4. hujus, hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & per Ludos Olympicos, actos hoc die, alia Themata, die 10. Januarii num.105. Quòd si victoribus in Ludis Romanis, & Olympicis dabatur palma, & corona, vt jam dixi, & hæc ad sacra verte pro hodiernis veris victoribus.

3. 4. 5. 6. 7. 8.

DIES XII.

1271 HIc dies, qui & pridie Idus Septembris, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 1551.

Dies 9. & vltimus *Ludorum Romanorum*, ex ipso Kal. Maffeiano, & aliis adductis die 4. hujus mensis num. 1236.

Dies 12. *Feriarum Rusticarum*, pro messibus, actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis num.1218.

Dies 42. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis die 2. Augusti cum Rosino, & aliis.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum*, actorum à Græca juventute, &c. ex dictis die 10. hujus mensis.

1272 *Ludi magni* Romæ ad quatriduum celebrati, sicque ab hoc die vsque ad 15. inclusivè. Ita Vet. Kal. Romanum, & cum eo Beyerlinc hoc die. Dixi cum Roman, & Rosino supra num.1237. *Ludos magnos* ita à Veteribus nuncupatos: quia dicatos magnis Diis, vt *Conso*, *Neptuno*, *Laribus*, *Iovi*, *Iunoni*, & *Minervæ*. Advertit Hospinianus de Origine Festorum cap.22. fol. 131. Ludos Romanos magnos, actos per *novem dies* continuos à pridie Nonas Septembris, vsque ad pridiè Idus. Post quos, *biduo interjectos alios Ludos Romanos in circo per quinque dies*, ait Hospinianus citatus cum aliis. Alios *Ludos Romanos Magnos*, & quatriduo actos ab hoc die vsque ad 15. adfert cum Vet. Kal. Rom. Beyerlinc: quorum Ludorum Originem non aperiunt. Puto actos ob aliquod beneficium, quod se Veteres, (vti mos fuit ipsorum) fabularunt à Diis accepisse. Vide Hospinianum cit. Roman lib.10. cap.8. & Rosinum lib.5. cap.19.

In vetustissimo Kal. Pontificio, hoc die dicitur *Solem ingredi in signum Libræ*. Ita Tamayus ad hunc diem addens hos Veterum versus:

Digitized by Google

Fructus maturi tunc semper sunt valituri.

Et pira cum vino, panis cum lacte caprino

Aqua de urtica sibi potio fertur amica:

Tunc venam pandas, species cum semine mandas.

Quo item die *Arcturus exoritur.* Quindecim diebus ante Æquinoctium autumni. Ita Plinius lib. 2. cap. 47. & cum eo Maluenda in Job cap. 9. v. 9. De quo *Arcturo*, aut Vrsæ cauda plura dixi supra die 26. Maii, num. 732.

1273 Hic dies Gentilibus jam nefastus, jam festus; lætus, & Ludorum, à nostratibus valdè decoratus. Hi fuerunt *Leontius*, *Serapion*, *Selesius*, *Valerianus*, & *Strato*, qui de Maximini Cæsaris impietate triumpharunt, demersi in mare, ascenderunt ad gloriam. Ad quam palmam, & hujus diei decorem accedunt *Antonomus* præsul, de Dioeletiano triumphans, ad altare mactatus, & Christi hostia effectus: *Macedonius*, *Theodulus*, & *Tatianus*, qui positi super crates ferreas ignitas, exultantes complevêrunt martyrium, devicta impietate Juliani Apostatæ. *Iuventius* præsul Ticinensis, magnus virtutibus, & miraculis, Eliseo similis: enim aurum in vndas delapsum enatare jussit; dum cruciaretur pro eo pugnavit armata Natura, tempestate orta emittit lapides in cultores lapidum: Lictores in se ipsos arma verterunt agitati furiis, ac mutuò se vulneribus confoderunt: *Iuvencus* Presbyter Hispanus natus in antiqua Vrbe Vettoniæ Obila, nunc Oliba nuncupata, clarus doctrina, & virtutibus Salmanticæ obdormivit in Domino. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis, vertendo ad sacra, Veterum Ludos, tàm Romanos, quàm Olympicos, plura habes supra Themata, die præcedenti remissivè, hodiernis aptè adaptanda cœlicolis, qui tàm strenuè *luserunt* pro Christo, facti spectaculum mundo, & Angelis, & hominibus, vt aiebat S. Paulus ad Corinthios.

Martyrol. Rom. Roman. Baronius, Masculus, Tamay. omn. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

1274 Dixi num. 1272. quòd Ludi Magni Romani dicabantur à Gentilibus *Conso* putato *Neptuno*, (vt tradit Cartarius, de Imaginibus Deorum, marginatus) *Laribus*, *Iovi*, *Iunoni*, & *Minervæ*, quorum picturas adductas, & ad sacra versas, reperies supra, faciliter hodiernis adaptandas Sanctis.

Cartar. fol. 171 9.

Insuper si hoc die *Arcturus exoritur*, & Sanctorum obitus ipsorum est natalitium in Cœlis: cum *Arcturus*, seu *Arctophilax* sit, *signum mirabile ex multis Stellis*, vt cum Anglico, & aliis dixi die 26. Maii; perpende ibi dicta, à num. 532. & mirabilibus, mysticisque Stellis hodiernorum Sanctorum adapta pulchra Themata ibi adducta.

1275 Tandem hoc die *Sol ingreditur in signum Libræ*, quod signum descriptum reliquimus die 8. Martii, num. 404. Signa igitur Zodiaci fructus Spiritus Sancti adumbrant, vt tradit Geminianus, adumbrat *Libra* Sanctos libratos *Mansuetudine*, *Iustitia*, *Rectitudine*, *Æquitate*. Est Libra signum aëreum, & aëris tres sunt effectus: enim (Geminiano teste) aër *modificat*, *inflammat*, & *latificat*: nam temperie modificat, calore æstatis inflammat, illuminatione lætificat: quare adumbrat *modestiam*, *benignitatem*, & *gaudium*, quæ adaptando hodiernis Sanctis, eos encomia, *Modestos* temperantia vitæ, *Benignos* charitate, *Lætificantes* illustrando doctrina, exemplo, patrocinioque.

Gemin. lib. 1. cap. 31. Berch. in Red. lib. 5. cap. 16. 11.

12.

DIES XIII.

1276 Hic dies, qui Idibus Septembris *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 256.

Dies 2. *Ludorum Magnorum Romæ*, ex dictis die præcedenti num. 1272.

Dies 13. *Feriarum Rusticarum*, pro messibus, actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis num. 1218.

Dies 43. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, & aliis die 2. Augusti.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, &c. ex dictis die 10. hujus mensis.

Dies *Fastus*, *Feriatus*, *Festus*, & *Solemnis* dicatus, & *Laribus*, & *Iovi Statori*, ex Macrobio, Bungio, Roman, & aliis, vt dixi supra num. 49. die 13.

Quo die *Senatus legitimus* Romæ, decreto Augusti, ex dictis num. & die citatis.

Quo & die *Capitolium inchoatum* à Tarquinio Prisco, à Superbo structum: & anno 3. post ejus ejectionem, ab Horatio Consule solemniter, ipso hoc die, *dedicatum Iovi*, & hujus dedicationis memoria quotannis hoc die

Digitized by Google

repetita. Ita Vet. Kal. Gyraldus de Menſibus fol. mihi 617. Plutarchus in Vita Publicolæ. Hoſpin. de Feſtis cap. 24. fol. mihi 135. Beyerline, Roſin. & alii hoc die.

Quo die Prætor maximus in Jovis Templo clavum figebat, vt nota annorum. Ita Gyraldus, Hoſpinianus, & Roſinus citati, aliique. De qua ſolemnitate mox dicam. Vide Roman tom. 2. lib. 5. cap. 12.

Dies *Triumphalis* triplici trophæo à Veteris decoratus. Primus fuit M. Geganii Macerini Conſulis *de Volſcis* ad Annum V. C. 310. Secundus M. Fabii Ambuſti Conſulis *de Hernicis* Anno Vrbis 393. Tertius fuit L. Æmilii Pauli Conſulis *de Perſeo* Macedonum Rege, Anno Vrbis 587. Ita, ex Livio, Goltzio, & Reuſnero, Tamay. hoc die.

Quo tandem die *Titus* Imperator febri correptus obiit, anno ſalutis 83. Ita ex Suetonio Beyerline hoc die, addens Titi mortem referri ab aliquibus ad diem 28. Maii.

Capitolium. Fundatum, Extructum, Dicatum.

1277 Fuit igitur hoc die *Capitolium* inchoatum in monte *Capitolino*, ſic dicto à Templo ibi condito. Tarquinius Priſcus Rex ob felicitatem belli Sabini facto *Iovi* voto, fundamenta jecit. Tarquinus Superbus extruxit ipſum Capitolium: & pulſis Regibus Horatius Poluillus Conſul magnificè dedicavit hoc die. Poſt annos 415. *combuſtum* fuit Capitolium, & à Victore Sylla reſtauratum, ſed non dedicatum. Poſt in Vitelli ſeditionibus *everſum*, ac dirutum fuit. Quod iterum à Veſpaſiano de integro reſtauratum, & poſt, vnà cum ipſius interitu inflammatum, atque *incenſum* fuit. Tandem à Domitiano reſtauratum, ornatum columnis ex Penteleſio lapide exciſis, ac deauratum, expenſis ad deaurationem duodecim millibus talentorum. In cujus Templi fundamenta jacta à Tarquinio Priſco impenſa fuerunt quadraginta millia librarum argenti, vt cum Dionyſio, & aliis tradit Roſinus citatus lib. 2. cap. 5.

Cornel. Tacit. lib. 4. Hiſtoriar. Anibal. Schotus in Tacit. fol. mihi 609. Plutarch. in Poplicol.

Roſinus lib. 2. cap. 5. & lib. 4. cap. 13.

1278 Hic mons *Tarpeius* antea nuncupatus (à Virgine Veſtali *Tarpeia*, quæ ibi necata armis à Sabinis, ac ſepulta) poſtea fuit dictus *Capitolium*: quia cum foderentur fundamenta, ad præfatum templum Jovis ibi conſtruendum, inventum fuit caput humanum orbatum oculis, & vertens calidum ſanguinem: vnde augurarunt Romam futuram aream Imperii, & caput mundi. Quod caput ibi inventum dixerunt fuiſſe cujuſdam *Toli* Vulcentani; qui

Gyrald. Synt. 2. fol. 74. n. 50. Tit. Liv. decad. 2.

Tollus fuerat à quodam ſervulo Germanò, occiſus, & ibi ſepultus. Ac à præfato capite *Toli* ibi invento, montem, locum, & templum nominarunt *Capitolium*. Advertit Vives, quòd præfatum votum Tarquinii Priſci fuit extenſum ad templum conſtruendum *Iovi*, *Iunoni* & Minervæ, Servius, & alii ſcribunt Tarquinium exploraſſe ab auguriis voluntatem Deorum de vbi Capitolium, aut templum hoc *Iovi* foret conſtruendum; & reſponſum, quod in monte *Tarpeio*, in quo erant diverſorum numinum ſacella. Refrunt Lactantius de falſa religione, Roſinus, & Cartagena citatis, quod cum Tarquinius vellet templum jam ædificatum, occupatum tamen à multis diis, ſoli *Iovi* conſecrare, omnes illi dii facilè ceſſerunt, imo & interram corruerunt, præter Deum nomine *Terminum*, & Deam nomine *Iuventutem* abſcedere nolentes, & ſuis in locis perſeverantes: ob quam fortitudinem juſſit Tarquinius tolli primam partem tecti Capitolii, correſpondentem loco vbi erat *Terminus* (putatus ſervare terminos Romanorum) vt ſignificaret, propter illius foreirudinem meruiſſe cœlum illi pandi. Vnde augurarunt Jovem cum Termino, Imperio, & religione, ibi in æternum manſurum.

Roſinus lib. 2. cap. 5. Vives in 4. de Civ. cap. 10. Theatr. Deor. tom. 2. lib. 2. cap. 3. Lactant. lib. 1. cap. 20. Cartag. lib. 15. hom. 10.

Fabula.

Capitolii *Deſcriptio.*

1279 Fuit Capitolium magnificentiſſimè extructum, ſitum, & fundatum in præfati montis alta crepidine, 8. jugerum ambitu, patens per latera ſingula fermè pedibus ducentis, pari propè modum longitudine, atque latitudine, vix 15. pedum differentia, frontem ejus Meridiem ſpectantem habuiſſe *porticum* cum *triplici*, columnarum ordine; in lateribus autem *duplici ordine*, treſque *ædes* pares contentas fuiſſe lateribus communibus, *mediam* fuiſſe Jovis, *dexteram* Minervæ, *ſiniſtram* Junonis. Et quia numerorum inventio à Veteribus tribuebatur Minervæ, lex erat ſcripta vt Prætor Maximus *clavum* pangeret, hoc die, juxta Minervæ ſimulachrum: vnde annorum numerus cognoſceretur. In *veſtigio* hujus templi erat fictilis Summanus Deus, cujus caput de Cœlo tactum dixerunt decidiſſe in Tyberim. Habebat hoc templum *cellam*, quam ingredi non eedebatur prophano: In qua cella erant *coronæ* duæ Jovi Optimo Maximo ſacratæ, ob partas victorias, in congratulationem; altera à Gallis, altera à Cartaginenſibus miſſæ Romam in *ſacello*, vel delubro Junonis, quòd erat in hoc templo,

Dionyſ. Halic. in Hiſtor. Rom. Roſinus lib. 2. cap. 5. Livius decad. 1.

anſe-

Digitized by Google

anſeres, ſacri alebantur; & in *arca* lapidea ſervabantur *libri Sybillini*. In hoc & templo erat *Aurea Victoria*, vel ſtatua aurea Victoriæ. Ante cellam Minervæ erant tria ſigna *Deorum Nixiorum*. Hi nuncupabantur *Nixii* à *Nitendo*, juvandoque, vt partus ederetur in lucem, & mater dolores diffugeret: quare vt præſidentes parientium colebantur, & ex Syria advectos, in Capitolio collocarunt, vt citatus Roſinus advertit cap. 19. Erat tandem in hoc templo Capitolino cella, ſeu capella major Jovi dicata, cujus limina ænea, ibi tres menſæ, & argentea vaſa; ac ſupra faſtigium ædiculæ clypea 12. deaurata. Ibique & erat altare majus, in quo erat ſtatua Jovis ſedentis in trono, & diebus feſtis Jovis faciem illinire ſolebant minio. Hoc in templo, gratulationis cauſa, mactabant victimas: Conſules eo die, quo Magiſtratum inibant, ſinguli ſingulos boves immolabant, & ex eo togam ſumebant. Quo in templo Imperatores ad bellum ituri agebant vota; & poſtea reverſi, triumphali pompa, in id ducebantur, & genuflexo ante Jovem laureum diadema, & capite ſublatum, Jovi offerebant, ipſi afferebant ſpolia, & donaria plurima, dicabant ſacrum, mactabant victimas, ac celebrabant convivium.

Capitolii *Acceptio.*

1280 Nec ſolum, apud Veteres fuit Romæ *Capitolium*, ſed & in aliis vrbibus plurimis, qui hanc vocem *Capitolium* ſumebant *pro cujuſvis Civitatis publico loco, in quo ſacrificia offerre ſolebant*, vt obſervat Baronius ad annum Chriſti 255. & Imperatorum Galli, & Voluſiani anno 2. & in Notis ad Romanum Martyrologium: enim de Toloſano Capitolio meminit Martyrologium Romanum die 29. Novembris de Capitolio Capuano S. Cyprianus: de Babilonico, S. Hieronimus, & de locis, & in Iſaiam cap. 14. vbi præfatum *Capitolium* vocat *Areem*: de Antiocheno, Livius, & Gyraldus: de Conſtantinopolitano, Baronius, & de aliis, alii. Græcè autem *Capitolium* dici poſſet *Coryphæum*, cum Pauſania advertit Gyraldus marginatus.

Baronius tom 1. Annal. fol. 491. n. 27.
In Notis Mart. Roman. die 29. Novemb.
S. Cyprian. Epiſ. 55.
S. Hier. in locis Hæbr.
Gyrald. Synt. 2. fol. 75. n. 20.

Dedicatio Capitolii. I.

1281 Fuit igitur *Dedicatio Capitolii* ſolemniter facta à M. Horatio conſule, cùm primo Capitolium fuit extructum, & conſeceratum, hoc die, quo fuerat inchoatum, poſt, Jovi fuit dicatum: Qui dies, eo anno incidit in *plenilunium* hujus menſis. Factoque magno concurſu, Horatius, facto ſilentio, peractis pro more omnibus (Vide dicta de hoc ritu, die 6. Julii num. 939.) fores tangens, verba dedicationis ſolemnia dixit. Cumque hoc Capitolium everſum, & dirutum fuiſſet in Vitelis ſeditionibus, ac iterum à Veſpaciano de integro reſtauratum, vt dixi num. 1277. fuit ſecundò ipſi *Jovi* dedicatum die 21. Junii. De qua dedicatione audi Cornelium Tacitum, & Anibalem Schotum, & alios.

Roſinus lib. 4. cap. 13.

Dedicatio Capitolii II. Cornel. Tac. lib. 4. Hiſtor. Anib. Schot. in Comment. Tacit. fol. mihi 609.

1282 „ *Undecimo Kalendas Iulias*, „ ſerena luce, ſpatium omne, quo tem„ plum dicabatur, evictum vitis, coro„ niſque. Ingreſſi milites, qnibus fau„ ſta nomina, felicibus ramis: deinde „ virgines Veſtales, cum pueris, pa„ trimis, matrimiſque, aqua, rivis, „ & fontibus, aminibus hauſta, per„ luere. Tum Helvidius Priſcus præ„ tor, præeunte Plauto Eliano Pon„ tifice, luſtrata bove, tauriſque area, „ & ſuper ceſpitem redditis extis, *Ie„ vem*, *Junonem*, *Minervam*, præſides„ que ſuas pietate hominum inchoatas, „ divina ope attollerent, vittas, quibus „ ligatus lapis innexique funes erant, „ contigit. Simul ceteri magiſtratus, „ & Sacerdotes, & Senatus, & æques, „ & magna pars populi, ſtudio, læti„ tiaque connexi, ſaxum ingens traxe„ re; paſſimque injectæ fundamentis „ *argenti*, *aurique* ſtipes & metallo„ rum primitiæ, nullis fornacibus vi„ ctæ, ſed vt gignuntur. Hæc Pub. Cornelius Tacitus, & cum eo Anibal Schotus in ipſius Taciti Commento. Quòd contigit Anno Chriſti 72. Lini Papæ anno III. & Veſpaſiani Auguſti Imperatoris anno 1. vt obſervat Baronius tom. 1. Annalium marginatus. Hac occaſione, noto. Hoc anno, & tempore impletum Chriſti vaticinium dum, deflens Hieroſolymorum interitum, dixit: *Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te: & coaguſtabunt te undique & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui inte ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem &c.* enim hoc anno Titus Veſpaciani filius Hieroſolymam obſedit, & capta ſolo poſtrata. Audi præter alios marginatos Baro„ nium citatum à num. 10. *Octava* „ *autem die*, inquit, menſis Auguſti, „ Titus ad Templum expugnandum „ machinis comportatis, igne ferro„ que opugnationem aggreditur; com„ miſeratus tamen nobiliſſimi om„ nium. Templi incendium, quod in„ teriora porticus depaſcebat, reſtin„ gui juſſit. Inde ad conſulendum ve-

Ritus.

Baronius tom. 1. Ann. anno 1. Veſpaſian. n. 12. Ioſeph. de bello Iud. lib. 7. cap. 2. ad 10.
Suet. in Vit. Veſp. cap. 8.
Adrichom. in Chron. an. Chriſti 72.
Luc. 19. v. 43. & 44.

Templum Hieroſolymit. oppugnatur & quo die.

Digitized by Google

„catis proceribus, quid de Templo es-
„set agendum, singulorum sententias
„rogat: cumque plures in eam sen-
„tentiam irent, Templum incendio es-
„se consumendum; ipse sui præroga-
„tiva suffragii, illi parcendum esse de-
„crevit: sicque jussi sunt milites quies-
„cere, & à Templi excidio tempera-
„re. At licet hæc Titus decrevisset,
„ejusque edicto refragari nullus aude-
„ret; vi tamen Numinis compellente
„(quod Christus olim prædixerat) fa-
„ctum est, vt cum Judæi, qui intus de-
„tinebantur obsessi, in Romanos, qui
„foris erant, irruerent: cum eorum
„furori Romani resisterent, ac tan-
„dem illos intro regredi facta com-
„pressione compellerent: quidam mi-
Ioseph. de bell. lib. 7. cap. 10. „litum (inquit Josephus) non expe-
„ctato cujusquam edicto, neque tan-
„tum facinus veritus, sed divino quo-
„dam motus impetu, à contubernali
„suo sustollitur, & ex ardente mate-
„ria raptum ignem in fenestram inse-
„rit *auream*, vnde ad membra circum
„Templum ædificata de Septemtrio-
„nali regione aditus erat. Flamma ve-
„rò excitata, Judæorum quidem cala-
„mitate dignus clamor exoritur, & ad
„subveniendum properabant, neque
„jam vitæ parcendum rati, neque vi-
„ribus temperandum. Absens, dum
„hæc agerentur, erat Titus: qui his
„acceptis, ad locum properat, vtque
„restingueretur incendium jubet, cla-
„mat, vrgetque, nec ob clamantium
„strepitum exaudiri potuit: sicque ma-
„gis magisque flamma invalescente,
„nulla amplius valuit humana ope re-
Incensum, & quo die. „stingui. Facta est hujusmodi Templi
„conflagratio *decima die mensis Au-*
„*gusti*: qua aliàs à Rege Babylonis
„fuerat concrematum: à prima stru-
„ctione Templi, quam Salomon Rex
„inchoaverat, annis mille centum tri-
„ginta, mensibus septem, & diebus
„quindecim; à posteriori vero per Cy-
„rum facta annis sexcentis triginta no-
„vem, & quadraginta quinque diebus
„secundum supputationem collectam
„à Josepho. At, ò rerum humanarum
„vices contrariæ! Dum in Judæa Tem-
„plum olim sanctissimum exuritur,
„prorsusque dejicitur, ac solo penitus
„adæquatur: Romæ Capitolium bello
„civili nuper concrematum, à Vespa-
„siano sumptuosissimè restituitur: cu-
„jus aræ dedicatio facta est magna
„pompa *vndecimo Kalendas Iulii*. Im-
„peratorque suo collo extulit rude-
„rem ex Veteri ædificio refossum. Sic-
„que revulsis fundamentis, exportato-
„que rudere, injectoque in eis primùm
„auro, & argento, primarius lapis à
„Pontifice maximo Gentilicijs ritibus
„consecratus, locatusque est. Vndè
„magis etiam flagrans Dei ira in Ju-
„dæos ostenditur; dum in eorum
„odium, atque invidiam, non tantum
„ipsorum Templum miserrimè dejici,
„sed delubrum Jovis eodem tempore
„in sublime magna gloria ex ædifica-
„ri permittit, secundum quod dixerat
„per Isaiam cap. 1. v. 24. *Heu, consola-*
„*bor super hostibus meis, & vindicabor*
„*de inimicis meis*. Hæc Cardinalis Ba-
ronius (qui pro dignitate tradit Judæo-
rum miseram cladem) à nobis trans-
cripta occasione primæ dedicationis
Capitolii actæ hoc die.

Festum figendi clavum. 1283 Fuit hoc die solemnitas *pangendi clavum*. Enim mos fuit Veterum, imò & lex, vt Idibus Septembris Prætor maximus clavum figeret in dextro latere ædis Jovis, ea parte qua erat ædes Minervæ, quem clavum habebant pro nota numeri annorum, figebantque ipsum ad latus ædis Minervæ: quia hanc fabularunt numerorum inventricem. Fuit origo hujus solemnitatis (testibus Livio, & Hospiniano), quia cum Tiber superfusus impediret Ludos in circo, id ingentem terrorem iræ fecit, velut aversis jam Diis, & aspernantibus placamina. Itaque Consulibus *Genutio, Æmilio, & Mamerco* repetitum ex Seniorum memoria, quondam sedatam pestilentiam affixo clavo à Dictatore. Ea religione adductus Senatus jussit figere clavum. Et ex vetustis literis fuit ostensa vetusta lex: *Vt qui Prætor Maximus foret Idibus Septembris clavum pangat*. Fuit Ficus dextro latere ædis Jovis, ea parte qua erat Minervæ Templum, ad quam figebant clavum, notam numeri annorum, cum eo tempore raræ literæ essent. Qua cerimonia putabant se gratulari Minervam numerorum inventricem. Eoque piaculo figendi clavum, & discordias hominum sedatas, & Minervam gratulatam ob beneficia mulierum Romanarum dixerunt: quia clavo affixo liberatas à veneno fabularunt, quemadmodum & hominum sedatas discordias.

Ritus. Livius lib. 8. decad. 1. Rosin. lib. 4. cap. 23. Hospin. de Fest. cap. 24. fol. 135. Origo.

1284 Hoc igitur die, quo Veteres delirabant jam in Ludis, jam in Feriis, jam in Triumphis, jam in Templum extruendum, & Jovi dicandum, ac clavum pangendum: veniunt nobis venerandi plures veri victores, & viva

Tem-

Digitized by Google

Templa Spiritui Sancto dicata. Hi fuere *Philippus* pater Sanctæ Eugeniæ Virginis, qui spreta præfectura Ægypti, & assecutus Baptismi gratiam, orans jugulatus fuit pro Christo: pro quo & passi sub Licinio *Macrobius*, & *Iulianus*; necnon & *Ligorius* à gentilibus ob Christi fidem necatus; qui & alii illustres martyres hoc habuerunt in votis, vt liberatorem nostrum confixum clavis, per vulnera, aciemque ferri, exprimerent. Si Veteres pompa triumpharunt hodie; majore cum pompa triumpharunt nostri, & de se ipsis, ac de animæ inimicis, vt *Eulogius* doctrina, & sanctitate celebris, *Maurilius* Andegavensis præsul prodigiis clarissimus, *Venerius* sanctitate clarus, *Amati* duo, alter apud Senonas præsul, alter Abbas Monasterii Romarici in Gallia, & abstinentia, & gratia miraculorum illustris. Pro iis igitur, aliisque cœlicolis hodiernis, vertendo ad sacra Veterum hodiernos Ludos Romanos, & Olympicos plura habes Themata die 11. hujus remissivè, hodiernis adaptanda Sanctis, locis ibi citatis videnda; ne actum repetam.

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1285 Cumque & hoc die Veteres delirarent in dedicatione Capitolii, ritum Veterum in dedicatione suorum Templorum adduxi die 6. Julii, n. 939. & ibi, vertendo ad sacra, à num. 940. Themata hodiernis adaptanda. Quòd si Veteres Gentiles circuibant Templa in dedicatione, vt citato die tetigi, qui mos viguit & apud Gentiles, & apud Hebræos, illi sua delubra, isti Templum Hierosolymitanum, & Tabernaculum circumeundo, læti canendo, ramos virides gestando, musica instrumenta tangendo, vt latè Novarinus marginatus, & hæc Christianiza pro dedicatione Ecclesiæ. Tum, & pro hodiernis Sanctis: nam circuire, & gyrum dare est veluti coronam construere: quare mystica viva Dei Templa Sanctorum hodiernorum triplici gyro, aut corona ornata encomia *Honestate* vitæ, *Viriditate* operum, exemplorum, *Harmonia* in Deum colendo, laudando, diligendoque.

9.
10.
11.
12.

Novarin. lib. 2. Elec. Sacor. c. 9.

83.

1286 Tandem, si hoc die, fuit apud Veteres Romanos solemnitas *clavi figendi*, & clavus adumbrat Sanctos, Christum patientem, vota Religionis, virtutem, amorem, silentium, obedientiam, & alia vt Mundus Symbolicus observat. Imò & clavos, quibus Salvator noster affixus fuit Cruci, quatuor Cardinales virtutes significare dixit, his verbis: *Quatuor clavi, sunt quatuor principales Virtutes Cardinales.* Vnde ad sacra vertendo Veterum solemnitatem clavi, per clavum *Virtutis, Amoris, Obedientiæ, &c.* hodiernos SS. encomia.

Mundus Symb. lib. 17. cap. 7. & lib. 20. cap. 3. Innocent. III. ser. 1. de

DIES XIV.

1287 Hic dies, qui & 18. Kal. Octobris, postridie Idus Septembris, ac dies *Infaustus*, dicatusque *diis Manibus*, ex dictis supra num. 49. die 2. & die 14. A.D. 257.

Dies 3. *Ludorum Magnorum Romæ*, ex dictis supra num. 1272.

Dies 14. *Feriarum Rusticarum* pro messibus, actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis.

Dies 44. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, & alijs die 2. Augusti.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, ex dictis cum Calà die 10. hujus.

Quo die in Vet. Kal. notatur: Dies *festus Equorum probandorum.* Ita Rosinus lib. 4. cap. 13. & Tamayus hoc die. De quo festo agam, num. 1289.

Ad hunc diem refert Rosinus lib. 4. cap. 4. *Dedicationem Capitolii*, ab Horatio factam in honorem *Iovis*, & ita Vet. Kal. Plutarchus, & Tit. Livius apud citatum Rosinum, quam dedicationem ad diem præcedentem, nos retulimus, à num. 1276.

Qui dies *Insignis* fuit pompa, qua Equites Romani, & Principes Civitatis in Capitolium ascendebant ornati trabea. Ita cum Vet. Kal. & Rosino, Masculus hoc die.

1288 Hoc & die Atro Antiquis, & plura atria contigisse narrantur. Nam *Postridie Idus Septembris* gravissimus qui vnquam fuerit terræmotus, Antiochiam invasit, anno sui natalis 506. domos ejus ferè omnes dejecit, cum populissima foret Civitas dicta.

Eodem die, anno post Christum natum 1509. terræmotus terribilis horrendum in modum concussit Vrbem Constantinopolitanam, qua parte spectat mare, domos subvertit, & ruderibus fossam complens solo æquavit. Feruntur quam plura, interiisseque Constantinopoli Turcarum millia; arcem munitissimam Turcici thesauri, domum-

tumque regium, eversa, & alia dissipata fuisse.

Ipso hoc die, anno Christi 1566. circa tertiam vigiliam noctis, celeberrimum *armamentarium* Venetorum, quod vocant *Arcenale*, quasi arcem navalem, exarsit, & momento temporis turres, in quibus asservabatur pulveris tormentarii maxima quantitas, mirabili velocitate dissipantur, vicinæ domus revelluntur, & longé lateque per aëra jactantur, tam horrendo fragore, & tonitru, vt ad quinquaginta millia stadiorum exaudiretur strepitus, flammaque conspiceretur. Vrbsque tota commota fuit. Patavii, & Tarvisi, quod mirum est, in continenti quasi terremotu domus aliquot maximè concussæ sunt, atque culminum pinnæ decussæ. Ita Bungius de numero binario fol. mihi 86. & 87. qui latius, cum aliis, affert omnia tradita in hoc numero, hic adducta: quia memoriæ digna.

Equorum festū. 1289 Fuit hoc die apud Veteres Romanos *solemnitas Equorum probandorum*, de quo festo agunt marginati. Quo in festo juvenes Equestris Ordinis equos probabant; fuitque hoc festum introductum, vt Tyrones juvenes, ac milites Stipendiarii se exercerent, & expediti invenirentur, tum ad bella, tum ad Ludos, ad quòd se exercebant privato vsu Equorum, & vt equitantium solertia, studium, & dexteritas publicè noscceretur, hæc solemnitas instituta; vt (quamquam res sit obscura) Val. Maximus indicavit, per hæc verba: *Equestris Ordinis juventus omnibus annis bis Vrbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrat, die Lupercalium, & Equorum probatione.* Quare hunc diem habuerunt *Faustum*, & in Vet. Kal. sic notatum *F. Equor. proband.* vt Rosinus tradit. Quo die (Tamayo, & Masculo testibus) Romani Equites, ac Principes Civitatis *insigni pompa, & regali trabea ornati* Capitolium ascendebant.

Origo.

Val. Max. lib. 2. cap. 1.

Vegetius de Re. Milit. lib. 1. cap. 18.

Rosin. lib. 4. cap. 13.

Tamay. hoc die.

1290 Fuit igitur præsens dies Faustus equorum probandorum apud Veteres, quo certè cursu meliorato, vti ad gloriam directo, probati maximè extitére nostrates, vt *Cornelius* Papa, qui ictus ferro, cum aliis *viginti & vno* promiscui sexus vberem collegit messem, quam indicavit miles nomine *Cevealis*, ab ipso Cornelio in fide instructus, & ipso hoc die cum *Sallustia* vxore, plexis capitibus laureati martyrio; iis ad eandem lauream associantur Cy-

Martyrol. Rom.

primus præsul Carthaginensis sanctitate, & doctrina clarissimus, *Victor, Crescentianus, Crescentius, Rosula*, aliique. Quo & die *Exaltatio Sanctæ Crucis*, quando Heraclius eam reportavit Hierosolymam, devicto Cosrhoe Persarum Rege. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis, qui tam generosè in Christiano Ludo, pro Christo luserunt, certarunt, hostesque vicerunt, vertendo ad sacra Ludos Romanos, & Olympicos, iis diebus actis, Themata habes supra, hujus mensis die 11. hodiernis adaptanda Sanctis, & aptè accommodanda.

Themata
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1291 Insuper si hoc die agebant Veteres solemnitatem probandorum Equorum, & equitibus probatis Sancti adumbrantur, habes supra die 29. Januarii per equum Themata pulchra, hodiernis adaptanda Sanctis. 9. 29.

Vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens, vt vinceret :::: Et exivit alius equus rufus ::: & datus est ei gladius magnus; ait S. Joannes. Ecce duo equi alter *albus*, alter *rufus*; isto, tyranni Sanctos persequentes adumbrantur: quare isti datus *gladius magnus*, ideſt, *potestas magna Sanctos persequendi, & interficiendi*, vt S. Bernardinus Senensis exponit: illo albo, & Christus, & Sancti adumbrantur, ex ipso S. Bernardino marginato. Quare ad sacra vertendo hodiernam solemnitatem probandorum equorum Veterum Romanorum, hodiernis Sanctis adapta equi albi proprietates cum Sancto marginato, eos encomiando *Viriles* in persecutione, *Agiles* in prædicatione, *Ductiles* in obedientia, & aspiratione.

Apoc. 6. v. 2 & 4.

S. Bern. Sen. hic.

Insuper Albos *Puritate* conscientiæ, *Veritate* sapientiæ, *Claritate* eloquentiæ. Deinde Albos *Baptismali* regeneratione, *Pœnitentiali* reformatione, *Virtuali* candidatione. 12. 13.

Tum *Viriles* in hostis persecutione, *Agiles* in operis executione, *Ductiles* in cordis mansuetudine. 14.

Ideo ipsis Sanctis triplex debetur corona *Aurea* propter sapientiæ claritatem: *Siderea* propter conscientiæ puritatem; *Lapidea* propter patientiæ firmitatem, vt totum notat S. Bernardinus citatus. Vide & dicenda die 17. hujus mensis. 15.

1292 Fuit & hic dies decoratus à Veteribus Romanis insigni pompa, qua Equites, ac Principes Capitolium ascendebant *regali trabea* ornati. Fuit

Digitized by Google

Trabea ornamentum Regum, nobilium, & militarium, ait Rosinus, cum aliis, distinguens triplicem *Trabeam*, alteram tantum *Purpuream*: alteram *Purpuream*, & *Albam*, sivè cum albo: tertiam *Prætextam*, & compositam ex colore *Purpureo*, *Puniceo*, *Violaceo*, & *Cæruleo*. Fuitque *Trabea* vestis triumphalis, & eadem ac *Vestis Palmata*, & *Toga Picta*, vt cum Ausonio, & aliis marginatus Rosinus. Hoc igitur die quo Romani trabeati ascendebant in Capitolium, Heraclius Imperator *Trabem* illam, salutis nostræ trophæum, & ipse recepit, & in Calvariæ loco collocavit: quare festum *exaltationis Sanctæ Crucis* institutum. Vndè vertendo ad sacra Trabeam Veterum, & Sanctæ Cruci adaptando, hanc encomia triplicem trabeam, aut triumphale signum: *Purpureum* Christo vincendo per Crucem Dœmonem, & mortem: *Album* nobis per gratiam: *Cæruleum* Sanctis per gloriam.

Rosin. lib. 5. cap. 34. Ausonius & alii.

DIES XV.

A.D. 258.

1293 HOc die, dicto & 17. Kal. Octobris, *Romani Ludi* Circenses, aut in circo revocati, & *per quinque dies extensi*. Ita Kal. Maffeianum. Rosinus, Hospinianus & alii citati supra n. 1272. Quos Ludos quamquam quoddam Vet. Kalend. ad quatuor tantum dies extendat, apud Gyraldum de Mensibus; at alii citati eos extendunt ad quinque dies, sicque ab hoc vsque ad 19. inclusivè.

Dies 4. & vltimus *Ludorum Magnorum* ex dictis die 12. num. 1272.

Dies 15. *Feriarum Rusticarum* pro messibus actarum, vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis.

Dies 45. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, & aliis die 2. Augusti.

Dies dicatus *Summano* Deo, & *Iuventæ* Deæ, quibus hoc die sacra, & solemnia dicabant, festumque sacrabant. Ita Calend. Rom. Beyerlinc cum eo, ac Tamayus hoc die.

1294 Gentiles hoc die dicabant festum *Summano*; putato *Plutoni*, *Vulcano*, *Orco*, & *Summo Manium*, de quo egi à num. 865. Vide ibi dicta, & sequentes versus Ovidii lib. 6. Fastorum:

Summani festũ.

Reddita, quisquis is est, Summam
Templa feruntur,
Tunc, cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Pergimus ad *Iuventam* cui & hoc die festum dicabant Gentiles. De qua & meminit S. Augustinus, aliique marginati. Fuit *Iuventas*, & *Iuventus*, & *Iuventa* dicta, & à Græcis *Hebe* nuncupata, & fabulata filia solius Junonis sine patre. Hanc dixerunt *maximam*, & *minimam*, & quòd post prætextam exciperet juvenilis ætatis exordia. Hanc coluerunt Romani in Capitolio, imò & dixerunt, quod cum alii Dii cederent Jovi locum, cum extrueretur Capitolium Terminus, & Juventus cedere noluerunt, & culta in Capitolio cum Jove: vnde augurarunt Romani, fore vt numquam Vrbis termini moverentur, ne vmquam juvenilis vigor deesset. Quæ & *Iuventus*, & *Iuventas*, ac *Iuventa* nuncupata, & eadem Dea putata, vt Vives, & Gyraldus ferunt.

Hebe, & *Iuventæ* festum. S. August. 4. de Civ. cap. 23.

Vives hic. Rosinus lib. 2. cap. 19. Gyrald. synt. 10. fol. 287. à n. 20.

1295 Dixi, quod *Iuventa* fuit à Græcis dicta *Hebe*, & solius Junonis putata filia, de qua fabulantur, quòd cum grande convivium, in domo patris Jovis, Apollo parasset Junoni novercæ, & ipsa avidè lactucas agrestes edisset, factum est, vt inde gravida fieret, cum eo vsque sterilis fuisset, peperitque *Heben*: quæ quia formosa erat *pocillatrix* (seu Pincerna) à Jove suscepta est, & Dea juventutis dicta, ac inter Deos recepta. De qua Ovidius, *de Tristibus*.

Hebe. Gyrald. à fol. 286. à n. 40. Cartar. à fol. 37.

Nectar, & ambrosiam, latices epulasque Deorum
Det mihi formosa gnava Iuventa manu.

Fabula.

Hæc deinde cum in Deorum convivio pocula ministraret, & forte cecidisset, manendo incomposita: ob id indignatus Jupiter eam amovit ab officio, & ejus loco posuit Ganymedem. Post Hebe data Herculi vxor. *Hebe* interpretatur *auream coronam habens*, quæ & aliquando cognominata est *Theogonia*, idest formosa, à corona, scilicet, muliebri ornamento, quæ compacta sit ex auro, & lapidibus prætiosis. Hæc *Hebe*, aut *Iuventas* colebatur à Veteribus Romanis, & in Capitolio, & in Circo Maximo, vbi Lucinius Lucullus ædem Juventæ dicavit: quam nedum *Theogoniam*, sed & *Pulchram*, *Diem*, ac *Formosam* cognominarunt. Pingebaturque Mulier *Formosa*, & pulchra, *Cincta*, *Discalceata*, *Juvenilis* ætatis, vestibus versicoloribus *Ornata*, manu *Tenens* Calicem, quo dixerunt ministrasse vinum, aut ambrosiam: *Redimita* corona flo-

Pictura.

Digitized by Google

rum, vt omnia tradunt Gyraldus, & Cartarius citati. Hanc in conviviis invocabant, vt Theatrum Deorum tom. 1. lib. 2. cap. 14. & marginati Cartarius, ac Gyraldus tradunt, apud quos plura alia videnda omitto.

1296 Hoc igitur die, quo Veteres delirabant jam in Ludis, jam in Feriis, jam in Summano, jam in Juvēta: nobis veniunt venerandi cœlicolæ plures, & triumphatores veri, vti fuère *Maximus*, & *Theodorus* de impietate Maximiani: *Nicetas* Gothus, de Athanarico tyráno: *Emilas*, & *Hieremias* nobiles adolescentes Cordubenses, qui zelo fidei succensi contra Mahometum, Mahometismumque insurgentes, à Saracenis tentati, longa carceratione macerati, cervicibus abscissis pro Christo martyrium compleverunt. Et cum totus ille dies clara esset serenitate lustratus, subitò eadem hora, qua decollati sunt, vehemens tonitruorum fragor exurgens Mundo incutitur lucescenti. Spargit æther radiantia lampadum fulgura, ita vt superos avelli cardines putarent. Armatur nube grandinum axis, fuscatur dies; turbinibusque aër inficitur; pii cecidisse elementa fatentur, sic triumphantes de barbarie Saraceniea: *Porphyrius* mimus, qui coram Juliano per jocum baptismum suscipiens, Dei virtute de repente mutatus, Christianum se esse professus est, ac mox jubente eo, secuti percussus, martyrio coronatur: *Melitina* puella, quæ mirè de Diis illusit, cum ad eorum aras adducta, solo aspectu simulachra concussit, evertit, atque comminuit; quòd semel, atque iterum factum: quare suspensa, & laniata, ac demum capite plexa, laureata est martyrio; quam lauream alii plures hoc die adepti sunt: cum quibus cœlitibus associantur illustres præsules *Aprus*, *Leobinus*, & *Albinus*. Pro iis igitur hodiernis cœlicolis Themata, ex Ludis Veterum ad sacra versis, adapta, vt die 4. hujus mensis, à num. 1238.

Martyrol. Rom. Tamayus hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

1297 Summanum, Orcum, seu Plutonem pingebant *Indutum* galea, *Sedentem* in throno, *gestantem* manu *clavem*, & aliquando *sceptrum*, *redimitum* corona ex Hebeno, vt dixi die 30. Januarii, num. 175. vbi & egi de ritu in sacrificio Summani. Quare cum ex Hebeno coronarent Summanum: noto; quòd *Hebenus* est arbor, seu lignum peregrinum, *Indicum*, & Æthiopicum *nigrum*, *durum*, & *ponderosum*, tactum habens *lenem*, & *planum*; est lignum *medicinale*, *mundificativum*, & *confortativum*, ac igni appositum emittit fumum, *suavemque odorem*. Vnde *Hebenus*, aut *Ebenus* est *arbor pretiosissima* auro, & ebori comparata, & ideo solebant Æthiopes offerre Imperatoribus pro tributo lignum Hebenum, cum auro, & ebore, vt cum Plinio Anglicus, & Maluenda de Antichristo; qui addit hanc arborem adductam primò Romam à magno Pompeio, in triumpho Mitridatico; ex ea Reges Gentiles sceptra sumebant, & imagines Deorum conficiebant: Regina Saba 3. Reg. 10. inter alia pretiosa, & hunc lignum obtulit Salomoni, quo vsus fuit Salomon ad nabla, & alia musica instrumenta. Hæc & alia Maluenda. Sunt Hebeni tres species: enim est Hebenus lignum totaliter *nigrum*, & quoddam ita excellens, vt *benedictum*, & *sanctum* nuncupetur, vulgariter dictum *Guayacum*: alterum habet vittas *albas*, atque *rubicundas*: alterum nigrum, sed vallato corde, *circulo pallido*: alterumque habens colorem *cinericeum*. Hæc Dioscorides, apud quem Hebenum sculptum vide. Quare vertendo ad sacra Summani picturam, hodiernos eneomia Sanctos per *Galeam* virtutis, patientiæ, & benignitatis: *Clavem* orationis, sapientiæ, ac operum bonorum: *Sceptrum* potentiæ acceptæ à Deo ad mira patranda, hostes vincendo, clientes protegendo.

Pictura.

Calepin. verbo: Ebenus. Angl. lib. 17. cap. 52. Dioscorid. lib. 1. cap. 109. Malu. de Antich. lib. 4. cap. 33. & in 3. Reg. 10.

Deinde, eos eneomia coronatos Hebeno mystico: qua *Pretiosos* sanctitate, *Nigros* humilitate, *Duros* constantia, & fortitudine in Dei obsequio, *Ponderosos* magnitudine, *Odoriferos* exemplo.

Mund. Symb. 7. 8.

Tum, & per tres Hebeni species, *Nigros* humilitate, *Albos* puritate, *Rubicundos* martyrio, aut flagranti charitate, &c. 9.

Tandem, & Hebe, aut Juventæ picturam, verte ad sacra, eos eneomiando *Discalceatos* terrenis affectibus, *Cinctos* castitate, *Formosos* exemplo, *Ornatos* omnigena virtute, *Redimitos* corona gloriæ. 10.

DIES XVI.

1298 Hic dies, qui & 16. Kal. Octobris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 259.

Dies 2. *Ludorum Circensium*, ex ipso Kalendario, & aliis citatis num. 1293.

Dies 16. *Feriarum Rusticarum*

pro messibus actarum, vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calò die 1. hujus mensis.

Dies 46. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, & aliis die 2. Augusti.

Apud Græcos hoc die *Festum Parentationis* eorum, qui contra Persas pugnando, occubuerunt apud Platæas, seu in Platæo bello. Ita Vetus Kal. Gyraldus de Mensibus fol. mihi 619. Rosinus lib. 4. cap. 4. & alii, vt sequenti numero dicam.

Quo die Augustus Imperator Arelatæ in Campania moritur. Ita Marianus Scotus, lib. 2. & Beyerline hoc die. Alii referunt ad diem 19. Augusti.

Festum Parentationis.

1299 Fuit hoc die festum Græcum Parentationis *Manibus*, iis, qui in Platæo bello occubuêre. Hæc solemnitas sequenti ritu agebatur, vt describunt Hospin. & alii: Hoc die diluculo, & summo manè pompam ducunt, cui præit Tubicen canens *classicum*, vt itineris dux, sequentibus *plaustris* plenis *myrto*, & *coronis*: deinde *nigro tauro* mactando: postea adolescentibus libesis (non enim erat fas alicui seruo aliquid in eo ministerio attingere) gestantibus amphoras *olei*, & croffos, seu vrnas vnguenti. Postremò Platænsium Prætor, & Princeps, cui cætero tempore non licebat ferrum tangere, neque aliam vestem, quàm *albam* induere, tunc *puniceâ* indutus tunica, ex archivo, aut alto loco, sumpta hydria, *nudato ense* per mediam Vrbem procedebat *ad sepulchra*, & sumpta aqua ex fonte abluens, vngebat columnas, quæ vnguento linitæ; & post, *jugulato* tauro ante *pyram*, votisque factis ad *Iovem*, & *Mercurium*, bonos, forteſque viros pro Græcia mortuos, ad cænam, & cruentum hoc sacrificium invitabat. Deinde miscebat craterem vino, & fundebat dicens: *Propino viris, qui vt fortiter Græcorum libertatem tuerentur facto functi sunt.* Ita Hospin. De *Parentationibus*, defunctorumque *Funeribus*, & de hoc ritu egi die 17. Februarii à n. 290. ac die 30. Januarii à n. 172.

Hospin. de Orig. Fest. cap. 23. fol. 134. Plutarch in vita Aristid. fol. 103.

Ritus.

1300 Hoc igitur die, quo delirabant Veteres in sua Parentatione dimicantium strenuè pro Græcia, nobis veniunt venerandi quamplures cœlicolæ hodierni, qui pro virtute, veraque Christi religione strenuè decertarunt. Horum multitudinem indicent hodierni martyres illustres; *Thondius*, & *Abundantius*, ad quam palmam pervenêre Cordubenses martyres *Rogelius*, & *Servus-Dei*, qui zelo fidei Mesquitam Maurorum ingressi, eorum vanos inereparunt errores, extollentes Christianæ fidei veritatem: quare à Saracenis comprehensi, variè afflicti, manibus, pedibusque abscissis, ad vltimum decollati, quo die miserrimè obiit tyrannus Abderamenus, cujus subitam mortem SS. Martyres prophetarant: *Genisianus* Romanus Martyr, cujus sacrorum corpus Valentiæ Tarrachonensis (vbi hæc scribo) servatur in celebri Collegio Corporis Christi, gradu 1. arca 5. reliquarii, vt constat in libro Constitutionum præfati Collegii, tabula reliquiarum ad fol. 168. Nec solùm viri, verùm & Heroinæ præclaræ laureatæ martyrio venerantur hodie, vt *Euphemia*, *Lucia*, & *Sebastiana*. Quo & die veneratur *Editha* virgo, Edgari Anglorum Regis filia, quæ spreta purpura, derelicto sæculo, Deo dicata, Choro Virginum sociata, claruit miraculis. Pro iis igitur hodiernis cœlicolis Themata adapta, vt die 4. hujus mensis.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die. Baron. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

1301 Cumque hoc die, suis in Parentationibus, delirarent Veteres per myrtum, coronas, oleum, & ignem, suos fortes dimicantes laudando; verte hæc ad sacra, imò & ipsum nomen *Parentalia*, aut *Parentatio* dictum à verbo *Parento* significante *parentibus justa celebro*: quare & celebra hodiernos Sanctos, ex dictis die 7. Februarii num. 233. per triplicem speciem *Myrti*, nigram, albam, aromaticam: *Nigros* humilitate, *Albos* puritate vitæ, *Aromaticos* exemplo, sanctitate, patrocinioque.

Calep. verbo: Parento. Anglicus lib. 17. cap. 101.

7.

Si & hoc die delirabant per Veterum *coronas*, hodiernos celebra Sanctos, vt die 20. Januarii num. 134.

8.

Si delirabant per *oleum* naturæ lucidæ, & specularis, dulcis, lenis, pinguis, suavis, &c. & per Oleum hodiernos Sanctos celebra *Lucidos* vita, & doctrina, *Specularis* exemplo, *Dulces*, eloquio, *Lenes* benignitate, *Pingues* virtute, *Suaves* patrocinio.

Berchot in Red. lib. 12. cap. 108.

9.

Tandem, & eos celebra per *Ignem*, ex dictis die 6. Julii, num. 941. ac die 23. Augusti, num. 1171.

10.

DIES XVII.

1302 Hic dies, qui & 15. Kal. Octobris Comitialis notatur in Kal. Maffeiano.

A.D. 260.

Dies

Dies 3. *Ludorum Circenſium*, ex ipſo Kalend. & aliis citatis ſupra num 1293.

Dies 17. *Feriarum Ruſticarum* pro meſſibus actarum vſque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæſare Calà, die 1. hujus menſis.

Dies 47. ex quinquaginta *Feriis*, & *Feſtis* ob ſubactam Hiſpaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Roſino, & aliis die 2. Auguſti.

Feſtum *Quinquatrum* nuncupatum ſolemniter celebratum ad ædem *Minervæ*, ad quam ædem ſoleminter conveniebant, & minuſculas *quinquatras* appellatas offerebant. Ipſumque feſtum *Quinquatrum* dictum, aut *à numero quinque dierum*, ab hoc die ad Idus, ex Alexandro ab Alex. aut quia actum *per dies quinque*: aut *à quinquando*, ideſt *luſtrando arma ancylia*, vt Ovidius, Tamayus, & alii obſervant, ex dictis num. 49. & die 19. Martii num. 150.

Dies *Triumphalis*, nobilitatuſque celebri victoria L. Æmilii Pauli Conſulis, ad Enipeum flumen, parta de Perſeo Rege Macedonum, anno Vrbis 586.

Qui dies, & famigeratus, ac celebris, ob victoriam, à noſtro Theodoſio Magno Imperatore, partam de Eugenio Occidentis Tyranno. Anno Chriſti 394. Ità Oratius in Hiſt. Orb. lib. 7. cap. 35. & Baronius in Anal. Eccleſ. tom. 4. Anno 394. num. 12. fol. 685. Qui pius Theodoſius Mediolani moritur anno ſalutis 398. hoc die, ex Beyerline hoc die. Ex Tripartita Hiſt. die 17. Januarii, anni 395. Ex Veſpergenſe die 16. Novembris anni 399.

1303 Hoc igitur die, quo adhuc Ludorum ſpectacula agebantur Romæ, nobis quamplura veniunt noſtratium pia ſpectacula veneranda, vt ex illis celebremus iſta: enim ſi ſex erant Ludorum Factiones à coloribus diſtinctæ, alba, ſcilicet, roſea, aurata, praſſina, veneta, & purpurea, ex num. 1237. vertendo ad ſacra, quaſi auriga factionis albæ occurrit *Hildegardis* virgo, ac *Columba*, quæ ad virginitatis candorem ſociavit purpuram ſui cruoris effuſi pro Chriſto; ex factione roſea quaſi auriga occurrit *Theodora* pia ſedulitate martyribus miniſtrans; ex aurata *Satyrus* confeſſor, cujus inſignia merita S. Ambroſius commemorat: ad factionem purpuream ſpectant *Lambertus*, *Narciſſus*, *Creſcentio*, & alii, vt *Iuſtinus*, *Valerianus*, *Macrinus*, & *Gordianus*, qui Imperatorum nomina majore cum rerum geſtarum gloria præſetulerunt, vt & clariſſima puella *Ariadna* ſyderis, ac *Stephanus* coronæ; qui omnes ob fidem, ſpem, & cœleſtem vitam ad praſſinam, & venetam factionem ſpectare, vorè celebra. Quibus adjunge ſtupendum ſpectaculum, quo *Franciſcus* Patriarcha Seraphicus in monte Alvernia vulnerum accepit roſas, & purpuram. Pro iis igitur veris ſpectaculis Chriſtianæ vitæ, vertendo ad ſacra Veterum ſpectacula, Themata habes ſupra die 4. hujus menſis à num. 1238.

Martyrol. Rom.

Themata.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

1304 Hoc igitur die, quo Veteres delitabant in *Quinquatriis*, ſic dictis (ex num. 1302.) à *quinquando*, ſeu *luſtrando arma*, ſeu *ancylia*. Addo ex Dio Chriſoſtomo, & Novarino cum eo, quod Thacienſes mulieres ſe dolosè plagis inſigniebant: *Vidiſti* (inquit) *illis in Thracia mulieres liberas ſtigmatum plenas, & tantò plura habentes, magiſque varia ſtigmata, quantò honeſtiores, & ex honeſtioribus ſunt natæ.* Addit Novarinus quòd Gentiles *notis, & ſtigmatibus inſigniebantur*, idque putabant glorioſum, Herodoto teſte, dicente: *Notis compungi glorioſum habetur*, quod apud plures nationes (vt latè, cum pluribus Maluenda tom. 2. de Antichriſto lib. 9. cap. 31.) fuit in vſu, vt apud Throglodytas, Dacos, Sarmatas, Gelonios, Mauros, Africanos, & Americos Indos, ac Abiſſinos, qui omnes variis ſtigmatibus, & ſignis ſua corpora inſigniebant, jam facie, jam manibus, &c. jam in ſignum *militiæ*, jam in ſignum *dilectionis*, jam in ſignum *nobilitatis*, jam in ſignum *ſervitutis*, vt latè cum pluribus Maluenda citatus. Imò & Joachim Rex Judà, & Hieruſalem ſe ſtigmatizavit in honorem idolorum, quæ colebat. Quo mortuo hæc ſigna: *Inventa ſunt in eo*, ideſt in corpore ejus cùm jam mortuus eſſet; enim in corpore ejus mortuo *inventa nota quædam inuſtæ, ſeu ſtigmata idolorum, quæ colebat*; quòd moris fuit cultoribus Idolorum; aut nomen idoli *Codonazer* quod colebat, vt Hiſtoria Scholaſtica, Abulenſis, Maluenda, & alii marginati obſervant. Nationes aliquæ ſuos Deos amore proſequentes, eos illigatos vinculis tenuerunt, ſic Lacedemonii (Pauſania teſte) ſtatuam *Martis* catenis ligatam tenebant, & ſimulachrum *Herculis* funibus irretitum narrat, quòd & Plutarchus in Problemari-

Dio Chriſ. orat. 14.
Novarin. in Sched. lib. 12. n. 71. & 72.
Herodot. lib. 5.
Malu. citatus.
2. Paralip. 36. v. 8.
Maluenda hic.
B. Max. & Corn. Comelt. in Hiſt. 4. Reg. cap. 39. t
Abul. in 4. Reg. 2 quæſt. vlt.
Pauſ. lib. 3. c. 4.
Alex. lib. 3. c. 4.

Digitized by Google

matibus de ſtatua *Apollinis* commemorat. *Habebant*, (ait de Syriis Lucianus) *notas inuictas, alii in volis, alii in cervicibus: vnde fit vt omnes Aſirii ſtigmata gerant.* Devicta Rhodo *Artemiſia* æneam Civitatis Rodiæ ſtatuam trophæi loco erexit *ornatam ſtigmatibus*, pro æterna decoris memoria, ait Alexander, & cum eo Pintus in Speculegio.

Lucianus de Dea Syriæ.

Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 8.

1305 Veterum deliramentis abjectis, venit nobis hoc die veneranda *Impreſſio ſacrorum ſtigmatum*, in manibus, pedibus, & latere Seraphici Patris Franciſci, facta mira Dei gratia, ab ipſo Chriſto de Cœlorum ſublimitate deſcendente, & imprimente. Quo ſtupendo miraculo novus homo Franciſcus claruit, cum ſingulari privilegio retroactis ſæculis non conceſſo, inſignitus apparuit, ſacris videlicet ſtigmatibus decoratus, ſecum ferens Crucifixi effigiem, ſuis in carneis membris deſcriptam digito Dei vivi, vt cum Seraph. Doctor Bonaventura, ait Minoritica Eccleſia in Officio Eccleſiaſtico, in quo & cantat.

Martyr. Franc. hoc die.

S. Bonav. in legenda cap. 13. Offic. Eccleſ. in Hym. ad Veſp.

Ad quem venit Rex, è Cœlo
Amictu Seraphico
Sex alarum tectus velo
Aſpectu pacifico:
Affixuſque Crucis telo,
Portento mirifico.
Cernit ſervus Redemptorem;
Paſſum impaſſibilem,
Sactorum Imperatorem
Tam pium, tam humilem:
Verborum audit tenorem,
Viro non effabilem.
Vertex montis inflammatur,
Vicinis cernentibus,
Cor Franciſci transformatur
Amoris ardoribus:
Corpus vero mox ornatur
Mirandis Stigmatibus.

1306 Miſſale juxta ritum S. Eccleſiæ Romanæ impreſſum Pariſiis anno 1555. adducit Miſſam, & ſequentiam, vt ſequitur:

Alva in Poſt. Grat. Tab. 18. à fol. 120.

Sanctitatis nova ſigna,
Prodierunt valdè digna;
Mira valdè, ſed benigna
In Franciſco credita.
Regularis novi Regis,
Vita datur novæ legis
Renovantur juſſa Regis
Per Franciſci monita.
Novus Ordo, nova vita
Mundo ſurgit inaudita
Reſtauravit lex ſancita
Statum Evangelicum.
Legis Chriſti pariformè
Reformatur jus conforme:
Tenet ritus datur normæ,
Culmen Apoſtolicum.
Chorda rudis veſtis dura
Cingit, tegit ſine cura,
Panis datur in menſura,
Calceus abjicitur.
Paupertatem tantum quærit;
De mundanis nihil gerit,
Hæc terrena cuncta terit,
Loculus deſpicitur.
Quærit locum lachrymarum,
Promit voces cor amarum,
Gemit mæſtus tempus earum;
Perditum in ſæculo.
Montis antro ſequeſtratus
Plorat, orat humiliatus,
Tandem mente ſerenatus
Latitat ergaſtulo.
Ibi vacat rupe tectus,
Ad divina ſurſum vectus;
Spernit ima judex rectus
Eligit cœleſtia.
Carnem frenat ſub cenſura
Transformatam in figura;
Cibum capit de ſcriptura
Abjicit terreſtria.
Tunc ab alto vir Hierarcha
Venit, ecce Rex Monarcha;
Pavet iſte Patriarcha,
Viſione territus.
Deſert ille ſigna Chriſti
Cicatricem confert iſti,
Dum miratur corde triſti
Paſſionem tacitus.
Sacrum corpus conſignatur,
Dextrum latus perforatur;
Cor amore inflammatur,
Cruentatum ſanguine.
Verba miſcent arcanorum,
Multa clarent futurorum;
Videt Sanctus vim dictorum,
Myſtico ſpiramine.
Patent ſtatim miri clavi
Nigri foris, intus flavi;
Pungit dolor pœna gravi,
Cruciant aculei.
Ceſſat artis armatura
In membrorum apertura;
Non impreſſit hos natura,
Non tortura mallei.
Signa Crucis, quæ portaſti,
Vnde mundum triumphaſti;
Carmen, hoſtem ſuperaſti,
Inclyta victoria.
Nos Franciſce muniamur,
In adverſis protegamur,
Vt mercede perfruamur
In cœleſti Gloria.
Pater pie, Pater Sancte

Plebs

Plebs devota te juvante,
Turba fratrum comitante,
Mereatur præmia.
Fac consortes supernorum,
Quos informat vita morum
Consequatur Grex Minorum
Sempiterna gaudia. Amen.

1307 Ad hanc stupendam stigmatizationem S.P.N. Francisci, quamplura miracula, seu mirabilia præcesserunt: quæ omitto videnda apud Alvam marginatum. Miracula insuper, & prodigia, in ipsis Francisci vulneribus, continuò existentia, quæ & permanentia mirabilia nuncupari possunt, viginti numerantur à Salvatore Vitale, S. Bernardino, Pissa, & aliis marginatis. 1. Quod ibi non fuit alterum instrumentum ad aperienda vulnera, quam ipsa *manus* omnipotentis, quæ mundum fabricavit. 2. Quod subitò, & in instanti aperta fuerunt *foramina* plagarum. 3. Quod *clavi* fuerunt, ex ipsamet carne, absque diminutione, vel substractione carnis. 4. Quod *clavi* non erant teneri sicut altera caro, sed *duri*, & *solidi* sicut ferrum. 5. Quod ipsos præmendo ex vna parte *resultabant* ad alteram. 6. Quod capita erant rotunda. 7. Quod *recurvata* erant acumina in parte interiori pedum, & exteriori manuum, ac si malleo fuissent repercussa. 8. Quod cum essent in parte ossosa, & neruosa, nullum os, vel nervum erat læsum. 9. Quod cum *clavi* ab omni altera carne essent distincti, & separati, auferri non poterant. 10. Quod *clavi* erant sensitivi, & sicut altera caro viva. 11. Quod *sanguis* fluens à vulneribus continuò sufficiens erat ad interitum cujuscumque robusti viri. 12. Quod non per vnum diem, vel mensem, sed per duos annos integros *illa portavit*. 13. Quod poterant moveri, sed *non auferri*. 14. Quod licet essent sanguinolenta, neque mederentur aliquo vnguento, *non erant putrida*, vel malè olentia. 15. Quod cum vulnus *laterale* esset tam amplum, & apertum, quod manus caperet, & continuo exiret sanguis in magna abundantia, non est sequuta mors brevis. Quod in apertione vulneris lateralis Francisci, etiam ipsum *cor* fuerit scissum, & apertum, verè, & realiter in duas partes divissum, cordeque scisso, & aperto vixerit per biennium, cum cor sit fons vitæ; & sic fuit continuum, & perenne miraculum. 17. Quod plagæ ita erant vnitæ reliquæ carni à suo principio, vt quasi viderentur *inibi natæ*, & congenitæ. 18. Quod plagis ipsis plagas curabat infirmorum. 19. Quod ipsis vulneribus apertis, cum manus, ac pedes essent vulnerati, & clavi in eis apparerent ex carne, vel nervis efformati ex vna ad alteram partem transeuntes, resultantes, & excedentes, *minimè erant de formata* manus, vel pedes. 20. Quod vulnera illa, præcipuè laterale, in morte Sancti manserunt, ita vernantia, pulchra, rubicunda, lucida, ac odorifera; vt omnibus ea intuentibus essent in magna admiratione, & solatio. Hæc sunt stigmata canonizata ab Ecclesia, pluribus Pontificum diplomatibus commendata, decorata, laudataque. Nec mirandum;

Alva Tab. 20. à fol. 132. & Tit. 40. Stigmatum fol. 322.
Vit. Hist. Seraph. lib. 5. c. 22.
S. Bern lect. 4. ser de *Stigmat.* Pissanus Fruct. 30. lib. 3. part. 2. Castro in Apolog. de Vuln.
Daza in lib. de sac. Stigmat.

1308 Quia *Stigmatizatio* Francisci, extitit admiranda, prodigiosa, singularis, rara, atque prorsus inaudita. Quare à S. Bonaventura vocatur: *Novum, & stupendum miraculum*: à S. Bernardino Senensi, *Miraculum inauditum omnibus sæculis*: ab Alexandro IV. Pont. Max. *Grande, & singulare miraculum, quo B. Franciscum* omnium Sanctorum splendor, & gloria Dominus Jesus Christus *mirabiliter decoravit*: à C. Baronio, *Miraculum immensum*: à C. Belarmino, *Signum omnium maximum, ac singulare, & quasi prodigium*: à C. Ægidio, *Miraculum sufficiens pro fide Christi roboranda*. De quo & vide plura alia apud Alvam Tab. 20. classe 4. à fol. 134. Lege & Pissanum lib. 3. Fructu 3. & 31.

Elogia.
S. Bonav. S. Bernard. Alexand. IV. Pont. Max.
Baron. in Not. Martyr. hoc die. Belarm.
Alva cit.

1309 Hæc sunt verè *Stupenda*, *Decora*, *Regalia*, & *Æstimanda* stigmata, quibus Franciscus, præ omnibus aliis Sanctis fuit à Christo constitutus *Vexilliferus*, sicque *Decoratus*, & *Exaltatus*. Quod si Veteres delirabant plagis se insigniendo in signum militiæ, dilectionis, nobilitatis, & servitutis, vt dixi num. 1304. Verte hæc ad sacra, & Stigmata Francisci encomia Signa *Militiæ* Christi, *Dilectionis* Dei, *Nobilitatis* à Christo acceptæ, *Servitutis* ipsius Dei.

7.
8.
9.

1310 Fuit & hic dies *Quinquatrus* appellatus, ob festum *Quinquatrum* sic appellatum, aut à numero quinario dierum, aut à *Lustrando*, seu quinquando *arma*, & *ancylia*, ob fabulatum *scutum*, seu *ancylium* delapsum è Cœlo in Vrbis salutem. Quod festum *magnum* fuit inter Veterum Romanorum festa. Ad cujus Scuti cœlestis normam alia *scuta*, seu *ancylia* facta affabrè, & ita similia, vt vix vnum ab altero discere

nere-

neretur. Verte igitur hæc ad sacra: enim hodie veneramur verum *Seraphum* nostrum Christum Jesum, vt alatum Seraphim de Cœlo, volatu celeri, descendentem, & Franciscum Stigmatizantem in manibus, pedibus, ac latere, renovando in carne Sanctissimi Patriarchæ præcipuas plagas Crucifixi Jesu, eumque constituendo suum Vexillíferum, idque ad nos inflammandos in amorem Christi, vt ait Ecclesia, in hujus festivitatis oratione, sic: *Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne Beatissimi Francisci Passionis tuæ sacra Stigmata renovasti, &c.* In qua sacra Stigmatizatione affabré divinus opifex suas plagas simillimè renovavit in Francisco: quare Francisci Stigmata encomia *Calica*, quia à Deo facta: *Inflammantia* in Dei amorem: *Protegentia* adversus mundi insidias: *Armantia* adversus Diabolum: *Propugnacula* humani generis: quia cuncta cœlestia munera nobis impenduntur ex affectu studioso in Stigmata D. Francisci, vt Scobar marginatus observat num. 8. Vndè hæc Stigmata mystica Quinquatra Ancylia encomia.

Escobar. t. 5. Paneg. de Stigmat.

10.

1311 Quinque principalia *Stigmata* Christi Jesu, ipse impressit in Francisco: quare numerus *quinarius* præclaræ dignitatis est, designans triumphantia vulnera Christi, quæ devicta morte in suo jam glorioso corpore conservavit, & in Francisco impressit. Quem numerum *quinarium* Ægyptii designabant per *Astrum*, seu *Stellam* sculptam *quinque radiantem radiis*: quia aiebant, quod ex multitudine Stellarum, quinque sunt tantum præditæ ea prærogativa, vt mundi curam gererent, omnibus humanis rebus consulerent, & omnia mortalium ab ipsis penderent. Quam significationem desumebant à quinque numero radiorum, quo Stella piscis insignita est, vt totum marginati observant. At hoc Ægyptiorum, Christianiza, & ad sacra verte. Cumque in morte S. Francisci *Stigmata* ejus apparuerint *Pulcherrima*, *Venustissima*, *Lucida*, *Splendentia*, & *Odorifera*, vt Alva observat. Hinc Franciscum plagatum, & stigmatizatum, encomia *Astrum* iis quinque radiis decoratum, pro mystico quinquatro festo stigmatum Francisci.

Bung. de Num. 5. fol. 253. Pier. Val. lib. 37. cap. 13. Alva Tab. 20. fol.

12.

1312 Insuper stigmata Francisci sunt, *Fontes lucis*, visa enim fuerunt emittere lucis radios, ac splendores ominos; *Scaturigines gratiæ*, vt possint omnes fideles bibere, & sitim extinguere: *Præsidia* fidelium: *Propugnacula* validissima contra hostes: *Refugium* necessitantium, vt cum pluribus Minorita marginatus observat. Vnde habes alterum Thema pro mystico quinquatro festo Stigmatum Francisci. Pro quo plura vide apud Pissanum lib. 3. Fructu 3. & 31. Titulo: *Franciscus consignatur.*

Alva fol. 148. & 371. &c.

1313 Dixi supra die 5. Februarii à num. 218. quòd quinarius numerus adumbrat & quinque præcipua vulnera Christi, & quinque Civitates Ægypti, de quibus Isaias. *In die illa erunt quinque Civitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan ::: Civitas solis vocabitur una.* Has nominat Ezechiel cap. 30. *Taphnim, Memphim, Alexandriam, Bubastum*, & *Heliopolim*, de quibus Isaias loquitur vt aiunt Tyrinus, & Cornelius. Forsan, opinatur Maluenda, loquitur Propheta de quinque præcipuos conventus sacros Ægypti, & præter hos, sextum Heliopolitanum, qui hic subjungitur, fidem Christi amplexuros. Hos enumerat cum Herodoto, & ita nominat, 1. in vrbe *Bubasti*, in honorem Dianæ. 2. in vrbe *Busiri*, in honorem Isidis. 3. in vrbe *Sai*, in honorem Minervæ. 4. *Heliopoli*, in honorem Solis. 5. in vrbe *Buti*, in honorem Latonæ. 6. in vrbe Papremi, in honorem Martis. At nos stando in primo; quòd loquitur Propheta de quinque relatis Civitatibus, quas Ezechiel nominat *Memphim, Bubastum, Taphnim, Alexandriam*, & *Heliopolim*; quæ Civitates quinque Christi vulnera adumbrant vti dixi; sed cum essent *loquentes lingua Chanaan*, vt Isaias dicit, & *Chanaan* interpretetur (Lyrano teste), *Mercator, Negociator*: *Contritus*, aut *Confractus*, vel *rectè Respondens*; en quam aptè hæc adaptamus ad Patriarcham nostrum Franciscum Mercatorem in sæculo, filiumque Mercatoris, Christo ita, post, adamusim respondentem; vt omnino ejus imitaretur vestigia, *contritus*, & *confractus* plagis, & clavis acceptis ab ipso Christo. Quare præfatas quinque Civitates loquentes lingua, & sermone Chananeo, colentes verum Deum, sequentes Christum, vitamque Apostolicam, & Evangelicam, vt fuerunt aliquando relatæ, vt annuntiavit Isaias, adapta plagis Francisci, ejus Stigmata encomiando mysticas Civitates. *Memphim*, idest favum, distillationem, elevationem: *Bubastum*, idest, contemptum terrenorum: *Taphnim*,

Isaiæ 19. v. 18. B. Max Tyrin. Alap. & Malu. hic. Herodot. lib. 2. n. 59.

Ezech. 30. à v. 13. ad 17.

Lyran. lib. diff. in Gen. cap. 9. B. Max. in Isai. 9. v. 18.

Lyr. citat. in Ezech. 30. 13.

Digitized by Google

him, ideſt, cooperimentum, & protectionem: *Alexandrium*, ideſt, auxilium virile, aut fortiſſimum: *Heliopolim*, ideſt Civitatem ſolis, ad vulnus laterale. Vndè habes alterum Thema pro myſtico quinquatro feſto in honorem Franciſci Stigmatizati.

Francilog. lib. 1. n. 7. Sixtus Sen. in Biblioth. lib. 3. pag. 141. Calepin. verb. *Plato.*

1314 Quinarius numerus exprimitur litera V. quæ ſi duplicetur V, V, & vna verſus Cœlum, altera verſus terram collocetur, exprimunt literam X, typum ſacratiſſimæ Crucis, ſicque adunato quinario duplicatæ literæ V, V, in litera X, præfigurantur duplicatæ quinæ plagarum, vna ſurſum, & Chriſti, quæ Cœlum decorant, altera deorſum, & Franciſci, quæ quina Stigmata terram luſtrant, protegunt, ac ſervant; Vt vulnera Chriſti, & Franciſci Orbis totus in validum ſibi præſidium aſciſcat. Hinc obiter, & pueriliter, ex ipſo Alphabeto obſerva, quòd litera V, ſemper occupat medium inter T, & X, quæ expreſſam æmulantur figuram Crucis: quia quina ſacra vulnera Chriſti, & Franciſci in hiſce geminis literis V, V, figurata, perenniter, & quaqua verſum inter Cruces verſantur. *Deum in Mundo Filium ſuum poſuiſſe inſtar literæ X.* ſivè, quaſi Cruci affixum locaſſe dixit Plato in Timæo diſſerens: Chriſtus poſuit Franciſcum in Mundo, inſtar literæ X, ſivè quaſi Cruci affixum, & vexilliferum Chriſti, gerentem in ſuo corpore Stigmata paſſionis, ad inflammandum corda noſtra ſui amoris igne. Quòd ſi (Bungio teſte), *quinario* adumbrantur *circuli* cœleſtes, *Faces* accenſæ, & *Stolæ*, à Beniamino acceptæ. Hæc quinque Franciſci Stigmata encomia *Circulos* cœleſtes, *Lampades* accenſas, ac quinque *Stolas* decoras, quondam viſas, velut quinque *Splendidiſſimas* Stellas, quæ tanta luce fulgebant, quod videbatur totum vniverſum radiis illuſtrare. Vndè habes Thema alterum pro myſtico quinquatro feſto Stigmatum.

Bung. de Num. Speculũ Antiq. pag. 62. Arithmet. Seraph. fol. 17.

1315 Quamquam plus ſolito demorati ſumus in hoc die dicato *Stigmatizationi* P. N. Franciſci; Addam tamen, quòd inter gemmas eſt quædam nuncupata *Abſintes*, & eſt *nigra, ponderoſa*, diſtincta, & *decorata rubeis venis*, quæ ſemel calefacta ſeptem diebus calorem ſervat, vt dixi die 29. Maii num. 747. Hæc adapta Stigmatizato Franciſco, eum encomiando *Abſintem* myſticum Eccleſiæ *Nigrum* humilitate: *Ponderoſum* virtute: *Decoratum* rubeis Stigmatibus Chriſti, calefactum amore Seraphico à Stigmatizatione ad finem vitæ.

S. Iſidor. lib. 16. cap. de nigris gemmis. Berchor. in Red. lib. 10. cap. 44.

1316 Eſt & lapis *Argyrites* nũcupatus, *quadrangularis*, *fortis*, vt adamas, *argenteus* colore, habens *aurea Stigmata*. Adapta, & hæc ad plagatum Franciſcum, eum encomiando myſticum *Argyritem* Eccleſiæ: *Quadrangularem* omni virtute: *Fortem* conſtantia: *Argenteum* fama ſanctitatis, miraculorum, patrocinii, &c. *Aureatum* ſacris Stigmatibus Chriſti Jeſu. Quam plura alia omitto videnda apud SS. PP. Bonaventuram, & Bernardinum, alioſque authores. Perpende plura quæ in noſtro *Diario Sacro* hoc die diximus: nec omittas, quòd juxta aliquorum calculum, & opinionem, hoc die, quo colitur Franciſci Stigmatizatio; & fatales aquarum ſtrages diluvii vniverſalis deſiſtere, ac ceſſare cœperunt, vt jam inde diſcant homines ceſſare à culpis, renovare memoriam paſſionis, & Deum toto diligere corde.

S. Iſidor. & Berchor. cir. cap. 46. Francilog. lib. 3. n. 221.

DIES XVIII.

A. D. 261.

1317 Hic dies, qui & 14. Kal. Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. *Ludorum Circenſium*, ex ipſo Kalendario, & aliis citatis ſupra num. 1293.

Dies 18. *Feriarum Ruſticarum*, pro meſſibus actarum, vſque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæſare Calà die 1. hujus menſis.

Dies 48. ex quinquaginta *Feriis*, & *Feſtis*, ob ſubactam Hiſpaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Roſino, & aliis die 2. Auguſti.

Qui dies *ſolemnis* fuit apud Veteres Romanos ob inaugurationem Imperii *Traiani* Imperatoris, *Hiſpani* origine, ad annum Chriſti 99. (aut 100. vt ait Baronius hoc anno tom. 2. Annal. num. 1.). Fuit igitur à Nerua Auguſto adoptatus, ſimul etiam creatus Cæſar, ac mox Imperator, cum Tribunitia poteſtate, quod ad hunc diem refert Reuſnerus folio 140. & cum eo Tamayus hoc die, quo Romani ſolemniter celebrabant Traiani adoptionem à Nerua Auguſto, & ejus inaugurationem ad Imperium, ob egregia opera navata à Traiano contra Judæos. Quæ adoptio, &c. contigit anno Chriſti 99. & anno 100. Nerua ſublato morte die 27. Januarii, ipſo die clavem Imperii Traianus accepit, tenuitque annos 19.

menſes 6. & dies 15. vt obſervat Baronius citatus.

1318 Hoc igitur die, quo Veteres ſuis in ſpectaculis delirabant Ludorum, apud nos veniunt jucundiora ſpectacula Sanctorum: vt *Methodius* præſul, nitore ſermonis, ac doctrina clariſſimus, martyrio coronatus; quam palmam conſequuti *Auſtorgius*, *Theophimus*, & *Ovantius* Hiſpani fortes Athletæ pro Chriſto: *Ferreolus* Tribunus, & Vienenſis martyr, juſſu Criſpini impiiſſimi præſidis tentus, crudeliſſimè verberatus, gravi catenarum pondere onuſtus, & in teterrimum carcerem truſus; vnde ſolius Dei nutu vinculis, & januis carceris patefactis exiens, ab inſequentibus iterum captus, martyrii palmam capitis obtruncatione percepit: ad quam palmam pervenére Sanctæ *Sophia*, & Irenes. Quo & die venerantur illuſtres præſules *Euſtorgius* Mediolanenſis, *Eumenus* Gortynenſis, ac *Thomas* à Villanova Valentinus Archipræſul magnus virtute, clarus doctrina, Taumaturgus miraculis. Pro iis igitur hodiernis cœlicolis, vertendo ad ſacra ſpectacula Veterum Themata habes ſupra die 4. hujus menſis, hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyrol. Rom. Tamayus. Baronius.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

1319 Hoc die, quo fuit inauguratus Auguſtus, & Imperator Traianus Hiſpanus; colimus plures Hiſpanos Sanctos, & præcipuè in hac noſtra Valentina Civitate Archipræſulem Thomam, vt ſuum Prælatum, & Paſtorem. Ille Hiſpanus Traianus, quamquam inter Romanos Principes Optimus pacis, bellorum Triumphator, ac virtutibus moralibus Clarus, at ſævit in religionem, ſervivit idolis, & perſequutus fuit Eccleſiam. Iſte Hiſpanus *Thomas* virtute, ſanctitate, & doctrina magnus, in religione conſpicuus, in tuenda Eccleſia conſtans, in charitate erga pauperes præclarus. Ille in foro Romano ſibi erexit miram columnam *eodem* ſeptenio conſtructam, operis admirabilis antea non viſi, ſuper quam erat collocatum Traiani ſimulachrum erectum, coronatum lauro, lanceam erectam manu dextra tenentem, vt ſic ſe indicaret *columnam*, *trophæum* victorioſum, & *decus* Imperii. Quam columnam delineatam habes apud Baronium marginatum in Annalibus ad 7. Traiani annum. Qui addit, divina providentia ſervatam integram ad tempora Sixti V. Pontificis Maximi, qui ſupra præfatæ columnæ verticem, præclariſſimum Chriſtianæ religionis monumentum, Principis Apoſtolorum Petri ingentem æneam, magna impenſa, ſtudioque conflatam ſtatuam, inauratamque, ſacris ritibus ſolemniter collocavit. Mortuo Traiano apud Selinuntem Civitatem Ciliciæ, ſive morbo, ſive veneno extincto, oſſa ejus translata fuerunt Romam, & collocata in vrna aurea, ſub præfata columna, quam ipſe erexerat in foro, ac inter divos relatus, vt ex Eutropio lib. 8. ait Baronius ad annum 20. Traiani, qui quamquam turpiſſimus fuiſſet, *curam egenorum* ſuſcépit, optimus Princeps exiſtimatus, ac immenſis laudibus prædicatus, vt anno 1. Traiani, à num. 13. citatus Baronius tradit. Hinc abiecta Veterum prophanitate, Traiani laudes, ſuſcipientis curam pauperum, verte in honorem Sancti *Thomæ* à Villanova, eum encomiando *Patrem* pauperum miſeratione, & eleemoſyna: *Optimum* Principem, & Archipræſulem zelo animarum, religionis, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ: *Decus* præſulum clariſſimum omni virtute, ſanctitate, exemploque.

Baroni. tom. 2. An. ab anno 1. Traiani.

Anno 7. Traiani, n. 1.

Pictura.

7.

1320 Deinde, ſi columna Traiani ipſum indicabat columnam, trophæum, & decus, & hæc ad noſtrum S. Archiepiſcopum vertendo, eum encomia *Columnæ* fidei, & religionis: *Trophæum* ob partas inſignes victorias de animæ hoſtibus: *Decus* Auguſtiniani cœtus, Valentinæ Eccleſiæ, ac orbis Chriſtiani.

8.

1321 Mos fuit Veterum columnas erigere inſignitas ſimulachris, armis, ſignis, characteribus, ad poſterorum memoriam: quare & filii Seth duas ad poſteros tranſmiſerunt columnas cum characteribus diſciplinarum: ænea vna contra aquæ vim, lateritia altera contra ignem. Machabæorum arma à Simone inſculpta columnis, *ad memoriam æternam*. Pluraque alia & in ſacris, & prophanis literis legimus, vt juſtum, columnam, formamque virtutum prædicemus. Quòd ſi *columna*, vt Pictavienſis notat, eſt *recta*, *firma*, *formoſa*, & *erecta*, & hæc adapta noſtro Præſuli *Thomæ*; quare tantum Præſulem encomia columnam *Rectam* perfidem, juſtitiam, intentionem: *Firmam* per conſtantiam: *Formoſam* per puritatem, exemplum, & modeſtiam: *Erectam* per eminentiam ſanctitatis. Columnæ ſunt dictæ, quia *ſuſtinent culmina*. Ad oſtium Templi Hieroſolymitani mira, & prægrandis eluxit columna, de qua ait

Ioſeph. lib. 1. cap. 3. Machab. 2. cap. 13. v. 29. Novar. in Elect. Sac. lib. 3. à n. 702. Bercb. in dict. V. *Columna*.

9.

Calepin. verb. *Columna*.

V. Be-

Digitized by Google

Beda lib. 8. cap. 29. V. Beda: *Columna excelsa stat, nullam prorsus umbram transmittere valita.* Hæc memorata Traiani columna pro emblemate sublimitatis gloriæ à Pierio ponitur. Hinc & Sanctum Archipræsulem Thomam encomia columnam *Lucidam* omni splendore virtutum: *Sustinentem* culmen miserationis in pauperes: *Sublimem* in gloria. Plura omitto apud Authores videnda de columnis, & facilitèr adaptanda.

Pier. Val. lib. 49. cap. 29. & 31.

10.

DIES XIX.

A.D. 262. 1322 HIc dies, qui & 13. Kal. Octobris, *Comitialis* notatur in Kalend. Maffeiano.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Circensium*, ex ipso Kal. & aliis citatis supra num. 1293.

Dies 19. *Feriarum Rusticarum*, pro messibus actarum, vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis.

Dies 49. ex quinquaginta *Feriatis*, & *Festis*, ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino & aliis die 2. Augusti.

Dies *insignis* fuit Veteribus Romanis, ob natalem *M. Antonini Pii* Imperatoris. Quare & agebant hoc die *Ludos* Circenses, hisque hilarem totam vrbem reddebant. Ita Vet. Kal. Rom. Reusnerus in suo Diario fol. 141. Herodianus, & eum eo Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Apud Ægyptios dies *solemnis*, in quo *Thoth* numini, sivè *Mercurio* solemne sacrificium dicabant ob novas fruges. Ita Plutarch. in Osyride. Giraldus de Mensib. fol. mihi 617. Hospinianus cit. fol. 135. Beyerlinc, Tamayus, & alii hoc die. Quod sacrificium agebant *melle*, & *ficu*, ac simul dicentes: *Dulcis veritas*, vt ait Hospinianus citatus.

Sacrificium.

Ritus.

Thoth.

1323 Fuit Mercurius nuncupatus ab Ægyptiis *Thoit*, *Theuth*, & *Thoth*, vt cum Platone ajunt Cartarius marginatus, & Tamayus. At cum *Thoth* verbum simpliciter significet *Deum*, cur Ægyptii tale nomen *Thoth* tribuerunt per Antonomasiam Mercurio? Respondet Tamayus cum Platone: quia putarunt Ægyptii fuisse Mercurium, qui primus omnium adinvenit numerum, & numeri computationem, Geometriam, Astrologiam, Ludos aleæum, & literas, quas edocuit Ægyptios, ipsumque adinvenisse putarunt plura alia ad vsum vitæ necessaria: quare ab Ægyptiis, vt Deus habitus, & cultus, ac nomine *Theuth* cognitus, cui dicabant vrbes, & templa. Cultusque Mercurii à Phœnicibus, & Germanis *Theutates* dictus, vt ex pluribus ait Tamayus. Nihilominus cum Gentiles trifariam suos falsos Deos destinguerent, alios *cœlestes*, alios *aëreos*, alios *terreos*, & fabularent Mercurium omnium eorum veluti naturam habuisse *cœlestium, terrestrium*, & *aëreorum*, vt cum marginatis ait Rosinus: hinc conjector Ægyptios Mercurio tribuisse *Thoth* nomen significans simpliciter Deum, sic copiosius in suo delirando Mercurio, à quo putarunt *omnia fuisse inventa, ob quod suos libros illi inscribebant, ideoque Mercurium maximum nuncuparunt, quoniam, & Philosophum maximum, & Sacerdotem maximum, & Regem maximum extitisse* putarunt Ægyptii (ait Iamblicus Marginatus apud Tamayum) Quem Mercurium *Hermem, Trismegistrum*, & *Ter Maximum* nuncuparunt, aliaque encomia ipsi tribuerunt, vt dixi die 4. Januarii, & die 4. Augusti.

Carta. fol. 217. Tamay. hoc die Rosin. lib. 2. cap. 9. in Paralip. fol. 172. Phornutus lib. de Nat. Deorũ. Horat. lib. 1. Ode. 10.

Iamblic. de Mysterlib. 1. fol. 29.

1324 Fuit igitur *Thoth*, & *Thoit*, & *Theuth*, ac *Theutatis* appellatus, cui Ægyptii hoc die aram erigebant, sacrum solemne dicabant ex *melle*, & *ficu* ac eo ritu, vt simul dicerent: *Dulcis veritas.* Imò & Galli, aliique Gentiles, inter quos Hispani *Theutatem* Mercurium coluerunt, quem humano cruore placabant (Lucano teste) dum de Gallis dixit:

Cantrius, Hospinian. & Tamayus citati. Lucan. Pharsal. lib. 1. Annius Vit. fol. 76.

Et quibus immitis placatur sanguine cæso Theutates.

Hujus *Theutatis* Dei etymologiam adduxit Annius Viterbiensis in suis commentariis ad Berosum, sic: *Theutates* Mercurius Germanorum extitit, *cui cognomen Theutanes sacrificans ritus indidit. Reddebat enim pallentes eos, qui sibi gratis immolabantur.* Tau enim *laudem*, & Theudas *laudatorem*; Taam *vero*, & Tanam *pallentem* gratis. Hæc Annius, & Tamayus cum eo.

1325 Hic igitur dies apud Veteres Romanos celebris, & insignis ob natalem Antonini Pii Cæsaris; quare hilaris spectaculis Ludorum; potiori jure nostratibus celebris, & insignis, quia mundo, Angelis, & Hominibus spectaculum facti, nasci meruerunt in Cœlis. Hi fuerunt *Ianuarius* præsul Beneventanensis, qui quamquam obierit, suo in cruore vivere videtur: propter insigne, ac perenne miraculum sanguinis ejusdem, qui cum in ampulla

Martyrol. Rom. Baronius. hic. Tamayus hic.

Digitized by Google

vterea concretus contineatur, liquescere tamen, & fluere, vel ebullire, perinde ac si recens esset effusus, sæpe conspicitur, cum in conspectu capitis ejusdem martyris ponitur. *Ianuario* associantur vti ad passionem, & palmam *Desiderius*, *Socius*, *Proculus*, *Eutychius*, & *Acutius*, quibus vti ad passionem, palmam, & æternum festum gloriæ associatur *Festus* Diaconus *Ianuarii*: quibus, aliisque pluribus merito ad felicitatem æternam adjunguntur *Felix* martyr, & *Constantia* ipsa virilis animi matrona: nec non & Cordubensis martyr, ac virgo nobilis *Pomposa*, quæ flagrans ardore martyrii, clam è Monasterio exiens, per tenebras noctis cœlesti lumine illustrata, pergens, impio Arabum Judici se sponte præsentans, ac ipsi proponens Mahometanos errores respuendos, & Christi amplectendam fidem, pulcherrimam de se exhibuit pompam, cum suo effuso cruore pro Christo induit purpuram, ac geminata laurea Virginitatis, & martyrii, pomposè hodiernis associatur cœlestibus. Pro quibus, vertendo ad sacra spectacula Veterum, Themata habes, vt die 4. hujus mensis.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.

1326 Insuper, & cùm Gentiles Mercurium coluissent hoc die, quem varie encomiarunt, ac *ter maximum* fabularunt, ex dictis die 4. Januarii, & Augusti, habes inde plura Themata Christianizata citatis diebus, & opportunè hodiernis adaptanda Sanctis. Quòd si & hodierno die delirabant Veteres *Thoth*, sive Mercurio offerendo Mel, ficum, & Sanguinem: quæ prophanis servierunt, adapta sacris: per *Mel* hodiernos encomiando Sanctos vt num. 1032. per *Ficum*, vt num. 1191.

7.
8.
9.

1327 Pergo ad sanguinem, qui à Græco sermone nomen sumpsit, eo quòd *vegetet*, *sustentet*, vitamque in animalibus *confirmet*, sitque quatuor humoribus laudabilior, & amicabilior naturæ. Estque naturalis gustu, & tactu suavis, *sanguis* dictus dum est in corpore, *cruor* nuncupatus dum est effusus, eo quod currendo corruat: qui *sanguis* naturalis, & est *purus*, *calidus*, *subtilis*, *dulcis*, & *conservativus* vitæ, &c. Cumque hoc die delirarent Gentiles per sanguinem, cruorem humanum fundendo ad suum Mercurium, Thoth nuncupatum placandum, abjecta Veterum prophanitate, per relatas sanguinis proprietates, hodiernos encomia Sanctos, *Puros* castitate, & puritate vitæ: *Calidos* charitate, amoreque in Deum, & proximos: *Subtiles* discretione ad profliganda hostium tela: *Dulces* benignitate: *Conservatores* patrocinio. Sic martyres suum cruorem pro Christo fundendo fuerunt *sicut purpura Regis*, tincti suo sanguine, virtute Christi sanguinis, vt fortes facti bello, sanguinem sanguine, quod poterant compensarent. Horum fortitudinem prævidens Nahum Propheta dixit: *Clypeus fortium ejus ignitus* &c. vbi vertunt Septuag. *Arma potentiæ ejus*. Pagninus. *Clypeus ejus rubrefactus est*. Dicuntur martyres *clypeus*: quia sicut clypeus non offendens, sed ictus patiens, & jacula in se recipiens protegit, ita martyres patiendo, se, & fidem Christi defensarunt, vt canit Ecclesia:

Cant. 7. v. 4.

Num. v. 3. B. Mar. hic.

Cæduntur gladiis more bidentium:
Non murmur resonat, non querimonia;
Sed corde impavido mens bene conscia
Conservat patientiam.

Quare apte martyres mystice sunt clypei *Ignis* amore: *Armati* virtute: *Rubrefacti* proprio cruore: *Fortes* protectione. Cumque hoc loco, Clar. vertat. *Hastæ*. Tigurina, *Parma Heroum*. Calò *Scuta fortium*. Alii, *Vt ignis lampadarum*. Hinc habes multa pro hodiernis Sanctis martyribus, ad eos encomiandos clypeos.

S. Isidorus. lib. 20. cap. 2. Anglicus lib. 4. cap. 7.

DIES XX.

1328 Hic dies, qui & 12. Kal. Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 263.

Quo die, & tribus sequentibus *Mercurialia* erant dicata *Mercurio*, & per *quatuor* dies extensa, ex ipso Kal. Maffeiano, & Rosino lib. 4. cap. 13. Quæ sacra & agebantur à die 15 Julii, vt ibi dixi à num. 976.

Dies 20: *Feriarum Rusticarum* pro messibus actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis.

Dies *quinquagesimus*, & vltimus *Feriatus*, & *Festus* ob subactam Hispaniam, & reductam in Provinciam Romanorum, ex dictis cum Rosino, & aliis die 2. Augusti.

Dies *Solemnis* & *Feriatus*, apud Epicureos, dicatus *Epicureo*, ex dictis cum Roman, & Alexandro supra num. 49.

Dies *celeberrimus* Veteribus Romanis ob natalem *Romæ Vrbis*, & gentis illius auctoris, & constructoris Ita Ver. Kalendarii. Plutarchus in Vita Romuli fol. 36. Rosinus lib. 4. cap. 4.

Recu-

Reusnerus fol. 141. Gyraldus de Mensibus fol. mihi 617.

Hoc igitur die *Ludi Equestres* conscripti, in Romuli honorem. In quibus, delecti ex ordine Senatorio, Capitolium Circum Maximum, & cæteros Vrbis foros, & plateas circitantes lætitiam populo, & Civibus augebant, ac factis libationibus absque vino (quia in hisce Romuli sacris prohibitus fuit usus vini, vt notavit Gyraldus Synt. 17) sacra finiebantur. Ita Tamayus hoc die.

Quo tandem die agebant *Ludi Triumphales* decretos ab Octaviano Augusto Cæsare, ob insignes victorias partas celebratos; *Neptuno*, ac *Marti* consecratos. Ita Vec. Kal. Tamayus, & Beyerline hoc die, ac Rosinus lib. 5. cap. 22. Quos Ludos actos ob *Actiacam* victoriam, & extensos *per dies quatuor* putatur Tamayus citatus; at extensos *per dies quadraginta* ait Beyerline citatus hoc die.

1329 Dixi num. præcedenti fuisse hoc die natale Romuli, quem conceptum dixerunt die 23. Decembris, cum gemello fratre Remo, & hoc die ambo nati (vt observant Lucius Florus, Varro, & alii) *ad ortum solis*. De quibus & mellis fratribus *Romulo*, & *Remo* egi die 17. Februarii à num. 283. Dictis addo Veteres Romanos ita Romulum habuisse in veneratione, vt *Romuli tugurium*, intextum ex stipula de industria conservasse ad multa secula. Tum & *ficus arbor Romulea* nuncupata consecrata cunabulis Remi, & Romuli, servata super octingentos, quadraginta, annos arefacta fuit per annum Christi 17. quod juxta Tacitum lib. 13. Annal. prodigii loco fuit habitum. Idque factum Dei Consilio, vt hujus Romuleæ ficus arefactione significaretur veteris superstitionis Gentilismi abrogatio? sicut & arefactione arboris fici apud Hierosolymam ad Christi Imperium, præmonstratus fuit interitus infructuosæ Synagogæ, vt totum observat marginatus Baronius.

1330 Agebantur hoc die *Ludi Triumphales*, aut per *quatuor* aut per *quadraginta* dies extensi, & facti ob *Actiacam* victoriam. Hæc *Actiacæ Victoria*, ex Torniello, & Saliano contigit anno mundi 4023. Quo anno, ad *Actium* Epiri promontorium, commissa est navalis illa famosa pugna, in qua victo, fugatoque in Alexandriam Antonio, & Cleopatra in Cyprum, & Ægyptum, Octavianus totius Romani Imperii dominium solus obtinuit; anno Vrbis conditæ septingentesimo nono juxta Tirinum. Qui Cajus Octavianus (fuit nepos, ex sorore Julii Cæsaris) in infantia dictus *Thurinius*, dein *Cæsar* ex testamento avunculi, & *Augustus* cognominatus ex sententia Senatus. Et ab ipso Imperatore omnes subsequuti nomen sumpserunt *Augusti*, sicut nomen *Cæsaris* ab ejus prædecessore Julio Cæsare, vt inquiunt marginati Suetonius, & Tirinus. Quæ *Actiaca victoria* ad diem 2. Septembris refertur à Dione, Tirino, Torniello, & Saliano marginato in *Epitome* Annalium num. 5. ac Baronio in *Apparatu* ad Annales Ecclesiasticos num. 105. & nos diximus eo die. Ob quam Actiacam victoriam Octavianus Cæsar Augustus sacravit *Apollini* culto apud Actium, naves, & spolia plura capta, idque ipso die victoriæ, & 2. Septembris, vt Rosinus advertit.

1331 Fuerunt hoc die *Ludi Triumphales*, & (opinante Tamayo) ob Actiacam victoriam, sive extensi per dies *quatuor*, sive per *quadraginta*, vti dixi. Qui *Ludi celebrabantur post insignes victorias*, vt Rosinus advertit, addens, Ludos actos post *Actiacam victoriam* nonnunquam nuncupatos *Actiacos*. Vtque memoria *Actiacæ victoriæ* celebrior in posterum esset, Vrbem *Nicopolim*, apud *Actium* Octavianus condidit: Ludosque illic *Quinquenales* constituit, vt Suetonius tradit. Ipsoque die victoriæ, Cæsar *Apollini*, qui apud *Actium* colebatur, *triremem*, *quadriremem*, & alia navium genera vsque ad *eciremem*, ex capitis navibus consecravit, templumque majus extruxit, *Ludos Musicos*, & *Gymnicos*, ac certamen Equestre cum sacro Quinquenali constituit, vt ex Dione lib. 51. constat. Qui omnes Ludi, & *Actii* fuerunt nuncupati, non solum apud Nicopolim, sed & Romæ celebrati, ipso authore teste. Qui Octavianus & *Decennales* Ludos instituit, eo quod *Monarchæ* effectus, & hoc titulo insignitus, nuncupatos *Decennales*: quia maximo apparatu actos decimo Imperii anno, post quod aliud numerabat *Quinquennium*, & hoc axacto aliud *Decennium*: quod spectaculum *Festum renovationis* nuncupabatur. Solebat enim Octavianus constituto Decennali spectaculo, Ludorumque apparatu, Imperium populo resignare, quod tamen illico, quasi rogatus, recipiebat, ac per totam vitam continuabat Decennio-decimo Imperium, vt & aliis

Baron. in Appar. num. 105. Rosin. lib. 5. cap. 22.

Quo die habita.

Apollini Sacra.

Ludi Triumphales. Rosin. cit. Suet. in August. cap. 18. Dio. lib. 50. & 51. ad 53.

Quinquenales.

Musici. Gymnici. Actii.

Decennales.

Romulus, Remus. Flor. lib 1. cap. 1 Varro lib. 4. de L. L. Dionys. Hal. Hist. Rom. lib. 1. Baronius tom. 1 Ann fol. 45. n. 5 & ann. Xpi. 17. num. 59.

Actiaca victoria Torniellus A. M. 4023. num. 2. Salian. hoc anno. num 4. Tirin. in Chron. Sac. cap. 44. Suet. in Augustum cap. 7. Dio. lib. 50. & 51.

Digitized by Google

aliis Imperatores fecere; vt cum aliis citatis tradit Rosinus, quem vide.

1332 Fuit igitur hic dies Veteribus Romanis celeberrimus, ob natalem Romuli Vrbis, & gentis Authoris; at fecerunt eum sibi verè natalem nostri, qui ipso hoc die nasci meruerunt in Cœlo proprio cruore effuso pro Christo. Hi fuère *Eustachius*, & vxor ejus *Theopista*, ac duo filii *Agapius*, & *Theopistus*, qui Romæ martyrium consummarunt: ad quem palmam pervenerunt *Dionysius*, *Privatus*, aliique plures: *Fausta* virgo, & martyr, capite terebrata, clavis, toto corpore confixa, sartagini ignitæ imposita, voce de Cœlo vocata, veré faustum sibi præsentem reddidit diem, & sibi, & *Evilatio*, quem ad fidem convertit, & ipso hoc die laureatus martyrio: *Candida* Hispana virgo, cum *Martha*, & *Susanna*, quæ variis superatis tormentis, cœtu Martyrum associatæ. Pro iis igitur hodiernis cœlicolis Romuli picturam christianizatam habes die 29. Junii num. 904. vnde habes adaptandum Thema. Erant & hæc *Mercurialia* dicata *Mercurio*, hujus picturas habes die 14. Julii à num. 978. Themataque hodiernis adaptanda Sanctis à n. 984. Erant & hoc die *Ludi Triumphales*: vnde & per Veterum Triumphos *classes*, *colores*, & *coronus*, Themata habes die 20. & 23. Januarii, ac 29. Martii. Quòd si in Ludis Veterum erant sex Factiones, seu classes à coloribus distinctæ *Venetæ*, *Prasinæ*, *Albæ*, *Roseæ*, *Purpureæ*, & *Aurata*, & hinc, die 4. Septembris plura habes Themata, hodiernis accommodanda Sanctis.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

DIES XXI.

A. D. 264.

1333 Hic dies, qui & 11. Kal. Octobris Comitialis notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 2. quo agebant sacra *Mercurialia* dicata *Mercurio*, ex ipso Kal. Maffeiano, & ex dictis num. 1328.

Dies 21. *Feriarum Rusticarum* pro messibus actarum, vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis.

Dies 2. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies à Chaldæis habitus *Fœnestus*, ob pueros castratos, & in Persidem ductos à Præfecto Darii, ex Alex. ab Alex. & ex dictis num. 49. Quare in Kalendariis notatur hic dies *Aer. Ægyptiacus*, & Ominosus *Chalcedonis* ob lacrymabilem calamitatem, quam *hoc die* receperunt, de Præfecto *Darii*, abducti in Persidem; vbi & diutius in vinculis captivitatem pertulerunt. Ita & Gyraldus de Mensibus fol. 117. Tamayus, & Masculus hoc die.

Ad hunc diem refert Beyerline, cum Plutarcho natalem *Romuli*, & *Remi*, quòd nos ad præcedentem retulimus, cum Vet. Kal. & aliis ibi citatis.

1334 Dictis de *Romulo* addo, quod Acca Laurentia vxor Fastuli (dicta *Lupa*) eum lactavit. Qui Romulus leges statuit, dies festos instituit, inter quos; & dies festos *Arvales* nuncupatos, & *Ambarvales*, dicatos *Cereri*, & *Baccho*, quibus mactabant hostias pro vbertate frugum, & vini. Quæ hostiæ *Ambarvales* dicebantur, & antequam mactarentur ter circum *arva* ducebantur, vt testatur Virgilius

Terque novas circum felix eat hostia fruges.

Romulus. Virg. in Geor. 1. & l. 6. Æneidar. Gelius lib 6. c. 7 Bung. de num. fs à fol. 101. Calà quæst. 1. à num. 103.

Ac antequam attingerent præfatas hostias, ter se abluebant, & lustrabant vt in 6. Æneid dixit Virgil. sic:

Festum Arvale. & Rustica. Feriæ

Idem Ter socios pura circumluit unda.
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.
Lustravitque viros.

Ritus.

Et Ovidius lib. 7. Metamorphos, per hos versus:

Ter se convertit, ter sumptis flumine crimen
Irroravit aquis, Ternis & hiatibus ora
Solvit, & in dura summissio poplite terra.

Nec prætermittendus alter ridiculus ritus, vt bestiolæ maleficæ nuncupatæ *Erucæ* enecarentur, ad quod mulier menstruosa Ter circuibat vnamquamque aream, solutis crinibus, & nudis pedibus, vt Columella lib. 10. per versus sequentes refert, & cum eo Bungius:

At si nulla valet medicina repellere pestem
Dardaniæ veniant artes: nudataque plantas
Fœmina, quæ justis, tum demum operata inventa
Legibus, obscœno manat pudibunda cruore,
Sed resoluta sinus, resoluto mœsta capillo,
Ter circum areolas, & sepem ducitur hortis.

Quæ

Quæ cum lustravit gradiens (mirabile visu)
Non aliter, quam decussa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, vel tectæ corticæ glandis,
Voluitur ad terram distorto corpore campe.

Quæ hic adduximus sunt vt dimanata à Romulo institutore festi *Ambarualis*, seu *Arualis* (de quo festo, & vide dicta die 22. Maii, à num. 700.): tum & quia iis diebus, imò & per totum hunc, vsque ad Octobris Idus, agebantur *Feriæ Rusticæ*; quæ erant factæ *propter rem rusticam*, scilicet propter publicam vtilitatem, vt *pro messibus, & vindemiis colligendis*. In quibus Feriis hostiam *Ambarualem* sacrabant, quæ hostia *Ambarualis* nuncupata: quia circum *Arua* ducta, & ibi sacrata ab illis, qui pro frugibus faciebant sacra, vt citato die dixi, & Macrobius in Saturnalibus notat. Cumque Romulus *Arualia* festa instituisset, inde & instituit *Aruorum Sacerdotes* duodecim, seque inter illos annumerari voluit. Quorum officium erat mactare hostias *Cereri*, & *Baccho*, pro frugum vbertate, vt citatus Cæsar Calà tradit quæst. 1. à num. 103.

Calà citat. & q. 3. à n. 179. Macrob. lib. 3. Sat. cap. 5.

1335 Hic dies igitur, qui apud Gentiles habitus jam infaustus, jam festus, feriatus, & triumphalis; apud nos sit faustus, veré triumphalis, & festus: quia dicatus *Matthæo* Apostolo, & Evangelistæ, ac Martyri. Matthæo associantur ad palmam martyrii *Alexander*, *Eusebius*, & *Isacius* præsules: *Iphigenia* regia virgo Deo dicata, & choro virginum associata: aliique plures cœlitibus associati. Pro iis igitur veris Christi triumphatoribus per coronas Veterum triumphantium, habes die 3. Junii Themata adaptanda num. 784. ac 29. Martii, num. 493.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3.

1336 Si igitur hic dies fuit apud Veteres & triumphalis, ac feriatus pro messibus, potiori jure, ad sacra vertendo, sit dicatus Sancto Matthæo: qui inter omnes planè Sanctos (ait B. Pet. Damianus) qui cœlesti gloria, de *triumphato mundo* victoriæ titulos intulerunt, videtur *insignis*, *conspicuus*, inter eosque obtinere *dignitatis principatum*: quia primus Evangelium scripsit, & fidelibus quoddam quasi *speculum* procuravit, & tamquam *Dux* scribentibus *vexillum* prætulit. Censetur igitur *maximus Evangelista*, qui *calamo floruit*, & primus extitit in Christi Ecclesia scriptor, & auctor. Quæ & alia elogia apud marginatos Damianum, & Haye vide. Matthæus igitur in Æthiopia prædicavit, patravit miracula, *universam provinciam ad Christi fidem convertit*, Iphigeniam regiam filiam Deo sacravit, ac cœtui magno virginum præfuit: passus sub Hirtaco, & appositio igne domui Iphigeniæ, ad hanc, cum cæteris virginibus cremandam, apparuit, & ab earum domo omnem excussit ignem, qui erumpens Hirtaci palatium invasit, & incendit, ac consumsit. Hujus S. Apostoli, & Evangelistæ corpus in Civitate Salerni quiescit, à quo sacro corpore fluit cœleste munus scilicet *manna*, vt Calà marginatus tradit. Cumque hoc die delirarent Gentiles in *aruis*, pro suis segetum Feriis; & *aruæ* in perfecto anagrammate vertatur *vara* Hispanè, Latinè *virga*. Hinc vertendo prophana ad sacra S. Matthæum encomia *virgam*: enim hic S. Apostolus, & Evangelista multipliciter fuit virga: *Ducens*, & *Decorans* Evangelio: *Florens* virtutibus: *Protegens* patrocinio.

B. Petr. Dam. ser. 49. Haye Proleg. Nov. Testamen. sect. 4. cap. 1.

Offic. Eccles. Hist. Lomb. lect. 135.

Calà quæst. 1. n. 331. fol. 70.

4.

1337 *Matthæus* ad telonium implicatus lucrativis vsibus à Christo vocatus illa voce *sequere me*, promptissimè obediens, repentè in alium virum, imò Apostolum mutatus est, vt relicto telonio, opibus, familia, &c. Christum sequutus sit, ejusque mores induerit, ac *de terra sublatus in fortitudinem ferri convaluit, cujus videlicet lingua quasi acutissimo gladio, Evangelii administratione Dominum in fidelium corda transfixit*, vt ait S. Gregorius. Qui Apostolus S. Birgittæ oranti ad ejus sepulchrum revelavit, inquiens: *Cum illud* (Evangelium) *scriberem, tantus divinæ inflammationis ardor perseverabat mecum, quod si tacère voluissem, nullatenus præ ardore intenso potuissem*. Fuitque S. Apostolus triplex mystica virga. *Ferrea* feriens gladio Evangelicæ prædicationis: *Argentea* sonans virtutibus, famaque sanctitatis, & miraculorum: *Aurea* charitate ardens. Quod si Veteres *virgam auream* tribuebant Mercurio in signum *Ornatus*, *Dignitatis*, & *Excellentiæ*, & hæc Christianiza, verteque ad S. Matthæum, eum encomiando *Ornatum* omnigena virtute: *Dignificatum* dignitate Apostoli, & Evangelistæ: *Excellentem* donis, miraculis, patrocinioque.

S. Gregor. 18. Moral. cap. 16. Alap. Prol. in Matth. S. Birgitta lib. 1. Revel. cap. 129.

5.

Pie. Val. lib. 15. cap. 48.

6.

1338 Fuit & S. Matthæus *Æthiopiæ Apostolus, & virginitatis victima*: enim

Alap. citat.

fuit

Virgil. lib. 2. Ænei 1. Gyrald. synt. 13. fol. 439.

fuit occisus ab Hirtaco Rege, eo quod Iphigeniam regis filiam, quæ virginitatem Deo voverat, ipsi in vxorem dare vellet. Si igitur Veteres coronabant victimas, & mysticam Christi victimam, Matthæum encomia laureatum *Virtute, Doctrina, Martyrio, Protectione.* Insuper Matthæus interpretatur *Donatus, Donum*, vel *Donator* consilii. Fuit vocatus, & *Matthæus*, & *Levi.*

7.

Lyran. lib. Differenr. Alap. citat. Hist. Lomb. lect. 135.

Dicitur *Matthæus* à Magno, & theos, quasi *Magnus Deo.* Vel à manus, & theos, quasi *manus Dei.* Dicitur *Levi*, ideſt, Assumptus, Applicatus, Additus, aut Appositus. *Assumptus* ab exactione vectigalium, ad perfectam sequelam Christi: *Applicatus* numero Apostolorum, & consortio Evangelistarum: *Appositus* cathalogo martyrum, & hinc Magnus apud Deum, in cujus stupendis operibus effulsit manus Dei, qui evexit tantum Apostolum, & Evangelistam ad tam miram magnitudinem.

8.

DIES XXII.

A. D. 265.

1339 Hic dies, qui & 10. Kal. Octobris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. quo agebant sacra *Mercurialia* dicata *Mercurio*, ex ipso Kalend. Maffeiano, & ex dictis num. 1328.

Dies 22. *Feriarum Rusticarum* actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus mensis.

Dies 3. *Ludorum Triumphalium* actorum, per dies 40. pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies *Æquinoctialis* in quo incidit *Æquinoctium Autumnale.*

Constantius Felicius fol. 112. & cum eo hic Tamayus, referunt ad hunc diem primum *Consulatum* Octaviani Augusti, anno Vrbis 709. à quo die plures Scriptores Imperium Augusti enumerant.

Fuit & hic dies *Triumphalis*, & celebris Romæ ob triumphum, quem anno Vrbis 419. M. Valerius Corvus reportavit de *Samnitibus.* Ita Goltzius fol. 141. & cum eo Tamayus, & Masculus hoc die.

1340 At ipso hoc die sanè celebrior fuit nostratum triumphus partus à legione Thebæorum, de impietate Maximiani Cæsaris: quæ legio, constans ex sex millibus sexcentis sexaginta sex militibus Christianis duce, exortanteque *Mauritio*, tota fuit laureata martyrio; ad quam palmam pervenerunt *Ionas* presbyter, *Emmeramus* præsul, aliique plures, cum quibus *Iraidis* virgo Alexandrina, quæ egressa ad hauriendam aquam è fonte, cum vidisset navim onustam confessoribus Christi, relicta hydria, protinus se illis adjunxit, ac post prima omnium post multa supplicia, capite cæsa est, deinde presbyteri, diaconi, virgines, aliique omnes pro Christo passi, & martyrio laureati. Porro ad decus, & dignitatem quandam triumphantium opportunè accedit *Digna* virgo, & præterea post tot emerita stipendia fortitudinis, ipsa occurrit *Emerita*: quibus, aliisque ad pulchritudinem, & fragrantiam virtutis associatur *Florentius* presbyter Pictavensis. Hi sunt hodierni triumphatores Christi, qui suis veris, glorioſisque triumphis veterum triumphantium obruerunt gloriam. *S. Mauritii* Ducis Legionis Thebæorum reliquiæ aliquæ quiescunt Abulæ in Conventu S Josephi Sanctimonialium Carmelitarum Excalceatarum; at major pars earum est apud Manresam in Principatu Cathaloniæ. Vide pro iis Vinc. Domenec, Histor. SS. Cathalon. lib. 1. fol. 85. col. 3. & P. Bollando in Acta SS. tom. 2. fol. 360. Vbi Translationis Acta *S. Mauritii*, cum SS. Fructuoso, & Sociis ad amussim recensentur. In relato Cathaloniæ Principatu, ac in Regali Cœnobio *S. Cucuphatis del Vallès* adservantur Corpora SS. MM. *Thebeorum Candidi*, & *Concordii*, ex quibus *Candidus* præfatæ Legionis Signifer. Quo in Monasterio est Breviarium M. S. vetustissimum, in quo sunt lectiones, Acta agonis, ac horum SS. sequens Hymnus:

Domenec Hist. SS. Cathal. lib. 1. fol. 85. & 91.

Voces addamus vocibus,
Intus latemur cordibus,
Pace Sanctorum socia,
Recolentes exitia.
Triumphavit Mauritius,
Cujus, & Exuperius
Cum Victore, & Candido
Adjunctus est consortio.
Non terret hos ferocitas,
Nec dolorum immanitas,
Parati nam sunt libere
Calicem mortis bibere.
Subiectos inde milites
Hortantur, quòd & limites
Adquirant Cœli, & gaudium
Cum corona martyrii.
Est Angelorum vnio
Ex istorum collegio,
Sanctorum laudans Dominum;
Verumque Patrem luminum.

Martyrol. Rom. Hist. Lomb. lect. 136. Tamay, hoc die.

Pro

Pro nobis prece supplici,
Voto Sancti vnanimi
Orate Deum quæsumus,
Vt plaudat nostris cantibus.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Pro iis igitur veris triumphatoribus Christi, verte ad sacra Veterum triumphos, descriptos die 20. Januarii à num. 132. & ibi habes num. 134. Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & per factiones, classesque triumphantium distinctas à distinctis coloribus, alia habes Themata die 5. Januarii. Tum & aliis diebus plura alia ipsis adaptanda triumphatoribus.

Hist. Lomb. lect. 136.

1341 *Mauritius* dicitur à *mari*, quòd vomens interpretatur, vel durus: & *vs*, quod interpretatur *consiliator*, vel *festinans*. Vel dicitur à *mauro* quòd secundum Isidorum Græcé dicitur *nigrum*. Ipse namque fuit *Amarus* pro idolatricis offensis contra Deum commissis: *Vomens* per abiectionem superfluorum: *Durus*, & *Firmus* per tormentorum perpessionem: *Consiliator* per commilitonum exhortationem: *Niger* per humilitatem, & sui despectionem: *Festinans* per fervorem charitatis, religionis, ac bonorum operum multiplicationem.

DIES XXIII.

A.D. 266.

1342 HIc dies, qui & 9. Kal. Octobris, *Nefastus primò* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. quo agebant sacra *Mercurialia* dicata *Mercurio*, ex ipso Kalend. Maffeiano, & ex dictis num. 1328.

Dies 23. *Feriarum Rusticarum* actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus.

Dies 4. *Ludorum triumphalium* actorum; per dies 40. pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies Veteribus Romanis *Celeberrimus*, & *Faustissimus* ob natalem *Augusti Octaviani*, qui post Cæsar, & Imperator. Ita Suetonius in Augustum cap. 5. Kal. Maffeianum. Gyraldus de Mensibus fol. 617. Hospinianus cap. 24. fol. 135. Baronius tom. 1. Annal. anno Augusti 57. num. 5. aliique plures.

Ludi Natalitii acti *bidno*, hoc scilicet die, & sequenti. Nuncupati *Natalitii*: quia in natalibus Magnorum virorum celebrati. Actique solemni pompa, festivo cursu, faustuque regio *per biduum*. Ita Suetonius in Augustum cap. 57. Rosinus lib. 5. cap. 4. & 23. vbi agit de pompa horum Ludorum, & nos egimus supra die 28. Februarii à num. 341.

Quo die *Cursus Equorum* instituti Romæ in perpetuum. Ita Kal. Rom. & Beyerline cum eo, ac Hospinianus cit. cap. 24. cum Dione.

Octaviani Natalis.

1343 Fuit igitur dies præsens Veteribus Romanis solemnis, ob natalem Octaviani Augusti, nati *IX. Kal. Octobris paulo ante Solis exortum, regione Palatii, ad Capita Bubula*, aiunt Suetonius, Rosinus, & alii. Quem diem coluerunt & Equestris Ordo, pluraque Collegia. *Quibus arca erat communis ad festivitatis ejus impensas*, vt Casaubonus in Suetonium observat. In hujus Octaviani Augusti Imperii anno 42. natus fuit Christus Dominus toto orbe in pace composito. In cujus Augusti honorem duo Templa fuerunt erecta, vnum Cæsareæ, alterum in Panio, vt cum Philone, & Josepho Baronius ait tom. 1. Annal. ad annum 57. Augusti num. 10. Ad tantam enim insaniam Gentiles devenére.

Sueton. in Aug. cap. 5. & 57. Rosin. lib. 4. cap. 13. Casaubon. ibi. fol. 197.

1344 Hic igitur dies celebris, festus, & Ludorum apud Veteres, ob natalem Octaviani Augusti, augustior sit apud nos: enim dicatus *Lini* natalitio in Cœlis, ei scilicet, qui post *Petrum*, primus hierarcha suffectus est, Romanam gubernans Ecclesiam. Dicatus etiam natalitio *Sosii* diaconi Misenatis, qui cum in Ecclesia legeret Evangelium, de illius capite flammam exurgere vidit Sanctus Episcopus Januarius, & martyrem pronuntiavit, vt paulo post, factum fuit. Quo die & nasci meruerunt in Cœlis, cum Martyrii laurea, *Andreas*, *Ioannes*, *Petrus*, & *Antonius*, ac *Paternus* Constantienses præsul, & Cives Toletanus, quos apud marginatos vide. Sacratus est & natalitio in Cœlis *Xantippæ*, & *Polixenæ* sororum, Hispanarum Origine, quæ sanguine nobilissimæ, virtutibus claræ, fine glorioſæ. Dicatus tandem natalitio in Cœlis *Theclæ* Iconiensis, illustris virginis, & martyris; quæ miris SS. PP. laudibus celebrata, Origine paterno Hispana, ex patre Celtibero, fuit. Si igitur hoc die Veteres cursus Equestres agebant, spectacula, Ludosque celebrabant ob natalem Octaviani Augusti, verte classes, & colores Veterum ludentium, pro natalitiis hodiernorum Sanctorum in Cœlis, & iis adapta Themata, vt die 4. Septembris, à num. 1237. dicta ibi pro hodiernis accommodando Sanctis.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die. Flav. Dex. ann. 130.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

1345 In numismatibus Augusti Cæsa-

Digitized by Google

Pier. Val. Comment. lib. 2 cap. 6. fol. mib. 637. Fabulæ. Calepin. verb. *Capricor.*

Cæsaris Octaviani sculpebant Veteres *Signum Capricorni*, quo adumbrant *summam felicitatem nascentis*: quia fabularunt animas nascentium sub hoc signo, solutas corporis vinculo, rursus in Cœlum conscendere, vt sint divinæ naturæ participes. Cujus signi picturam, & alia adduxi die 3. Martii, num. 373. Ibi dixi imaginem hujus signi habere Stellas 28. ex Chaves, sed alii autumnant habere tantum 18. quas sic distribuit Calepinus, *vnam* in naso, *duas* in pectore, *duas* in pede, *septem* inter scapulas, *sex* in ventre, *duas* in cauda. Fabularuntque, quòd hoc signum fuit *Panæ*, qui perterritus repentino adventu Typhonis in Ægypto, commutavit posteriorem partem in effigiem piscis, priorem verò in formam hirci: cujus ingenium admiratum Jovem ferunt, hanc figuram transtulisse in Cœlum. Alii volunt Capricornium fuisse collactaneum Jovis, nutriendus datus Amaltheæ, quum ipsa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hedos, quos Jupiter vnà cum matre in Cœlum transtulit. Fabulis igitur Gentilium abiectis, signum est cœleste *Capricornum* nuncupatum: quia sicut *Caper* libenter petit superiora, ita Sol ibi existens incipit iterum ascendere per circulos borcales, vt cum S. Isidoro marginati advertunt; additque Berchorius cum Micale, quod domus hujus signi est *dominii, regni, gloriæ, & imperii*: quare in *ascensu* Capricorni adumbratur, quòd ad superiora tendendo omnia hæc acquiruntur, imò & *Gaudium*, fructus Sanctorum (Geminiano teste) adumbrantur in hoc signo. Huic signo attribuunt Astrologi tres facies: 1. *Jovis*, & hanc adumbrat bonitatem: 2. *Martis*, idest luctam, & laborem: 3. *Solis*, idest gloriam, & honorem, vt Berchorius advertit. Per quas tres facies, vertendo ad sacra, & Theclam, & alios encomia hodiernos cœlicolas *Jovis* mysticos bonitate Christianarum virtutum: *Martis* lucta, & labore pro sequenda, & defendenda religione Christiana vsque ad mortem: *Soles* post mortem gloria, & honore coronatos à Deo. Sic signum, & tesseram Octaviani habes ad sacra versa: cumque hoc in signo sculptum esset Capricornum dictum à capra, perpende & dicta die 4. Julii, à num. 930.

S. Isidor. Anglic. lib. 8. cap. 19. Berch. in Red. lib. 5. cap. 19.

Geminia. lib. 4. cap. 31.

1346 Est hic dies dicatus *Theclæ* inclitæ virgini, & martyri, imò & *Protomartyri* feminarum: de qua plura narrantur apocrypha, plura germana, & vera: quare, etsi præter morem nostrum, non incongruum, imò jucundum speramus lectori, hic sub brevitate recensère acta germana hujus heroinæ. Fuit pater *Theclæ* Hispanus Celtiberus Tarraconensis dictionis, qui *Iconium* pergens, ibi contraxit matrimonium cum *Theoclea* nobilissima fœmina, sed gentili durissima, vt cum Luitprando tradit Tamayus; adducens sequens carmen ipsius Luitprandi:

Ex celtiberâ genitor fuit vrbe profectus;
Illeque quos deamat filia Thecla fovet.

Germana Acta S. Theclæ.

Origo.

Luitp. in Adver. n. 46. & 47. Tamay. hoc die, & tom. 3 die 15. à fol. 253. S. Aug. Cont. Faust. lib. 20. cap. 4.

Quæ Thecla cum venustissima foret, & decora, ingentique ingenii discretione sublimis, post Parentis obitum, à Matre, juveni sponso Tamyro nomine desponsata fuit. Quo tempore S. *Paulus* Apostolus *Iconium* profectus, & prædicatione Apostoli *Thecla* fuit ad Christum conversa, & adeò mutata, vt suam virginitatem Domino consecraret, & Tamyrum repudiaret: *In amorem perpetuæ virginitatis incensa*, vt ait S. Augustinus. Contempsit terrena, cœlestia quærens, in idque tota intenta, cupidaque doctrinæ Pauli, gemmas distractas, pecuniam inde acceptam donavit custodi carceris (quo Apostolus Iconii detinebatur inclusus) *vt ad Pauli colloquium* sibi pararet aditum. Vt impia Mater Theclæ hanc intellexit mutationem filiæ, oravit Judicem, vt filiam suam vivam flammis inureret. Rogo ei parato, Crucis signo armata, se ipsam injecit læta, in ipsoque rogo securissima, prorsusque impavida constitit. Cum ecce terribilis coorta tempestas adeò copiosos imbres nubibus expulit, vt incendium extinxerit, expectatores omnes in fugam conjecerit, sancta virgine ita illæsa divinitus servata, vt nec pilus quidam corporis, aut vestimenti fuerit adustus.

S. Amb. de Virg. lib. 2. Tamay. hoc die. Baron. n. 7.

1347 Venit Antiochiam, deditque se totam operibus *pœnitentiæ, jejuniis, vigiliis*, & *precibus*. Vnde denuò accusata, & ad Judicem adducta, eximie vrgente sponso Tamyro, *Thecla* damnata fuit ad bestias, *quæ mansuetæ divinitus factæ, illi blandiebantur, naturam bestiarum virginitatis veneratione mutarunt*, vt ait S. Ambrosius, & Baronius cum eo: enim advolutæ feræ ad Virginis pedes, eos lingebant. Postero die Leonibus, & Ursis obiecta, & Tauris alligata, vt illis in diversa incitatis, sic discerperetur,

1. Triumphat de Igne.

2. De Feris.

qui

qui naturalis feritatis obliti Virginem obstupuere.

1348 At Tyrannus ferior feris *Theclam* jussit conjici in foveam plenam serpentibus venenatis, & ex omnibus Jesu-Christi gratia liberatur. Enim ecce *nubes igneæ Cœlo dilapsa bestias omnes occidit, & Virginem salvam, incolumemque servavit*, tertio jam gloriosè triumphantem, vt Tamayus, aliique marginati observant. Quare ob rem: cum populus tanta miracula vidisset, clamavit: Deum *Theclæ* esse adorandum. Vnde Proconsul veritus furorem populi, Sanctam Virginem ab omni pœna absolvit. Hinc *Seleuciam*, profecta admirabili sanctitate vixit, gentes illas illuminans splendore virtutum, virtutibus, & miraculis clara, nonagenaria migravit ad Dominum, ac Seleuciæ sepulta est; vt Tamayus, aliique observant. Addo ex Baronio, quòd *pugnanti Theclæ divina virtute astitit persona (puta Angelum) humana imagine, præferens vultum Pauli.*

3. De *Serpentibus*. Offic. Eccles. Baron. cit. n. 9. Tamayus citat.

1349 Tumulus *Theclæ*, qui erat Seleuciæ, multis miraculis illustratus, solitus visitari celebri populorum concursu totius Orientis, ait eum PP. Baronius. Ad annum Domini 633. sub Audaee *Tarraconensi* præsule: *Arca per Mare Mediterraneum, Angelo duce, delecta est Tarraconem, cum parte corporis S. Theclæ Virginis, & Martyris, & excepta cum ingenti gaudio Præsulis, & Civium, visa inscriptione intus reperta, miram Hispaniæ attulit lætitiam*, vt cum Luitprando observat marginatus Tamayus: addens aliam translationem *Brachii S. Theclæ* factam ad annum 1319. sub Jacobo Aragonensium Rege, qui Oratores misit ad Onsinum Armeniæ Regem, pro tanto Brachio, quod obtinuit, ac Tarraconem translatum, magna veneratione, solemnique pompa à Prælatis, populo, Proceribus, ac ipso Rege 2. assistentibus, in Metropolitana Tarraconensi Ecclesia collocatur honorifice, servatur, & assidua veneratione colitur; Nec tantæ Translationis festivitati defuére miracula. Nam Sacerdos nomine *Raymundus Castellon* cæcus per annos sexdecim, invocato nomine *S. Theclæ V. & M.* protinus visum oculorum recepit, stupentibus Rege, Infantibus, Præsulibus, Proceribus, & omni plebe. Fœmina quædam vxor *Raymundi Palmer*, quæ per biennium laboraverat epilepsia, ducta in Ecclesiam, vbi reliquia erat condita, vt ante *Reliquiam* pernocta-

Baron. cir. n. 13. Tamay. hoc die, fol. 293. & tom. 3. die 19. Maii, fol. 253. ad 256.

Translatio 1.

ret, emisso voto, de offerendo S. Virgini, & Martyri sex librarum cereo, in extasim involuta, demum excitata, libera, & sana fuit reperta. Jura sua defendit *S. Thecla*, vt fuit expertus *Petrus* hujus nomine 4. *Aragonum* Rex, qui distrahere cupiens possessiones Tarraconensis Cathedralis Ecclesiæ, dimisit militem adversus eas armatum, qui penitus omnes devastavit. Quod sacrilegium B. V. & M. vindicavit: nam noctu Regi apparens, *illi alapam inflixit*, qua infœlix Rex brevi è vivis discessit. Hæc ex antiquis monumentis Tarraconensis Ecclesiæ, Domenec, & cum eo Tamayus.

1350 Hanc celeberrimam heroinam celebrant SS. PP. variis encomiis, & cum Patribus Baronius citatus à num. 9. ad 13. vt *Virgo, Martyr, Discipula*, & *Primogenita* Pauli, *Columna* immortalitatis pudicitiæ, *Protomartyr* fœminarum, quòd prima omnium pro Christi nomine in certaminis campum descenderit, & impietate postrata triumphum revexerit, *Caput* victoriarum, ac trophæorum, mulierum. Quibus ex præconiis Themata efformare poteris pro tantæ Virginis natalitio.

DIES XXIV.

1351 Hic dies, qui & 8. Kalendas Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Mas. A. D. 2671

Dies 24. *Feriarum Rusticarum* actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus.

Dies 5. *Ludorum Triumphalium* actorum per dies 40. pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies 2. & vltimus *Ludorum Natalitiorum* actorum pro natalitio Octaviani Augusti, ex dictis num. cit.

Dies *Triumphalis*, & celebris Romæ ob duplicem reportatum triumphum. Quorum alterum A. Cornelius Cossus de *Samnitibus*, anno V. C. 710. Alterum Constantinus Magnus Imperator, de *Maxentio* Cæsare, & Tyranno, anno Christi 312. Ita Goltzius in Fastis Triumphalibus fol. 103. Reusnerus in Diario Hist. fol. 142. ac Tamayus hoc die.

1352 Veteres Romani se exercebant hoc die in triumphis; verùm hanc triumphi gloriam meritò, ac jure sibi vendicant nostrates veri victores hodierni, vt *Andochius*, & *Thrysus*, Augustodunenses martyres, quibus ad triumphi martyrii gloriam, & felici-

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die, à fol. 304.

Digitized by Google

tatem æternam; meritò fuit socius *Felix*; qui variis superatis tormentis, devicto igne, in quo missi, & non combusti, tandem vectibus eorum colla feriuntur, & glorioſissimè coronantur. Iis ad eandem lauream meritò adjunguntur *quadraginta novem* Martyres Chalcedonenses, qui post belluas divina vi superatas, & Diocletianum devictum, pulcherrimo spectaculo, gladio percussi in Cœlum migrarunt. Ad triumphi gloriam, & pervenére *Gerardus* præsul, & Pannonienſis martyr, ac *Paphnutius* Hiſpanus Anachoreta, & in Ægypto, sub Diocletiano, martyr cum sociis plurimis, ex quibus *Paphnutius* palmæ affixus, cœteri ferro necati, & omnes laureati martyrio: quibus ad gloriæ coronam *Rusticus*, aliique illustres associantur Confessores.

Acta S. Paphnutii. Metaphr. & Tamayus cum eo hoc die.

1353 Fuit *Paphnutius* Heremita, & Martyr Origine Hiſpanus, ex Vrbe Vetustiſſima in *Bastetanis* Populis dictionis Tarraconenſis Citerioris, Vocitata *Lacedæmone*, ex qua hic Inclytus Martyr fuit Oriundus: ab adoleſcentia Chriſtianus, qui relicta Patria, & Parentibus perrexit in Ægyptum, & ibi in montium Caeuminibus conſtructo oratorio, vitam Eremiticam per plures annos exegit. Perſequente Ariano Præside Ægypti Chriſtianos, Paphnutius monitus ab Angelo, ipſi apparente, vſque ad Nilum comitante, & ibi diſparente; Ariano ſe præſentavit inquiens: *Ego ſum Paphnutius Chriſtianus, quem tot militibus quæris*; quare laceratus fuit; quoad ipſius inteſtina in humum dejecta. Sed ille Deum invocavit. Tunc Angelus ſtetit ad dexteram ejus, cujus inteſtina ſuſcipiens in ventrem ipſius conjecit, & integrè ſanum martyrem reliquit. Quo viſo *Dionyſius*, & *Callimachus* milites ad Chriſtum converſi, ſecuri percuſſi martyrium compleverunt. *Paphnutius* verò carceratus fuit, quem luce cœleſti fulgentem viderunt *quadraginta Magiſtratus* carcerati, qui protinus provoluti ad Paphnutii pedes nomina dedére Chriſto. Tunc S. Martyr eos duxit ad Tribunal Ariani, & in conſpectu Præſidis liber evanuit; Magiſtratus autem illi Chriſtum confitentes, igne combuſti martyrium complevére Poſt Paphnutius ambulans per vrbem, accesſit ad domum cujuſdam ditiſſimi hominis, nomine *Neſtorii*, qui cum *vxore*, & *filia* occultè Chriſtum colebat: eos docuit quærendos theſauros in cœlis, & omnes ſecum ducens ad Tribunal, coram Præſide ſiſtens, Sociorum fidem palam propalavit. Tunc Satellites S. Virum arripere fatagentes, vacui remansére, & ſtupefacti; nam ex eorum manibus illum arripuit Angelus Domini. Neſtor, vxor, & filia libera voce ſe Chriſtianos profitentes, poſt diros cruciatus martyrium conſummarunt. Deinde S. Vir ibat per portas Civitatis quærens, qui vellent ire ad bravium. Cumque exiiſſet ab vrbe invénit *ſexdecim* pueros, filios illorum Quadraginta Martyrum, ac Magiſtratuum, quos ignis abſumerat, euntes ad gymnaſium, quos in fide edoctos, & confirmatos, ipretis erroribus Gentilium, alacres poſt Paphnutii terga, ad Tribunal accurrerunt, Chriſtum confitentes: quare Præſes mandavit XV. Jaculis transfigi. Alterum comburi igne. Tum S. Anachoreta Civitatem deſerens, properavit ad littora fluminis, & inveniens *octoginta quatuor* homines piſcatores, eos convertit ad Chriſtum, cujus amore ſuccenſi, præeunte Paphnutio ad Tribunal accurrerunt; & ipſo à carnificibus ligato, illi Chriſtum Deum confitentes, percuſſi gladiis obierunt.

1354 Poſt Arianus ad ſe accerſitum B. *Paphnutium* inculcat, & ferrea rota, cum acie gladii lacerari jubet, vti factum fuit, & in quatuor partes diviſus, ac fruſta corporis Sancti projecta ſupra faſtigium Templi, vt pos aves Cœli devorarentur. At non ita factum: enim nulla avis illuc advolabat. Tunc Angelus fruſta corporis congulavit, & ſtupendo miraculo reddita anima corpori, ſuſcitatus à mortuis *Paphnutius*, & nube ſubtectus ad forum devenit, & Arianum ſuos judicantem invenit, ac poſitus ante eum clamavit: *Ego ſum Paphnutius à te diſcerptus. Quare convitiaris Nomen Domini mei, & contumeliosè appellas eum, qui cuncta creavit? Ecce vt Dominus meus Ieſus Chriſtus me in priorem formam reſtituit, & miſit, vt arguam te inſipientiæ tuæ, &c.* Quo viſo ab *Euſebio* Præfecto cum militibus ſuis quadrigentis, qui coram Ariano Præside, ſe Chriſtianos eſſe clamarunt, & per ignem martyrium conſummarunt. His peractis, B. Paphnutius dejectus fuit in flumen, collo ejus alligata molla, ſed ſedens ſupra mollam liber enavigabat, & de Idòlis irridebat. Tunc Arianus & *B. Paphnutium*, & cauſam ipſius remiſit ad Diocletianum Imperatorem; qui cum S. Viri Acta legiſſet, juſſit crucifigi in arbore

Palma,

Digitized by Google

Palma, & sic martyrium consumavit. En stupenda Acta Inclyti Martyris Hispani *Paphnutii*, qui plus *Quingentos quadraginta* cum laurea martyrii duxit ad Christum, vt Tamayus, Metaphrastes recensent. Pro iis igitur veris Christi triumphatores veros: vertendo Veterum triumphos ad sacra, plura habes Themata remissivè, die 22. hujus mensis num. 1340.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Hoc in die occurrit quoque B Dalmacius ex ordine Predicatorum Confessor, natione Hispanus, ex Oppido, cui nomen *S. Coloma de Fernès*, oriundus. Acta illius vide apud Tamayum hoc die tom. 5. à fol. 307.

DIES XXV.

A.D. 268.

1355 Hic dies, qui & Kalend. Octobris: *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Martyrol. Roma Tamayus hoc die.

Dies 25. *Feriarum Rusticarum* actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. huius.

Dies 6. *Ludorum Triumphalium* actorum per dies 40. pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Quo die *Veneri Sacrum* dicabant. Ita Vet. Kal. & cum eo Rosinus in suo lib. 4. cap. 4. ac Gyraldus fol. mihi 117.

Ipso hoc die victimas humanas immolabant *Saturno*, & *Mamæ* monitu Herculis. Ita Vet. Kal. & cum eo Masculus, & Tamayus hoc die.

Dies *Triumphalis triplici* ornatus *triumpho*, quibus Roma fuit nobilitata à Veteribus. Nam P. Sempronius triumphavit de *Æuis* anno V.C. 449. M. Fulvius Petitus Cons. V. C. anno 454. de *Samnitibus*. M. Valerius Messala Corvinus Proconsul, V. C. anno 525. de *Gallis*, spolia opima retulerunt. Ita Reusnerus fol. 142. Tamayus, Masculus, & Beyerline hoc die.

Quo Darius Rex Persarum victus ab Alexandro Magno. Ita Diodorus, & cum eo Beyerline citatus.

Saturni Sacrificia.

1356 Dixi, quòd *Saturno* sacrabant humanam victimam. In hisce feralibus sacrificiis, humano sanguine cruentatis, delirabant quamplures Veteres, de quo Halicarnaseus inquit: *Fama est, antiquos* Saturno, *Veluti Cartagine, antequam vrbs everteretur, & vt fit apud Celtas hoc etiam tempore, & in plurib. locis apud Hesperias nationes, sacra facere solitos, in quibus homines cederentur.* Et quamquam Plinius testetur Romanos abstinuisse ab hoc ferali ritu, suos adulans Romanos Veteres; At Plinium confutat Tertulianus inquiens: *Ecce in illa Æneadarum vrbe, priorum est, Iupiter quidam, quem ludis suis humano polluunt sanguine, idem Saturno faciunt quem infantuli morte placant.* Ita & Lactantius, aliique, cum quibus Tamayus. De quo impio Veterum sacrificio jam supra plura tetigi.

Halicarn. lib. 1. Hist. Romanor. Plin. Hist. Nat. lib. 30. cap. 1. Tertul. in Apolog. cap. 9.

1357 Hoc igitur die: quo in tantum delirabant Veteres, vt Saturno, dœmonique immolarent humanas victimas, nobis veniunt venerandi heroës plures, pietate, & religione insignes; qui spontaneas victimas se tradiderunt pro Christo. Hi fuère *Cleophas* Christi discipulus pro confessione illius; ea in domo, qua Domino paraverat mensam: *Herculanus* Romanus martyr gladio cæsus: *Paulus*, & *Tatta* ejus conjux, cum filiis *Sabiniano, Maximo, Rufo*, & aliis viginti sex: iis præter alios, associatur ad martyrii lauream præsul Illustrissimus *Firminus* nobilis Civis Pampilonensis, filius Firmi, hujus Civitatis Senatoris, qui *Firminus* Pampilonensium extitit *Civis*, Apostolus, & Præsul; Conversionis Gentilium zelo, peragravit Gallias, Ambianenses reduxit ad fidem, patravit miracula, & capite plexus martyrium complevit. Cujus Corpus à Faustinio sepultum in Ecclesia, & locus sepulturæ (cum illa nefanda Gentilitatis luæ) totaliter oblivioni traditus; post, inventum, indicio *splendidissimi luminis cœlitus descendentis à summa arce Templi, vsque ad locum sepulchri.* Cum iis associantur cœlitibus choro Confessorum *Lupus* nomine, Lugdunensium præsul, re agnus; *Anacharius*, & *Solemnius*. Choro Virginum *Aurelia*, & *Neomissia*. Qui omnes spreto mundo, carne, & dœmone, abjectis terrenis oblectamentis, se Christo sponte sacrarunt, vt vivæ, & religiosæ victimæ: quare veri triumphatores regnant cum Christo in Cœlis. Pro quibus, vt die præcedenti, remissivè, vertendo ad sacra Veterum triumphos, plura habes supra Themata hodiernis cœlicolis adaptanda, qui suorum gloria triumphorum, omnem vanam gloriam veterum triumphantium obruerunt, nobisque reliquerunt imitanda exempla.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Digitized by Google

DIES XXVI.

A.D. 269. 1358 Hic dies, qui & 6. Kal. Octobris, Comitialis notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 26. *Feriarum Rusticarum* actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. hujus.

Dies 7. *Ludorum Triumphalium* actorum per dies 40. pro *Actiaca Victoria*, ex dictis num. 1328.

Quo die in Kalendario *Astronomico* notatur: *Hædi Sydera*, & *Auster vehemens flat*. Ita & Tamayus hoc die cum præfato Kalendario.

In Pontificio vetustissimo Kalendario notatur hoc die: *Bootes matutino oritur*, quòd & notat Tamayus citatus.

Bootes Hædis. Ptoloni. Parv. fol. 12. Aratus à fol. 101 Manilius lib. 5. fol. 112. Scalig. ibi. Tamay. hic

1359 *Bootes* dicitur & *Arctophilax*, & *Septemtrio*, & *Arcturus*, vt dixi die 26. Maii num. 732. vbi plura de hac constellatione vide. Dictis addo cum Andrea Argoli dicto Ptolomeo parvo, quòd hæ stellæ sunt primæ magnitudinis, apud quem alia vide. De Stellis *Hædis*, earumque ortu agunt Aratus, & Manilius marginati, vbi Scaliger:

Cum decem partes Aries duplicaverit ortus
Incipient Hædi tremulum producere mentum.

Berch. in Red. lib. 5. cap. 32. Gemin. lib. 1. cap. 84.

Hæc constellatio *Bootes*, aut *Arcturus* nuncupata, & adumbrat Sanctos, & virtutum perfectionem, & quidem (Geminiano teste) propter plura, scilicet, propter *numerum*, *situm*, *aspectum*, *motum*, & *effectum*, quæ vide, & dicenda infra ipso hoc die num. 1362.

1360 Hoc igitur die, quo in fastis Veterum Ludi triumphales notantur, nobis occurrunt præclari triumphi nostratum. Hi fuère *Cyprianus*, ex nebula tenebrosa magiæ, factus Christianus, & Diaconus, ac *Justina*, Nicomediæ passi, ac martyrio decorati, sub Diocletiano: *Calistratus* in mare demersus, & vnda ipsa incolumis deductus ad litus: quo prodigio *quadraginta novem* milites, ex antiqua superstitione enatarunt ad Christum; & cum eo pariter martyrium subierunt: *Eusebii* duo alter Papa Vrbis, & Orbis Episcopus, alter Bononiensis præsul, ac *Vigilius* pariter præsul Brixientium quibus, aliisque hodiernis amatoribus Christi, meritó associantur *Amantius* Presbyter miraculorum gratia Illustris, Pro iis igitur hodiernis cœlicolis adapta Themata, vt die præcedenti remissivé,

Martyrol. Rom. Baron. hic.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

1361 Stellæ *Bootis* nuncupatæ sunt & dictæ *Vergiliæ*, vt dixi die 2. Aprilis num. 506. De qua constellatione fabularunt, quod *Bootes* fuit nomen deductum à Bove, & filius Jovis, ex Calepino, qui vnà cum matre in Cœlum translatus, & veluti custos appositus Arcturo, habens quatuor Stellas, in dextera manu, quæ non occidunt (ex Gelio) Jam Veterum fabulosa narratione abjecta, vmbras eorum ad sacra vertamus: enim hoc die nasci meruerunt in Cœlo micantes Stellæ hodiernorum Sanctorum, vt Vigilius, & alii: quod si per *Vergilias* Stellas adumbrantur *Sancti fulgentes Jept-formi Spiritus virtute*, vt cum S. Isidoro citato numero, & die dixi. Hinc hodiernos encomia cœlicolas ornatos septiformi gratia Spiritus Sancti. Quòd si hæ Stellæ *Vergiliæ* dicuntur *à vere*, & insuper nuncupantur *Flores*, *Fructus*, *Micantes*, & *Nimbosæ*: Hinc hodiernos encomia Sanctos *Flores* puritatis, *Vergilias* vere virtutum, *Fructus* meritorum magnorum, *Micantes* miraculosis operibus, *Nimbosos* patrocinio.

Fabula. Calep. V. *Bootes.* Cicero. 2. de Nat. Deorum. Gel. lib. 2. c. 22.

1362 Hæc constellatio *Arcturus*, aut *Bootes* nuncupata *virtutum perfectionem adumbrat*, (Geminiano teste) propter quinque, scilicet, propter *numerum*, *situm*, *aspectum*, *motum*, & *effectum*. Propter *numerum*: enim vt sunt septem Stellæ illud signum, aut constellationem decorantes, & sunt septem virtutes, animas Sanctorum perficientes, ex parte animæ, & quatuor ex parte corporis. Tres ex parte animæ, hujus potentias perficiunt. Vis *rationalis* illustratur *fide* ad cognoscendum verum: vis *irascibilis* erigitur *spe* ad malum declinandum: vis *concupiscibilis* incenditur *charitate* ad diligendum bonum. Vnde hodiernos cœlicolas encomia *Illustratos*, *Erectos*, *Incensos*.

Gemin. lib. 1. cap. 84.

Quatuor ex parte corporis, quòd componitur ex quatuor elementis. Per *Ignem* accipe *justitiam*: nam sicut per ignem purgantur fœces, & per justitiam vitia. Per *aërem* illustrantem, accipe *prudentiam* dirigentem. Per *Aquam* refrigerantem, accipe *temperantiam* continentem. Per *Terram* immobiliter permanentem, accipe *fortitudinem* roborantem. Vnde ad cœlites hodiernos adapta *Justos*, *Prudentes*, *Temperatos*, & *Fortes*, eos encomiando.

1363 Tandem & *Arcturo* assimilantur Sancti, quia Stellæ Arcturi altissimæ juxta polum sitæ, & Sancti per *situm* altissimi approximantes Deo: per

As-

Aſpectum ſunt Stellæ illæ radioſæ, & micantes, & Sancti micant virtutibus: per *Motum*, ſemper circa axem, ſub polo, qui circulus *ſemper vertitur, nunquam demergitur*, & ſignificat SS. motus numquam ad ima, ſemper ad ſumma; propter *Effectum*: quia Arcturus dicitur ab arctando: quia ſuo frigore arctat; & conſtringit terram, & ſignificat coarctationem à terrenis. Hinc hodiernos encomia Sanctos, in præfatis Stellis adumbratos: propter *Motum*, ſemper ad *ſuperna*: propter *Aſpectum* operibus *Radioſos*; virtutibus *Micantes*: propter *Situm* merito, & gloria *Altiſſimos*.

DIES XXVII.

A.D. 270.

1364 Hic dies, qui & 5. Kal. Octobris, *Comitialis*, notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 27. *Feriarum Ruſticarum* actarum vſque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæſare Calà die 1. hujus.

Dies 8. *Ludorum Triumphalium* actorum per dies 40. pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Quo die feſtum dicatum *Veneri Genitrici* in foro Cæſaris. Ita Faſtorum quoddam fragmentum Romæ effoſum ſub colle hortulorum, & cum eo Roſinus lib. 4. cap. 13.

Dies *Ater*, & *innominalis*, ob cladem vaſtiſſimam paſſam in pugna Cannenſi, ante diem quartum Nonas Sextilis: quare vitabant diem ante quartum Kalendas, Nonas, & Idus. Ita Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. Gelius lib. 1. cap. 17. & Beyerlinc hoc die, ac Tamayus.

Tandem dies *Fauſtus Romanis*, ob triumphum, quem reportavit Junius Perna de *Saſſinatibus*, V. C. anno 487. Ita Goltzius fol. 103. Reuſnerus fol. 144. Beyerlinc, Maſculus, & Tamayus, hoc die.

Venus Genitrix.

Gyraldus *Synt.* 23. fol. 336.

1365 *Venus* igitur *Genitrix* hoc die fuit culta, ipſique Romæ extructum templum in foro Cæſaris, & à Cæſare dedicatum, vt Gyraldus tradit. Cujus enim Julius Cæſar ante pugnam Pharſalicâ templum vovit *Veneri Genitrici*, & potitus victoria, templum in præfato foro extruxit, & Veneri ſpolia de hoſtibus ſacravit, atque thoracem de margaritis Britannicis; ac dedicato templo, in eo collocavit Auguſtus ſtatuam æneam *Cæſari Divo*, cum ſtella crinita ſupra caput ipſius fulgente: quia ejuſmodi poſt mortem ejus ſtella viſa eſt, ait Roſinus marginatus, qui hujus Veneris picturam adduxit, ſcilicet mulierem *Pulchram*, *Diſcalceatam*, *Cinctam*, capite geſtantem *Galeam*, manu dextra *Victoriam allatam*, ſiniſtra elevata ſuſtinendo *Catenam* cum circulo, & rota.

Roſinus lib. 2. cap. 10.

Pictura.

1366 Fuit Venus & *Aſtarte*, & *Aſtaroth* nuncupata, vt Menochius, & alii marginati tradunt. Suidas in Aſtarte cenſet *Aſtaroth* eſſe vocem Græcam dictam ab *Aſtro*; & Phavorinus ibi ait, *Aſtarte aſtriſimulachrum*, *ipſum aſtrum Lucifer* nuncupatum Venerem. Et Alapide teſte, *Aſtaroth* eſt numeri pluralis, tum ad emphaſim, & honoris cauſam; vt hanc Deam omnium rerum dominam ſignificarent, quòd rebus omnibus homines ditare poſſet; tum quia nomen Aſtartes ad quaslibet Deas translatum. *Aſtarten* multi cenſent eſſe *Venerem* cognomento, ideſt, *multimammeam*, quòd magnas haberet mammas, & erat Symbolum fœcunditatis, qualis eſt in ovibus fœminis. Quam *Aſtarten* Herodianus lib. 5. vocat *Aſtoarchem*, ideſt aſtrorum primatem, & principem, vt Cornelius notat. At de *Aſtarte*, & *Aſtaroth*, vide plura die 1. hujus menſis à num. 1219.

Aſtaroth. Aſtar. Menoch. in Rep. Heb. col. 405. num. 9. Alap. in 2. Iud. verſ. 23: B. Max. ibi.

1367 Coluerunt Gentiles Babylonii idolum nuncupatum *Sochoth Benoth*. Ita conſtat 4. Reg. *Viri enim Babylonii fecerunt Sochoth Benoth*, quaſi ſuum idòlum, & ſimulachrum. Has voces eſſe Syriacas, & Chaldaicas, ac ſignificare idem quòd *Gallina cum pullis ſuis*, putat Vatablus, nec reprobant Cornelius, & Abulenſis, qui addit, juxta aliquos, quòd *Sochoth Benoth* erat Deus Babyloniorum, & in modum gallinæ habentis ſub ſe pullos. Et hoc fecerunt Babylonii ad ſimilitudinem cujuſdam conſtellationis, quæ vocatur *Gallina cum pullis*, & ſunt ſtellæ ſimul in *ſigno Tauri*, vocatæ ab Aſtrologis *Pleiades*, vel *Athlantides*. Et quia erant Babylonii Aſtrologi poſuerunt illam conſtellationem vt Deum, figuratum modo relato. Hæc Abulenſis, & Menochius, & ante ipſos noſter Lyranus cum R. Salomone, notando præfatam conſtellationem *Pleiadum* nuncupatam apud vulgares *Gallinam pulinariam*.

Sochoth. Benoth. 4. Reg. 17. v. 30. Alap. hic. Abul. hic q. 19. B. Max. hic.

1368 Cœleſtinus à Monte-Marſano per nomen iſtud *Sochoth Benoth* vult intelligi, juxta Hebraicam veritatem *Tabernacula filiorum*, ſivè mulierecularum, nec tam Deum aliquem, aut Deam, quam *fanum* ipſum, & ritus in eo. Talc erat Babyloniæ Templum *Ve-*

neris

Sochot. Benoth. Venus. Cœleſtin. Hiſt. Sac. Tract. 6. art. 10. Sect. 1. fol. 272.

Digitized by Google

Herod. lib. 1. Strab. lib. 16.

neris Mylitæ, seu Vraniæ, vbi puellæ corollis è funiculis tenuibus revictæ, sedebant singulis in spaciis, ad quas adventantes hospites data pecunia (quæ Deæ sacra erat) cum eis à fano subductis turpiter versabantur. Erat enim lege patria, commune omnibus fœminis, vt semel in vita; ita desidentes illam cum advenis consuetudinem haberent. Et hæc planè filiarum, seu mulierciularum tabernacula *Sochoth Benoth* propriſſimè dicuntur. De qua latè Herodotus, & Strabo. Quam turpiſſimam consuetudinem exprobat Jeremias, in sua Epistola ad Judæos in Babilonia captivos, hortans eos, vt caveant à prædicta Idolatria, inquiens: *Mulieres autem circundatæ funibus, in viis sedent, succendentes ossa olivarum: cum autem aliqua ab ipsis attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis ejus diruptus sit, &c.* Vbi aliqui ex Græco exponunt sic: Ac quum quæpiam ipsa ab aliquo prætereunte *ad stupri consuetudinē adducta fuerit &c.* Erant igitur ibi expositæ, vt qui primò obvius vellet, eis abuteretur, dato tamen pretio cum hac imprecatione: *Tanti ego tibi deam Milytam*; ideſt Venerem, *Imploro*, hoeque pretiū istæ illusæ templo Veneris dicabant, sicque virginitati quasi Veneri dicata, putabant se faustas inire nuptias. Ita S. Aug. inquiens: *Veneri Phœnices donum dabant de prostitutione filiarum, antequam eas jungerent viris.* Qui mos turpiſſimus extensus fuit ad Phœnices, Persas, Medos, & alios, vt marginati tradunt.

Baruch. cap. 6. v. 42. & 43. Malv. hic. Conel. hic. S. Aug. de Civit. lib. 4. cap. 10.

Ritus.

1369 Hac de causa juxta templum Veneris plurima erant diverticula funiculis distincta, vt observat Herodotus, addens aliquas difformes ad duos, vel tres annos ibi sedisse, & amasios expectasse in tentoriis, quę funibus tendebantur. Funiculi, qui dirumpebantur, vt in textu Baruch num. præcedenti, non erant hi funes, quibus præfata tentoria pendebant, nam hi non rumpebantur, aut saltem necesse rumpi non erat. Tum quia textus loquitur de funibus, quibus ipse mulieres circumligatæ erant: *Mulieres autem circumdatæ funibus inviis sedent &c.* Describit igitur Baruch in citato textu ritum earum mulierum. Alter erat, quòd vinculo, seu funiculo de *juncis*, & *floribus* contexto hæ prostitutæ conficiebant serta, quibus cingebant capita, Herodoto teste, & Strabone, qui ait eas *thominge*, ideſt vinculo, vel funiculo coronatas fuisse. Alter quòd ex junco faciebant fucum, seu vnguentum, & callopismata, ideſt exquisitos cultus, & ornamenta, vt in sui amorem caperent homines. Ad quòd spectat; quod cremabant *Ossa olivarum*, ideſt, furfuraceas, & contusas olivas, quæ ossium succensio erat *Pityra*, & *Philtrum*, sivè veneficium magicum ad scorta illa diabolaria: Vnde simul cum hac crematione precabantur, vt sic hospites earum amore torrerentur.

Herodot. citat. Cœlestin. Maluenda & Alap. citati.

1370 Tandem, & propriissimè, per *funes* earum mulierum *cingulos* intellige: enim hæ mulieres *cingulo*, seu *funiculo* corpus vinciebant, vt significarent se virgines, & Veneris religione, & amore captas detineri, hoeque signo quasi Veneri sacras; primò obvio sui copiam facere, & petere, vt funem solvat, & nefaria sacra Veneri faciat: sicque incesta copulatione, cesto, sivè zona dirupta, matrymonium inibant. Idem faciebant conjugatæ si Veneri se sacrificare vellent. Ita cum Herodoto, & Strabone Cornelius citatus. Hinc cestus, sivè zona priscis erat signum virginis, & virginitatis, quam tunc primum solvebant mariti cum nova nupta primò eorum thalamum subibat. Quòd extensius apud marginatos vide.

1371 Hoc die, quo tam procaciter delirabant Veteres, nobis quamplures Cœlites venerandi occurrunt, vt *Elzearius* de Sabrano Comes Ariani Confessor Tertii Ordinis Franciscani: qui vnà cum B. Delphina conjuge sua, virginitate illibata conservavit pudicitiam, & plenus meritis migravit ad Dominum: *Hiltrudis* præclara virgo, honestæ pulchritudinis decor. Si Veteres delirabant in triumpho; omnem gloriam triumphantium Veterum obruunt suis triumphis nostrates, vt *Cosmas*, & *Damianus* fratres, & nobiles Medici, in cujus honorem cesserunt superata instrumenta ipsa pœnarum, vincula, crux, lapidatio, sagittæ, ignis, & mare. Iis associantur ad martyrii palmam *Fidentius*, & *Terentius* de sævitia Diocletiani reportantes triumphum: *Adulphus*, & *Ioannes* fratres Hispalenses, Cordubæ pro Christo jugulati gladio: quibus, aliisque plurimis ad immarcescibilem, & florentissimam coronam gloriæ associatur *Florentinus* cum *Hilario* consorte suo, vt in passione, & in gloria. Pro iis igitur veris Christi triumphatoribus adapta Themata plura desumpta, ex Vete-

Martyrol. Rom. & Franciscanum ac Tamayus hoc die.

Thema;
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

rum

rum triumphis, vt remissivè, die 22. hujus mensis, num. 1340.

1372 Dixi num. 1365. quòd Venerem genitricem pingebant Pulchram Galeatam, Discalceatam, Cinctam &c. quare ad sacra vertendo picturam, hodiernos encomia Sanctos *Pulchros* puritate: *Galeatos* fide, *Discalceatos* affectibus terrenis, *Cinctos* virtutibus. *Ornatos* allatis victoriis stupendorum operum.

Per hanc *Venerem* opinarunt *Asturiem* dictam ab *Astro*, de qua egi die 1. hujus à num. 1219. & hoc die num. 1366. Cumque astra, seu Stellæ sint *Puræ*, *Simplices*, & *Incorruptæ*: quare adumbrant Sanctos, adapta hæc ad Sanctos hodiernos, eos encomiando *Puros* puritate vitæ: *Simplices* intentione recta, absque cordis duplicitate: *Incorruptos* virginitate, aut mentis, & corporis integritate. Gemin. lib. 1. cap. 69.

Amplius: quia Stellæ sunt *Solidæ*, *Sphericæ*, & *Luminosæ*, quæ ad hodiernos adaptando Sanctos, hos encomia *Solidos* virtute: in ordine suo manentes, & constantes: *Sphericos* obedientia, paupertate, & contemptu temporalium: *Luminosos*, & radiosos exemplo, doctrina, operibus: juxta illud Matth. 5. v. 16. *Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona &c.*

Procaces Veneris amatrices delirabant, vt dixi, hoc die in cingulis, floribus, & junceis; quem ritum vertendo ad sacra hodiernos encomia Sanctos *Cinctos* puritate, *Floridos* virtutibus, *Iunceos* exemplo, charitate, famaque virtutum.

1373 Est *Iuncus* odoriferus in Arabia excellens, præcipuè in regione Nabathea: quæ planta est *recta*, *odorifera*, *florida*, & intus *purpurea*, odorem mittens velut rosa. Qui juncus vulgariter vocatur *Squinantus*, ideſt, *flos junci*, à *Schoënus* & *Antos*: enim Græcè *Antos* significat *florem*, & *Schoënus* significat juncum: quamquam & squinantus sumatur & pro flore, & pro toto junco odorifero. Hinc vsum junci odoriferi, quo ad suam procacitatem veneream vtebantur mulieres Gentiles in Veneris honorem; verte ad hodiernos Sanctos: eos encomiando Junceos odoriferos, *Rectos* intentione, & operatione, *Odoriferos* exemplo, *Floridos* virtutibus, *Purpureos*, flagranti charitate, aut martyrio. Dioscorid. lib. 1. cap. 16.

DIES XXVIII.

1374 Hic dies; qui & 4. Kal. Octobris Comitialis notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 1711

Dies 28. *Feriarum Rusticarum* actarum vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Cæsaré Calà die 1. hujus.

Dies 9. *Ludorum Triumphalium* actorum per dies 40. pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Hoc die *Epulum Minervæ*. Ita aliqui apud Hospinianum de Festis cap. 24. à fol. 135. Qui Hospinianus hoc epulum refert ad diem 30. hujus mensis, & alii ad sequentem 29. vt ibi dicam.

Dies *Ater* Romanis. Ita Kalend. Vet. Macrobius, Beyerline, Masculus, & Tamayus hoc die, & ita putatus ob passas calamitates 4. Kalendas.

Item dies *Faustus*, & *Triumphalis*, ob triumphum, quem V.C. anno 4015. L. Furius reportavit de *Tiburtibus*. Ita cum Goltzio, & Reusnero, Tamayus hoc die.

1375 In *Epulis* delirabant antiqui epulas, & cœnas giennales celebrabant; tum in nuptiis, tum & in suorum idòlorum honorem. In his igitur lautè manducabant sedentes, vnguentis delibuti, crinesque peruncti, ac *rosis*, *violis*, *liliis*, aliisque ejusmodi floribus coronati, vt *semper* haberent *caput floribus omnis generis*, *quos terra fert redimitum*, *ac vnguentis liquidis*, *& suavibus delibutum*, inquit Athenæus. Quibus in epulis habebant imagines suorum falsorum numinum, quæ invocabant, eorum in honorem bibebant, quoties pocula inferebantur, toties abluebant manus, ac in fine convivii dicedentes se invicem salutabant. Nec omittendum hic, quòd vltimum poculum circumferebatur ad mensam *cum imagine mortis*, vt dieessuri convivæ caducæ sortis, & humanæ fragilitatis admonerentur: quare & ipsum poculum vltimum immixtum absynthio adducebant: quare Corippus lib. 3. dixit: *Epulæ Minervæ.* Rosinus lib. 5. cap. 37. & 30. Athen. lib. 2. & 14. Clemens Alex. lib. 2. cap. 8. Pedagogi.

Postquam divinæ sumpsêre novissima cænæ.

Pocula, & excelsa siluerunt gaudia mensæ.

Qui plura de iis epulis Veterum desideret scire, marginatos, inter alios, legat. Quod epulum hoc die, vel sequente agebant in honorem Minervæ. Vide num. 1383.

1376 At hic dies Veteribus Ater, & Martyrol. Rom.

Digitized by Google

& talis posset videri nobis, ob immanem necem *Vvenceslai Boëmorum* Ducis, quam ipsi furor parentum impié intulit, nisi eam necem innocentia triumphalem fecisset: quare etsi apud Vereres alias triumphalis dies, potiori jure apud nos, ob veros triumphos nostratum. Vti & fuére *Privatus*, ac *Stacteus*, qui suo cruore decorarunt Romam. *Laurentius*, *Martilis*, & alii *viginti* passi in Africa: *Marcus* & socii plures laureati Antiochiæ: quibus meritò associatur *Maximus* de Decii sævitia triumphans. Cum iis, aliisque cælitibus associantur præsules præclari, vt *Exuperius*, ac *Salomon*, necnon & integerrimæ Virgines *Eustochi*, & *Lioba*. Pro quibus veris Christi, & per Christum, triumphatoribus, adapta Themata, vt præcedenti die, num. 1371. remissivé.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

1377 Quòd si hoc die delirabant, Veteres per violas, lilia, rosas, & vnguenta in honorem Mineruæ, se vngendo & floribus coronando, verte & hunc prophanum ritum ad sacra, in hodiernorum SS. honorem, eos encomiando *Violaceos* humilitate: *Lileos* castitate, & puritate; *Roseos* charitate, aut martyrio; *Vnctos* Sancti Spiritus vnctione gratiæ, & donorum. Pro quibus & adaptare poteris alia Themata supra adducta, jam per picturas Veneris, jam per violam, jam per lilium, jam per rosam; à quo supersedeo, ne actum agam.

8. 9. 10. 11. 12.

DIES XXIX.

A.D. 272.

1378 Hic dies, qui & 3. Kal. Octobris, *Faustus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 29. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Calà die 1. hujus:

Dies 10. *Ludorum Triumphalium* actorum per dies 40. pro *Actiaca* Victoria, ex dictis num. 1328.

Ad quem diem *Epulum Mineruæ* refert Vet. Kal. & Tamayus cum eo, ac Masculo, hoc die.

Ipso die *Ludi Fatales* notantur in Vet. Kalend. Tamayus, & Masculo citatis.

Dies tandem *Triumphalis* ob triumphum reportatum à C. Mævio Consule de *Antiatibus*, Laviniis, & Veliternis anno Vrbis conditæ 415. Ita Goltius, Masculus, & Tamayus hoc die.

1379 Erant hoc die *Ludi Fatales*, qui & *Funebres*, & *Gladiatorum* nuncupati. Horum origo antiquissima, quippe Ænéas ad Patroeli rogum, *Inferias* mactavit cum ludis, vnde ortus, (Rosino teste) mos gladiatorum. Nam captos, ex hostibus jugulabant, ad placandos *Manes*, non omnes, sed aliquos, ad id mittendo sortes. Qui mos à Græcis, ad Romanos propagatus fuit. Postea placuit crudelitati voluptatem adumbrare; Itaque parabant armis eruditos in pugnam ad occidendum quos vocabant *Gladiatores*, & publicato edicto de die *Inferiarum*, apud tumulos erogabant. Deinde, accepto stipendio ab ipsis Gladiatoribus, ob pugnam, ipsi *Gladiatores* gestantes coronas *Apii*, & *ramos cupressi* ingrediebantur in Coliseum, vbi spectante toto populo, pugnabant, & se cultris occidebant. Hoc fiebant in honorem, & requiem animæ defuncti: quia seducti putabant hac barbariè, & sanguinis humanæ effusione, aliquam dare requiem animæ defuncti. Quòd post Romæ fuit moderatum aliqualiter, vt solum volentes in iis spectaculis luderent, primo lentè, & quasi jocosè, post accensa ira pugnabant gladiis se feriendo, & aliquando occidendo, ita tamen vt nulli forent permissa querella, aut questus, quamquam accipisset vulnus lethale, aut ibidem mansisset mortuus. Qui primò præmium dedit ob hos ludos fuit Junius Brutus, qui hos fecit ludos in sui patris obsequium. *Fatales* meritò dicebantur ob fatales res contingentes in ipsis: *Funebres*; quia acti pro defunctis: *Gladiatorum*: quia per Gladiatores exequuti. Qui alia de iis ludis desideret; inter alios, marginatos legat.

Ludi Fatales, Funebris, & Gladiatorum.

Tertul. lib. de Spectaculis.

Rosin. lib. 5. cap. 24.

Roman. lib. 10. cap. 6.

Ritus.

1380 Hoc igitur die jam ludorum fatalium, jam fausto, & triumphali, nobis occurrit *dedicatio* templi, magno Cœlitum duci, ac principi *Michaeli*, prodigio excitata, Triumphus Michaelis de desertore exercitu nobilissimus, quo obruitur Veterum triumphantium gloria, meritòque gratulabundi fideles ad tantum Michelis triumphum concelebrandum conveniunt. Accedunt & alii venerandi veri victores *Eutychius*, *Plautus*, *Dada*, & alii, qui de Tyrannis, variisque tormentis reportarunt triumphum. Quo die *Gudelia* heroina cum plurimos convertisset ad Christum, ac renuisset solem, & ignem adorare, post multa superata tormenta, cute capitis detracta, & ligno affixa lau-

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

lauream martyris obtinuit: ad quam lauream pervenère *Ripsimes*, aliæque virgines. Pro quibus veris Christi triumphatoribus adapta plura Themata, vt præcedenti die remissivè à num. 1376. vbi plura invenies hodiernis cœlicolis accommodanda.

1381 Dixi quòd ludentes in ludis fatalibus & Funebribus *Apio* coronati ludebant: quare per *Apium* ad sacra versum, aliud habes Thema supra die 12. Augusti n. 1119. hodiernis adaptandum Sanctis.

Dixi insuper, quòd ludentes in præfatis ludis gestabant ramos cupressi. *Cupressus*, aut *Cypressus* Græcé dicitur *Cyparissus*: quia caput ejus à rotunditate in acumen erigitur, & est arbor *pulcherrima*, *solida*, *imputribilis*, & *firma*, quæ oneri numquam cedit, *recta*, perpetui *viroris*, & jucundissimi odoris; de qua solent erigi columnæ in templis. Quare adumbrat Sanctos, & hinc hodiernos cœlicolas encomia *Pulcherrimos* puritate, *Solidos* virtute, *Imputribiles* à peccato, *Firmos* perseverantia in bono. Tum & *Rectos* in Dei obsequio, *Virentes* castitate, *Iucundissimos* exemplo, & patrocinio.

S. Isidor. lib. 17. Anglicus lib. 17. cap. 34. Berchor. in Red. lib. 12. cap. 23.

1382 Suis in ludis funebribus effundebant cruorem, seu purpuram venarum. *Purpura* Hebraicé vocatur *Argaman*, quæ vox constat quatuor literis, quæ sunt initiales quatuor angelorum, nimirum R. *Raphael*; G, *Gabriel*; M. *Michael*; N, *Nuriel*, qui idem est ac *Vriel*: ac significat quatuor virtutes; nam *Michael* significat justitiam, & sanctitatem; *Gabriel* fortitudinem; *Raphael* mansuetudinem & clementiam; *Vriel* veritatem, & doctrinam. Hi igitur primates Angeli stipant currum Dei, per quas quatuor virtutes, quatuor Angelorum primatum, Michaelem encomia.

Pineda lib. 5. de de reb. Salom. 24. Alap. in Ezech. cap. 1. vers. 28. quæst. 3.

DIES XXX.

A.D. 273.

1383 Hic dies, qui & pridie Kal. Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano: & dicatus *Demetrio*, ac defunctis, ex num. 49.

Dies 30. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, vsque ad Idus Octobris, ex dictis eum Cæsare Calà die 1. hujus mensis.

Dies 11. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Ad quem diem referunt *Epulum Minervæ* Rosinus lib. 4. cap. 4. & Hospinianus de Festis cap. 24. fol. 136. De quo *Epulo* egi die 28. num. 1375. Dictis addo, quòd hoc *Epulum*, sive convivium parabatur in templo ad Minervam placandam, ea sedente in sella, & invitata ad cœnam. Huic Epulo indicendo præerant *Triumviri*, vel Septemviri Epulonum, vt totum notat Rosinus lib. 4. cap. 15. *Epulo Minervæ.*

Hoc & die *Meditrinalia* solemnitas dicata Deæ Meditrinæ. Ita Hospinianus cap. 24. fol. 135.

Dies auspicatissimus Romuleis, ob *Natalem C. Pompei Magni*; nam hoc die in lucem editus, postmodum sibi, & patriæ rerum gestarum gloria clarissimus habitus fuit. Quo etiam die annis sequentibus V. C. anno 691. *Triumphum* Romæ egit *per biduum* de *Oriente*: *Methridate*, & Judeis, ac populo integras arbusculas balsami ostendit. Ita Tamayus, & Beyerline hoc die, cum Plutarcho, & Plinio lib. 7. cap. 27.

Dies 1. *Ludorum* Olympicorum, ex num. 49.

1384 Agebant hoc die *Meditrinalia* dicata Dææ *Meditrinæ*, aut *Medeæ* sic dictæ à medendo: quam & putarunt *Bonam deam*, sivè *Faunam*, & Fauni filiam. Hanc dixerunt præditam tam insigni pudicitia, vt marito excepto, nullum viderit hominem, nec vnquam visa extra proprias ædes. Hinc factum, vt in ejus templum hominem ingredi, vel ejus sacrificiis interesse, nefas esset: ejus sacra celebrabantur in domo Pont. Max. vel Consulis, vel Prætoris: tuncque inde omnes homines emigrabant, mulieribus succedentibus, quæ totam noctem pervigiles Dææ litabant: enim interdivei sacrare non licebat. Nec tantum inde accedere debebant homines; sed & tegebant viriles effigies: quia putabant tantum ea Dea à virili contactu abhorrère. Hanc dixerunt clam largius bibisse vinum: quare deprehensa à marito flagris cæsam fuisse, atque inde factum, vt myrtus in ejus Deæ templum non inferretur: vinumque eum mulieres biberent, non vinum, sed lac appellarent. In ejus templo *Variæ multorum generum herbæ* erant, quas templi custos libenter ægrotis impertiebat: *omnique florum genere* templum exornabant, vt notant Cartarius marginatus, & Gyraldus Syntagmate 4. fol. mihi 127. qui addit fabulam, scilicet, patrem Faunum captum amore filiæ, *Meditrinæ*, aut *Faunæ*, quæ nec vino prælla patris desi- *Meditrinalia. Meditrina. Medea Bona Dea Fauna.* Cartarius à fol. 160. Macrob. lib. 2. Sat. cap. 12. Gyraldus Synt. 1. fol. 44. &c. Hospin. cit. c. 24. Ritus. Fabula.

Digitized by Google

derio cessit: quare virga myrtea verberata, & demum patrem transfigurantem se in serpentem coiisse cum filia, & inde ortum, vt nefas esse in ejus templo habere virgam myrteam.

Gyral. cit. Synt. 1. Hospin. citat. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 9.

1385 Mos fuit Veterum, in Latis populis, vt quo die quis primum gustaret mustum, diceret. *Vetus novum vinum bibo: veteris novo morbo medeor*, à quibus verbis, & acceperunt nomen *Meditrinæ Deæ*, ejusque sacra Meditrinalia dicta. Quare hoc die Flamen Martialis dicebat: *hoc die solitum vinum novum, & vetus libari*, & degustari medicamine causa. Ita marginati.

Pictura.

Pingebant *Meditrinam* mulierem *Pulchram*, *Discalceatam*, habentem *Oculos* demissos, *Indutam* veste talari, manu læva aliqualiter vestem attollentem, dextera gestantem *Sceptrum*. Ad latus *vitis* incumbens ejus capiti, & ad latus *serpens*, ac *myrteus* baculus. Ita Cartarius citatus.

Martyrol. Rom.

1386 Hoc igitur die auspicatissimo Veteri Romæ ob natalem magni Pompei, ejusque triumphos per biduum actos, multò dignior natalis nobis occurrit, vilem faciens vniversam illam natalium, & triumphorum gloriam: natalis enim *Hieronymi* cognomento maximi Doctoris Ecclesiæ verè omnem veterum natalium gloriam absorbuit, qui & glorioſiores reportavit triumphos, quam Pompeius, & majore cum laude fuit in Judæa versatus, in ea scribens immortalia monumenta, quæ & balsamo digna sunt, & cedro. Opportunè autem *Hieronymo* accedunt auspicato nomine, qui in hunc diem incidunt Cœlites; nempè *Honorius* præsul de hostibus religionis honorificè triumphans: *Victor* ipse, vnus ex Thebæorum victrice legione, qui cum socio *Verso*, cœlesti coruscante lumine super eos, ruentibus in terram ministris, erepti; deinde in ignem missi, & in nullo penitus læsi, gladio consummarunt triumphum: adhæret *Sophia* felix mater Sanctarum virginum Fidei, Spei, & Charitatis. Pro iis triumphatoribus veris, Themata habes adaptanda remissivè num. 1376.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1387 Delirabant Veteres in *Meditrina*, cujus picturam vertendo ad sacra, per eam hodiernos encomia cœlites: *Pulchros* castitate, *Discalceatos* affectibus terrenis, *Serpentes* prudentia, *Myrteos* viriditate bonorum operum, Gestantes *Sceptrum* potentiæ cõmunitatæ à Christo ad mira patranda.

9.

1388 Celebrabant Veteres hoc die natalem *magni Pompei*, cui nomen magni tribuerunt: *quia magnus studiosus, in professores munificus*: quia *hostes fugans*: quia *vir ad omnia natus Imperator bonus*: ait in suo Theatro Beyerlinc. Si igitur Veteres suum Pompeium tripliciter magnum hoc die celebrabant, in *scientia*, aut studio, *bello*, & in *bonitate* ad omnia. Hæc ad sacra vertendo, *Magno Hieronymo* adapta, eum encomiando meritò *tripliciter* magnum, imo & *Maximum*, scilicet, *scientia*, & expositione Sacrarum Scripturarum: *Maximum* in *bello*, *triumphis*, & *victoriis*: *Maximum* & *Sanctitate*, & quia ad omnia bonum.

Beyerlinc in Theatro V. H.

1a.

1389 Fuit Hieronymus (teste de laudibus ejus Augustino) *Athleta* Christianæ fidei, *Lapis* angularis Sanctæ matris Ecclesiæ, in quo admodum firmata consitit: nunc vero *Sydus* radians in cœlesti gloria. Certè loquar, & non tacebo totis nixibus eximium laudare Hieronymum, eximium *Athletam*, eximium *Lapidem angularem*, eximium *Sydus* cœlestis gloriæ.

S. August. Ep. ad Cyrillum in tom. 4. S. Hier.

2a.

Quoniam certè magnus (prosequitur Augustinus de laudibus, & miraculis Hieronymi) est iste vir Sanctissimus mirabilis, & metuendus super omnes, qui in circuitu nostro sunt. *Magnus* certè in vitæ excellentissimæ sanctitate: *Mirabilis* in prodigiis insuetis: *Metuendus* ob sibi à Domino traditam potestatem.

3a.

1390 Prosequitur Augustinus de magnitudine, & laudibus Hieronymi inquiens: *Liceat ergo dici*: hic Hieronymus *alter Elias*: *alter hic Samuel*, *alter Ioannes Baptista vitæ excelentissimæ sanctitate*. Alter *Elias* pœnitentia, abstinentia, & vita Eremitica: alter *Samuel* in sapientiæ ineffabilis profunditate in cujus brachii fortitudine hæreticorum pars maxima est dispersa: alter *Ioannes* sanctitate, & gloria. Porro ne aliquibus deridendi laqueum iniicere videar (addit ipse Augustinus) dum Joanni, & Apostolis in sanctitate, & gloria, æqualem esse sanctissimum Hieronymum fateor, vnum enarrabo, quòd in visione vidi, *Baptistam*, scilicet & Hieronymum vt duo soles plus infinito fulgentes similes, & vniformes, vt nulla in eis videretur differentia, qua alter ab altero differre posset: nisi quod *inter ferta* ferebat alter in capite, ex auro, & lapidibus pretiosis, alter vero duo. Qui tria ferebat serta dixit se esse Joannem Baptistam, & so-

cium

nium duo serta ferentem Hieronymum: *qui sicut mihi* (addit Joannes) *æqualis in vitæ sanctitate fuit, ita per omnia in* „ *gloria æqualis est*. Et quæ possum, & „ ipse potest, & quæ volo, & ipse „ vult, & sicut Deum video, & ipse „ videt. Sertum vero tertium, quod „ plus illo fero, aureola martyrii est: „ quo vitam finivi corporis. Qui etsi „ in mundo ob labores, pœnitentias, „ ærumnas, afflictiones, verbera, con- „ tumelias, & cætera valdé gravia: quæ „ ita pacificé pertulit, ita gaudenter „ propter Deum, vt in infirmitatibus „ exultaret, & *verus martyr* extiterit, „ & præmia martyrii non amisserit: „ tamen quia gladio vitam non finivit, „ aureolam, quæ in signum martyrii „ datur, non habet. Serta verò duo „ alia, quæ habemus, aureolæ sunt, quæ „ solùm Virginibus, & Doctoribus „ dantur, vt ab aliis descernantur.

1391 Ipsa hora, qua ex hoc vita migravit Hieronymus, hujus anima gloriosa apparuit Augustino, qui stupefactus tantæ visionis contuitu, interrogans quis esset tam felix, & gloriosus ad patriam properans? Respondit „ *Hieronymi sum anima*: quæ in hac „ hora in Bethlehem Judà, carnis one- „ re deposito, Christo, omnique cœ- „ lesti comitata cohorte, omni deco- „ rato pulchritudine, omni illustrata „ splendore, illo induta immortalita- „ tis vestimento, circumamicta om- „ nium bonorum, & gaudiorum varie- „ tate, *terrenorum omnium triumpha-* „ *trix*, omni diedamate coronata, & „ omni beatitudine, & felicitate valla- „ ta; tam gloriosè pergo ad regna cœ- „ lorũ sine fine mansura. Hæc Hieronymus Augustino. Vide quam meritò diximus hunc eximium Doctorem absorbuisse omnem Veterum triumphantium gloriam, nec ista cum illa Hieronymi comparanda. Quare & veterum triumphantium coronas, vertendo ad sacra, hinc eximio Doctori, ac Triumphatori adapta, vt die 3. Junii, num. 784.

1392 Lege (quæso) amice lector, præfatam Augustini Epistolam, in qua Phenix Africanus in laudes Hieronymi diffudit suum eloquentiæ fluvium, qui propè finem Epistolæ sic prosequitur: „ *Sanctum* Domini Hieronymum „ propter Deum cum quo regnat secu- „ ré magnificemus: quoniam in vita „ sua magnificè fecit, in morte sua „ magnifica recepit. Qua propter, *Mag-* „ *nus* est in medio nostri, & Sanctus, „ & excelsus, in vitæ excelentissimæ „ sanctitate. Magnus sanctus, & excel- „ sus in sapientiæ inefabilis profundita- „ te. *Magnus*, & præexcelsus, in ma- „ joris nunc gloriæ quantitate. *Mira-* „ *bilis*, & laudabilis, & gloriosus in „ prodigiis invisis, inauditis, & in- „ suetis. *Metuendus* colendus, & vene- „ randus ob sibi traditam à Domino „ potestatem, honorem, & gloriam „ sempiternam. Magnificemus ergo „ eum, nec taceamus obsecro: quoniam „ major est omni laude. Notas facia- „ mus in populis gloriæ suæ laudes. „ Non miretur homo, si eum, quem „ Deus magnificabit, laudamus ::: Non „ putet quispiam Joanni, & Apostolis „ in gloria, & sanctitate æquando Hie- „ ronymum, Joanni, & Apostolis „ exercere injuriam: quoniam illi præ- „ stare, & gloria, & Sanctitate si pos- „ sent, optarent. Gloria enim, & beati- „ tudo ejus, eorum est gloria, & beati- „ tudo eorum est sua :::: Si ergo cupis „ Joannem Baptistam, & Apostolos „ venerari simul, venerare ipsum: „ quoniam illis per omnia est æqualis. „ Secura igitur mente omni depulsa „ formidine, Joannem Baptistam Hie- „ ronymo æqualem, & non majorem: „ quoniam nullus major surrexit, om- „ ni devotione, & reverentia, fatea- „ mur: quem si minorem facimus, Joannis gloriæ derogamus, & magis injurias exercemus, quam laudes. Hæc ad literam Augustinus.

Hoc etiam in die apud Tamayu occurrit natalis *S. Francisci* cognomento *de Borgia*, *vel de Borja*, societatis Jesu Præpositi Generalis 3. qui fuit natione Hispanus, patria Valentinus, sui sæculi decus, & sanctitatis specimen, nostri gloria, & honoris apex, spreto Gandiæ Ducatu, & Cæteris Dominiis, Caroli V. Imperatoris, & Hispaniæ Regis favoribus, amplissimis honoribus, delitiis, ac divitiis, posthabitis, ac demum S R.E. purpura recusata, societatem nudus amplectitur, vbi sæculo pauper, orationi, meditationi, & aliis Spiritus exercitiis vacans, Angelicis Sociatus choris, in Cœlis supremis commendatus titulis, ingreditur. Hujus SS. Confessoris acta vide apud Tamayum, Surium, Eusebium Nieremberg. Ribadeneyram & alios citatos à Tamayo hoc die. de hoc præclarissimo Sancto mentionem facit Martyrol. Roman die 3. & 10. Octobris, cujus festum agitur 6. Idus ejusdem mensis Octobris.

Tamay. hoc die. Kaur. Surius tom. 5. fol. 354. Euseb Nieremb. de vir. clar. Socit. tom. 1. fol. 158.

Ribadeneyra de vit. Illustrib. Societ. lib. 8. fol. 96. & alibi. Martyrol. Rom. die 3. Octobris.

Accipe

Accipe ejus acta tanquam per compendium in Epitaphio sequenti:

Franciſci jacet hic corpus venerabile, Roma quod dedit Heſperiæ, Madridiumque tenet.
Hunc genuit Gens clara virum, cui Borgia nomen, ipſius & Dominus, atque Dynaſta fuit.
Marchio Lombaynæ, mox Cæſaris inclytus ipſe Præfectus ſtabuli, necnon & ille Domus.
Barchinonæ diu Pro-Rexque fidiſſimus inde, jurgia qua delet, juſtitiamque redit.
Omnia deſpiciens, Mundum calcavit, & ultro inſulis Ignatii induit artus homo.
Præpoſitus ſocietatis fuit integer, Orbem, implevit domibus, prodigiiſque ſimul.
Et cui Orbis erat brevis, en jam clauditur iſto Sarcophago exiguo, quem veneratur humus.
Vrbanus poſuit divum inter nomina Præſul ſancta beatorum, cui quoque vitus adeſt.

OCTOBER.

Roſin. lib. 4. cap. 14. Macrob. 2. Sat. cap. 12. Tamay. tom. 5. fol. 363. Anglic. lib. 9. cap. 17.

1393 HVNC Menſem medium Autumni: quia octavum à Martio nuncuparunt à numero *Octobrem*, qui medius eſt Autumni, & à Januario decimus. Inter cæteros menſes aucupiis, & venationibus eſt familiaris, & ſingularis: quo in menſe completur collectio fructuum, cellæque vinariæ coronantur muſto. Eſt in principio calidus, in fine frigidus, cujus in medio Sol ingreditur *ſignum Scorpionis*: & quia hoc menſe Agricultores ſemina commendant terræ, eum depinxerunt *in ſimilitudinem hominis ſeminantis.*

Pictura.

1394 Superius recenſita vetuſſima carmina congerunt in calce Kalendarii hujus menſis impreſſa in aliquibus Breviariis antiquis Hiſpaniæ, maximè in Segobienſi (Tamayo citato teſte) fol. 364. vbi hæc leguntur:

Vina dat October, *volucres fugat, ordea, linum,*
Triticeam, & palmam ſere, & ablaqueanda novella.
Pomàque conſerves; cole prædia; compara avenam,
Atque alimenta quibus tibi opus tempore brumæ.

1395 Varia fuerunt hujus menſis nomina: enim Domitianus Imperator, (teſtibus Suetonio, Plutarcho, & Macrobio) hujus menſis nomen mutavit, & pro *Octobri*, appellandum decrevit ſuo nomine *Domitianum*. Poſtmodum tempore M. Antonini Pii ex Senatus decreto (Roſino teſte) vocatus fuit *Fauſtinus*, ob honorem Fauſtinæ ejus conjugis. Et commodus Imperator hujus menſis mutavit nomen, & ex vocabulo *Invicti*, à ſe vſurpati, hunc menſem nuncupavit *Invictum* (teſtibus Roſino, & aliis). At cum hæc nomina fuiſſent ſuppoſititia præferentia vanitatem, & adulationem, eraſa, ſeu deleta poſt fuerunt ex omni ære, vel ſaxo, ita vt *October* ſibi antiquum vocabulum retinuerit, vt citatus Macrobius obſervat lib. 1. cap. 12.

Suet. in Domit. cap. 13. Plut. in Numa, fol. 36. Macrob. citat. Roſin. citat.

Hic Menſis, ex conſtitutione Romuli, Numæ, & Julii Cæſaris habuit dies 31. vt dixi in initio hujus Diarii cap. 4. à num. 21. De quo Menſe, apud Reuſnerum, & Tamayum citatum, in Kalendario Ruſtico Romæ in marmore invento ſequentia leguntur:

MENSIS.
OCTOBER.
DIES XXXI.
NONÆ.
SEPTIMAN.
DIES.
HOR. XS.
NOX.
HOR. XIII. S.
SOL.
LIBRÆ.
TVTELA.
MARTIS.
VINDEMIÆ.
SACRVM.
LIBERO.

Hinc & Menſis tutelam, dierum numerum, horas diei, & noctis, & Solis domum perpendes. De variis hujus menſis nominibus, apud diverſas Nationes dixi in Diario Sacro. Pergo nunc ad Diarium Sacro-Prophanum hujus Menſis.

DIES I.

1396 HIc dies, qui & Kalendis Octobris *Neſaſtus* notatur in Kal. Maff. A.D. 274.

Dies 31. *Feriarum Ruſticarum* actarum pro meſſibus, vſque ad Idus

huius

hujus mensis, ex dictis cum Cæsare Cal. die 1. Septembris.

Dies 12. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria ex dictis num. 1328.

Dies 2. *Triumphi* Pompei Magni, ex dictis die præcedenti num. 1383. Qui dies post *Fatalis* ipsi Pompeio: enim in bello Pharsalico victus à Cæsare, vitam profugus exuit. Ita Reusnerus in Diario Historico fol. 148. Masculus, & Tamayus hoc die.

Kalendæ hæ Octobris sub tutela *Martis* erant. Ita Vet. Kalend. & cum eo Rosinus lib. 4. cap. 4.

Dies dicatus *Iunoni*, *Iano*, *Apollini*, *Omnibus diis*, *& Lari familiari*, ex dictis supra num. 49.

Dies dicatus *Vertumno*, quo ipsi dicabant *Vertumnalia*. Ita Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 8.

Pyanepsia celebritas Athenis acta hoc die. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 618. Alii referunt ad diem 7. & 8.

1397 Dies sacratus *Libero Patri*, seu *Dionysio*, & *Baccho*, quo ipsi dicabant liberalia Romæ. Ita Vet. Kalend. Rusticum, Beyerline, & Tamayus hoc die; qui opinatur, & benè fuisse festum Agricolarum: enim (Gyraldo teste syntagmate 1. ex Varrone), *Liberum Patrem* putabant Agricolarum Deum. Cumque Agricolæ vltimum fructum agrorum hoc mense colligerent sacrum *Libero* peragebant. Quod sacrum Tamayus hoc die, cum Val. Flacco in Argonaut. lib. 2. eleganter describit hisce carminibus:

Serta Patri, juvenisque comam vestesque Lyæi
Induit, & medium curru locat, æraque circum,
Timpanaque, & plenas tacita formidine cistas.
Ipsa sinus, hæderisque ligat famularibus artus:
Pampineamque quatit ventosis ictibus hastam.
Respiciens teneat virides velatus habenas.
Vtque Pater niveâ tumeant vt cornua mitra,
Et Sacer vt Bacchum referat Scyphus, &c.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum* ex dictis num. 49.

Dies tandem *Triumphalis*, ob triplicem triumphum actum Romæ, diversis temporibus: alterum M. Ciceronii Proconsulis, ex *Corsica* in Monte Albano V. C. anno 581. Alterum C. Sempronii Tuditani Consulis *de Lapidibus*, V. C. anno 624. Tertium Othonis II. Cæsaris *de Gallis* anno Christi 978. Ita Reusnerus in Diar. Histor. fol. 148. & Tamayus hoc die. En in quantum hoc die deliraruntVeteres. Vide & sequentem numerum.

1398 De *Vertumno*, & *Vertumnaliis* egi die 13. Augusti num. 1123. ac die 27. num. 1194. De *Pyanopsis* dictis *Apollini* egi in Aprile die 27. n. 587. De *Libero Patre* à *Liberaliis*, seu Bacchanalibus die 5. Martii, latè actum à num. 380. Quibus in locis de iis vide. Hoc igitur die, quo has Kalendas sub Martis tutela habebant, vt dixi, peculiarem ritum exercebant. Nam Marti sacrificabant equum, vt dixi die 28. Januarii à num. 163. vbi & de Marte egi. At hisce in Kalendis *equum Octobrem* vocatum ducebant ad campum *Martium*, & ibi maxima cum solemnitate: cum sacrificabant, eo ritu, vt sanguine capitis equi vngerent aras Deorum quibus sacrificabant, ac ipsius equi crines, & setæ per Templum spargebant. Insuper & duobus in vicis nuncupatis *Suburrano* vno, *Sacravienſe* altero, viriliter pugnabant, magis propter morem, & consuetudinem, quam propter inimicitiam.

1399 Hisce igitur Kalendis in quibus tantum deliravit Gentilitas, quamplures cœlites venerandi nobis veniunt, qui incredibili animi robore dimicarunt contra Cæsares, & perfidiam, nec fine (vt ita dicam) auspicio: nam *Crescentis*, & sociorum mira constantia incrementum dedit religioni; & vt de hujus veritate, maximaque constaret virtute, hostibus oppositi sunt *Verissimus* martyr, cum sororibus *Maxima*, & *Iulia*, qui sub Diocletiano ferociter cruciati, tandem abscissis capitibus Vlyssipone martyrium complevére. Eorum corpora canibus dilaceranda exposita, sed Dei providentia servata: in mari projecta, sed Dei nutu à pelago expulsa, & à Christianis, honore debito, condita: Agarenorum irruptione oblita, post per suavitatem odoris, quem fovea spirabat, inventa sunt, & in Ara Majori collocata, Vrbem, & Orbem miraculis illustrarunt. *Dominus*, aliique illustres martyres, ac confessores; inter hos *Remigius* præsul, qui Francos convertit ad Christum, cum suo Rege Clodovéo, & conspicuus sanctitate, & miraculis in pace quievit. Pro iis igitur veris

Vertumnalia.

Pyanopsia.

Liberalia.

Mars.

Roman tom. 2. lib. 2. de Rep. Gent. cap. 18.

Ritus.

Martyrol. Rom. Tamayus, Masculus hoc die.

Themn.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

Christi

Christi Triumphatoribus adapta Themata, vt remissivè num. 1376.

1400 In hisce Kalendis delirabant Veteres *Equum* nuncupatum *Octobrem* sacrificando Marti, vt dixi num. 1398. quare (prophanitate abiecta) verte ritum ad sacra, & per equum, quadrigamque equorum Solis, Themata cœlitibus hodiernis adaptanda habes die 29. Januarii à num. 168.

9. 10.

Apoc. 6. v. 2. 1401 Vidit Joannes: *Et ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & exivit vincens, vt vinceret*; qui equus spiritum humanum significat, teste S. Bernardino Senense: hodiernis Sanctis adapta, eos encomiando *Equos albos* puritate vitæ, *Arcum* gestantes fortitudinis, & constantiæ, *Vincentes* in præliis, *coronatos* victoriis.

S. Bernard. hic.

11.

Habac. 1. v. 8. Dixit Habacuc: *Leviores pardis equi ejus.* Sunt igitur Sancti equi Christi *Velocissimi* ad prædicandum, *Promptissimi* ad obediendum, *Fortes* ad pugnandum.

12.

Dicitur equus, S. Bernardino citato teste, *Virilis*, *Agilis*, & *Ductilis*: quare spiritus humanus comparatur equo. Hinc hodiernos encomia Sanctos; *Viriles* superando hostes; *Agiles* exequendo jussa Dei, cooperando divinis inspirationibus; *Ductiles* mansuetudine, commiseratione, patrocinioque.

13.

Fuére igitur hodierni Sancti mystici equi albi Christi, & tripliciter: *Puritate* conscientiæ, *Veritate* doctrinæ, *Claritate* eloquentiæ. Hinc debetur eis, ipso Sancto citato teste, triplex corona: *Aurea* propter sapientiæ claritatem, *Syderea* propter conscientiæ puritatem, *Lapidea* propter patientiæ firmitatem. Hæc ex S. Bernardino, præter quæ, plura alia Christianizata de Marte, Junone, Apolline, &c. vt supra variis in locis adaptare poteris.

14.

15.

DIES II.

A. D. 275. 1402 HIe dies, qui & 6. Non. Octobris, *Faustus* notatur in Kalend. Maff.

Dies 32. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, vsque ad Idus hujus, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. Septembris.

Dies 13. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328. Dies 3. *Ludorum Olympicorum.*

Rosinus in suo Kalendario lib. 4. cap. 4. notat ad hunc diem: *Pyanepsia hoc mense celebrantur*, & qua acta hoc mense *Pyanopsion* à Græcis Pyanopsia nuncupata, vt Gyraldus notat synt. 17. fol. mihi 422. qui libro de Mensibus hanc celebritatem refert ad præcedentem diem. Vide dicenda die 7. hujus.

Dies, quamquam aliàs *Faustus* vt dixi, *Ater* item & *Infaustus* ob incendium cœlitus emissum super Regiam domum Diocletiani Imperatoris, quæ brevi consumpta fuit, vt ex Macrobio, & Gellio, aiunt Masculus, & Tamayus hoc die.

Dies dicatus *Semideis*, & varonibus heroicis, ex dictis cum Roman supra num. 49.

Quo die quotannis sacra dicabant *Diis Manibus* ad eos placandos. Ita Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. & lib. 5. cap. 26.

Hoc & die, anno ab Incarnatione Domini 1187. Hierusalem, ob discordias Christianorum, in jus, & potestatem Saracenorum fuit reversa. Ita Bungius de num. binario fol. 88.

1403 Hic igitur dies Veteribus Romanis jam Ater, jam Faustus: meritò novæ Romæ Faustus, & Triumphalis ob inclytos martyres *Eleutherium*, & alios *innumeros*, qui de impietate Diocletiani triumphantes, laureati martyrio ascenderunt in Cœlum. Iis accedunt *Leodegarius* præsul, *Gerinus*, *Primus*, *Cyrillus*, & *Theophilus*, aliique plures; qui pro Christo fuso proprio cruore choro martyrum associati, sempiternè cum Christo triumphant. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis plura habes præcedenti die Themata, iis Sanctis adaptanda. Cumque & hoc die, Pyanepsia agerentur dicata Apollini, habes per Apollinem alia Themata, vt die 24. Maii.

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
&c.

Faustissimus tandem fuit hic dies, imò & meritò triumphalis ob *Institutionem* Sanctissimi Rosarii Beatissimæ Virginis *Mariæ*, Dei-Genitricis, & Dominæ nostræ, in Hispania, & alibi, quam hoc die contigisse refert Tamayus. Hæc institutio à P. S. Dominico Prædicatorum Patriarcha Hispano, originem sumpsit, ad antidotum, & amuletum adversus *Albigensium* hæresim, Gallias depascentem, & Montis-Pessulani terminos devorantem. Hujus institutionis diem festum agunt Fratres Prædicatores Ordinis S. P. Dominici hoc die, quo speciale Officium Apostolica concessione recitant, in memoriam singularis favoris, quem S. Patriarchæ Virgo Dei-Genitrix fuit impartita,

Tamay. hoc die.

Digitized by Google

partita, cum formam *Rosarii* demonstravit eidem; vt in posterum illam suos Fratres, & vniversos Christicolas edocéret. De hac institutione plurimi scripsére, præcipué Flamminius, Castillo, Maluenda, Leo X. Pontif. Max. Pius V. Gregor. XIII. Sixtus V. & alii cit. à Tamayo hoc die fol. 381. Historiam, & acta hujus devotissimæ institutionis vide apud citatum Tamayum.

DIES III.

A.D. 276. 1404 Hic dies, qui & 5. Nonas Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute per *quinque dies*, ex dictis num. 49. die 30.

Dies 33. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. Septembris.

Dies 14. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria ex dictis num. 1328.

Dies ab Ægyptiis dicatus *Minervæ*, ex dictis cum Alexand. & Roman, num. 49. die 3.

Dies *Ægyptiacus*, & ominosus Romanis. Ita Vet. Kalendarium, & cum eo Tamayus hoc die.

Item dies *Ægyptiacus* Persis, obcladem passam, victis à Græcis, apud Marathonem. Ita Herodotus, & cum eo Masculus, & Beyerline hoc die.

Quo, in Kal. Astronomico describitur: *Occasus Heniochi Syderis*. Ita Arator in Phænom. fol. 201. Cujus Syderis qualitates descripsit Manilius lib. 5. Astronom. fol. 111. versibus illustratis à Josepho Scaligero fol. 390. apud Tamay. cit. Ecce Manilii versus:

Sed cum se terris Aries ter quinque peractis
Partibus extollit, primum juga tollit ab vndis
Heniochus, *clivoque rotas convellit ab imo,*
Qua gelidus Boreas Aquilonibus instat acutis.

1405 Hic igitur dies Ægyptiacus Gentilibus, nobis sit Faustus, lætus, ac candidus: enim decoratus per *Candidum* illustrantem Romam suo cruore effuso pro Christo: per *Faustum*, *Dionysium*, *Caium*, *Petrum*, *Paulum*, & alios quatuor, qui diu vexati tormentis apud Celtiberiam Hispaniæ, gloriosam martyrii palmam fuére consequuti. Quem & diem decorarunt *Ewaldori* duo Presbyteri, & martyres, à paganis pro Christo occisi: ad quorum corpora noctu multa lux diu apparuit, & vbi essent, & cujus essent meriti, declaravit: *Maximianus* præsult Bagaiensis sævissima passus, à Donatistis, & ex alta præcipitatus turræ post, quievit in Domino: *Gerardus* Abbas, & *Froilanus* præsul ex cœtu Benedictino, Hispanus Lucensis, Episcopus Legionensis, miraculis admirabilis, triumphans Cœlos intravit: digniora sunt horum facta quam Marathonia pugna; habet certè religio nobilissimum Pœcile, sivè porticum. Pro iis igitur adapta Themata vt præcedenti die. Insuper & per Ludos Olympicos, vt supra die 30. Julii, num. 1059. ac die 10. Januarii num. 105. Per Minervam, ex die 3. Januari num. 77. Tum & ex die 20. Maii num. 691. Tandem cum in hoc die sit occasus Heniochi Syderis, & Sanctorum occasus, ipsorum sit in Cœlis natalitium: quare & hodiernos encomia Sanctos mysticos Heniochios, seu Stellas, vt die 10. Junii num. 826. & vt ipsius mensis die 20. num. 872.

Thema: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. &c.

1406 Hunc diem 3. ponit Castel in Francilogio *notatum lapillis nigris*. Ad quem diem refert sequentia: quòd Christus abiit in desertum montanum, per quadraginta dies jejunaturus, Civitas Solymitana capta à Barbaris, & Saladino Ægyptio Imperatori tradita. Docuit Christus pœnitentiam agendam exemplo eorum, quos oppresserat turris Siloë: Et parabolam de ficu infructifera proposuit, contra quam suam ostendit indignationem. Ad quem diem præter alia quæ in Diario Sacro tradidi, refert ipse Castel, cum Petro Pitato Veronense, S. Franciscum *natum*, *simulque plagatum*, *& mortuum*. Quamquam *nativitas*, & *obitus* ad sequentem diem referenda, & *Stigmatizatio* ad Septembrem, vt ibi dixi. Fuit Christus Agnus, *qui occisus est ab origine Mundi*, vt dixit S. Joannes, vbi Ticonius, & Bibl. Arabica legunt *Signatus*, non quia tunc occisus, sed quia ab origine mundi Stigmatizari, pati, & occidi decretus, tum in se, tum in suis typis, & figuris, puta Sanctis, Patriarchis, & Prophetis; qui fidei, & pietatis causa occisi sunt. Ita Ambr. Anselmus, Hugo, aliique PP. & Expositores. Audi S. Paulinum Epist. 27. ad Aprum. *Ab initio*, inquit, *sæculorum Christus in suis patitur, & triumphat: in Abel occisus à fratre: in Noe irrisus à filio: in Abraham peregrinatus: in Ioseph venditus, &c.* Cumque ad primævam

Francilog. lib. 3. num. 305. & lib. 1. num. 58.

Pet. Pitatus de quant. anni Solar. Tract. 2. fol. 65.

Apoc. cap. 13. v. 8.

B. Max. & Alap. hic.

Martyrol. Rom. Baron, Tamay. hoc die.

Digitized by Google

mæuam mundi ſtructuram Adamus conditus ad imaginem Chriſti, aut crucifigendi: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, vbi Tertullianus vertit: *Ad imaginem Chriſti*; & Chriſtophorus à S. Antonio: *Ad ſimilitudinem crucifigendi*, & hoc loco prophetiè, ſeu ſymbolicè loquitur de Patriarcha Franciſco, vt cum S. Bernardino, Mayrone, Piſſano, & aliis pluribus, ait Alva: Die igitur hoc 3. Octobris (juxta relatam opinionem) conditionis Orbis veniat Franciſcus in mundum, abeat in Cœlum, relinquat in terris ſuum Stigmatizatum corpus, erigatur iſtud, vt ſtet poſt obitum velut vivum, & *Orbis fulcimentum*, vt ad ipſius Sancti Mauſeolum exaratum inſpicitur in Epitaphio. Quæ tetigi occaſione opinionis relatæ referentis ad hunc diem conditionem Orbis, ortum, & obitum Patriarchæ Minoritarum: quamquam hæc ad ſequentem diem putemus referenda, vt ibi dicemus.

Geneſ. 1. v. 26. Origen. Tertul. ap. Cartag. tom. lib. 2. hom. 2. Chriſtoph. à S. Anton. lib. de Triumph. Xpi. rit. 2. tit. 2. Alva Tab. 25. fol. 202.

DIES IV.

A.D. 277.

1407 HIc dies, qui & 4. Nonas Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Maſ.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute per quinque dies, ex dictis cum Cæſare Calà num. 49. die 30.

Dies 34. *Feriarum Ruſticarum*, actarum pro meſſibus, ex dictis cum Calà, die 1. Septembris.

Dies 15. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies ſacratus *Mercurio*, ex dictis cum Roman, & Bungio num. 49. die 4.

Dies *Ater* Romanis, ex Macrobio, & Beyerlinc cum eo hoc die.

Quo die *Lemuria* feſta Romæ, inſtituta à Romanis ad placandos Dæmones Lemures, & Laruas. Ita Vet. Kal. & cum eo Beyerlinc, Maſculus, & Tamayus hoc die. Agebant & Lemuria die 9. Maii, vbi egi de origine, & ritu num. 635.

Ipſo die *Mundum patere* notant Vet. Kalendarium, Feſtus, Reſinus in ſuo, aliique, quòd Gyraldus de Menſibus fol. mihi 619. refert ad diem 7. hujus menſis, & alii ad ſequentem diem 5. de quo ibi agemus.

Dies *Triumphalis*, ob duplicem Triumphum, alterum partum *de Pœnis*, apud Siciliam ab Aquilio Floro Proconſule V. C. Anno 495. & hunc Terreſtrem. Alterum Navalem de ipſis *Pœnis* partum à C. Luctatio, Catulo Proconſule V. C. Anno 512. Ita Goltzius in Theatro Triumphali fol. 104. Reuſnerus fol. 148. maſculus, Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Fabularunt Gentiles *Apollinem* & *Branchum* adamaſſe *puerum Theſſalum* mortuum ſuis Templis ſacrum habere voluiſſe, & dudum ad ſydera evexiſſe hoc die quarto Nonas Octobris. Ita cum Virgilio, & Ovidio Francilogium lib. 3. num. 464. fol. 149. Similem Fabulam de *Brancho Theſalo puero*, adduxi de *Ganymede* pridie Nonas Junii.

1408 Hic igitur dies Veteribus Infauſtus, quamquam aliàs Triumphalis, nobis ſit Fauſtus, & Lucidus, verèque Triumphalis, ob præclariſſimos noſtratum Triumphatores, vti fuére, inter alios, *Fauſtus*, *Lucius*, & alii, qui de Valeriano Tyranno, parto, pro religione, triumpho, choro martyrum aſſociati receperunt palmam: *Marcus*, & verè *Marcianus*, cum penè innumerabilibus vtriuſque ſexus, qui per varia tormenta coronam martyrii meruerunt: Accedunt *Petrus* præſul, & martyr: *Petronius* confeſſor: *Aurea* virgo. Fauſtus inquam dies: enim dicatus *Franciſco* nato hoc die & mundo, & Cœlo. Ita Lequile in Hierarchia Franciſcana, Vuodingus tom. 1. Annal. Minorum, Arcturus in Martyrologio Franciſcano hoc die, aliique, quibus adhæreo. Triumphalis etiam dies: quia *Franciſco* ſacratus, qui de Erebo, Mundo, & Carne præclarè triumphavit, qui præfert *Homines* ob humilitatem, & ſubiectionem Chriſti Vicario, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ: *Leones* ob fortitudinem in ſervanda vita Evangelica, tuendaque religione: *Boves* ob patientiam in tolerando adverſa pro Chriſti religione, vſque ad proprii cruoris effuſionem: *Aquilas* ob ſapientiam ad orbem luſtrandum, fidemque tuendam; ſicque Franciſcus habuit pro Veterum triumphatore hodierno, Luctatores fidei; Et quidem, nedum per ſuos, verum etiam per ſe verus triumphator fuit Patriarcha Seraphicus, cum per æthera provectus curru, haud dubiè triumphavit.

Martyrol. Rom. Hier. Franc. to. 1. cap. 2. n. 7. Vuad. tom. 1. in Appar. & ann. 19. Religionis. Martyr. Franc.

1409 Rem narrat S. Bonaventura. Sociis derelictis in tugurio, de *Rigatorto*, nuncupato juxta Civitatem Aſſiſii, die quadam Sabbathi Civitatem intravit vir Sanctus, prædicaturus manè die Dominicâ, vt moris erat,

S. Bonav. Opuſc. Legend. S. Franc. cap. 4. & 14.

Cum

„ *Cumquè*, inquit, inquodam tugurio „ sito in horto Canonicorum vir Deo „ devotus in oratione Dei more solito „ pernoctaret, corporaliter absentatus „ à filiis, ecce verè media noctis hora, „ quibusdam ex fratribus quiescentibus, „ quibusdam perseverantibus in oran- „ do: currus igneus mirandi splendo- „ ris per ostium domus intrans, huc, „ atque illuc per domicilium tertiò se „ convertit: super quem globus luci- „ dus residebat, *qui solis habens aspe-* „ *ctum*, noctem clarere fecit. Obstu- „ pefacti sunt vigilantes, excitati si- „ mul & exterriti dormientes, & non „ minus senserunt cordis claritatem, „ quam corporis, dum ex virtute mi- „ randi luminis alterius alteri cons- „ cientia nuda fuit. Intellexerunt nam- „ que concorditer omnes, videntibus „ invicem vniversis in cordibus sin- „ gulorum, sanctum Patrem absentem „ corpore, præsentem spiritu, tali „ transfiguratum effigie, supernis irra- „ diatum fulgoribus, & ardoribus in- „ flammatum supernali virtute, in cur- „ ru splendente simul & igneo sibi de- „ monstrari à Domino, vt tamquam „ veri Israelitæ post illum incederent; „ qui virorum spiritualium, vt alter „ Elias, factus fuerat à Domino *currus* 4. Reg. 2. v. 11. „ *& auriga*. Credendum sanè quòd „ ille horum simplicium aperuit Ocu- „ los ad preces Francisci, vt viderent 4. Reg. cap. 6. v. 17. „ magnalia Dei, qui Oculos quondam „ aperuerat pueri ad videndum mon- „ tem plenum *equorum, & igneorum* „ *curruum in circuitu Elisei*. Hæc ad „ literam Seraphicus Doctor, qui ipso Opusculo cap. 14. de transitu Patriar- „ chæ Seraphici agens, addit sequen- „ tia. *Tandem* cunctis in eum comple- „ tis mysteriis, anima illa Sanctissima „ carne soluta, & in abyssum divinæ „ claritatis absorpta, beatus vir obdor- „ mivit in Domino. Vnus autem ex „ fratribus, & discipulis ejus, vidit „ animam illam beatam *sub specie stel-* „ *læ præfulgidæ* à candida subuecta nu- „ becula, super aquas multas in Cœ- „ lum, recto tramite, sursum ferri, „ tamquam sublimis sanctitatis candó- „ re prænitidam, & cœlestis sapientiæ „ simul, & gratiæ vbertate repletam: „ quibus vir Sanctus promeruit locum „ introire lucis, & pacis, vbi cum „ Christo sine fine quiescit. Hæc San- „ ctus Doctor. Ecce quam merito dici- mus gloriam inanem Veterum trium- phantium obrui veris triumphis hodier- norum cœlitum, & præcipuè *Fran-*

cisci. Quare pro hodiernis Sanctis veris Christi, & per Christum, triumpha- toribus, vertendo ad sacra Veterum triumphos, vt die 22. Septembris, plu- ra habes Themata hodiernis adaptan- da Sanctis.

Themata
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1410 At, peculiariter redeo ad Seraphicum Patriarcam Franciscum verè raptum triumphali, ac splendenti curru Angelorum ministerio, vt intel- ligeretur Israelis *currus, & auriga*, velut alter Elias; nam si *Elias propter* S. Bonav. citat. Corne. in Chro. tom. 1. *zelum Dei, curru elevatus in aërem* (S. Ambrosio teste) simili modo S. Francisc. Amb. in Psal. 118. Octon. 7. Franciscus ardens Dei zelo, curri igneo, *velut sol* apparuit, quasi alter Elias, vt ajunt S. Bonaventura mar- ginatus, Vuadingus in Anal. Minorum ad annum Domini, 1210. num. 25. quos sequitur Cornelius ad cap. 48. Ecclesiastici v. 9. Hinc perpende, & adapta S. Francisco Encomium Eliæ. Eccles. 48. à v. 1. *Surrexit Elias Propheta quasi ignis, &* B. Max. & Alap. hic. *verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui: verbo Domini continuit Cælum :::: & sic; amplificatus est in mirabilibus suis :::: Qui receptus est in turbine ignis, in cur- ru equorum igneorum &c.* Hinc Fran- ciscum encomia, *Ignem* charitate in Deum: *Faculam* ardentem charitate in proximum, cujus verba velut facu- la flagrabant, & velut sagittæ acutæ penetrabant corda: Medium, aut *Me-* S. Chris. ser. 2. *diatorem* inter Deum, & homines, vt de Elia. alter Elias (S. Chrisostomo teste) *Am-* 9. *plificatum* mirabilibus.

Amplius Franciscum encomia *Facem*, *Lucem*, & *Ignem*: enim fuit 10. *Fax* illuminando Orbem perse, & per suos, *Lux* puritate vitæ Apostolicæ, & Evangelicæ, *Ignis* amore seraphico.

Tum & *Facula ardens* 1. *Charita-* *te* Dei, qua docendo, & prædicando alios accendebat 2. *Zelo* honoris Dei, 11. ad exterminanda vitia: 3. *Corde igneo*, ex quo eructabat verba inflammantia; ac miraculis confirmabat verba, & opera: quare magnum extitavit incen- dium ad Minorum cœtum fundandum, propagandumque.

Si Elias *receptus est in turbine ig-* *nis in curru equorum igneorum*, qui currus velut triumphalis fuit Eliæ, vti dixi; & velut alter Elias triumphali Eccles. 48. v. 9. Alap. cum aliis hic. curru igneo raptus est S. Franciscus. Cumque præfatus currus triumphalis, igneusque significaret Eliam *Igneum* charitate, & zelo honoris Dei: *Igneum* 12. doctrina cœlesti, & vita: *Igneum* qua- si Imperatorem ignis, cui ignis præ- buit obsequium: *Igneum* triumphali

Digitized by Google

gloria fulgentem; vt cum S. Chrisostomo, & aliis observat Cornelius, quare & sic igneum, encomia Franciscum Patriarcham.

Ab hoc curru Eliæ sumpserunt Poëtæ Gentiles fabulam de curru igneo Solis ducti equis igneis. Per quam Quadrigam currus solis, Thema habes dit. 29. Januarii, S. Francisco adaptandum, ex num. 169.

Tiriuni hic. 83.

1412 Si Elias *Scriptus est in judiciis temporum*, vbi alii legunt *Inscriptus*, redire ad certandum contra Antichristum: *Leuire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium.* En mirum Eliæ elogium: quia circa finem mundi veniet Elias, cum Enoch, præliaturus cum Antichristo, prædicaturus, & conversurus Judæos ad Christum, sic leniet *iracundiam Domini &c.* Cum S. Franciscus sit raptus curru igneo, vt alter Elias, factus à Deo currus, & auriga, in regionem Sepulchri ductus, ibi habitet non iacens vt mortuus, sed erectus pedibus, quasi vivus inter mortuos, in aëre stans Oculis apertis. Vulnera servans cum sanguine ita recenti, ac si modo acuta cuspide forent aperta: vt inde resurgat ante diem Judicii, prædicet contra Antichristum, & cum eo præliaturus sit, vt cum quampluribus marginati docent præcipuè Alva. Hinc Encomium Eliæ adapta Francisco. Amplius perpende verba Joannis: *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus sexcenti sexaginta sex.* Hinc Patres, & Interpretes passim astruunt nomen proprium Antichristi eas literas continere, quæ arithmeticè, ac propriè faciunt numerum *666.* Nomen autem *Franciscus*, inquit Lorte in *Arithmetica Seraphica* marginatus, in lingua Hetrura, seu Vmbrorum, qui communiter pronuntiant *Francheschus* secundum computationem literarum Cabalisté, & elementarié continet, & summat numerum *666.* vt videre est in sequenti demonstratione.

Ecclef. 48. v. 10. B. Max. & Alap. hic. Vbertin. Casal. lib. 5. c. 17 Francilog lib. 1. num. 25. Alva. Tab. 25. Privileg. 47. & alii plures.

14.

Apocal 13. v. 18. Patres, & Expositt. Lorte in Arithmet. Seraph. fol. 95.

F	9
R	90
A	1
N	50
C	3
H	8
E	2
S	100
C	5
V	300
S	100
	666.

Hinc perpende Franciscum antipodem Antichristi, ad ipsum debellandum, & confundendum, tua prædicatione, suisque stigmatibus, suoque nomine, & numero, vt numerus Francisci Vexilliferi Christi sit contra numerum bestiæ.

1413 Currus Ezechielis mirabilis quidem, & glorioſus. *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini*, quem ducebant mystica illa animalia habentia *quatuor facies, & quatuor pennas.* Facies inquam *Hominis*, *Leonis*, *Bovis*, & *Aquilæ* vnumquodque animal hujus currus habebat, ipsoque glorioso, & triumphanti curru significatur Monarchia triumphans Ecclesiæ Christi, quibus in animalium facibus Hierarchia Franciscana adumbrata, cum S. Gregorio, latè discurrit Minorita Lequile. Hinc Franciscum hujus Hierarchiæ currus, & auriga per præfatas quatuor facies, vt virtutes, dotes, insignia, & stemmata encomia: *Hominem* clementia, & benignitate, beneficentiaque: *Leonem* fortitudine, & generositate, ad magnanimitate animi: *Bovem* sacrificio; desiderioque martyrii: *Aquilam* celsitudine sanctitatis, donorum, ac sapientiæ, & contemplationis Seraphicæ.

Ezech. 1. v. 1. & cap. 1. v. 6. Alap. hic. B. Max. hic. Hierarch. Fran. in princ. ad Lectorem.

25.

1414 Præfata quatuor animalia, (teste Alcazar symbolicè significans quatuor Angelos *Michaelem* ecce justitiam: *Gabrielem* fortitudinem: *Raphaelem* beneficentiam: *Vrielem* sapientiam. Cumque *Franciscus* habuisset virtutes, & perfectiones omnium Angelorum, atque Sanctorum, vt cum Pisano, sancto, aliisque pluribus Alva tradit, per præfatos quatuor Angelos, Franciscum encomia victorem aurigam Ecclesiæ. Insuper præfata animalia, & significabant quatuor Prophetas, ex S. Hieronymo in Prologo Joëlis, *Isaiam* scilicet, qui interpretatur *salus* Domini: *Ieremiam celsitudo* Domini: *Ezequielem*

Alcaz. in Apoc. cap. 1. v. 4. & 5.

Alva. Tab. 25. Privil. 18.

16.

Digitized by Google

17. id est *seriosè* Domini, cæc vitus: *Danielem*, *judicium* Dei, cæc. *æquitas*, & justitia per quos Prophetas, & victorem Franciscum encomia.

1415 Si Veteres fabulatum hoc die raptum ad sydera *Branchum* Thessalum adamatum ab Apolline, & hæc verte ad sacra, pro S. Francisco, qui (Volaterrano teste) *Tamquam novum sydus in terris apparuit*, & *sub specie stellæ præfulgidæ* ascendit hoc die in cœlum, vt cum S. Bonaventura dixi nam.

Volat. lib. 22. Antrop.

1409. ac *Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis, & quasi Sol refulgens, sic & iste refulsit in templo Dei*, quo Themate vsus fuit Gregorius IX. laudando Franciscum, pro quo habes Thema Pontificio oraculo vsitatum.

S. Bonav. Crag. IX. ap. Vuadrig. ann. 1228. n. 4.

18. 1416 Verba Jobi: *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyades, & interiora Austri*: accipit Lequile, vt auspicata prognostica Francisci, suique consociati amici Dominici, hos encomia *Arcturos* mysticos Ecclesiæ, vita Evangelica ducentes Plaustrum Israelitarum vsque ad *Bethsames*, quæ interpretatur *Domus Solis*: *Orionas* Stellis à gladio dictas, eo quod Stellarum sint luce terribiles, & clarissimæ: quia hi Patriarchæ, toto in Orbe, clarissimi sanctitate, vita, ac miraculis, terribiles, per se, & per suos hæreticis, obstinatis, ac dæmonibus: *Hyades*, quibus quinque stellis significatur *quinque verba* Pauli 1. Corinth. 14. vers. 19. scilicet *Verbum orationis*, *laudis*, *consilii*, *exhortationis*, & *confessionis*, inquibus micarunt nostri Patriarchæ, & in quinto *quinque vulnerum* melioratus Franciscus: *Interiora Austri* Sancti Spiritus perflantis in interioribus Dominici, & Francisci secreta mysteria, diuna, mirabilemque magnitudinem ad quam fuerunt evecti à Deo, vt velut fulgentissimi soles luceant.

Iob. 9. v. 9. Lequile in Hier. Franc. c. 1. fol. 12.

19. 1417 Dixi Franciscum natum mundo, & Cœlo hoc die 4. quem numerum *quaternarium & perfectum*, & *ad perfectionem animæ pertinentem*, *ac inter arcana venerandum* habuerunt Pythagorici (Macrobio marginato teste) Quod ad sacra vertendo quadruplici exaltatione *Arcanum Franciscum* encomia 1. *Vita* Apostolica, & Evangelica 12. Sanctitate admirabili in toto mundo: 3. *Stigmatibus* à Christo acceptis: 4. *Reparatione*, & sustentatione Ecclesiæ.

Macrob. in Som. Scip. lib. 1. cap. 6 fol. 36.

20. 1418 Fuit igitur Franciscus quampluribus epithetis ab scriptoribus vocitatus; atque Veteres hoc die inter alia commentitia Numina colebant, (vt dixi) *Mercurium*, quem plerisque indigitarunt nominibus, eum appellando Hermetem, Ter Maximum, Caduceatorem, Atlantidem, interpretem. Magni Jovis &c. vide plura, die 4. Augusti, vertendo ad sacra, adaptavimus Patenti *Dominico*; quæ & adaptanda veniunt *Francisco*. Abjectis epithetis stultè attributis Mercurio, perpende elogia quibus à marginatis, & aliis pluribus insignitur Franciscus, dicentibus quod tuit: 1. *Apostolus*. 2. *Propheta*. 3. *Patriarcha*. 4. *Doctor*. 5. *Confessor*. 6. *Virgo*. 7. *Anachoreta*. 8. *Angelus* habens signum Dei vivi. 9. *Seraphicus*. 10. *Minor*. 11. *Sanctus*. 12. *Miles* Christi. 13. *Vexillifer*. 14. *Signifer*. 15. *Cancellarius* Summi Regis. 16. *Princeps* inclytus. 17. *Capitaneus* novæ Militiæ. 18. *Nuntius* Dei. 19. *Signaculum* summi Regis. 20. *Martyr* desiderio. 21. *Humanus* Seraphinus. 22. *Novus* homo. 23. *Tenens signum*. 24. *Sectator* Christi. 25. *Vir Catholicus*. 26. *Totus Apostolicus*. 27. *Professor* Evangelicæ perfectionis. 28. *Reparator Ecclesiæ* 29. *Secundus Redemptor*. 30. *Subrogatus* in Luciferi locum. 31. *Secundus* crucifixus. 32. *Viva imago* Dei. 33. *Stella* matutina. 34. *Miraculum* mundi. 35. *Sanctitatis monstrum*. 36. *Gaudium* Ecclesiæ. 37. *Portentum* gratiæ, & maximum ostentum divinæ providentiæ. 38. *Terribilis* dæmonibus. 39. *Liber scriptus intus*, & *foris*. 40. *Virtutis* speculum, & regula morum. Pluraque alia epitheta tribuunt Francisco, quæ recensere nimis foret prolixum, ex dictis plura adapta pro Francisco Themata.

Gyrald. Calep. & alii.

21.

S. Bonav. in legend. Pisan. lib. Conformit. S. Bernrd. tom. 4 Alva Tab. 5. Privil. 18. Aritmetica Seraph. fol. 55. Franciscleg. Sac. lib. 1. à cap. 13.

22.

1419 Tandem *Franciscus* sic fuit vocatus à quodam genere armorum dicto *Franciscus*: erant enim signa instar securium, quæ ante Consules ferebantur, & *Crucis* formam habebant: nam bipennata habebant latera transversalia, fuste sursum porrecto, vt cum Vitale observat Alva, qui addit cum S. Isidoro, & aliis, omnes literas nominis *Franciscus* in diversis Abecedariis habere *Crucis* figuram. Quare ex ipso nomine *Franciscus* sic disponendo literas suppeditamus præclarum Epitheton. Ita legendo. F. *Filius*. R. *Regis*. A *Altissimi*. N. *Nulla*. C. *Carens*. I. *Integritate S. Signis*. C. Crucifixi. V. *Verè*. S. *Signatus*. Vt fit Franciscus: *Filius Regis Altissimi*, *Nulla Carens Integritate*, *signis Crucifixi Verè signatus*. Quare tria egregia encomia ex

Alva. Tab. 9. art. 6. Francilog. Sacr. num. 262. lib. 1. Paoleti ser. 32. Micom. fol. 139.

23.

hocce

hocce nomine *Franciſcus* concinnamus, ſic ordinando literas. F.R.A. *Figuram, Redemptoris, Accepit.* Ecce Franciſcus Redemptori ſimilis. N.C.I. *Nulla Cavens Integritate*: ergo omnem habuit virtutem. Ecce Franciſcus, vt alter Abel, veſtitus innocentia. S. C. V. S. *Seraphicus, Crucifixi, Vulneribus Signatus.* Ecce Franciſcus Vexillifer Chriſti plagis Redemptoris decoratus.

Ap. Tamayum tom. 5. Martyr. Hiſp. fol. 410.

Hujus Seraphici Patriarchæ acta Carmine ſcripſit prolixè Franciſcus Maurus Hiſpellates 13. libris contenta, Concisè vero Baptiſta Mantuanus in Faſt. fol. 73. vt ſequitur.

ACTA S. FRANCISCI MINORITARUM Fundatoris, & Patriarchæ, ex Baptiſta Mantuano Carmine Scripta.

Nomen. *QVarta dies Octobris adeſt: Celebrate Minores:*
Feſta Lavernicolæ nudis ſolemnia plantis.
Nomen Ioannes veſtro eſt ab origine Patri,
Sed nova Franciſci traxit cognomina fando,
Dum ſtudet artifici Francos effingere lingua.
Iuventus. *Iſte juventutis virides dum perderet annos*
Futilibus curis, & perniciosa trahendo
Ova, in atrocis morbi genus incidit, unde
Perpendit nihil in vita præſtantius eſſe
Quam toto amplecti Chriſtum, & Cœleſtia nixu.
Origo. *Vmber erat, coluit Tuſcæ montana Lavernæ;*
Qua furum tutela fuit; pannoſus, & ultro
Factus inops, miſſo ſua ſub veſtigia faſtu.
Mores poſt Converſionem. *Mortales longe ante alios mitemque, humilemque*
Se exhibuit Chriſti ante oculos: patientis imago
Semper erat; plagas, & verbera mente ferebat:
Et quas mente tulit Deus apparere figuras
Illius in membris voluit; nam vulnere pectus,
Vulnere ſignavit plantas, & vulnere palmas.
Stigmata. *Sicque ſigillato Chriſtus ſe expreſſit in illo,*
Sicut ab Aſſyria veniens regione ſuorum
Angelus admonuit Lateranı in limine Templi.
Humanos vero non ſolum ſprevit honores,
Verum etiam timuit; quia mens inflata favore
Laſcivire ſolet. Talis ratione Sacerdos Sacerdotium ſuſ. pit.
Eſſe recuſavit, neque ſacrificabat ad Aras.
Hujus ad exemplum vitæ ſe magna virorum.
Copia convertit, numerumque effluxit in amplum.
Poſteritas hujus Patris appellata Minorum Inſtituit Ordinem Minorum.
Nomine, nodoſo humbos conſueta rudente
Cingere; & in ſoleas calſes inſerre ſalignas.
Innumeras ejus laudes, miracula, & acta
Sparſa per annales, atque impletura volumen
Grande, ſupervacuus labor eſt includere verſu.
Cum ſint nota ſatis, vulgique per ora ſerantur,
Angelica tandem vitæ præcepta relinquens
Diſcipulis, omnes, qua ſervarentur in annos:
Sumpſit honoratis Divum de ſedibus unum.

Qui alia plura de hoc Sancto Patriarcha, ejuſque Seraphica Religione deſiderat, Tamayum hoc die, alioſque Authores ab eo cit. adeat.

DIES V.

1420 HIc dies, qui & 3. Nonas Octobris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 278.

Dies 35. *Feriarum Ruſticarum* actarum pro meſſibus, vſque ad Idus hujus menſis, ex dictis die 1. Septembris.

Dies 16. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Ludi Alemanici Romæ *per ſex dies* extenſi. Ara deorum Inferorum placandis *Manibus* erigebatur in Circo Maximo. Ita Kalendarium Rom. & cum eo Beyerlinc hoc die.

Dies *Fauſtus*, & *Feriatus*, ac agendis rebus habitus *Felix*, quo ſacrificabant *Laribus Præſtitibus*, ex dictis cum Bungio, Gyraldo, & aliis num. 49.

Quo

Digitized by Google

Quo die, *Mundus patere dicebatur.* Ita Hoſpinianus, lib. de Feſtis, cap. 26. fol. 140. & Tamayus hoc die. De quo num. ſequenti.

Fuit & hic dies *Fauſtus* Romanis ob inſignes victorias partas. Primò M. Fulvius Curvus Petinus Conſul triumphavit de *Samnitibus* V. C. anno 448. Secundò M. Fabius Pictor Conſul de *Suffinatibus* V. C. anno 487. Tertiò C. Sulpitius Paterculus de *Pœnis*, & *Sardis*. V. C. anno 495. Ita Goltzius, & Reuſnerus, cum quibus, & aliis Tamayus hoc die.

Mundus patere, &c.

1421 Dixi, quòd hoc die, *Mundus patere dicebatur.* Accedebant Romani ad Aram Deorum Inferorum in Circo Maximo, & celebrabant *Ludos Alemannicos* continuatos *per ſex dies*, vt præter relatos numero præcedenti obſervant Hoſpinianus, & Lazius. Vt autem ſciatur, quid foret *Mundum patere* apud Gentiles, & hujus diei ipſorum ritus, advertunt Cato in Commentario Juris Civilis, Varro, Roſinus, & alii marginati: quòd Gentiles Inferiorem partem Mundi conſecrarunt *Diis Manibus*, quam clauſam putarunt omni tempore, niſi iis diebus Poſtridie Vulcanalium; 3. Nonas Octobris, & 6. Idus Novembris: quos dies judicabant religioſos, ea de cauſa, quòd in illo tempore ea, quæ, occulta, & abdita religionis Deorum Manium eſſent, veluti in lucem quandam adducerentur, & patefierent. Quare iis diebus dicebant ſacrum *Diti*, & *Proſerpinæ*. Nihilque geri volebant in Republica: nec pugnabant cum hoſte: nec exercitum ſcribebant: nec commitia habebant: nec aliud quidquam in Republica adminiſtrabatur, niſi quod victima neceſſitas admonebat. En verba „ Macrobii citati fol. mihi 246. *Cum* „ *Mundus*, inquit, patet: nefas eſt præ„ lium ſumere: nec patente Mundo, „ quod ſacrum *Diti pati*, & *Proſerpinæ* „ dicatum eſt: meliuſque occluſa *Plu*„ *tonis* fauce, eundem ad prælium pu„ taverunt. Vndè & Varro ita ſcribit: „ *Mundus cum patet, Deorum triſtium,* „ *atque Inferorum quaſi Ianua patet.* „ Propterea non modo prælium com„ mitti, verum etiam delectum rei mi„ litaris cauſa, habere, ac militem pro„ ficiſci, navem ſolvere, vxorem labe„ rum quærendorum cauſam ducere „ *religioſum eſt.* Hæc Macrobius. Hic ritus ex Romanis ad Hiſpanos deductus, vt conſtat, ex Inſcriptione lapidis in Ilipenſi Municipio, apud Tamayum hoc die; vbi Votum *Diis Manibus* pro ſalute Tiberii Cæſaris, expriminitur iis formalibus litteris:

DIIS. MANIBVS. SACR.
DIE. QVO MVND. PAT.
III. NON. NOV. OB. SAL.
TIB. CAE. CIV. ET MVN.
VOV. ER.

Quæ verba ſic legito: *Diis Manibus ſacrum die quo Mundus patebat, 3. Nonas Novembris, ob ſalutem Tiberii Cæſaris, Cives, & Municipes voverunt.*

Hoſpin. cap. 26. fol. mihi 140.
Lazius lib. 11. Reipub. Rom. cap. 16.
Cato cirat.
Varro lib. 5. de Lin. Lat.
Roſinus lib. 4. cap. 14.
Macrob. lib. 1. Sat. cap. 16.
Tamay. hoc die.

Sacrum.

Ritus.

Ludi Alemannici.

1422 Dixi, quòd, hoc die, Ara *Diis Manibus* erigebatur, & incipiebant *Ludi Alemannici* extenſi per *ſex dies*. De iis, aliiſque agit Roman lib. 10. Reipub. Gentilicæ aſſerens actos magna pompa, & lætitia. Enim convocato populo, vel ad Theatrum, vel ad Templum, præcedebant Tibicines; & quidam, nuncupatus *Cycopla*, certis Græcis veſtibus indutus, exibat ſociatus hiſtrionibus opulenter indutis ad repræſentandum, ſicque ſcæna, cantu, & muſica ludebant, ducebant choreas, quibus populus lætabatur.

Ludi Alemannici. Roman tom. 2. lib. 10. cap. 1. Voſpicus in Vita Carini.

1423 At hodiernos triumphos Veterum obſcurarunt noſtratii triumphi, vt fuére & veri triumphatores, & auſpicatis nominibus *Placidus*, *Eutychius*, & *Victorinus*, fratres, ac *Flaviæ* ſoror, inſigni parta victoria de ſævitie Manuchæ, bello piratico; quibus aptè aſſociatur *Fauſtus* cum aliis triginta Monachis ab ipſo Tyranno Manucha, pro Chriſti fide necatis: aptè cum iis conveniſſe videntur omine quodam conſtantiæ *Firmati* duo, in qua æmicuére conſtantia, & *Charitina*, & *Flaviana* virgines paſſæ pro Chriſto; ex quibus *Charitina* Hiſpana Carthaginenſis, ſub Domitiano, & Domitio, eo quod Gentiles inducebat ad Chriſti religionem, variè cruciata: nam raſo capite, maximo miraculo, redduntur capilli, & rurſum caput fuit comatum, ignibus cruciata, oravit, & relaxata fuit à doloribus; in mare projecta, lapide alligato ad collum, ſed diſoluta vincula, lapide in profundum demerſo, illa (ô miraculum) ſtabat ſuper mare, & per aquas gradiens tamquam per firmam petram, ad litus pervenit, & ſe Judici præſentavit; poſt variè cruciata ad martirii palmam pervenit. Pro iis igitur aliiſque hodiernis cœlicolis veris triumphatoribus Themata habes plura, vt ſupra remiſſivè die 22. Septembris num. 1340.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

1424 *Manes*, vt dixi die 2. Januarii, num. 72. pingebant Veteres Indos

Digitized by Google

Cartar. fol. 193. tos veste *nigra* vsque ad talos demissa, *Cinctos* fascia, & serpentibus, *Gestantes* manibus faces ardentes, aut baculum fraxinum. Cumque hoc die Gentiles colerent *Manes*, horum picturam ad sacra vertendo, per eam, hodiernos Sanctos encomia *Nigros* humilitate: *Cinctos* castitate, obedientia, prudentia, puritateque vitæ. *Gestantes* faces ardentes bonorum operum, & exemplorum.

Pictura.

8. Si *Manibus* tribuebant Veteres coronas florum, & fabas, vt die 2. Januarii citato numero dixi: inde ad sacra vertendo per *Fabam* habes Thema hodiernis adaptandum Sanctis, die 9. Maii num. 638. & per *Coronas* die 25. Julii num. 1039.

9.

10.

S. Isidor. lib. 17. Anglicus lib. 17. cap. 62. Berchor. in Red. lib. 12. cap. 56. 1425 Dixi, quòd Veteres Manibus tribuebant *baculum fraxinum*. Est fraxinus arbor *alta*, & procera, *rotunda*, *recta* & spinosa, *florida* & frondosa, cujus folia lauro similia, & contra venenum vtilia, à quibus fugiunt serpentes, ita vt magis fugiant fraxini vmbram, quam ignem. Quæ arbor valet ad hastas construendas, & ex ea Achilis hasta fuit constructa: quare, & Crucem Christi, & Sanctos adumbrat. Vndè adaptando hodiernis cœlitibus mysticos Fraxinos, encomia *Rectos* fide, & religione: *Rotundos* humilitate:

11. *Floridos* virtute: *Altos* merito: *Frondosos* patrocinio.

DIES VI.

A.D. 27. 1426 Hic dies, qui & pridie Nonas Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Matt.

Dies 36. *Feriarum Rusticarum*, actarum pro messibus, vsque ad hujus mensis Idus, ex dictis 1. Septembris.

Dies 17. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies 2. quo agebant *Ludos Alemannicos* per *sex dies* extensos, ex dictis num. 1420.

Dies ab Athenienſibus habitus *Faustus*, & *Felix*, ob victoriam obtentam contra *Persas* fugatos, ex Græcia: quare sacrabant hunc diem *Iovi Liberatori*, ipsique consecrabant victimas. Ita Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Dies aliquando *Ater*, & *Infaustus* Romanis, ob victos C. Manlium, & Q. Servilium Scepionem Proconſ. à *Cimbris*, V. C. anno 648. Cum primùm fuisset *Lætus* ob victoriam Q. Valerii Falconis de *Pœnis* V. C. anno 512. Et post *Faustissimus* ob celebrem triumphum, quem L. Lucullus egit de *Tigrane* potentissimo Asiæ Rege, anno Christi 66. Ita Goltz. Plutarch. in Lucullo. Eutrop. lib. 5. Beyerlinc, Masculus, & Tamayus hoc die.

1427 Hoc igitur die, ex *Atrò* facto à Gentilibus *Triumphali*, & *Fausto*: multò magis Triumphalis, & Lucidus sit apud nostrates: enim *Brunus* Confessor, Ordinis Carthusianorum institutor insignis, cum sociis oblatus Hugoni, specie Stellarum septem. Quo item die nostratum exercitus *penè innumerabilis*, sub Diocletiano, & Rictiovaro, consummato martyrio laureatus; vtque hæc causa, pro qua tam strenuè pugnatum est, perspicua magis appareat, associant se victoribus ad eandem martyrii coronam, & *Castus* cum sociis, & magni animi matronæ, *Erotidis*, & *Fides*, vtraque superavit incendium; hæc Hispana, & Virgo multos duxit ad Christum, martyrio laureatos, & inter hos, *Caprasium*, visa candidissima columba de nubibus decendente cum corona rutilante, supra Solis splendorem, & ea coronante virginem *Fidem*; dum super carbones immaniter torquebatur, ac flammam, pyramque ignis extinguente. Pro iis igitur veris Christi triumphatoribus adapta Themata, vt remissivè die 22. Septembris num. 1340. Amplius & iis adapta Themata per triumphantium classes, & colores, vt die 5. Januarii. Ac per triumphantium coronas, vt ipsius mensis Januarii die 20. num. 134. Tandem cum hoc die delirarent Veteres colendo suum Jovem liberatorem, de quo, ejus pictura, sacrificio & ritu, egi supra die 3. Augusti, num. 1077. & hæc ad sacra vertendo, Themata ibi adducta n. 1078. adapta S. Brunoni.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.

1428 Placuit hic adducere Epitaphium ad tumulum hujus celeberrimi Patriarchæ positum. Tale est, apud Tamayum:

Primus in hac Christi Fundator Ovilis Eremo
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide.
Bruno *mihi nomen, genitrix Germania, meque*
Transtulit ad Calabros grata quies nemoris.
Doctor eram, præco Christi vir notus in Orbe,
Desuper illud erat gratia, non meritum.
Carnis vincla dies Octobris sexta resolvit,

Ossa

Digitized by Google

Ossa manent tumulo, spiritus astra petit.

Hinc Celeberrimus Cœnobiarca iste, vt micans sydus ab Hugone visus, encomietur merito *Doctor*, *Præco* Christi, *Cultor* Eremi, *Stella* micans. Vide acta, & mirabilem conversionem hujus Sanctissimi Patriarchæ apud Tamayum hoc die à fol. 430.

DIES VII.

A. D. 1429. 1429 Hic dies, qui & Nonis Octob. *Faustus* notatur in Kal. Maff.

Dies 37. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, vsque ad Idus hujus, ex dictis die 1. Septembr.

Dies 18. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies 3. *Ludorum Alemannicorum*, ex dictis supra num. 1420.

Dies sacratus *Soli*, ex dictis cum Roman supra num. 49.

Pyanepsia sacra Athenis celebrata, festum: actum in honorem *Apollinis*, à Theseo institutum, & ipsi devotum. Ita Hospinianus de Festis cap. 25. folio mihi 136. De quo festo vide num. 587.

Præparatio ad Thesmophoria. Quo die mulieres Athenienses incipiebant *præparationem* ad *Thesmophoria* celebranda in honorem *Cereris*; quæ præparatio extendebatur per *novem* dies. Quibus diebus servabant hunc

Ritus. ritum. Sedebant humi more lugentium, juxta *Cererem*, & jejunabant se abstinendo à *cibo*, & *venere*, ac substernebant *ramos vitis*, quæ dicitur *pura*, & *casta*. Idque *per novem dies* in memoriam luctus Cereris querentis Proserpinam. Quibus diebus & noctibus se expiabant ad sacrificia offerenda, & festum diendum Cereri. Vndè *Novenarium* habebant expiationi dicatum. Ita Hospinianus de Festis cap. 25. fol. 137. & 138. Calà de Feriis quæst. 1. num. 345. Bungius de num. 9. fol. 351. & Ovidius lib. 10. Metamor. cujus verba dabo infra, num. 1475.

Dies *Infaustus*, & *Fatalis* habitus à Veteribus Italis, ob ingressum Annibalis cum potentissimo exercitu in Italiam. V. C. A. D. 537.

1430 Hic igitur dies, jam Veteribus infaustus, jam faustus, nobis sit faustissimus ob fugam hostium classis Othomanicæ, præsidio magnæ Dei Matris, cujus ope Victoria Navalis obtenta, & ipsa hora qua obtenta S. Pio V. Pont. Max. à Deo revelata, suisque familiaribus ab ipso Sancto indicata: quare ab ipso Pont. instituta *Commemoratio* sub titulo *S. Mariæ de Victoria*. Quo die & nobiles Romani *Sergius* & *Bachus* de sævitia Maximiani Cæsaris triumpharunt consummato martyrio: *Marcellus*, & *Apuleius* de tyrannide Aureliani, quibus, aliisque hodiernis cœlitibus associantur ad duplicatam lauream virginitatis, & martyrii *Iuliæ* & *Iustinæ*. Pro quibus triumphatoribus Christi, vertendo ad sacra triumphos Veterum, Themata habes plura, vt remissivè die præcedenti, hodiernis adaptanda Sanctis. Cumque hoc die, & sequentibus Athenienses matronæ per *agnum castum*, fruticem sic nuncupatum delirarent, & verte hæc ad sacra, hodiernos encomiando Sanctos, per flores hujus fruticis *Claros*, *Albos*, & *Purpureos*, ex dictis die 10. Augusti, num. 1109.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die. Offic. S. Pii.

1431 Sed cum hoc die foret delirium matronarum Athenensium in *Vitice* frutice, seu *Agno casto*, habente, & emittente flores *Claros*, *Albos*, & *Purpureos*, vt citato numero, & die dixi: verte & hæc pro Virgine Matre de Sacratissimo Rosario, hujus encomiando mysteria *Gaudiosa* per flores *Albos*: *Dolorosa* per *Purpureos*: *Gloriosa* per *Claros*.

1432 Finxére Poëtæ olim *Rosam* enatam fuisse à sudore fœminæ nomine *Ionæ*, cujus hæc eratindoles, vt diluculo *Candida*: in meridie *Rubea*: proxima jam nocte *Viridis* appareret. Quod Poëtarum Commentum, in Beatissima Virgine veraciter adimpletum, Cartagena agnoscit, & sanè sub Titulo Sacratissimi Rosarii, sub quo, *Candidam* encomia V. Matrem in mysteriis guadiosis: *Purpuream* in dolorosis: & *Viridem* in glorioſis; vt in fructu hujus sacratissimæ devotionis, veri devoti V. M. salutem hic, & in futura vita, consequantur.

Cartag. tom. 4. lib. 16. de Ros. hom. 12.

1433 Mystica igitur *Rosa Maria* cordi humano quadruplicem tribuit virtutem: *Impetrat* ei charitatem: *Confortat*, & *Roborat* fortitudine: *Reprimit* à peccatis, timore: *Illuminat* intellectum superna luce, vt merito in eam conveniant Davidis verba: *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis*, vt observat Cartagena, adaptando, B. Virgini, hanc quadruplicem virtutem cum Ecclesiastico dicente: *Ego mater pulchræ dilectionis, timoris, agnitionis, & sanctæ spei.*

Cartag. citat. Psalm. 118. Eccles. 24.

Thema 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. &c.

8.

9.

10.

11.

Digitized by Google

Spei. Mater, sive *pulchræ dilectionis*: ecce confortat per *Charitatem* eor languens; Mater *timoris*: ecce restringit à vitiis per *Timorem*: Mater *agnitionis*, ecce clarificat intellectum per spiritualem *Illuminationem*. Mater *Spei*: ecce sanat per *spei* sublevationem caput mentis, vt omnia notat marginatus Cartagena.

1434 *Rosa* igitur Regina florum fuit à Poëtis proclamata, quòd adapta V. Matri sub titulo de Rosario: cumque Rosa sit *Munda*, *Aurea*, *Rubea*, *Odorata*, & *Benigna*, vt cum pluribus Minorita citatus, & hinc habes Thema pro Virgine de *Rosario*. Comparat Ecclesia Virginem circumdatam Rosis, vt diebus vernis. *Et sicut dies verni circundabant eam flores Rosarum*, & meritò: nam hi dies *Nitent* præ omnibus aliis, *Absunt* longè à tenebrarum caligine: *Sunt longiores* reliquis diebus. Quæ adapta pro Sanctissimo Rosario, quibus orationibus, velut diebus veris, veri devoti circundant Virginem. Quamplura vide apud Cartagenam. Pro celeberrima Victoria, quam Virginis Matris de Rosario ope, de Turcis comparavit D. Joannes Austriacus, Caroli V. Imperatoris filius, & Philippi II. Regis Catholici frater apud *Naupactum*, auxiliis, & orationibus Pii V. Pontif. Maximi, Hispaniarum Regis, & Reipub. Venetorum, vide Tamayum hoc die à fol. 440. vsque 478. inclusivè.

Offic. Assumpt.

DIES VIII.

A.D. 1435 HIc dies, qui postridie Nonas, & 8. Idus Januarii *Faustus* notatur in Kal. Maff.

Dies 38. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus vsque ad Idus hujus, ex dictis die 1. Septemb.

Dies 19. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* Victoria, ex dictis num. 1328.

Dies 4. *Ludorum Alemannicorum*, ex dictis die 5. hujus num. 1420.

Quo die *Panopsia*, seu *Pyanopsia* dicata Apollini. Ita Rosin. in Kalend. lib. 4. cap. 4. Quòd festum ad præcedentem diem refert Hospinianus, sed ad hunc Rosinus.

Ipso hoc die Athenis *Oscophoria* celebritas acta in honorem *Thesei*. Ita Hospinianus citatus cap. 25. fol. 136. & 137.

Dies sacratus *Neptuno* à Græcis, ex dictis cum Plutarcho supra n. 49.

Dies 2. præparationis matrimonarum Athenienſium ad celebranda *Thesmophoria*, ex dictis num. 1429.

Hoc die anno Christi 1530. circa horam vndecimam noctis, Tybur ita repentè crevit, & intumuit, vt maximum damnum, & jacturam Romanis afferret. Ita Bungius de num. Binario fol. 88.

Pyanepsia. Hospin. cap. 25. fol. 136. Gyrald. synt. 17. Tamay. hoc die.

1436 Græci agebant hoc die *Pyanepsia* sacra, dicata *Apollini*. Festum devotum, & institutum in commemorationem adventus Thesei, ex Creta, Minotauro devicto, & interfecto, liberatis Athenienſibus obsessis, & liberatis à difficili tributo. Quo die Vrbem suis Theseus ingressus. Et quia hoc mense vocato Græcè *Pyanopsion* agebantur hæc sacra, ideo vocata *Pyanepsia* instituta ob hunc felicem reditum, & celebrata sequenti ritu. *Puer* ad hoc deputatus ramum oleæ *lana* coronatum, & *vvis*, *ficubus*, & aliis *fructibus* onustum, per Vrbem deferebat, & foribus Templi Apollinis affigebat; fabasque, & alia legumina cocta *Apollini* libabat. Quo & die communi olla coquebantur cibaria, ac de ea communi olla manducabant. Quòd præter marginatos Plutarchus in vita Thesei observat.

Origo.

Ritus.

Oscophoria. Hospin. cit. fol. 136. & 137. Gyrald. synt. 17.

1437 Dixi, quòd & hoc die agebant *Oschophoria* in honorem *Thesei*; & eo ritu: vt duo *pueri* formosi eligerentur, qui *palmites* cum suis racemis, ac *ramum* oleaginum lana obvolutum cum fructibus arborum gererent, ex Templo *Bacchi*, ad ædem *Minervæ*. Quos pueros sequebatur pompa, & ad januas divitum petebant munuscula, cantando carmina *Oscophorica* nuncupata. Die 7. Julii agebant Oschophoria dicata *Minervæ*, vt ibi dixi, hæc reperebantur dicata *Theseo*.

Ritus.

1438 Hic igitur dies, qui Faustus, Festus, & Triumphalis extitit apud Veteres, multò potiori titulo talis sit apud nostrates: enim occurunt nobis venerandi Cœlites *Simeon* senex, qui Dominum *Iesum* suis in vlnis suscepisse legitur in Evangelio, & quidem tanquam virentis oleæ ramusculum, sivè in argumentum divinæ pietatis, sivè in luminis nutrimentum: *Petrus* Hispalensis, qui sævitia Trajani superata in verberibus, equuleo, aliisque certaminibus, capite plexus ad immarcessibilem martyrii coronam evolavit: *Demetrius* Proconsul, qui post plurimos ad Christum perductos, sub Maximiano lanceis confossus martyrium consumma-

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.

vit:

Digitized by Google

4. vit: iis 3 aliisque meritò se adjungunt
5. ad gloriæ coronam virgines, & marty-
6. res *Reparata*, & *Benedicta*: insignis
7. constantiæ mulier *Laurentia*: ac pœ-
8. nitentiæ mirabilis *Pelagia*. Pro quibus
9. cœlitibus adapta plura Themata, vt
10. die 4. hujus mensis num. 1409.
11.

1439 Delirabant Veteres hoc die, suis in *Pyanepsiis*, & *Oscophoriis* per fructus. Si igitur hi servierunt prophanis, serviant sacris, & per Fructus, hodier-
12. nos Sanctos encomia *Pulchros*, *Suaves*, *vtiles*, vt die 22. Maii num. 711. Tum
13. & *Albos*, *Longos*, *Rotundos*, *Rubeos*, vt ipso die num. 712. Tum & Mysticas vuas: cum in vua quatuor notentur
14. *Pellis*, *Glarea*, *Succus*, *Grana*; vndè per *Pellem*, aut corticem bonæ conversationis, *Glaream* dulcorosæ pietatis, *Succum* doctrinæ, & veritatis, ac *Grana* virtutum, & meritorum, hodiernos encomia Sanctos: quibus & adapta pi-
15. cturam Neptuni vt die 16. Augusti, num. 1140.

DIES IX.

A.D. 282. 1440 Hic dies, qui & 7. Idus Octobris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 39. *Feriarum Rusticarum*, ex dictis die 1. Septembris, actarum vsquè ad Idus hujus.

Dies 20. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies 3. præparationis Matronarum Atheniensium ad celebranda *Tesmophoria*, ex dictis num. 1429.

Quo die in suo Kalend. notat Rosinus: *Eresione plectitur*, de eo nihil aliud invenio.

Dies 5. *Ludorum Alemannicorum*, ex dictis die 5. hujus num. 1420.

Dies destinatus à Gentilibus Vrbanis rebus, & Nundinis, ex dictis num. 49.

Quo die in Kalendario Astronomico notatur: *Occasus Hædi*. Ita & Tamayus hoc die cum Kalend. Astronomico, de quo sydere, & supra loquutus fui.

1441 Hoc igitur die, quo in veteribus ludis, ac spectaculis delirabant Veteres, apud nos veniunt majora, & admiranda spectacula: *Dionysius* Areopagita, & præsul, cum *Rustico*, & *Eleutherio*, laureati martyrio, ex quibus *Dionysius* præsul, Galliam, & Hispaniam illustravit, Galliarum Apostolus fuit, resectum caput manu sua prodigiosè gestavit, rectus incedens: *Domninus* martyrii laurea decoratus: *Deus dedit* Abbas fame à tyranno confectus, gloria satiatus à Deo: quibus, aliisque associatur *Publia* Abbatissa, quæ non dubitavit, transeunte Juliano, cum cæteris suis virginibus, audiente Apostata, Deos improbos probris incessere, canens Davidicum illud: *Simulachra gentium, argentum, & aurum, &c.* similemque illis dicere Cæsarem. Pro iis igitur veris militibus Christi, & per Christum triumphatores veros, veraque spectacula & mundo, & Angelis, & hominibus adapta Themata plura, vt die 4. hujus mensis, num. 1409. Tum & per spectacula, vt die 26. Julii num. 1045.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c.

1442 Inter alias gemmas est lapis nuncupatus *Dionysius*, & est *niger*, vel *fuscus*, venis *rubentibus* sparsus, & quod magis est, si aqua mixtus conteratur, *vinum fragrat*, & *ebrietati resistit*. Ita S. Isidorus, & cum eo Anglicus, & Berchorius in Reductorio Morali, qui hanc gemmam *Dionysiam* vocat. Quare per lapidem Dionysium, encomia *S. Dionysium* Areopagitam *Nigrum* humilitate, *Fuscum* pœnitentia, & laboribus toleratis pro Christo; *Contritum* aquis adversitatum, *Fragrantem* amoris Dei vino; *Rubentem* martyrio; sectum caput manibus gestando *Resistentem*, & confundentem ebrietatem gentilicam.

S. Isidor. lib. 16. Anglic. lib. 16. cap. 35. Berchor. lib. 11. cap. 66.

9.

1443 *Dionysius* dicitur à *dia*, quòd est duo, & *nisus*, quod est elevatio: quasi *dupliciter elevatus*, secundum corpus, & animam. Vel dicitur à *Diana*, & *syos*, quasi *pulcher Deo*. Vel à gemma *Dionysia* valente contra ebrietatem, ex S. Isidoro. Hinc Sanctum præsulem, & martyrem encomia: *Elevatum* corpore de mundo per terrenorum perfectam abrenuntiationem, fugamque mundanorum; & elevatum spiritu per internam contemplationem, & sapientiam planè cœlestem: *Pulchrum* Deo per virtutum decorem: *Valentem* contra vitiorum ebrietatem; & *constantem*, tolerando adversa, & tormenta pro Christo.

Hist. Lomb. lect. 148.

S. Isidor. ibid. 10.

1444 Fuit & *Dionysius* dictus *Theosophus*, idest *sapiens*, aut *ala Cœli*: & *Macharius*, idest *beatus*: ac *Ionicus*, aut à patria, aut à genere rotundarum columnarum. Hinc tantum præsulem, & martyrem encomia: *Theosophum* sapientia cœlesti: *Alatum*, duplici ala, amoris, scilicet, Dei, & proximi: *Macharium* possessione beatitudinis: *Ioni-*

Hist. Lomb. cit.

11.

cum protectione, & sustentatione: enim & est Jonica columna clientum protectrix, Ecclesiæ sustentatrix per planè cœlestem doctrinam.

Hoc etiam die veneratur ab Ecclesia aliud spectaculum mirabile, quod illam maximè illustrat, videlicet *S. Ludovicus Bertrandus*, origine Hispanus, *Valentiæ* in Edetanis *Hispaniæ* populis, die Circumcisionis Dominicæ anno M. D. XXVI. natus, qui ex Ordine Prædicatorum alumnus, sic abstinentiæ, obedientiæ, Religionis, Charitatis, & omnium virtutum specimina coacervavit, vt in qualibet profiteretur insignis, quibus, & miraculis clarus obdormivit in Domino. Qui integram hujus S. & Valentini Confessoris vitam, & res gestas in vita, & post ejus obitum legere Latiné desiderat, videat Tamayum citat. Hispano sermone, adeat Fr. Balthasarem Rocca, qui Historiam texuit, editam *Valentiæ* anno 1608. & E. Vincentium Justinianum Antist. in addit. ad Histor S. Ludovici, edit. *Valentiæ* anno 1593.

Martyrol. Rom. hoc die. Tamay. die 19. Octobris.

Vnum hic addere libet, quod in N.S. Ludovici honorem exoritur, scilicet, quod B. *Nicolaus Factor* Minorum alumnus, sic gloriam S. Ludovici præsciverat, vt ab ejus glorioso transitus die *Commemorationem*, & *Orationem* sequentem Composuerit, quam singulis diebus devotissimé repetebat.

ANTIPHONA.

Antiphona, & oratio à B. Nicolao Factore Cõstituta, & recitata.

O Proles Valentinæ Civitatis præclarissima! O Iubar omnium virtutum perfectione ornatum, decoratumque! O Rosa rubicundissima, charitatis vernans, atque fragrans! O Seraphim flammigeræ dilectionis divinæ ardentissime! O Vir vere Cathodice, & Apostolice! O flosculum florigeræ Dominicanæ Religionis gratissimum, & odoriferum! O gemma Sacerdotum præfulgentissima! O filii Sanctissimi Patris nostri Dominici legitime Beate Ludovice Bertrande, divinæ legis amator, ora pro nobis ad Dñm Iesum Christum, qui in numero Beatorum suorum te Coronare dignatus est.

℣. Ora pro nobis B. Ludovice Bertrande.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

PResta quæsumus Omnipotens, & Misericors Deus, vt qui B. Ludovici Bertrandi Sanctitatem, & vitam gloriosam celebramus, ejus etiam virtutes imitemur, & imitando proficiamus, & proficiendo ad regna Cælestia pervenire feliciter valeamus. Per D. N. Iesum Christum. Amen.

Quam *Antiphonam*, & *Orationem* refert Joannes Marieta, qui addit, quod idem B. *Nicolaus Factor*, consueverat ægris dicere, quod se inter alios Divos, B. *Ludovico* commendarent, vt à Deo integram Sanitatem reciperent, vt scribit Tamayus die 19. Octobris.

Marieta Hist. SS. Hisp. lib. 13. cap. 37. fol. 189.

DIES X.

1445 HIc dies, qui & 6. Idus Octobris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 283.

Dies 40. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, vsque ad Idus hujus mensis, ex dictis die 1. Septembris cum Cæsare Calà.

Dies 21. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, per dies 40. ex dictis cum Beyerlinc supra num. 1328.

Dies 4. præparationis Matronarum Atheniensium ad celebranda *Thesmophoria*, ex dictis num. 1429.

Dies 6. & vltimus *Ludorum Alexandrinorum* actorum ad placandos *Manes*, ex dictis die 5. hujus a. 1420.

Ludi Olympici à Græca juventute acti *cursu*, *saltu*, & *disco*, *extensi per dies quinque*, ex dictis num. 49. die 20. & 30.

Quo die *Oscophoria*, ideſt *Rami-lia* celebrabantur, quæ solemnitas Atheniensium erat dicata *Apolini*, & *Minervæ*, qua pueri ramis olivæ coronati, aliique in manibus gestantes ramos, totam circuibant Civitatem, & ad domos Magnatum, & divitum accedentes petebant donaria. Ita Plutarchus, & cum eo Rosinus lib. 4. cap. 4. & Tamayus hoc die cum Stuchio de Sacrificiis Gentilium fol. 49. (De *Oscophoriis*, & dixi die 8. hujus mensis) ac Gyraldus de Mensibus fol. 618. Romalia. Ritus.

Ad quem diem, Masculus in Fastis hoc die, refert *Vertumnalia* (alias acta die 27. Augusti, vt ibi dixi) dicata *Vertumno* vultuosa Deo, de quo fabularunt, quòd plures induerit formas. Vertumnalia.

1446 At verò nostrorum idem fuit semper vultus in pœnis: qualis fuit Agripinensis martyr *Gereon* dux invictissimus, cum aliis trecentis decem, & octo decollatus pro Christo: *Victor* Martyrol. Rom.

Digitized by Google

cum sociis: veri in tormentis victores: *Eulampia* virgo, & *Eulampius* frater, qui cum antea nomine benè splendescerent, id maximè perstiterunt, cum ambo in ollam feruentis olei conjecti, & nulla ex parte læsi, eo miraculo *duecenti* conversi ad Christum cum quibus, obtruncatione capitis, martyrium compleverunt: vtque virtuti hæroicæ accedat quædam venustas, & gratia, iis, inter alios, associatur, cum aliis plurimis, ad martyrii lauream *Florentius*. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, Themata triumphantium adapta, vt die 6. hujus, remissivé ad dies 22. Septembris, & 20. Januarii. Tum & per *Oleam*, aut Olivam, ac per Ludos Olympicos actos *Cursu*, *Salto*, & *Disco*, vt die 30. Julii à num. 1058. ac tandem per picturam *Verdumni* ad sacra versam, vt die 13. Augusti num. 1124.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

DIES XI.

A.D. 284. 1447 Hic dies, qui & 5. Idus Octobris, *Sacratus luctui* à Pythagoricis, quo agebant funebre convivium vocatum *Silicernium*, ex dictis cum Alexandro, & Bungio num. 49.

Dies 41. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, vsque ad Idus Octobris, ex dictis cum Calà, die 1. Septembris. Et dies 2. Ludorum Olympicorum.

Dies 22. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* Victoria, per dies 40. ex dictis num. 1328.

Dies 5. præparationis Matronarum Athenienſium, ad *Thesmophoria* celebranda, ex dictis num. 1429.

Meditrinalia. *Meditrinalia* sacra erant, dies sic dictus à medendo, eo quod hoc die soliti erant vinum novum, & vetus libari, & degustari. Quæ sacra Deæ *Meditrinæ* dicabant. Et ad hunc diem referuntur à Kal. Maffeiano, Rosino lib. 4. cap. 14. & Masculo hoc die. Quæ sacra cum Hospiniano retulimus ad diem 30. Septembris. Dictaque ibi vide.

Ritus. 1448 Hoc igitur die delitabant Veteres vinum degustando, & libando in honorem Meditrinæ; at nostri proprium sanguinem pro Christo fuderunt. Hi fuére *Probus*, & socii de Diocletiani sævitia triumphantes, & abscissis cervicibus laureati martyrio; quam palmam & adepti sunt *Anastasius*, *Placidus*, *Genesius*, & socii; ac *S. Sarmata* S. Antonii Abbatis discipulus à Saracenis pro Christo necatus. Ad quam coronam, & pervenère *Germanus* præsul Vesontionensis; *Nichasius* Rhotomagensis, & alii. Cum quibus cœlitibus associantur *Firminus* præsul, *Canicus* Abbas, *Æmilianus* Confessor, ac *Placidia* virgo Augusta, ex genere Theodosii Magni Imperatoris Hispani, & hujus neptis, virtutibus, & miraculis clarissima, Veronæ obiit, & ad Sponsum migravit. Pro iis igitur adapta Themata, vt præcedenti die, & loco vltimi Thematis, Meditrinæ picturam adapta, vt num. 1385.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

DIES XII.

A.D. 285. 1449 Hic dies, qui & 4. Idus Octobris, *Nefastus primò* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 41. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, vsque ad Idus huius, ex dictis cum Cæsare Calà die 1. Septembris. Et dies 3. *Ludorum Olympicorum*.

Dies 23. *Ludorum Triumphalium* actorum, pro *Actiaca* victoria, per dies 40. ex dictis num. 1328.

Dies 6. præparationis Matronarum Athenienſium ad *Thesmophoria* celebranda, ex dictis num. 1429.

Fontinala. Quo die *Fontinalia*, aut *Fontanalia* celebrabantur Romæ. Ita Gyraldus de Mensibus fol mihi 618. Hospinianus de Festis cap. 26. fol. 140. Quæ solemnitas ad sequentem diem refertur à Kalend. Maffeiano, Rosino, & aliis, vt ibi dicam.

Augustalia. *Augustalia*, sic notata à Kalend. Maffeiano: *August. N.P.* hoc est: *Augustalia Nefastus prima*. Ita dicebatur dies reditus Augusti ad Romam, vt mox dicam num. 1451. Quo die & *Fortunæ Reduci* consecrata ara; & Acti *Ludi Augustales* nuncupati. Ita Kalend. Maffeian. & cum Dione Rosinus, Tamayus, & alii.

Ara Fortunæ. *Ludi Augustales*.

Dies *Triumphalis* duplici à Veteribus ornatus triumpho, altero quo C. Norbanus Flaccus Proconſ. ex *Hispania* triumphavit, V. C. anno 719. Altero quo L. Sempronius Aretinus Proconſ. *ex Africa* triumphum egit, V. C. anno 732.

Fontanalia. 1450 *Fontanalia*, aut *Fontinalia* erant fontium sacra acta Romæ, aut hoc die, aut sequenti, juxta varios Authores. Quibus in sacris agebant Festas eo ritu, vt *Coronas* ejicerent *in fontibus*: & *puteos coronarent*; Vnde & Romæ

Gyraldus Synt. 17. fol. 498. Hospin. citatus.

Rosin.

Digitized by Google

Romæ fuit *Fontinalis porta*. Josephus Scaliger, cum Varrone de Lingua Latina notat. *Fontinalia* esse sacra, & Feriæ ejus fontis, cujus delubrum fuit juxta portam *Carpenam*, vnde & ipsa Fontinalis fuit dicta, vt omnia tradunt marginati, & Rosinus lib.4. cap.14.

Augustalia. Dion.hist.Rom. lib.54. Rosin. citat. Tamay.hoc die.

1451 Erant & hoc die *Augustalia*. Sic dicebatur reditus Augusti ad Romam, rebus in Sicilia, Asia, Græcia, Syria, & Partia compositis, ob reditum Augusti, ac propter ea, quæ absens egisset, multa, ac varia in ejus honorem decreta sunt: quorum ille nihil accepit, nisi quòd consecraretur ara *Fortunæ Reduci*, & quòd hic dies sui reditus diceretur *Augustalia*, ac inter *Ferias* referretur. Alia *Augustalia* vide num.1115. Acti fuerunt & hoc die *Ludi Augustales* nuncupati: enim (Cornelio Tacito teste lib.1. Annalium Romanorum.) Tribuni Plebei petivere, vt proprio sumpto ederent *Ludos*, qui de nomine *Augusti* Fastis additi, *Augustales* vocarentur. Sed acti decreta pecunia ex ærario, concessumque vt per Circum *purpurea* veste vterentur; non tamen permissum, vt veherentur curru. Nec aliud peculiare de iis Ludis invenimus. Reliqua pete ex communi ritu, & pompa Ludorum Romanorum, vt 4. die Septembris, num.1237.

1452 Hoc igitur die, quo Veteres Augustalia agebant, nobis occurrunt vera Augustalia, illa scilicet, quæ sacrata sunt religionis augustæ defensoribus, quibus hic dies abundat: nam in Africa, sub Hunnerico Rege Ariano, *quatuor millia nongenti sexaginta sex* Confessores, & Martyres passi sunt pro Christo: Romæ *Evagrius*, & *Priscianus* cum sociis: Ravennæ *Edistius*: Lyciæ *Domnina*, sub Diocletiano passa, vt non deesset triumphus Heroinæ in die tam triumphali Christianorum. Horum triumphantium omen attulit alter ex Africanis Martyribus *Felix* nomine, vt fœlicitatem, quam Augustus falsò Fortunæ tribuit, hi secum afferrent, ad sempiternam fœlicitatem, laureati martyrio conscendentes. His veris purpuratis ad sempiternam gloriæ coronam associantur lucidi Confessores *Maximilianus* Laureacensis præsul: *Vvalfridus* Eboracensis antistes: *Mona* Mediolanensis Episcopus, qui cum de eligendo Episcopo ageretur, mirabiliter fuit circumfusus cœlesti lumine, quo indicio in Episcopatum assumptus: iis ad eandem gloriæ coronam associantur alii plurimi Martyres, Confessores, & Virgines. Themata adapta plura, vt remissivè die 10. hujus Mensis num.146. Cumque & hoc die delirarent Veteres, & per Fortunam, & per Ludos Augustales, & per Fortunæ picturas, ac cognomina, habes plura die 25. Maii à num. 728. christianizanda, & hodiernis adaptanda Sanctis. Tandem & cum ludentes hoc die in Ludis Augustalibus purpura vterentur; & per purpuram habes alterum Thema hodiernis cœlitibus adaptandum, vt die 20. Maii num. 692.

Martyrol.Rom.

Thema:
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.

Plusquam Augustum constituit hunc diem Augustissimum Cæsaraugustæ in Hispania festum *dedicationis* Ecclesiæ B. Virginis *Mariæ del Pilar*; quæ vt refert Tamayus, hodie occurrit. Hoc esse egregium illud. *Oratorium*, quod, (jubente B. Virgine *Maria*) Sanctus *Iacobus* Hispaniarum Apostolus apud Cæsaraugustam extruxit, nulli est dubium; idque celeberrimum Catholicum Delebrum, ad quod à nascentis fidei exordio fideles vndique confluere, scriptorum nostratum, & exterorum calamus manifestat. Hanc Ecclesiam vetustate, & origine omnibus Christianorum Ecclesiis antiquiorem esse; Angelicis manibus ædificatam, & ab ejus exordio inter tot persecutorum Gentilium, Hæreticorum, & Saracenorum *Hispanias* invadentium angustias, illibatam, integram, & inconcussam mansisse, omnium Ecclesiarum *Hispaniæ* traditio; Summorum Pontificum assertio, Regum, & Antistitum devotio proclamat. Omnia hæc ex instituto probat Tamayus tom. 5. Martyrolog. Hisp. à fol. 504. vt ibi videre poteris.

Tamay.hoc die.

Placet tamen mihi hic adscribere Hymnum compositum à S. M. Maximo, qui antiquitus in illa Angelica Basilica decantabatur, in cujus contextu, ni fallor, omnia supra dicta manent manifesta, sic:

O Cæsaraugusta decus,
& dulce patrocinium,
Gentes Iberæ columen,
Templum Columnæ immobilis,
Quæ diceris plus omnibus
sacris Iberis sedibus,
Ierusalem mirabilis,
domus pudicæ Virginis:
Te præ solis cubilibus
elegit ipsa Genitrix,
quæ gessit almo in vtero
magnum Tonantis filium.
Hæc nam Iacobo Apostolo,

Digitized by Google

& sua consanguineo,
eadem jubet conficere
cunctis manentem seculis.
O grandis apparitio!
Iacobo facta primitus,
anno nono tricesimo
Natalis almi Domini.

DIES XIII.

A.D. 286. 1453 Hic dies, qui & 3. Idus Octobris, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 42. *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus, vsque ad Idus hujus, ex dictis cum Calà die 1. Septembris. Et dies 4. *Ludorum Olympicorum.*

Dies 24. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, per dies 40. ex dictis cum Beyerlinc num. 1328.

Dies 7. præparationis Matronarum Athenienſium, abſtinentia à *cibo, venere, &c.* ad Theſmophoria celebranda, ex dictis 7. die hujus num. 1429.

Fontanalia. Ad quem diem *Fontanalia* referuntur à Kal. Maffeiano, Roſino lib. 4. cap. 14. ita Kal. Vetus, apud Hoſpinianum citatum, Maſculus, & Tamayus hoc die. Qui cum Adriano Tarnebo lib. 26. cap. 11. fol. 298. addit: Romanos Veteres coluiſſe Deum *Fontinalem*, qui fontibus præerat, & cui hæc ſacra Fontinalia dicabantur, vt notaverat Guilielmus Stuchius de ſacrificiis Gentilium, fol. 24. *Fontinalis.*

Quo die Romæ *Ludos* agebant *Iovi Liberatori* dicatos, extenſos per dies aliquot. Ita Kal. Rom & cum eo Beyerlinc, & Maſculus, hoc die. At ad quot dies extenſos, non dicunt.

Dies *Triumphalis*, quo Q. Fabius Maximus Conſ. triumphavit de *Hiſpania*, V. C. anno 708. Ita Goltzius, Beyerlinc, & Maſculus.

1454 Hoc die, quo Veteres delirabant in Ludis, Feriis, Triumphis, & Fontinaliis, nobis veniunt venerandi multò præclariores triumphatores, qui & fontes corollis fuère, ac ſcaturigines ſanguinis, quem fuderunt, vt *Colmanus*, & *Ianuarius*, ac auſpicati nominis *Fauſtus*, & *Martialis*; quibus ne materies deeſſe videretur, ad coronandos fontes ſanguinis effuſi pro Chriſto, acceſſit *Florentius*. His aſſociantur ad paſſionem, & lauream, *Daniel*, *Samuel*, *Angelus*, *Donulus*, *Leo*, *Nicolaus*, & *Hugolinus* omnes coetus Minoritarum alumni, apud Ceptam, ſub Saracenorum poteſtate, variis ſuperatis tormentis obtruncatis capitibus, martyrium compleverunt, die 10. hujus, hoc tamen die venerati, & in Martyrologiis Romano, & Franciſcano adnotati. Quo & die cœlitibus aſſociati *Theophilus* præſul, ac *Chelidonia* virgo. Pro iis igitur, aliiſque cœlitibus Themata triumphantium adapta, vt die 6. hujus menſis remiſſivè ad 20. diem Januarii, & 22. Septembris. Tum & per Oleam, & Olivam, ac per Ludos Olympicos, vt die 30. Julii, num. 1058. Martyrol. Rom. & Franciſc.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.

1455 Dixi, quod hoc die in fontium ſacris delirabant Veteres. Fons igitur dicitur à ſcaturiendo, fovendo, & fundendo aquas, quibus terra fœcundatur; ſitis extinguitur, homo recreatur. Sunt itaque Sancti myſtici fontes: *Clari* puritate, & vita, *Fœcundi* virtutibus: *Recreantes* patrocinio. S. Iſidor. & Berchor. in Red. lib. 8. cap. 2.

13.

Triplex igitur eſt fons inter alios: enim in Africa eſt Fons canoras voces faciens: In Italia eſt Fons, quo medentur vulnera oculorum: In Epiro eſt Fons, quo faces accenduntur. Per hos igitur Fontes, cœlites hodiernos eneomia *Canoros* religione, & laude Dei: *Medentes* patrocinio: *Accendentes* charitate.

14.

Quamplura habes de Fontibus in 1. Tomo. Quòd ſi hoc die Veteres delirabant coronando fontes; verte hunc ritum ad ſacra, & hodiernos eneomia cœlites per triplicem coronam *Lileam* puritatis: *Violaceam* humilitatis, fragrantiæque exemplorum: *Roſeam* ferventis charitatis, aut martyrii.

15.

DIES XIV.

A.D. 1456 Hic dies, qui & pridie Idus Octobris in Kal. Maffeiano ſic notatur *En. N. P.* ideſt, *Endoterciſus Nefaſtus primo.*

Dies 43. *Feriarum Rusticarum* actarum pro meſſibus, ex dictis cum Cæſare Calà 1. Septembris.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, *curſu, ſaltu, & diſco*, ex dictis num. 49. die 10. & 30.

Dies 25. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria per dies 40. ex dictis cum Beyerlinc num. 1328.

Dies 8. præparationis Matronarum Athenienſium, abſtinentia à *cibo, venere*, &c. ad *Theſmophoria* celebranda, ex dictis die 7. hujus.

Quo

Digitized by Google

Quo die *Ludi* dicati *Iovi Liberatori*, quem vocitabant libertatis authorem, & conservatorem Græci. (De quo Jove Liberatore egi die 3. Augusti, vbi & de ritu, ac pictura, num. 1077.) Ita Masculus, & Tamayus hoc die.

1457 At hoc die, quo in spectaculis Ludorum, & Triumphorum Veteres delirabant, nobis veniunt veneranda spectacula sacra nostratum. Hi, inter alios, fuère *Calixtus* Papa, Christianorum Hierarcha inclytus, sub Cæsare Alexandro multa passus. Lictores missi ad eum occidendum cæci facti sunt repentè, quo viso Dux eorum veram amplexus fuit religionem: tandem in puteum demersus, victoriæ triumphum complevit. *Calixto* ad eandem palmam associantur *Carponius*, *Evaristus*, & Priscianus fratres, cum *Fortunata* sorore; illi gladio jugulati martyrii coronam perceperunt; ista equuleum, ignes, bestias, & alia superata tormenta, Deo reddidit spiritum. Quo & die Choro martyrum adjuncti Deobrigenses Hispani martyres *Saturninus*, & *Lupus*. Pro hilaritate verò Ludorum, adest nobis opportunè, *Gaudentius*; necnon & *Fortunatus* præsul, qui in effugandis spiritibus immundis immensæ virtutis gratia emicuit. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus adapta Themata plura, vt die præcedenti remissivè. Tum per triumphos veteres, classesque, & coronas. Tum per oleam, & olivam. Tum per Olympicos Ludos. Tum & per alia plura à Veteribus, suis triumphatoribus tributa, & variis diebus supra ad sacra versa, & hodiernis cœlitibus adaptanda. Tandemque cum hoc die debaccharentur Veteres in suo Jove Liberatore, per hujus picturam, & sacrificia, versa ad sacra, Themata habes dies 3. Augusti num. 1078. adaptanda Sanctis hodiernis.

Martyr. Rom. Mascul hoc die. Hist. Lomb. lect. 149. Tamayus hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

DIES XV.

A.D. 288.

1458 Hic dies, qui & Idus Octobris, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 44. & vltimus *Feriarum Rusticarum* actarum pro messibus à Kalendis Septembris, vsque ad hunc diem, vt cum Cæsare Calà dixi eo die.

Dies 26. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis cum Beyerlinc supra num. 1328.

Dies 9. præparationis mulierum Athenienſium abstinentia à *cibo*, & *venere* ad *Thesmophoria* celebranda, ex dictis die 7. hujus mensis, num. 1429.

Dies Idus: quare *Faustus*, *Feriatus*, & agendis rebus *Felix* habitus, ex Macrobio, & Bungio. Dicatus *Laribus*, ex Roman: *Iovi* cui immolabatur bos Alex. ab Alex. Dies solemnis, quo agebant multa festa, & quo Romæ *Senatus legitimus*, omnia ex dictis num. 49. die 13.

Dies dicatus *Mercurio* à Mercatoribus. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 618. Adrianus Junius in Fastis, Rosin. lib. 4. cap. 4. & Hospinianus de Festis cap. 26. fol. 140.

Quo & die *Vertumnalia* sacra dicata *Vertumno*, cui in vico *Turario* dicarunt sacellum, & fuit habitus Deus Mercatorum. Ita Hospin. cit.

Dies dicatus *Marti Bellico*, cui sacrificabant *equum Octobrem* nuncupatum. Ita Gyraldus, Hospinianus, Rosinus citati, & alii plures.

Dies natalis *Virgilii*, vt cum Martiali Gyraldus de Mensibus hoc die observat, ac Rosinus lib. 4. cap. 4.

Dies *Triumphalis*, quo Romæ celebres fuerunt acti triumphi. Primò à Romulo ob partos triumphos de *Veientibus*, & *Fidenatibus* V. C. anno 21. Secundò à L. Papilio Cursore, & Dictatore de *Samnitibus* V. C. anno 444. Tertiò à C. Pedio Nepote Proconſ. de Hispania. Ita Goltzius, Masculus, & Tamayus hoc die.

Tandem ab hoc die vsque ad 21 inclusivè fecit Jeroboam sacrilegam solemnitatem *Vitulis aureis* dicatam, & *per septem* dies extensam, vt dico in Diario Sacro hoc die à num. 2460.

1459 Hic dies erat dicatus *Mercurio*, de quo plura dixi supra, præcipuè die 4. Augusti. Dictis addo fuisse *Acervum Mercurii*, dicente Salomone in Proverbiis: *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem.* Quo loco pro *acervum Mercurii* Hebraicè est *Margema*, quod derivatur à *ragam*, ideſt lapidare, lapides jacere, aut lapidibus obruere: vnde quadrupliciter vertitur. Primò, *acervus lapidum*; Secundò, *purpura*; Tertiò, *funda*. Quartò; *acervus Mercurii*. Tangit Salomon in textu vetustum morem, quo Veteres Hermas, seu statuas Mercurii sine manibus, ac pedibus in viis ponebant, ad quas causa religionis, & honoris lapidum cumulos aggerebant, quos lapides *Hermam* vocabant Græci: *Viacum* Latini: *Mercolis*, seu *Mercurium*, & in acervum jacie-

Mercurius.

Acervus Mercurii. Prov. 26. v. 8. Bib. Max. Alap. & Maluend. hic. Cartarius fol. 284.

Rivus.

Digitized by Google

jaciebant, & offerebant in honorem Mercurii itinerantes, & præcipuè mercatores, quorum Deus erat Mercurius. Hosce lapides in acervos accumulabant, singuli singulos adjiciendo, id innuentes, vel ita Mercurium honorandum, ea re, quæ ad præsens foret in promptu, & obvia: vel quòd ita viam videbantur repurgare, ne lapidibus cæteri viatores offenderentur: vel quod eo lapidum cumulo statua Dei notior prætereuntibus fieret, vel ne viatores errarent. Ibique primitias fructuum ponebant, vt viatores ex iis caperent, quod sibi opus esset, vt omnia marginati tradunt.

Pictura. Effingebatur hic Mercurius viarum præses *Triceps*, vel ad vim sermonis exprimendam, vel ad viam ostendendam; in iis enim erant inscriptiones, quo illa via ferret, & quo alia, & alia. Eratque statua *Triceps*, ex lapide *rudi*; *trunco* habitu, ac in forma *quadrata*, hisce verbis Græcè subscriptis: *auspicator ad iter, & Dux viæ.*

Cartarius à fol. 224. Alap. citat.

1460 Pluribus diebus *Vertumnalia* agebantur à Veteribus, vt in Augusto die 13. & 27. & in hoc mense hoc die, & 30. Dictis de *Vertumno*, & *Vertumnaliis* addo: *Vertumnum* ex eo sic appellatum: quia putabant vertere cogitationes hominum, in rebus vendendis, & emendis; sic & Propertius, apud Calà, aliis rationibus id nomen obtinuisse tradiderit his versibus:

Vertumnalia.

Calà q. 1. fol. 80. n. 355.

Hac quorum Tiberinus iter faciebat, & aiunt
Remorum auditos, pervada pulsa sonos
Postquam ille suis tantum concessit alumnis
Vertumnus verso dicor ab omne, Deus
Seu, quia vertentis fructus percepimus anni
Vertumni rursus, credidit esse sacrum.

Quos versus Marlianus recitat in Topographia Vrbis lib. 14. cap. 14.

1461 Solemnis insuper habebatur hic dies; quo præter alia festa Idibus communia, Equus, qui in præliis victor fuisset immolabatur *Marti-Bellico*, sicut & Idibus Decembris, ex Plutarcho. Qui equus vocabatur October: quem figebant ad turrem *Mamiliam* in campo Martio, & ejusdem abscissa cauda magna celeritate ferebant in Regiam, vt ex ea sanguis stillaret in focum, participandæ rei divinæ gratia; & sic sacrabant *Marti-Bellico* ob frugum eventum. Quod marginati, & alii advertunt.

Mars.

Plut. in Quæst. Rom. Hospin. de. fol. 140. Ovid. in 6. Fast. Ritus.

1462 Hoc igitur die, jam Nefasto, jam fausto, feriato, & solemni, ac (apud Veteres) triumphali; meritò apud nos faustus sit, feriatus, solemnis, & triumphalis: enim veniunt venerandi plures bellicosi, velut generosi equi *trecenti* numero Colonienses Martyres, qui pro Christo fuderunt sanguinem, quibus associantur *Agileus*, *Bruno*, & fausti nominis *Fortunatus*, omnes laureati martyrio, quorum cruore Romanam decorarunt Ecclesiam. Quo die & fœminæ suos egerunt triumphos, vt *Hedwigis* Ducissa Poloniæ, *Thecla* Abbatissa, *Aurelia* virgo Germana, origine Hispana, quæ ab Apostolo Jacobo Hispaniarum Magistro cum Patre, & Sorore ad fidem conversa, fidei regulas viriliter est amplexa, pro quarum observantia ad martyrii coronam accessit. *Theresia* Matriarcha, & Virgo Carmeli decor, & luminare stelliferum. Pro iis igitur triumphatoribus veris, vertendo ad sacra Veterum triumphos, classes, colores, coronas, &c. habes supra Themata plura, vt remissivè die 13. hujus num. 1454. Item ibi, & per oleam, olivam, ludosque Olympicos Themata habes adaptanda cœlitibus hodiernis, generosioribus victoribus, quam illi, qui in Olympicis triumpharunt.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 1

1463 Est præsens dies dicatus *Theresiæ* Virgini. Hæc præclarissima virago *Matriarcha*, *Reformatrix*, *Doctrix*, ac spiritualis doctrinæ *Magistra* edocta cœlitus, vt ejus doctrinæ pabulo nutriamur, ac piæ devotionis eruditamur affectu, & *Protectrix* clientum. In diebus nostris Omnipotens Deus *fecit salutem magnam in manu mulieris* (loquor verbis Gregorii Papæ in Bulla Canonizationis), *suscitavit enim in Ecclesia sua, veluti novam* Deboram, „*Theresiam Virginem*, quæ postquam „mirabili victoria, carnem suam per„petua virginitate, mundum admira„bili humilitate, & cunctas adinven„tiones Diaboli multis, maximisque „virtutibus superasset, excelsiora mo„liens, & virtutem sexus, animi mag„nitudine, supergressa *Accinxit* forti„tudine lumbos suos, & *Roboravit* „brachium suum, & *Instruxit* exerci„tus fortium: qui pro domo Dei Sa„baoth, & pro lege ejus, & pro man„datis ejus, armis spiritualibus decer„tarent. Hæc in præfata Bulla, Gregorius Papa; qui & eam astruit *Repletam* spiritu sapientiæ, & intellectus: *Illustratam* thesauris gratiæ: *Splenden-*

Gregor. Papa. 13 14 15

Digitized by Google

tem tamquam Stella in Firmamento: *Ornatam* corona Sponsæ: *Decoratam* monilibus in gloria miraculorum. Vndè habes plura Themata pro tanta Matriarcha.

1464 Si igitur præsens dies Veteribus fuit Nefastus, & Nefastus sit Stygiis, monstrisque infernalibus, contra quos *Theresia* armavit exercitum: Si Faustus, Felix, Triumphalis, Feriatus, & Solemnis; potiori titulo talis sit apud nostrates; quia *Theresiæ* dicatus, quæ tot triumphos pertulit, quot filios, filiasque in Christo genuit per cœlestem ejus doctrinam. Si dicatus à Veteribus Marti-Bellico, Jovi, Vertumno, ac Mercurio, sit apud nos *Theresiæ* dicatus, quæ ab ipso Pontifice Gregorio comparatur viro *ædificanti domum suam supra petram* Fidei Romanæ Ecclesiæ: enim fuit Bellona triumphans de *Carne*, *Mundo*, & *Dæmone*, belligerans bella Christiana, melius quam Mars bella hostium veterum: quare Mars non comparandus *Theresiæ*. Nec Jovis fabulosa potentia comparanda cum vera potentia, per Sponsum Christum, accepta à nostra Heroina, ad vera patranda miracula. Nec Vertumni fabulosa potentia se vertendi in varias formas: enim Theresiam contempla *Angelicam* puritate, *Cherubicam* sapientia, *Seraphicam* amore, dilectioneque Dei. Nec tandem Mercurius Veterum fabulatus nuntius Deorum, Ter Maximus proclamatus, & vt Dux viæ habitus, comparandus cum Theresia, quæ verè fuit ab Omnipotente Deo *missa* ad *salutem magnam*, verè *nuncia* Dei, & *ductrix* viæ cœlestis: quare per verba; *Missa*, *Nuncia*, *Ductrix*, alterum habes Thema pro tanta encomianda Heroina: quam merito *Ter Maximam* prædicabis *Virtute*, *Sapientia*, *amore*.

16. 17. 18. 19.

1465 Ecce Hymnus, quo Vincentius Spinel expressit encomia hujus Matriarchæ. Tamay. hoc die.

O Virgo Mater Virginum,
Quæ Virgo natos parturis,
Et Virginum das munera
Intacta Sponso Virgini.
Quà laude nunc te prosequar
Si docta Virgo cœlitus,
Et sanctitate, & literis
Terrena vincis culmina.
Teresa Mater diceris,
Sed Tersa *divæ congruit,*
Quæ Tersa casto est corpore,
Et Tersa *puro Spiritu.*
Seu mente rapta ad sydera,
Arcana Christi prævides;
Seu quæ videndo percipis,
Natis (docendo) suggeris.
Si mens in altum prosilit,
Est corde uere supplici;
Nec membra fletu languida
Vincuntur in certamine.
Si tot patent miracula,
Fructus, & almos germinas,
Aut tota Christo es consita,
Aut totus in te permanet.

In transitu hujus Seraphicæ Matris plura fuére ostenta, & mira visa: vt (ait Gregorius Papa in præfata Canonizationis Bulla) supra tectum Ecclesiæ, & in choro, & super decumbentis cubiculum, multitudinem cęlestium luminum: Christum Dominum assistentem ejus lecto coruscantem magno splendore, & ingenti Angelorum frequentia circundatum plurimos amictos albis vestibus ipsius cellam ingredientes, ac cubili circumfusos: candidam columbam, ipsius transitus momento, ex ipsius ore in Cœlum evolantem, & alia. Hæc igitur, ex Pontificio oraculo, supra adducto. Velut nova Ecclesiæ *Debora* fuit suscitata. Antiqua Debora *erat Prophetis vxor Lapidoth*, vbi vertit Maluenda: *Et Deborah vira prophetissa, vira Lapidoth.* Alii, *mulierem lampadarum, lucernarum, splendorum*: quæ interpretatur *Apis*, *Eloquens*, *Oraculosa* & Syriace *Ductrix*: quas Deboræ interpretationes, Sanctæ Theresiæ adapta, vt per eas tantam heroinam, veluti novam Deboram Ecclesiæ encomies. Iud. cap. 4. v. 4. Maluend. B. Max. & Alap. hic. & Lyran. lib. Diff.

1466 Fuit filia *Salphaad* nomine *Thersa*: Fuit & civitas Regia Regum Israel *Thersa* nomine, quam Adricomius collocat in Tribu Manasses. Civitas sita in alto monte, *Insignis*, *Gratiosa*, *Pulchra*, & *Amœna*, & *Suavis*, ex notione nominis, vt Lyranus, & Maluenda: quæ adapta *S. Theresiæ*, eam encomiando *Insignem* gestis, & vita; *Gratiosam* donis, gratia; *Pulchram* puritate; *Suavem* doctrina; *Amœnam* prole. Num. 26. v. 33. Ios. 12. v. 24. & 1. Reg. 14. v. 27. Adric. in Manas. 1. n. 60. Maluend. ibid. Lyr. lib. Diff.

DIES XVI.

1467 Hic dies, qui & 17. Kal. Novembris, *Faustus* notatur in Kalend. Maff. A. D. 289.

Dies 27. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis cum Beyerlinc supra num. 1328.

Dies *Ater* Romanis, ex Macrobio, & Beyerlinc cum eo hoc die.

Item apud ipsos Romanos dies

Ludi Plebei. latus, quo agebant *Ludos Plebeios* nuncupatos *per triduum* extensos. Ita Fasti Veteres, & Rosinus, lib. 5. cap. 20. ac Tamayus hoc die. Qui Ludi agebantur in Circo, & pro *libertate* plebis, & pro ipsius plebis *reconciliatione*, primumque editi post primam plebis in sacrum montem secessionem, & ita cum aliis Rosinus, & Tamayus citati.

Dies ab antiquis Romanis dicatus *Diis Manibus*, ex dictis cum Tiraquello, & Bungio supra num. 49.

Quo die *Thesmophoria* Athenis celebrata in honorem Cereris. Quæ sacra ad hunc diem refert Hospinianus de Festis cap. 25. fol. 137. & 138. addens *per triduum* celebrata, & extensa.

Thesmophoria. Origo. 1468 Erant igitur hoc die Athenis *Thesmophoria* dicata *Cereri*. Origo hujus festi fuit, ob raptam, & inventam Proserpinam, quæsitam facibus, vt fabularunt. Agebantur verò quotannis

Ritus. à solis mulieribus magna pompa, *per triduum, & indutis vestibus albis*, quum prius novem diebus, ac noctibus ad hoc festum *jejunio*, & *abstinentia* à *cibo*, & *venere*, substernendo ramos *viticis*, quæ arbor *pura*, & *casta* dicebatur. Tribus autem diebus Thesmophorium *indutæ niveis vestibus, sertis redimitæ* sacrabant *Cereri fructus*, vt observant

Hospin. cap. 25. à fol. 137. Ovid. lib. 10. Metam. Hospinianus, & Ovidius per sequentes versus:

Vide supra à n. 1107.

Festa dies Cereris *celebrabant annua matres,*
Illa, quibus nivea velata corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum,
Perque Novem *noctes Venerem, tactusque viriles*
In vetitis numerant.

Idem aperto testimonio declarat Propertius lib. 2. Eleg. 33. & cum eo Bungius de num. 9. fol. 351. per versus sequentes:

Tristia jam redeunt iterum solemnia nobis
Cynthia jam noctes est operata Novem.
Atque utinam Nilo pereat, quæ sacra repente
Misit matronis Inachis Ausoniis
Quæ Dea tam cupidas toties divisit amantes,
Quacumque illa fuit, semper amara fuit.

Gyrald. Synt. 14. fol. 360. Calà quæst. 1. à num. 149. Addit Gyraldus cum Plutarcho, quod in iis sacris mulieres Athenienses, more Ægyptiorum à cibis se abstinebant, humique jacebant, foliisque *viticis*, Græce *agni casti*, cubiculum sibi ster-

nebant; quæ planta, & odore grata, & serpentibus infesta est. Iis in festis tantam abstinentiam à venere servabant, vt *feria pollutæ* crederentur, si, eo tempore, quis cum vxore concubuisset. Quo in festo, & Sacerdotes vtebantur vestibus albis, & noctu cum facibus currebant, vinumque non bibebant; vt cum aliis, ait Cæsar Calà marginatus.

1469 Hic igitur dies Veteribus Romanis Ater, novis Romanis sit purpureus: enim Africani martyres *ducenti septuaginta* coronati sunt: ad quam palmam pervenère *Saturninus*, *Nereus*, & alii *trecenti sexaginta quinque*: quibus adhæret *Bercharius* Abbas, & martyr; necnon, & auspicato nomine *Florentinus* præsul, & *Gallus* Abbas, qui ingressus speeum, vt ibi degeret, Leones, ac cæteras feras absterruit; imò & Kakodæmones ipsos loci incolas ablegavit: cæcis lumen præbuit: supra ejus mortui tumulum lux exexplenduit. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis Christi triumphatoribus veris, vertendo ad sacra triumphos Veterum, classes, colores, coronas, &c. plura habes supra Themata, vt remissivè die 13. hujus. Cumque & hoc die Thesmophoria agerent dicata Cereri, per hujus picturas, sacrificia, & ritus, die 24. Januarii, à num. 49. plura habes Christianizata, & hodiernis adaptanda Sanctis. Tandemque si in Thesmophoriis vtebantur matronæ Athenienses foliis viticum, aut agni casti, per hos flores claros, albos, & purpureos ad sacra adaptatos, *Thema* habes, ex die 10. Augusti, num. 1108. & 1109. hodiernis accommodandum cœlicolis.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die, & 6. Septemb. Mascul. hoc die.

Thema 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DIES XVII.

A.D. 290. 1470 Hic dies, qui & 16. Kal. Novembbris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 28. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis cum Beyerlinc supra num. 1328.

Dies 2. *Ludorum Plebeiorum* actorum pro libertate, & reconciliatione plebis, ex dictis num. 1467.

Item dies 2. *Thesmophoriorum* actorum à Matronis Athenienses in honorem *Cereris*, ex dictis die præcedenti num. citato.

Dies quo *Soli*, & *Laribus* sacrificabant Gentiles, ex dictis num. 49. die 31.

Digitized by Google

Quo die (ex Manilio lib. 1. Astronom. & Tamayo hoc die), in Kalend. Astronomico notatur *Orionis Occasus*. De quo sic Manilius, citatus:

Cernere vicinum Geminis licet Oriona
In magnam Cœli tendentem brachia partem,
Nec minus extento surgentem ad sydera passu:
Singula fulgentes humeros cui lumina signant.
Et tribus obliquis demissus ducitur ensis,
Aut caput Orion *excelso emensus Olympo*
Per tria subductos signatur lumina vultus:
Non quod clara minus, sed quod magis alta recedant.

Quo loco ad longum vide Josephum Scaligerum, in Notis ad Manilium fol. 54. & à nobis dicta Junii die 26. à num. 890.

1471 Hoc igitur die, quo delirabant Veteres in Thesmophoriis, Ludis, & Triumphis, nobis venerandi veniunt, re, & nomine *Victores* duo, alter Capuanus præsul eruditione & sanctitate conspicuus, alter Hispanus Beatensis civis præsul, & martyr, sub Saracenorum potestate passus cum *Alexandro*, & *Mariano*: iis ad eandem palmam adhæret *Andreas* Monachus, pro Christi fide multa passus, & altero amputato pede, consummavit triumphum, ac *Mamelta* monitu Angelico conversa ad fidem, à Gentilibus lapidata, & in profundum lacum demersa, laureata martyrio. Pro iis igitur, aliisque triumphatoribus veris, triumphos adapta, vt remissivè die 13. hujus; Tum & per picturas, sacrificia, & ritus Cereris, cui hoc die dicabant Thesmophoria, ex dictis die 24. Januarii, à num. 149. Tandem & per viticum flores claros, albos, & purpureos, vt 10. die Augusti, ex dictis in fine diei præcedentis.

Martyrol. Rom. Tamayo hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

DIES XVIII.

A.D. 291.

1472 Hic dies, qui & 15. Kal. Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 29. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis cum Beyerlinc supra num. 1328.

Dies 3. & vltimus *Ludorum Plebejorum* actorum pro *libertate*, & *reconciliatione*, ex dictis num. 1467.

Dies 3. & vltimus *Thesmophoriorum*, ex dictis citato numero.

Qui dies, quamquam 3. & vltimus Thesmophoriorum, ex Hospiniano, fuit tamen dies 1. ex Veteri Kalendario, cum quo Tamayus ad hunc diem refert *Thesmophoria* Atheniensium, quòd intelligo de 3. die Thesmophoriorum, alias cum celebrarentur *per tres dies*, vt dixi die 16. hujus, forent extendenda ab hoc vsque ad 20. inclusivè: Præter hujus festi originem, traditam num. 1468. alteram adfert Rosinus lib. 2. cap. 11. Quia, scilicet *Ceres* frumenti semen dedit *Triptolemo*, eumque instruxit in modum seminandi, mandavitque, vt aliis participaret hoc donum: quare eam putarunt maximorum bonorum causam: nuncuparunt *Legiferam*, & ob eam fabulam maximè fuit culta à Græcis, aliisque Gentilibus.

Thesmophoria.

Origo.

1473 Hunc igitur diem, quem Veteres ornarunt, seu potius prophanarunt Ludis, Thesmophoriis, & Triumphis, nostri inclytis gestis, verisque decorarunt triumphis. Hi fuére *S. Lucas* Evangelista, qui multa pro Christi nomine passus, obiit plenus Spiritu Sancto: *Asclepiades* præsul, illustri ornatus martyrio: quam lauream *Iustus* re, & nomine obtinuit, sub Rictiovaro præside in persecutione Diocletiani: necnon & *Athenodorus* præsul, Sancti Gregorii Thaumaturgi frater, & doctrina clarus, sub Aureliano: *Tryphonia* Decii Cæsaris quondam vxor, quæ regia illa insignia, ex inquinata viri aula, transtulit in casta delubra, juxta Sanctum Hippolytum sepulta. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis, ac veris Christi, & per Christum triumphatoribus, Themata adapta, per Veterum triumphos, classes, colores, & coronas, vt remissivè die 13. hujus. Tum & per viticum flores, vt die 10. Augusti, ac Januarii 24. ad sacra vertendo Veterum Thesmophoria.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1474 Agebant Veteres Athenienses, hoc die Thesmophoria, dicata *Cereri*, aut ob quæsitam, & inventam facibus *Proserpinam* (sic dictam à *serpendo*, existimatam deam *frumenti*, ac nominatam *Semen frugum*), aut quia ipsa *Ceres* putata fuit *datrix* sementis, legumque ad justé vivendum, & inventrix modi serendi, seminandi, ac fruges multiplicandi. Quæ munia per sequentes versus expressit Poëta:

Prima Ceres unco terram domuit aratro,

Gyrald. synt. 6. & 14. Cartar fol. 151.

Primæ

Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,
Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.

Quam *Cererem* à gerendis frugibus, atque *Thesmophoram* nuncuparunt, quia datricem legis: *Lunam*, quia lucis datricem: & Græcè quia frumento, & fœminibus gaudium offerret hominibus. Quare, & præter alias picturas, eam effinxerunt, & manu dextra gestantem *Facem ardentem*, *cinctam*, ac redimitam *corona spicarum*, & fructuum. Ac sedentem in *Bove*, cum *Calatho* seminum; circum assistentibus *Agricolis*, aliisque. Tanta abjecta prophanitate, serviant prophana sacris, & Thesmophoria Veterum verte in honorem S. Lucæ; nam si cum Bove pingebant Cererem, & ex quatuor Cherubicis animalibus Ezech. 1. v. 10. & Apocal. 4. vers. 7. sicut aquila assignatur S. Joanni, Homo S. Matthæo, Leo S. Marco, & *Bos* assignatur *S. Lucæ*: enim bos ad labores est patiens, & assidue in agro Heri ad sequentem, & messem exercetur, vt Cornelius marginatus tradit.

Pictura. 1.

2.

Alap. in Act. Apost. Argumēt. fol. 34. & 35.

1475 Hinc ad sacra vertendo Thesmophoria Veterum, S. Lucæ adaptat, eum encomiando sacrum *Thesmophorum* suo Evangelio, quo leges, & documenta Christi ad mores, & perfectionem spectantia dedit: *Lucidum*, vt Luna, prædicatione: enim Thebaïdos Christiana religione instituit, & vt ait S. Epiphanius hæres. 51. prædicavit Dalmatiis, Gallis, Italiis, ac Macedonibus: *Datorem* gaudii patrocinio: enim ex reliquiis Lucæ liquorem medicum scaturire habet Glycas lib. 3. Ann. & cum eo marginatus Cornelius.

10.

Insuper & verte picturas suum præcedenti adductas, & S. Lucam encomia mysticam *Facem*, & *Lucernam*, & *Ardentem*, ac *Splendentem*, vt num. 941. Tum & *Cinctum* puritate, virginitateque: *Facem* mysticam ardentem charitate: *Redimitum* corona meritorum, martyriique.

11.

12.

1476 *Bovem* appellari *Lucam* plures docent, (Varrone teste) *quod lomge velucrabant propter inauratos regios clypeos*: quare in prisca lingua Latina *Lucas* significat *Bovem lucentem*. Est igitur *S. Lucas Bos lucens* multiplicitèr: 1. *Puritate* vitæ 2. *Evangelio*, enim Evangelista: 3. *Prædicatione*, & labore: 4. Martyrio: 5. Patrocinio.

Plin. lib. 8. c. 6. Varr. lib. 6. de Liu. Lat. Alap. citat.

13.

Lucus igitur Hebraicè est *Dolor*, Græcè *Lotos*, Latinè *Lucidus*: quare

14.

cum encomia *Doctorem* sapientiæ cœlitus accepta, *Lotorem* prædicatione, *Lucidum* vita, gestis, merito. Tandem dicitur *Lucas* à *luce*, & significat idem ac *Lucium*.

Alap. citat. B. Max. & Eyran. lib. Differ.

1477 Pro Coronide dici hujus adverto cùm Tamayo hic, vnum *Brachium* hujus Sancti Evangelistæ servari, & summa pietate, devotioneque coli in Sacrario S. E. *Valentinæ* in Edetanis Hispaniæ, pro quo citat citatus Tamayus Gasparem Scolano, & Solorzano, & ait, illos esse hujus rei testes oculares. Additque & alterum Brachium ejusmodi Evangelistæ non minori religione asservari in Sacrario Bracarensis Ecclesiæ.

DIES XIX.

A. D. 292.

1478 Hic dies, qui & 14. Kal. Novembris *Nefastus primò* notatur in Kal. Mattheiano.

Dies 30. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, per dies 40. ex dictis num. 1528.

Dies solemnis, & festus appellatus *Quinquatrus* ducatus *Minervæ*, ex dictis num. 49. die 17.

Qui dies ab Athenienſibus habitus solemnis, & *magnarum mysticarum*; quo & *Liber pater* in Eleusinem ex Vrbe transmissus. Ita Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18. *Alii*, *Minorum Mysteriorum*.

Plinius, Galenus, Beyerl. hoc die.

Dies ab Athenienſibus dictus *Iovis*, cui dicabant majorem solemnitatem totius anni. Ita Romani tom. 2. de Repub. Gentilica lib. 2. cap. 18.

Ludi *Solis* Romæ acti *per quatriduum*. Ita Vet. Kalend. Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Hoc die *Sol* ingreditur signum *Scorpionis*. Ita Calepinus V. *Scorpius*.

Tandem hoc die festum erat Romanorum *Armilustrium* nuncupatum. In eo *armati faciebant res divinas*, ac dum sacrificabant, canebant tubis, & circuibant ludentes *Ancylibus* armati, & ideo *Armilustrium* nuncupata hæc sacra instituta fuerunt à Servio Tullo, & dicata *Marti*. Ita Kal. Maffeianum. Rosinus lib. 4. cap. 14. Hospinianus de Festis cap. 26. fol. 141. & Gyraldus Syntag. 17. fol. mihi 413. Qui addit, & servatum ritum, vt in Armilustriis, seu lustrationibus *Milites coronati lauro* sacrificarent *suem*, *Hircum*, *Ovem*, & *Taurum*, qui puri essent, & qui hostias dirigebant eligebantur, appellati faustis nominibus, qua ex appellatione fausta, vel non expiabant prospectum, vel si-

Armilustrium.

Ritus.

Sacrificia.

nistrum

Lustratio Exercitus.

nistrum eventum. Sic & lustrabant exercitum, *ter* circum acies instructas, & dispositas, præcedente pompa, ducendo hostias *Marti* immolandas *Suem*, *Hircum*, *Ovem*, & *Taurum*.

1479 Fuit Romæ, hoc die Armilustrium: quo armati sacra faciebant, coronati lauro, ac inter aras tubis clangendo. At tunc verè lustrata sunt arma, cum nostri ferrum imbuerunt sanguine, laureamque martyrii meruerunt; vti fuére *Beronicus*, *Pelagia* Virgo, & alii *quadraginta novem* martyres Antiocheni: *Varus* miles insignis animi robore, pietate, constantia, & gloria martyrii: quibus, aliisque, ad luciditatem, & magnitudinem triumphi, meritò associantur *Lucius*: & *Maximus*, ad eandem martyrii palmam: & ad coronam gloriæ præsules illustres *Aquilinus*, *Veranus*, & *Eusterius*. Quo die, etsi præcedenti obierit, veneratur *S. Petrus* de Alcantara, S. Theresiæ V. Confessarius, & adjutor in Carmelitarum reformatione; pœnitentia admirabilis, altissima contemplatione decoratus, dono scientiæ, linguarum, prophetiæ, ac miraculorum extitit gloriosus. Pro iis igitur triumphatoribus veris, vertendo ad sacra triumphos Veterum, coronas, classes, & colores, adapta Themata, vt die 20. Januarii à num. 133. Tum vt in eodem mense die 5. num. 82. in fine. Nec Veterum triumphantium gloria comparanda cum gloria nostratum hodiernorum triumphatorum, & præcipuè *Petri* de *Alcantara*, de quo in Ecclesiastico officio, sic Minoritica canit Ecclesia:

Martyrol. Rom. Francis. Martyr.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Petre Sol terris Oriens Ibèris,
Lucis, vt spargas radios per orbem,
Quas tuo læti canimus triumpho,
Suscipe laudes.
Per te in antiquos renovata mores
Clara Francisci soboles nitescit,
Crescit & virtus rediviva largo
Munere Cœli.
Omne, quod vitam maculat perôsus;
Mente constanti pereuntis ævi
Despicis pompam, præcibusque placas
Numinis iram.
Artubus castis nimium, sevèrus
Te fame, & diris crucias flagellis,
Sternis & noctu lacerata duro
Stipite membra.
Dignus hinc celsas habitare sedes,
Sepè sublimis volitare in altum
Visus, & mundi fugiens tumultum
Proximus astris, &c.

1480 Ad cujus tumulum hocce positum Epigramma, quod nobis hic adducere placuit:

Conditur hoc Tumulo Petrus de Alcantara, *cujus*
Sanguinis illustris indicat Orbe genus
Nobile principium. Cujus virtutis origo,
Dum vixit, terras, astraque celsa replet.
Hic patriam deserens Francisci limina quarit,
Quæis humilis Christum corde sequatur amans.
Ad tantum demum virtutis adire cacumen
Est visus, cunctos quòd superaret adhuc.
Nam castus vixit, pius, & sine crimine rectus;
Singulis omnis erat, omnibus vnus idem.
Ingenia pollens, doctrina oppletus, & ingens
Prædicator item, probat vt ejus opus.
Meritis excelsus scandit per climata Cœli,
Prodigiis clarus orbes amore replet.
Texuit hic vitam quasi moriturus, & ipse
Mortem composuit, viveret vtque diu.

1481 Perpende hocce Epigramma, & præcipuè versiculum ipsius vltimum, dum pergo ad verba Pontificis Summi, in Bulla Canonizationis expedita à Clemente X. de obitu, & funere *S. Petri* de *Alcantara*; dicente: „ Ecclesiæ Sacramentis rité susceptis, „ ac prædicta mortis hora, non jacens, „ sed humi erectus in genua in altissi„ mam Ecstasim erupit; ac deinde sen„ sibus restitutus: Lætatus sum (inquit) „ in iis, quæ dicta sunt mihi in domum „ Domini ibimus. Et manu fratribus „ benedicens, ita eos est allocutus: „ Non intuemini, fratres mei, Sanctis„ simam Trinitatem, & Dominam „ meam gloriosissimam Virginem Ma„ riam, & S. Joannem Evangelistam? „ Quibus dictis adhuc stante genibus „ corpore, migravit anima in Cœlum, „ & Sancta Theresia procul distans ob „ Oppido de Arenas, in quo Petrus „ decesserat, illum vidit recto, & lu„ cido tramite delatum ad sempiter„ nam felicitatem; ac sæpe postea ei„ dem oranti apparuit plenus immen„ sa gloria, & purissimæ lucis radiis „ circumfusus, Corpus vero pulcherri„ mum cœlesti quodam colore perfu-

Bullar. M. tom. 5. fol. 480.

Nota.

sum,

„ fum, oculis apertis, & miro ſplendo-
„ re radiantibus, ſuaviſſimo de mem-
„ bris odore manante, intuentes re-
„ plebat admiratione ::: Inde proceſ-
„ ſum ad funus eſt, numeroſo Populo
„ cum facibus, ac candelis accenſis ſa-
„ crum depoſitum comitante. Con-
„ tigit autem inter cætera notabilia,
„ quod Cœlum imbre, ac vento fu-
„ rens, delato in medium corpore ſu-
„ bitò placaretur, dum in circuitu om-
„ nia ſtreperent, & inundarent, ita vt
„ à Valetudinario in quo deceſſerat,
„ vſque ad Conventum duobus millia-
„ ribus diſtantem, quieto Cœlo om-
„ nes immadefacti procederent, & ce-
„ ram pro funere honorando accen-
„ ſam in tanto ſpatio nihil imminu-
„ tam repererint. Hæc, & alia Pontifex in præfata Bulla: vnde liquet quam merito diximus, Veterum triumphantium gloria, non comparanda triumpho noſtri *S. Petri de Alcantara*.

1482 Fuit, apud Veteres, hic dies Feriatus, & Solemnis *Quinquatrus* à luſtrando *arma*, & *ancylia* appellatus, dicatus aut *Herculi*, aut *Minervæ*, aut *Palladi*, ex dictis die 19. Martii: quare, vertendo hæc ad ſacra, adapta *S. Petro de Alcantara*, tantum Sanctum encomiando Myſticum, Chriſtianumque *Herculem* triumphis, ac victoriis de Carne, Mundo, & Dæmone obtentis in belligerando bella Chriſtiana: *Minervalem*, ſapientia cœlitus acceptæ: *Palladem* armatura donorum, & potentiæ acceptæ à Deo ad patranda mira. Hic Sanctus Petrus (non autem fabuloſus Jovis à Gentilibus cultus hoc die) verè accipit à Deo potentiam ad mira ſtupenda patranda.

1483 Myſteria *Magna*, & juxta alios *Minora* hoc die celebrabant Athenienſes, dicata *Libero*, aut *Baccho*, putato *Soli*, quem, teſte Macrobio, *cognominarunt inſignem miraculis*. Nec ſolum Athenienſes, ſed & Veteres Romani Solem, hoc die, colebant. Cedant igitur Veterum myſteria *Minora*, & *Magna*, nec cum myſteriis *S. Petri de Alcantara* comparanda: enim hic cœlicola Minorita fuit *Sanctiſſimus*, & *Admirabilis*, ait citatus Papa. *Admirabilis* inquam *Innocentia* vitæ immaculatæ: *Pœnitentia* admirabili: *Contemplatione* altiſſima: *Donis* ſupernis: *Prodigiis* ingentibus.

Macrob. 1. Sat. cap. 18.

1484 Tandem ſi hoc die deliraſſent Veteres in Atmiluſtrio dicato Marti, in quo luſtrabant arma; verte & hæc ad myſticum Martialem Chriſti *S. Petrum*, cujus virtutes vniverſæ *eximiæ* ex eadem canonizationis Bulla; quare luſtratum, exornatumque encomia *Galea* fidei: *Thorace* juſtitiæ *Ancyle* protectionis, erga ſuos verè clientes. Pro qua protectione perpende promiſſionem Chriſti dicentis S. Thereſiæ: *Se ſemper exauditurum petentes in Petri nomine.* 18.

Officium Eccleſiaſt. Reſp. 8.

DIES XX.

1485 Hic dies, qui & 13. Kal. Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A. D. 293.

Dies 31. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies 2. *Ludorum Solis*, ex dictis num. V. Kal. & Tamayo num. 1478.

Dies dicatus *Epicureo*, ex dictis ſupra num. 49. die 20.

Dies *Ægyptiacus*, & *Ater*. Ita Kal. Rom. Fuit igitur à Veteribus habitus innominatus, & infauſtus, quomodo ea gens ſingulis in menſibus duos excipiebat dies, vt hic aiunt Beyerlinc, & Maſculus.

Item dies *Fauſtus*, & *Felix* habitus ab Athenienſibus, ſecundum aliquos, ob victoriam contra Perſas, fugatos è Græcia. Ita Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Dies dicatus *Iovi Liberatori*, cui dicabant ſacrum, & conſecrabant victimas. Ita Alex. citatus.

Solemnitas *Cœnæ Pontificalis* magna pompa, luxu, &c. Quæ Cœna agebatur die 24. Julii, & hoc die repetebatur. Ita Hoſpinianus de Feſtis cap. 20. vt dixi eo die, quo egi de hac Gentilica ſolemnitate.

Quo die: *Feriæ Paſtorum*. Ita Vet. Kal. & cum eo Tamayus hoc die.

1486 Erant hoc die *Feriæ Paſtorum*. Quæ autem fuêre hæc feriæ, nullus aperit, niſi forent *Palilia* dicata *Palæ* Deæ Paſtorum, ait hoc die Tamayus. Egi de *Paliliis* die 21. Aprilis num. 570. At non tantum Paſtores colebant *Palem*, cui dicabant *Palilia*, ſed & *Panem*, cui dicabant Ferias: vnde non magis conjectandum, hodiernas Veterum Ferias Paſtorum dicatas *Pali*, quam *Pani*, quem, vt ſuum tutelarem colebant, vt, præter alios obſervant marginati Cartarius, & Calà. Egi de *Paliliis*, aut *Pariliis* (præfato die 21. Aprilis) dicatus Deæ *Pali*, credita Paſtorum Dea: Dictis addo, quòd Paſtores *Palilia*, aut *Parilia* dicabant *Pali*, in agris, & ad morbos à pecoribus pellen-

Feria Paſtorum.

Palilia. Parilia.

Cartarius à fol. 90.

Cæſar Calà, quæſt. 1. à num. 126.

Roſinus lib. 4. cap. 8.

Calà cit. à num. 344.

Digitized by Google

Ritus. pellendos, aut pro fœlici partu pecorum, sequenti Ritu. 1. suffimen conficiebant, ex favilla *vituli*, ex *equi* sanguine, & culmine *fabæ*. 2. lustrabant oves, & ovilia, aspergendo oves *aqua*, & *sulphure*, herbaque *sabina*, & *lauro* igne succensis, agresti more, circumcirca ovilia suffibant, & lacte libabant, quo suffimento putabant pecora piari, morbosque depelli. 3. sacrificabant *Palí Deæ* libo confecto, ex *milio*, *lacte*, & *sapa*. Tum preces ad eam fiebant. De quibus Ovidius lib. 4. Fastorum sic canit:

Nox abiit, oriturque aurora Palilia poscor,
Non poscor frustra; sic favet alma Pales,
Alma Pales faveas, Pastoria sacra canenti
Prosequor officio sic tua festa pio.

Pan. Gyrald syn. 15. à fol. 382. Rosin. lib. 2. cap. 20. 1487 De *Pane* Deo Pastorum (cui putato forsan hoc die ferias dicabant Pastores) plura tetigi, die 25. Martii, ibique historiam non contemnendam. Dictis addo: Veteres coluisse *Panem* Deum Pastoralem, & *custodem* ovium, sub cujus patrocinio greges esse putabant, vt scripsit Virgilius 1. Georg. inquiens: *Pan ovium custos.* Fuit *Pan* Deus rusticus, & pastoralis, putatus, jam *Mercurii* filius, ex Rosino: Cartar. fol. 90. Macrob. 1. Sat. cap. 22. jam *Jupiter Lycæus*, ex Cartario, jam *Sol*, ex Macrobio. *Pan* fuit dictus, quod nomen Græcè significat *omne*: quia sub ipso colebatur vniversa rerum natura, sive mundus: fuit & cognominatus *Inuus*, sic dictus Latinè, ab eundo, passim cum omnibus animalibus. Hunc Arcades coluerunt vt dominum vniversæ substantiæ materialis, ac Deum totius naturæ. Et hujus cultum, seu prophanitatem, ex Arcadia Evander attulit Romæ, & ad radices montis Palatini habuit *Pan* templum, & vt Deus sylvarum, & lucorum celebatur, præcipuè à Pastoribus, qui ipsum colebant, vt suum tutelarem, sub cujus patrocinio essent greges. De quo finxerunt eum Amore Deo luctatum, & ab eo victum. Hunc & induxerunt lascivum, & libidinosum, quem insequebantur, & Nymphæ, & pueri formosi. De quo Silius Italicus Poëta (& cum eo Gyraldus citatus) sequentia Panem describens carmina adducit lib. 13. Punicorum:

Pan Iove missus erat, servarè tecta volente
Troia: pendenti similis Pan semper, & vno
Vix vlla inscribens terræ vestigia cornu.
Dextera lascivit cæsa Tegeatide capra,
Verbera lenta movens festa per compita cauda,
Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus.
Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte.
Stant aures, summoque cadit barba hispida mento.
Pastorale Deo baculum, pellisque sinistrum
Velat gratulatus, tenere de corpore damæ:
Nulla in præruptum tam prona, & in hospita cautes,
In qua non libans corpus, similisque volanti,
Cornipedem tulerit præcisa paravia plantam.

Origo. Cartar. fol. 91. 1488 Fuit & *Pan* cultus ab Athenienſibus qui fabularunt: Panem se videndum præbuisse nuncio, misso ab ipsis Spartam, petiturum auxilium contra Persas: promissumque se auxilium præstiturum Athenienſibus in Marathoniis campis, & ita feciſſe in die conflictus: cum apparuisset, vt homo rusticanus, qui aratro in Persas ingentem fecit stragem, qua facta se ab oculis omnium abstulit. Ob quam fabulam Athenienſes, eo loco, quo dixerunt *Panem* apparuisse nuncio, in sylva scilicet Parthenia, ei templum extruxerunt, & dedicarunt, in quo collocarunt plurimas testudines muſicis instrumentis aptiſſimas, sed eas sumere ipsi incolæ non audebant, nec permittebant sumendas ab aliis: quia arbitrabantur conſecratas *Pani*.

1489 Dixi die 15. Februarii num. 265. putasse aliquos *Lupercalia* acta in honorem Panis. Ita Virgilius in 8. Æneid. inquiens: Virg. 8. Æneid.

Hinc exultantes Salios, nudosque Lupercos.

Quæ verba declarans Servius, inquit: Servius ibid. Calepinus verb. *Lupercalia*. Calà quæst. 1. à num. 126. Ritus. Origo. *Cum in honorem Panos Lupercaliorum solemnitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi projectis vestibus persecuti sunt latrones, quibus oppressis, & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam: consuetudo permansit, vt nudi Lupercalia celebrarent.* Loco à Lupa dicto sub Palatino monte *Pani*. Deo Arcadiæ sacrato ab Evandro, qui locus vocatus fuit *Lycæus*, nomine Græco à Lupo derivato, eo quod oves à Lupo tueri credebanban-

bantur; vel à Lycæo Arcadiæ monte, in quo *Pani* celebrabatur. Græci enim *Panα* vocabant *Lycæum*. Hinc Luperci erant Sacerdotes *Panos* Dei Pastorum, à quo creduntur dicti *Luperci*: quia Pani Deo Pastorum sacrificabant in Lupercali. Qui Lupercaliorum die per Vrbem nudi cursitabant, prægnantiumque mulierum Caprina pelle feriebant: quia id prodesse putabant, & ad fœcunditatem, & ad facilem partum. Ita cum Ovidio in 2. Fastor. & aliis marginatis Cæsar Calà citat.

Hispania vnde?

1490 Nec tantum Arcades, Athenienses, & Romani, sed & Hispani coluerunt *Panem*, à quo regium nomen Hispaniæ sortitum, juxta aliquos fuit. Fuit igitur *Hispania* variè nuncupata. *Spania* à viro nomine *Spano*, ex Q. Curtio: aut *Sphania*, ob navigandi peritiam, à nomine Hebræo *Sphina* denotante *navem*, aut *classem navium*, ex Fabritio Epistola ad Philippum 2. Regem Catholicum, præfixa tomo 2. Bibliorum Regiorum: aut *Hesperia* ab Stella *Hespero*, quæ & *Venus*, & *Lucifer*, & *Hesperus* vocata, vt plures scribunt cum S. Augustino de Civitate Dei cap. 8. ac S. Isidoro dicente: Hispania ipsa est, & vera *Hesperia, ab Hespero Stella occidentali dicta*: aut à Rege *Hispalo*, vel *Hispano* in hac regione dominante: aut tandem *Spaniam*, seu *Hispaniam* nostram dictam ab initio *Paniam* à *Pane* Dionysii socio, qui illi præfuit, sicque *Hispania propriè, erit Provincia, vel regio, seu ditio Panis*, ait Ambrosius Morales in Hispaniæ descriptione, & cum eo Maluenda de Antichristo marginatus, apud quem quamplura invenies.

Q. Curtius lib. 10.

Fabritius.

S. Isidor. lib 14. Orig. cap. 4. & lib. 9. cap. 2.

Iustinianus lib. 44.

Maluenda de Antich. lib. 6. cap. 33.

1491 *Panem* igitur, sub quo nomine, & *Iovem* coluerunt: Primò *nudum*, aliqua tamen ex parte *caprina pelle contegebatur*. Ita Cartarius fol. 93.

Pictura. 1.

2. Secundo effingebant Panem *Rubro* colore, hireis *cornibus*, pectore syderibus *radiante*, *hispida* infima sui parte, & *pedibus* caprinis; altera manu *fistulam* tenebat septem calamorum, *propter harmoniam Cœli*, in qua sunt *septem soni*, & septem discrimina vocum, seu cum allusione ad septem planetas; altera tenebat pastorilem baculum, & coronatus *corona* confecta ex *arundinibus, funiculo*, & *populo*. Tertiò vt infra num. 1495. vbi picturam 3. vide.

Gyrald. synt. 15. fol. 382. Cartar. fol. 93. & 94. Pier. Val. lib. 44. cap. 26.

3.

1492 Hic igitur dies jam Ægyptiacus, jam Faustus, Felix, & Triumphalis; nobis venerandi veniunt celebres triumphatores, vt *Maximus* levita, qui desiderio patiendi pro Christo, à persecutoribus variè tortus, lapidibus obrutus triumphum complevit: *Capræus*, qui in spelunca latens, signo aquæ limpidissimæ cœlitus manantis, ex lapide speluncæ, properavit securus ad certaminis aream, & sub Maximiano fortiter dimicando palmam promeruit martyrii: *Artemius*, qui floruit militari disciplina, ac pietatis studio, sprevit aulæ honores, reprehendit acriter Juliani apostatæ perfidiam: quare variè cruciatus, truncato capite, triumphum complevit: iis ad duplicatam virginitatis, & martyrii lauream adjunguntur *Martha*, & *Saula* Colonienses, cum aliis plurimis, ac Lusitana *Irènes*, quæ Christo sponso sacrata pro servando pudore decollata, palmam martyrii, celebris agonista promeruit. Ejus corpus in alveo fluminis Tagi demersum, Angelorum manibus extractum & in tumulo ab ipsis elaborato reconditum, ibidem magna veneratione colitur. His, aliisque, auspicato nomine associantur *Felicianus*, & *Aurelius*. Pro quibus Themata habes, vt remissivè, die præcedenti, num. 1479.

Martyrol. Rom. Baron. & Tamayus hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

1493 Cumque & hoc die Solem colerent Gentiles, ipsi dicando Ludos, vertendo prophana ad sacra, pro hodiernis Sanctis, verè, vt Sol fulgentibus, habes supra plura Themata (vt 29. Januarii per equites, currus Solis num. 169. Die 26. Martii, à num. 481. Die 29. Aprilis num. 594. aliisque in locis) hodiernis adaptanda Sanctis. Necnon & per Jovis attributa, vt die 13. Aprilis num. 546.

8.

9.

1494 Perge ad *Panem*, dictum *Pana* pictum, vt tectum *pelle hinnula*, *variata*, & radiante *syderibus*, facie *rubicunda*, tenentem altera manu *fistulam* septem calamorum propter harmoniam Cœli; altera *baculum* pastoralem, & caput *redimitum* corona, ex arundinibus, funiculo, & populo; quem *Panem* vocatum *Pana*, idest *Magnum*. Vnde ad sacra vertendo picturam; hodiernos Sanctos, vere *Panas*, idest *Magnos* encomia *Radiantes* syderibus verarum virtutum: *Rubicundos* flagranti charitate, aut martyrio; *Gestantes* fistulam harmoniæ cœlestis vitæ: *Decoratos* baculo protectionis: *Redimitos* corona gloriæ.

Gyrald: & Pier. Val. citat.

10.

1495 Placuit hic adducere alteram Panis picturam, quam & explicatam adfert Pierius lib. 1. Commenta-

Pier. Val. Comment. lib. 1 cap. 2. fol. mihi 621.

Digitized by Google

riorum Hieroglyphicorum, inquiens: *Panа*, quem, & *Innum*, & *Faunum* vocavêre, sic pingebant Veteres: *Caprina facie, rubro colore, hircis cornibus, pelle varia Pantherа* indutum, infima sui parte *hispida*: altera manu *fistulam* septem calamorum tenentem, altera *baculum incurvum* ad similitudinem baculi Episcopalis. Qua pictura contineri volebant symbolum vniversi: vt *Facies* rubea significaret æthera, *Cornua* bina Solem, & Lunam, *Pellis* Pantheræ varietatem cœlestium syderum, *Pars hispida* inferior, arbores, virgulta, & feras; *Pedes caprini* significarent soliditatem terræ, *Fistula* septem calamorum, harmoniam Cœli, in qua sunt septem soni, & septem discrimina vocum, *Virga recurva* annum, qui in se recurrit, & ideo *totum* appellatus. Hæc Pierius cum Eusebio, Phornuto, & Servio, & ferè eandem explicationem præfatæ picturæ adducit Cartarius à fol. 91. Dictis addo, Macrobium, per præfatam Panis picturam intelligentem *Solem*, & *cornua*, *demissionemque barbæ prolixæ* picturæ Panis, referentem ad naturam lucis; qua Sol, & ambitum Cœli superioris illuminat, & inferiora collustrat. Quæ christianiza, & adapta; à quo supersedeo, ne fastidium ingeram lectori, & tomus iste multum exoresceat.

Pictura.

Macrob. 1. Saeur. cap. 22.

DIES XXI.

A. M. 294. 1496 Hic dies, qui & 12. Kal. Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 32. *Ludorum triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, per dies 40. ex dictis num. 1328.

Dies 3. *Ludorum Solis*, ex dictis cum Vet. Kal. & Tamayo, num. 1478.

Dies *Funestus*, sic habitus à Chaldæis, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 21.

Quo die Lacedæmonii peragebant *sacrificium Marti*. Ita ex Vet. Kal. Tamayus hoc die, & Beyerlinc, ac Masculus. Lacedæmonii igitur, cum aliquo stratagemate potiti essent victoria, *Marti* immolabant *Bovem*: si vero aperto Marte vicissent, *Gallum*, eo quia plus existimabant interuentam victoriam, quam eruentam. Ipsi Lacedæmonii Marti mactabant *Canem*; & iturі ad pugnam *Catulum*; existimantes Deo validissimo afferre victimam validissimam, vt cum Pausania, & aliis totum tradit Gyraldus.

Martis sacrificium.

Gyrald. synt. 17. fol. mihi 456.

Tandem, hoc die, *Pambœotia* sacra dicata *Palladi*. Ita Vet. Kal. & cum eo Tamayus hoc die. Quæ sacra dicta fuerunt *Panhellenia*, acta à tota Græcia, & *Panionia* acta à tota Jonia. Fuitque hoc sacrum Gentilium ob tutam vrbem, ad cujus auxilium concurrêre *Bœotia*, Jonia, & totius Græciæ cæteræ vrbes, grato animo, in cujus auxilii recordationem, vnaquævis vrbs hæc sacra facere consuevit, quorum nomen accipiebat, secundum locum vrbis, quibus peragebantur. Deque eum Strabone, & Suida, ac Gyraldo, Tamayus citatus.

Pambœotia.

Panhellenia.
Panionia.
Gyral. Synt. 17. fol. 424.

1497 Hic igitur dies Veteribus jam funestus, jam festus, lætus, & triumphalis; verè sit lætus, triumphalisque apud nos: enim occurrit venerandum agmen victricium Amazonum *Vrsulæ, & sociarum* Virginum, omnes numero *undecim mille*, quæ egregiè triumpharunt, effuso cruore, pro virgineo pudore, & Christi fide servanda, ductrice, & hortatrice *Vrsula*: omnes ornatæ geminata laurea virginitatis, & martyrii: iis associantur ad martyrii palmam, & *Asterius* Presbyter, & *Dasius* cum sociis militibus, qui superatis variis tormentis, per aquam complevêre triumphum. Occurrit etiam *Hilarion* Abbas de Carne, Mundo, & Dœmone triumphator inclytus. Impudentibus igitur hostiis Marti dicatis, opponimus has vivas, veraſque hostias Christo sacratas, laureataſque. Pro quibus adapta Themata, triumphantium, vt remissivè die 19. hujus mensis num. 1479.

Origo.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

1498 Perpende Veterum prophana festa hodierna: Marti sacrabant, colebant Solem, Pambœotia dicabant Palladi, ob patrocinium, & tutatam vrbem. Verte prophana ad sacra, & hodiernos cœlites encomia *Martiales* veros, Christo sacratos hostias vivas, virtutibus Christianis pugnando, ac de triplici hoste Carne, Mundo, & Dœmone triumphando: *Soles* mysticos, veroſque fulgentes virtute, religione, exemplo: *Palladesque* mysticos, suos verè clientes tuentes protectione, patrocinioque.

8.

1499 Pergo ad *Vrsulam*, virginem regiam, christianam, pulcherrimam, imo, & mirabilem honestate morum, sapientia, & fortitudine. Prodiit hodie in campum non à Volscis Camilla aliqua, vel ex Assyriis Semiramis, aut ex Amazonibus Penthesilea, vel ex Græcis Pallas: sed quæ omnes robo-

Hist. Lomb. lect. 154.
Vivien. tom 6. Tit. Reliq. Mon. culmina contio. 5.
Tertul. lib. de An. 2.

Digitized by Google

robore, ac animi fortitudine exsuperavit *Vrsula* nomine, candidissimi agminis ductrix, & vndecim millium Sanctarum virginum, & martyrum antesignana. Quare meritò auspicato nomine.

VRSVLA, ANAGRAMMA, LAVRVS.

Hæc optemperans patris præcepto, cum socijs à litore Anglico versus Britanniam Armoricam navigans, naves, quibus vehebantur procellis, ac tempestatibus agitatæ appulerunt ad ripas Rheni prope Coloniam, sed *prospero errore, vt nonnunquam, & in procella confusis vestigiis Cœli, & freti aliquis portus ostenditur*, dixit Tertullianus; sed perpende verba: *prospero errore*: enim sibi *Vrsula* longè felicius invenit idipsum, quod in Britannia reperire credebat. Ob trium namque finem patrium solum deserens ad Britanniam properabat; nimirum, vt Connano Britannico Regulo nuberet; deinde vt sponso prolem generaret; tandem vt ex illo connubio magnum sibi honorem compararet. At media procella, invenit meliorata hæc tria, quæ mari tranquillo vix reperisset: nam prospero navigii errore: 1. *Desponsatur* Christo: 2. *Fœcundatur* numerosa sociarum, filiarumque in Christo, prole: 3. *Coronatur* martyr glorioſa.

1500 Ex desponsatione *Vrsulæ* cum Christo pulcherrimæ sunt conceptæ, & generatæ proles. Sub trina enim ratione *Vrsula* nupsit Christo, scilicet vt Christiana, vt virgo, & vt martyr, & sub hac trina ratione fœcundissima fuit: 1. vt *Christiana* fœcundissima fuit virtutibus: 2. vt *Virgo* fœcunda fuit virginibus: 3. vt *Martyr* fœcunda fuit martyribus.

Duplex est corona Sanctorum, *aurea*, scilicet, & *aureola*: *Aurea* dicitur præmium substantiale: *Aureola* est quædam gloria accidentalis, quæ debetur Sanctis ratione operis excellentis. Datur igitur *Florea* aureola Virginibus: quia honore virginitatis floruerunt: *Stellata* Doctoribus, quia cœlestia docuerunt: *Gemmea* Martyribus, quia instar lapidis pretiosi fortes fuerunt, vt totum docuit Seraphicus Doctor. Trinam hanc aureolam *Vrsula* meruit, servans virginitatis florem, erudiens socias, ipsas docendo cœlestia; constansque in patiendo fortiter pro Christi fide.

1501 Scisciatur Sapiens: *Mulierem fortem quis inveniet?* Ahen Esra legit: *Mulierem opum, & divitiarum.* Syrus, *Sedulam.* Arab, *Prudentem.* Septuaginta, *Virilem, & masculam*, puta virginem. Alii, *Mulierem heroicam, omni virtute cumulatam, militarem, & exercitus*, ex voce Heb. *Chail* sumpta pro *exercitu, robore, industria, &c.* vt notant Haye, & Salazar. Hæ sunt dotes mulieris fortis, de qua Sapiens, quæ in vna Vrsula inveniuntur. Fuit igitur 1. *Mulier divitiarum*, non solum ob regium genus, regiam domum, regias gazas, sed etiam ob charitatem, quæ (teste S. Augustino) est *Christiani nominis thesaurus*: 2. *Mulier virginitatis*, seu virginitatis; Christo Sponso suam sacrans virginitatem: 3. *Mulier sedula, & prudens*, enim integrum agmen vndecim millium sociarum duxit ad Christum: 4. *Mulier virilis, & masculæ*, fortiter, ac viriliter, contra blandicias, & barbari minas vsque ad mortem dimicans: 5. *Mulier militans*, seu *exercitus* inducens, & in copias distribuens virgines vndecim mille, & cum omnibus, nulla dempta, pro tuenda fide, & virginitate constanter pugnans, vsque ad mortem, ac geminatis laureolis decorata.

1502 Tandem: dixi quod hoc die spectacula sacrabant Veteres *Soli*, aut Apollini, cui sacrabant *laurum*. De qua arbore audi Ovidium:

Arboreris certè dixi mea, semper habebunt,
Te coma, te cytharæ, te nostra Laure pharetræ,
Vtque meum intonsis caput est juvenile capillis
Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.

Vnde hæc arbor Apollini sacra? Vnde coma, & ipsæ pharetræ lauro cingendæ? Vnde perpetuus illi viriditatis honor, nisi à fuga virginis? Sic ingeniosus observavit Poëta religiosus dum dixit:

Fuga lauriferos parit illa triumphos.

Cumque *Vrsula* Anagrammate dicatur *Laurus*; perpende *Vrsulæ fugam*, à patria, à parentibus, ab aula, à cupidine, & à blanditiis tyranni, & mysticam laurum ornatam lauriferis triumphis, eucomia Vrsulam, ipsi adaptando Themata, vt supra num. 1330. per laurum.

Maluend. Alap. & Salazar hic. S. Aug. lib. de Pat. cap. 12.

Ovid. lib. 1. Metam.

Engelgr. serm. S. Vrsulæ.

DIES XXII.

A.D. 295. 1503 Hic dies, qui & 11. Kal. Novembris *Conditivus* nomatus in Kal. Maffeiano.

Dies 33. *Ludorum Triumphalium* aforum pro *Actiaca* victoria, ex num. 1328.

Dies 4. & vltimus *Ludorum Solis*, ex dictis die 19. num. 1478.

Quo die *Festum Solis*. Ita Hospinianus de Festis, cap. 25. fol. 138. qui forsan loquitur de vltimo die Ludorum Solis, quamvis id non apetiat.

Pambœotia sacra *Palladi* dicata, Ionia celebrata à Græcis. Ita Theatrum Vitæ Humanæ; & Masculus hoc die. Alii hæc referunt ad diem præcedentem, vt ibi dixi. Vide num. 1496.

Chalcea sacra. Hoc & die *Chalcea sacra* dicata *Minervæ*, & *Vulcano*, ab Athenienſibus inſtituta, & celebrata. Ita Vet. Kalend. Roſinus lib. 4. cap. 4. Tamayus hoc die, & Gyraldus Synt. 13. fol. mihi 352. à num. 20. Quæ ſolemnitas agebatur

Cauſa. ab ipſis vt *Mulciberi* furorem delinirent, ne adverſus eos arma conflaret. Appellabant enim Vulcanum *Mulciberum*, à mulcendo, ideſt, molliendo, vt Gyraldus, cum aliis tradit. Athenienſes igitur ſimul in templo repoſita habebant ſimulachra Neptuni, & Minervæ, amboſque ex æquo Deos, & præſides vrbis Athenarum habebant, & colebant, (Cartario teſte fol. 259.) Quæ ſolemnitas *Chalcea* dicta *Minervæ*, & juxta alios *Vulcano*, tradit Gyraldus de Menſibus fol. mihi 618.

1504 Dixi quod hoc die Veteres

Sol. celebrabant feſtum *Solis*. Quare noto, quòd *Sol* dictus, & appellatus *Mithra*

Pictura. colebatur à Perſis, ejus ſimulachrum

I. erat *Leo* cum *tiara*, manu veraque præmente cornua, teſte Marſiano in

Ritus. Nuptiis, & Papinio in Thebaide per hos verſus:

Adſis, ò memor hoſpicii, Iumoniaque Arma
Dexter ames, ſeu te Roſetum Titana vocari
Gentis Achæmeniæ, ſeu præſtat Oſyrim
Trugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus Antri
Indignata ſequi torquentem cornua Mithram.

Amichra. Mithriaca. Calà quæſt. 1. n. 354. Pier. Val. lib. 4. cap. 31. Hic dicta fuerunt ſacra *amichra*, & *Mithriaca*, in quibus, vt ait Cæſar Calà, mos erat, eductum cornibus ex antro *bovem*, gratam victimam immolare *Mithræ*, ideſt *Soli*: quem nedum Perſæ, ſed & aliæ nationes, vt paſſim Auctores docent tam prophani, quam ſacri. Perſæ igitur coluerunt *Solem* nomine *Mithræ*, & Græci nomine *Apollinis*, ac Ægyptii nomine *Oſiris*, vt ait Macrobius, qui & docet omnes Deos Gentilium ad Solem referri. Alap. in Ezech. 8. v. 16. Macrob. 1. Saturn. cap. 17. & 21.

1505 Hebræos in hoc prophano, ſacrilegoque ritu Solis incidiſſe, conſtat ex ſacro textu, in quo dicitur, quòd Joſias: *Abſtulit quoque equos, quos dederant Reges Iuda Soli, in introitu templi Domini*, ex ritu Perſarum, qui equum album Soli ſacrificabant, vt latè Maluenda cum Herodoto, & aliis. Perſæ igitur, aliæque gentes Solem colebant vt Deum, ob eximium fulgorem, pulchritudinem, & vtilitatem, eumque vocabant *Mithram*, & *Apollinem*, eique dicabant *equos*, partim pictos, & ſculptos, partim vivos, & veros, eo quòd equus animal velociſſimum, repræſentet Solis motum velociſſimum. Quibus equis repræſentare volebant, currum, & equos igneos, quibus *Elias* quaſi Sol raptus eſt in Cœlum, vt cum Hiſt. Scholaſt. aliiſque Cornelius marginatus obſervat. Addit Macrobius Solis pictu-

Pictura. ram: Simulachrum *aureum*, *ſpecie imberbis*, dextera *elevata cum* (in aurigæ modum) *flagro*, læva tenens *fulmen, & ſpicas*; quem (addit) à Syriis appellatum *adad*, ideſt *vnum*, quia vnus eſt Sol. Addit ipſe Macrobius in Somn. Scip. lib. 1. ex Cicerone, quòd Solem Veteres cognominarunt *Ducem, Principem, Moderatorem*, & *Fontem* lucis. 4. Reg. 23. v. 11. Maluc. & Alap. hic. Macrob. 1. Sat. cap. 30.

1506 Coluerunt Gentiles & *Nergel*, vt conſtat in textu 4. Reg. 17. v. 30. *Viri autem Cuthæi fecerunt Nergel.* Volunt Hebræi Nergel eſſe *gallum gallinaceum*, aut *gallinam* ſylveſtrem, vel vt ait R. Salomon gallum, quem *ſolis avem* vocant. At Cœleſtinus à Monte Marſano, tenet cum aliis vt probabilius, *Nergel* fuiſſe *ignem illum perennem*, quem, vti *Solis* ſymbolum, in ſacris ſuis Perſæ, ac *Cuthæi* vt rem religioſiſſimam ſervabant, colentes Solem præ cæteris ſuis numinibus, eumque in omni ſacrificio, vt Romani Janum, invocantes. Cuthæi igitur nuncupati fuerunt à Cuthæo Perſidis fluvio: vnde & Regio Cuthæa nominata. *Nergel.* 4. Reg. 17. v. 30. Bib. Mal. Maluend. & Alap. hic. Cœleſt. in Hiſt. Sac. tract. 6. ſect. 2.

1507 Fuit igitur apud Perſas (teſte Strabone, & Cœleſtino cum eo) cultus Lunæ, & Solis, quibus dicabant fana *Anaitidos*, ideſt Lunæ, & *Anani*, ideſt Solis, Perſicorum Numinum; quæ colebantur cura perpetui illius ignis, *Pyratheia.* Strab. lib. 15. Cœleſt. citatus.

Digitized by Google

ignis, demandata Magis; ab eo igne, nuncupatis Pyrethis: unde & ea sacra *Pyratheia* dicta. In his igitur mactabant hostias non cultro, sed stipite quodam velut pistillo verberantes. Insuper in medio erat *ara*, in quo medio cinis multus, & ibi Magi Pyrethi velati Tiaris *laneis* ignem inextinguibilem servabant. Quotidie ingressi ferme per spatium horæ accinebant, tenentes circa ignem, fasciculum Virgarum Myricarum, seu generis oleris, quibus Virgis ignem inter canendum tangentes suscitabant, fovebantque.

Ritus.

1508 Hoc igitur die, quo (inter alias nebulas, & in triumphis, & in Sole nuncupato mithra) delirabant Veteres, nobis venerandi veniunt veri triumphatores, mitratique, vt *Martus*, *Philippi* duo, & *Alexander* omnes præsules, illustres martyres, & Christi triumphatores: iis associantur ad eandem martyrii lauream *Heraclius* miles cum sociis, ad quam palmam pervenit *Cordula* altera ex sodalibus Sanctæ Vrsulæ, quæ cum perterrita suppliciis, & cæde aliarum, se occultasset, ejus rei pœnitens, postridie se vltrò patefecit; & novissima omnium martyrii coronam accèpit: ipsam martyrii lauream percepère præclaræ Virgines Hispanæ Oscaies martyres, ac sorores: *Nunilo*, & *Alodia*, quæ abscissis pro Christo capitibus consummarunt triumphum, & projectis corporibus, vt ab avibus devorarentur, divina virtute factum, vt nec aves attingere, nec muscæ desuper incidere valerent. Pro iis igitur, aliisque hodiernis triumphatoribus Christi, triumphantium Veterum triumphos, christianizando adapta, vt remissivè die 19. hujus mensis: vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & per *Solems* ex die 26. Martii à num. 481. Pet *Minervam*, ex die 20. Maii à num. 690. Aliaque plura ex supra dictis, hodiernis cœlicolis adaptare poteris.

Martyr. Rom. Tamay. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

DIES XXIII.

A. D. 296.

1509 Hic dies, qui & 10. Kal. Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 34. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria per dies 40. ex dictis supra num. 1328.

Quo die *Libero patri* Romæ sacra facta. Ita Kal. Roman. & cum eo Beyerlinc, ac Tamayus cum eo.

Quo & die in Kalendario Astronomico notata: *Vergiliæ occidunt*. Quæ eædem sunt ac *Hyades* Stellæ, quas Manilius lib. 5. per sequentes describit versus:

Sed cum his denas augebit septima partes
Lanigeri, surgunt Hyades, quo tempore natis:
Nulla quies placet, in nullo sunt otia fructu:
Sed populum, turbamque petunt, rerumque tumultus.
Hos generant Hyades mores.

Eas in fronte *Tauri*, Aratus in Phænom. collocat, quas Athenæus *Phorecides* vocavit, easque liberi nutrices asserit, quæ Nimphæ Dodonides nuncupabantur. Arati Carmina de Tauro, & Hyadis ausculta:

Aurigæ pedibus trux adjacet ignea Taurus,
Cornua fronte gerens, & lucidus igne minaci,
Quem liber ignarum Cœli formando docebat:
Et caput, & patulas nates, & cornua Tauri fronte micant Hyades.

De hisce Stellis, earumque nominibus, numero, & compagine, vide Scaligerum in Not. ad Manilium fol. 327. & 938. Higinium, & alios. Insuper, & vide Maluendam in Job 9. v. 9. & à nobis dicta die 2. Aprilis, à num. 506. 3304. & ejusdem mensis die 16. num. 554. & 555. & Tamayum hoc die.

1510 Hoc igitur die, quo debacchantes erant Veteres in triumphis Bacchi, nobis colendi veniunt triumphatores veri, vt *Servandus*, & *Germanus* nobiles Hispani Gadinatenses martyres, qui cum sub vexillis imperialibus militassent, propter Christum balthea dimisère fideles, & evangelicis thoracibus loricati, Fidem Catholicam confiteri non metuerunt: ob id comprehensi, carcerati, verberibus cæsi, siti, & famæ mulctati, demum cæsis cervicibus complevère triumphum: iis ad eandem martyrii lauream associatur *Theodorus* Presbyter, qui post varios superatos cruciatus, occisione gladii martyrium consummavit. Quo & die coluntur illustrissimi præsules, *Severinus* Coloniensis Episcopus: *Romanus* Rhotomagensis, ac *Verus* Salernitanus: quibus ad coronam gloriæ associatur, auspicato nomine, *Benedictus*, ac ex Franciscanorum cœtu *S. Ioannes Capistranus* sapientia, sanctitate, miraculis in vita, & post mortem celeberrimus; obiit in Domino apud Vilakum in Pan-

Martyrol. Rom. Hispan. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4.

5. 6. 7. Pannonia anno Domini 1456. ætatis ſuæ 71. Pro his igitur triumphatoribus veris, Chriſtianizæ, & ad horum honorem verte, & accomoda Veterum triumphos, claſſes, colores, & coronas. Vndè habes plura Themata, vt remiſſivè die 19. huius menſis. Tum quia ſi hoc die *Vergiliæ* Stellæ Occidunt, quæ & nuncupatæ *Pleiades, Hyades, Arctunus*, ac *Sydus glomerabile*, ex dictis die 9. Aprilis, à num. 506. Inde ex dictis die 26. Septembris à num. 1361. plura habes Themata, hodiernis adaptanda Sanctis. 8.

1511 Verto jam calamum ad S. Joannem Capiſtranum *Doctorem* celeberrimum in vtroque jure, *Præſidem* regentiæ Regni Neapolitani, *Theologus* Dogmaticus ſapientiſſimus, *ſcriptor* publicus, *Prædicator* Apoſtolicus, *Legatus* Sanctæ Sedis in varias Provincias Aſiæ, & Europæ *Inquiſitor* Generalis contra hæreticam pravitatem toto in Orbe Chriſtiano, *Electus* Epiſcopus Aquilinus, & Theatinus, *Comiſſarius* Generalis Cruciatæ, *Promotor*, & *Conductor* armorum Catholicorum contra Turcas, horum *Exterminator*, inclytus *defenſor* dulciſſimi nominis Jeſu, *Prælatus* Generalis Obſervantiæ. Ad hanc mirabiliter vocatus: enim graſſante bello inter Ladislaum Regem, & Perufinos, eum ab iis captus, & carceratus detineretur, vidit turrim, inqua jacebat, magna luce circumfudi, & Minoritam quemdam ſibi dicentem: *Sub hac veſte vitam ſanctè traducas.* Diſparenti viſioni ſucceſſit altera, caliginoſi Orbis, & luminis à ſe procedentis, diſcutientis tenebras, quod portendiſſe videtur, eum, doctrina, & vitæ ſanctitate, maximam Europæ partem illuminaturum; vti factum fuit: enim (Arturo teſte) in Martyrologio Franciſcano, *innumeros Gentiles, Iudæos, Hæreticos, atque Schiſmaticos reduxit ad fidem Catholicam*, & vt Vvandingus obſervat ad ad annum 1444. num. 40. *habuit Stellam Ducem, & Comitem itineris.* Miſſus in Germaniam, Comiſſarius Apoſtolicus, Generaliſque Inquiſitor, vt ſuſceptum onus facilius ſubiret. Aſſiſium ebiit imploraturus opem ſanctiſſimæ Virginis in Conventu Portiunculæ, ſupplicatione peracta, iter arripiens, & paululum è loco progreſſus, cœlitus probata hæc miſſio: *luce namque mirifica circumfuſus, vſque ad meridiem milliare totus radiis coruſcans proceſſit*; ita præmonſtrante Deo lucem Evangelicam ad longinquas illas nationes doctrina, virtute, & vitæ ſanctimonia dilaturum copioſè, vti factum fuit. Mortuus Capiſtranus cum per dies aliquot inſepultum maneret corpus, omnibus expoſitum, *ſuavem mittebat odorem, flexibile, molle, pulchrum, ſimile dormienti*, permanſit. Nobili theca collocatum, ſequenti inſignitum Epitaphio:

Hic tumulus ſervat præclara laude Ioannem
Gente Capiſtrana fidei defenſor, & auctor,
Eccleſiæ tutor, *Chriſti* Tuba, *tum ordinis Ardens*:
Fautor, in Orbe Decus, *tum veri* cultor, *& æqui*,
Et vitæ Speculum, *doctrinæ* maximus Index
Laudibus innumeris jam poſſidet aſtra beatus.

Chronica Minor. tom. 5. Vvanding. Ann. Min. to. 5. & 6. Vide ab Ann. 1414. num. 1. Martyr. Franciſc. hoc die.

1512 Hymnum breviuſculum in honorem S. Capiſtrani olim decantatum adduco:

O, Chriſti miles inclyte Vvand. cit.
Ioannes, voce, & opere
Diebus his noviſſimis
Clarus apparuiſti.
Tu cruce Turcas fugas,
Tu cruce morbos ſanas,
Tu cruce cunctos juvas
Dux quibus fuiſti.
Implora nobis veniam,
Ac fidei conſtantiam,
Chriſti legis cuſtodiam,
Quem vere dilexiſti.

Addo Antiphonam ipſi Sancto quotidiè decantatam in Viennenſi Conventu, vt ſequitur.

O, lumen Italiæ, Stella Boëmorum,
Nova lux Germaniæ, pavor Barbarorum,
Clara fax Hungariæ, decus Polonorum,
Ioannes cuncta attrahens corda peccatorum;
Signis, & miraculis ad Regna Cœlorum,
Audi preces ſupplicum ad te devotorum.

Vvand. in Ann. an. 1451. n. 2. & an. 1456. n. 91.

At à toto cœtu Seraphico in Eccleſiaſtico Officio, decantatur Antiphona, ipſi Sancto, vt ſequitur.

„O, *Zelator* fidei, *Perſecutor* Hæreti-
„corum, lumen virtutum, *Exterminator*
„Turcarum, *Prædicator* Egregie, Do-
„ctor populorum; Joannes fideliſſime
„Ordinis Minorum, eſto nobis præſi-
„dium à Regno Beatorum.

1513 Cedant jam vetera in Sancti Joannis Capiſtranenſis honorem, & Veterum triumphi ſanè non comparandi, cum veris triumphis tanti Heroïs

rois partis de innumeris Gentilibus, Judæis, Hæreticis, Schismaticis, ac peccatoribus. Quod si Veteres pingebant Bacchum, aut Dionysium triumphantem, &c. vt dixi die 5. Martii à num. 386. ad num. 388. Inde habes Thema, Sancto Capistrano adaptandum.

9. 1514 *Libero* patri, seu *Dionysio* sacrificabant Veteres, colebantque hoc die, quem Dionysium putarunt *solem*, vt dicunt Macrobius, & Gyraldus, addens cum aliis, quod *Dionysius* fuit cognominatus *liberator*, & *liber*, jam ab expeditione linguæ, jam à liberatione servitutis, jam ab indicio libertatis in Civitatibus, ejus ministerio. Hinc ad sacra, prophana vertendo, S. Capistrano encomia *Tripliciter liberatorem*:

Macrob. 1. Sat. cap. 18.

Gyrald. synt. fol. mihi 234.

10. 1. *Prædicatione* egregia, peccatores convertendo ad pœnitentiam, sic eos liberando à Diaboli servitute: 2. *Doctrina* confundendo infideles, eos liberando ab infidelitate: 3. *Potestate* populos Christianos à Turcarum Oppressione liberando: infirmos à variis dolentiis, ad hoc patrando stupenda miracula.

11. 1515 Quem, & ex ipsius Epitaphio adducto num. 1511. encomia *Speculum* doctrinæ, *Decus* Orbis, *Tubam* Christi, *Tutorem*, seu Defensorem Ecclesiæ. Item ex Antiphonis ipsi Sancto decantatis, & adductis plura habes Epicheta, vt inde Themata pro tanto Sancto efformes; sed inter alia perpende,

12. quod ipsi Sancto decantatur *lux*, *lumen*, & *Stella*, vt sic encomies tantum Christianismi Heroem, per *lucem* doctrinæ, *lumen* amoris Dei (quo amore, charitateque ardebat), & proximi, *Stellam* directionis, consolationis, & felicitatis, quod forsan designabat *Stella* illa, quam habuit S. Capistranus *ductricem viæ*, ex dictis num. 1511. Fabularunt Veteres, quod sublato Julio Cæsare statim apparuit *Stella*, vt index prosperitatis, & felicitatis ipsius: quare ipsum pingebant, & sculpebant habentem *Stellam præfixam supra frontem*, vt signum læti eventus. Quod sequutus fuit Virgilius dum agens de prosperitate Troiana dixit:

Pier. Val. lib. 44. cap. 28.

Virgil. lib. 2. Æneid.

Subito fragore
Intonuit lævum, & de Cælo lapsa per Umbras
Stella, *facem ducens, multa cum luce cucurrit.*

Quæ Christianizando, S. Capistrano adapta, cujus Stella Cœlitus super caput ipsius, verè fuit signum felicitatis, prosperitatis, & lætitiæ; & ipsius, & aliorum per ipsum.

DIES XXIV.

A.D. 297. 1516 Hic dies, qui & 9. Kal. Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Mas.

Dies 35. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Quo die sacrificabant & *Soli*, & *Laribus Præstitibus* ex dictis supra num. 49.

Dies celebris aliquando Romæ, & festus, ob natalitium *Domitiani* Imperatoris, de quo 1. Schildius:

Erexit Urbem, sed fatigat erectam
Gens flaviorum. Meta criminum, finis
Immanitatis, latiorà portendi,
Cum nihil furori restat ultimus spondet.

Natalem igitur Domitiani describit Suetonius lib. 8. Cæsar. in Domit. cap. 1. inquiens: Domitianum natum 9. Kal. Novembris. Qui diem hunc natalem suum celebrari magnificè jussit, qui & hunc mensem suo inquinaverat nomine. Ita & Tamayus hoc die, ac Macrobius in 1. Sat. cap. 12.

1517 Hoc igitur die, quo Veteres Romani delirabant jam in spectaculis triumphalibus, jam in natalitio Domitiani, nobis occurrunt spectacula sacra eorum, qui Cæsarum superata sævitia, patiendo vsque ad mortem pro Christo, nasci meruerunt in Cœlis, vt auspicato nomine *Felix* Africanus præsul, cum *Fortunato*, & aliis sociis, post varia tormenta gladio occisi: *Aretas* cum sociis *trecentis*, & *quadraginta*; quibus, aliisque ad eandem martyrii lauream associatur *Evergislus* præsul: & ad coronam gloriæ *Proclus* præsul Constantinopolitanus: *Maglorius* Episcopus, ac *Marcus* solitarius, qui multa bella confecit, & ardua; sed illud quantum arduum nobile, quod sibi indixit, vt præclare triumpharet de hostibus animæ. Pro iis igitur, aliisque veris triumphatoribus, & hodiernis civibus Cœli, Christianizando triumphos Veterum Thema adapta, vt remissivè die 29. hujus mensis, num. 1479. Pro quibus alia plura Themata per Larium sacrificia, & coronas, vt die 12. Januarii, & 1. Maii, &c. & per Solem, ut die 26. Martii.

Martyrol. Rom. Mascul. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

DIES

Digitized by Google

DIES XXV.

A.D. 298. 1518 Hic dies, qui & 8. Kal. Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 36. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis supra num. 1328.

Quo die Lacedæmonii quartarios vini offerebant *Apollini*. Ita Beuth. & cum eo hoc die Beyerlinc, quòd libamen & ipsi Apollini offerebant ad lætitiam Spartæ. Quod sacrificium eo ritu hoc die dicabant, vt quartarium vini super immolata pecora sacrarent. Ita Tamayus, & Hospinianus cap. 25. de Festis fol. 139.

Ritus.

Centauri Occasus.

Quo & die *Occasus Centauri Stellæ*. Ita Kal. Astronomicum, & cum eo Tamayus hoc die. Audi Manilium lib. 1. Astronomic.

Et Phœbo sacer Ales, & vna gratus Iacho
Crater, & duplici Centaurus imagine fulget
Pars hominis tergo pectus commissus equino.

Scaliger in Notis fol. 85. *Centaurum* Australem distinguit à *Sagittario* solo nomine *Centauri*. Est igiur *Sagittarius* signum cœleste, quem alii arbitrantur *Centaurum Chironem*, alii *Crocum*, aut *Crotum* filium Euphemes nutricis Musarum, & habitasse in Parnasso cum musis, & venationi incubuisse, & vsum esse sagittis, & equo insedisse. Post mortem precibus Musarum fabularunt à Jove relatum inter astra, & varia forma conscriptum. Hæc Calepinus verbo *Sagittarius*, qui occasum hujus signi *Sagittarii*, aut *Centauri* refert ad diem 13. Februarii, ex columella. Vide de Centauro Pierium Valer. lib. 4. cap. 24. & alios.

Fabula.

1519 Hoc igitur die, quo in Apolline Veteres insaniebant, nobis occurrunt venerandi cœlites, vt *Chrysanthus*, cum vxore *Daria*, lapidibus obruti pro Christo: quo & die decorarunt Romam *quadraginta sex* milites effuso cruore pro Christo: quam vrbem, & ipso hoc die decorarunt sua passione Martyres *centum viginti & vnus*, inter quos, *Petrus*, *Marcus*, *Theodosius*, & auspicato nomine *Lucius*: iis ad eandem lauream associantur nobiles Romani *Chrispinus*, & *Chrispinianus* (qui sutores esse voluerunt), vt alios lucrarentur Christo, pro quo pellis eis extracta, & immania passi tormenta, gladio trucidati consummarunt triumphum: ad quem pervenêre Sardinienses martyres *Protus*, & *Ianuarius*, & *Martyrius* ipse, cum *Marciano*, pro fide necati ab hæreticis. Quo & die venerandi occurrunt auspicati nominis præsules *Gaudentius*, & *Hilarius*: necnon & *Fronto* natione Gallus, Petragoricensis Apostolus, Petri discipulus, & ab eo ordinatus Episcopus, qui socium Georgium mortuum, appositione baculi accepti ab Apostolo, reduxit ad vitam; Galliam, & Hispaniam illustravit fulgoribus Evangelii, & insignis copiosa messis farcina, clarus miraculis in pace quievit. De quo Halus Burdigalensis Poëta, post Civis Toletanus, hocce reliquit (apud Tamayum) Epigramma:

Martyrol. Rom. Mascul. hoc die. Tamay. hoc die.

Ap. Tamay. hoc die.

Vrbs tenet excelsi Corpus Petragorica *sanctum*
Frontonis; *Petri qui comes almus erat.*
Gallia, quem primum exaudivit limpida Christi
Dogmata dictantem; post quoque clarus Iber.
Hic igitur baculo comitem (*mirabile dictu*)
Suscitat & Petri, quem dedit ipse pius.
Prædicat hinc populis prorsus, Petragorica, *vestris*
Æternum Verbum, quo coluber moritur,
Post hæc Santones, Pictones, atque Turones
Lustravit, semper dogmata sacra docens.
Hinc & Aquitaniam *descendit, semina Verbi*
Projiciens, Christi fœnore multiplici,
Burdigala *& mea suscepit quoque verba Magistri*
Istius, & Patrem nunc veneratur amans.
Post & ad Hispanos transcendens; Tarraco *Divum*
Audivit, cujus fulgor amœnat agrum.
Denique Vaccæos *penetrat;* Pallentia *sacros*
Sermones didicit. Hinc sua castra petit.
In quibus, egregiis plenus virtutibus almam,
Tunc animam Christo tradidit ipse suam.

Thema 1. 2. 3. 4. 5.

Pro iis igitur, aliisque hodiernis Sanctis, & veris Christi triumphatoribus, verte ad sacra triumphos Veterum, classes, colores, & coronas, vt remissivè die 19. hujus mensis; vnde habes

Thema-

5. Themata ad hodiernos encomiandos
7. Sanctos.

1520 Fuit hoc die occasus *Centauri*, aut *Sagittarii*, de quo signo egi
Betchor. in Red. lib. 5. cap. 18. die 4. Martii num. 377. Cui signo tribuunt Astronomi tres facies 1. *Mercurii*, 2. *Lunæ*, 3. aut *Saturni*, vt ibi dixi, aut *Martis*, vt Pictauiensis obseruat, addens hoc signum adumbrare Sanctos, prælatos, & prædicatores; quia
8. eum hoc signum sit *igneum*, *masculinum*, *diurnum*, & *mediocre*, cœlites hodiernos adumbrat sagittantes *amore*, *vita*, *doctrina*, & *exemplo*. Insuper *Igneos* per charitatem, *Masculinos* per probitatem, *Diurnos* per veritatem,
9. *Mediocres* per maturitatem. Deinde &
10. ipsis adapta *Faciem Mercurii* propter sapientiam, veramque doctrinam, *Faciem Lunæ* propter claritatem vitæ, *Faciem Martis* propter constantiam in bellando bella Christiana. Tandem hoc signum facit delectari, ideo dicitur domus Itineris, Sapientiæ, Magisterii, Honoris, & Astrorum: quare & encomia hodiernos Sanctos *Itinera* fidei, ostensione viæ ad Cœlum, *Sapientes* doctrina, *Magistros* prædicatione, *Honoratos* ob præclara gesta, *Astra* mystica
11. in gloria fulgentia.

DIES XXVI.

A.D. 299. 1521 Hic dies, qui & 7. Kal. Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 37. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis eum Beyerline num. 1328.

Ludi *Sarmatici* Romæ celebrati, & extensi *per dies septem*. His in Ludis
Ritus. exhibebant Cycoplem (seu Gigantem) adornatum Græcis artificibus, & gymnicis, & hystrionibus, & musicis, & auro, argento, ac veste serica. Ita Hospinianus de Festis Romanorum, cap. 26. fol. 141.

Dies *Festus*, & *Ludorum* ob natalem *Adriani* Imperatoris. Ita Roman tom. 2. lib. 10. cap. 8. fol. 423. quòd ad sequentem diem refert Hospinianus.

Dies Insignis Romanis Triumpho C. Asinii Pollionis ex *Parthis* parto, anno V. C. 717. ex Beyerline eum Goltzio. Qui triumphus & ad hunc diem refertur à Masculo. At ab aliis ad sequentem diem 27. vt ibi dicam.

In Kalendario Astronomico notant Mathematici hoc die *Occasum dimidiæ caudæ Scorpii*. Ita & Tamayus. De quo signo egi die 9. Martii.

1522 Sunt *Sarmatæ* populi Scytiæ juxta Danubium: dicti Sarmatæ à studio armorum; nam patentibus campis armati incedebant, vt ait S. Isidorus lib. 9. Vndè ex hac Sarmata Regione hi ludi nuncupati, ac deducti Romæ. *Cycopes* autem, vt marginatus Calepinus advertit, sunt Gigantes, seu populi antiquissimi juxta Ætnam, habentes vnum oculum in fronte, qui omnium primi æris fabricam inveniisse traduntur. Hinc factus est locus fabulæ, vt crederentur ministri *Vulcani*, & *Iovi* fulmina fabricare. Dicti autem sunt *Cyclopes*, à verbo Græco significante *circulum*, *lumen*, sivè *oculum*, eo quòd oculum vnum in fronte haberent. Hæc Calepinus: vndè conjectamus hos Ludos *Sarmaticos* dicatos *Vulcano*, cujus ministri putabantur Cycopes. Calepin. verb. *Sarmata*, & ver. *Cycopes*.

1523 At si hoc die Veteres delirabant in Ludis, Triumphis, & Spectaculis, ille Triumphus longè spectabilior fuit Romæ, quem quasi religionis Imperator *Evaristus* retulit de Traiani impietate. *Evaristo* ad eandem palmam associantur Africani martyres *Rogatianus*, & *Felicissimus*: & Nicomedienses auspicati nominis *Lucianus*, & *Florius*, aliique; quibus ad sempiternum gaudium gloriæ *Gaudiosus* præsul adjungitur. Pro iis igitur adapta, ad sacra vertendo triumphos, classes, colores, & coronas, vt remissive die 19. hujus: vnde habes plura Themata cœlicolis hodiernis adaptanda. Amplius, quia hoc die, occidit signum Scorpionis: per quod signum die 6. Maii alia habes Themata, num. 628. Tandem, & per spectacula, ac Ludos, alia adaptare poteris. Martyrol. Rom. Themata 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Hunc diem maximè condecorarunt in Cathalonia SS. Lucianus, & Marcianus Martyres, origine Hispani, natione Cathalani, apud Vicensem Vrbem antiquissimam exorti, ibique vti Patroni maxima veneratione coluntur. Tamay. hoc die.

DIES XXVII.

A. D. 300. 1524 Hic dies, qui & 6. Kal. Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 38. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis num. 1328.

Dies 2. *Ludorum Sarmaticorum* actorum per dies septem ex dictis num. 1521.

Item Ludi Victoriæ extensi per quinque dies. Ita Kalend. Maffeianum,

Digitized by Google

quamquam Rosinus, & Tamayus horum ludorum inceptionem ad sequentem diem referant. Hi ludi instituti fuerunt à Patre Cornelio Sulla, cum bellum Civile finem accepit. Sic Asconius in Verr. 2. Velleius, Hist. Roman. lib. 2. & Rosinus lib. 5. cap. 22.

Quo & die ludi ob natalem Adriani Imperatoris. Ita Hospinian. cap. 24. fol. 135.

Dies celebris Romæ ob triumphalem pompam, qua C. Asinius Pollio de Parthis triumphavit, anno V. C. 713. Ita Reusnerus in Diario Historico fol. 158. & Tamayus hoc die cum eo, etsi alii referant ad præcedentem diem.

1525. Pergamus ad numerum Tercentesimum, de eo aliqua notandos enim sumus in die *trecentesimo* anni: quare de hoc numero noto: Quod *trecenta*, aut *trecentesimus* numerus pro magno admodum numero ponitur: Est numerus *Trigonus*, & perfectionis, significatus ab Ægyptiis per manum dexteram extensam, *extensisque digitis pollice*, & *indice*, & aliis tribus collectis; significatur, & per *Sbim*, & per literam *Tau*, ac latinis sic: CCC. vel 300. Ponitur pro magno numero à Poëtis. Virgilius Georg. 1.

Numer. 300.

Pier. Val. lib. 37. cap. 1. & 9. Bung. de Num. myst. fol. 492.

Tercentum nivei tondent dumeta juvenci.

Et Æneid. lib. 4.

Tercentum tonat ore Deos.

Item apud Catullum.

Quos simul complexa tenet Trecentos.

Exordio Vrbis in bello contra Veientes totum onus subierunt Trecenti Fabii, qui concerta pugna contra Veientes, hos superarunt. Fuit igitur apud Veteres Romanos Tribuum distributio, inter quas Tribus XIV. numero *Fabia* (omnes enim Veterum Romanorum Tribus erant numero triginta quinque, ut refert, easque nominatim marginatus Rosinus), quæ *Tribus Fabia* nomen obtinuit, à clarissima gente Fabia, quæ in eam relata fuit. Mentio ejus extat apud Suetonium in Augustum: *Fabianus*, & Scaptiensibus Tribulibus suis die Comitiorum singulas millia nummum à se dividebat. Item apud Horatium:

Rosinus lib. 6. cap. 15. & lib. 4. cap. 11.

Hic multum in Fabia valet, ille Veltina.

Ex qua Tribu *Fabii Trecenti* cæsi fuerunt vno die, scilicet 17. Kalendas Sextileis, ait Rosinus. Ex tanta Fabiorum familia, elapso tempore vnus remanens, & Trecentis armatis pugnans cum Anibale, hoc victo, eique diadema Regium à capite avulsit. Accedit & illud quod passim apud Historiographos legitur, scilicet à Gallis Trecentis, bello Africano Cæsaris, duo millia equitum expulsos, ac fugatos fuisse.

1526 At pergamus ad sacratenium Trecenti, ter centeni sunt. Qui numerus sæpe in scriptura positus. Arcæ Noëticæ mensura cœlitus data; *Trecentorum cubitorum* longitudo ponitur. Centenario igitur numero, perfectio totius rationalis creaturæ indicatur: nam in Evangelio. Lucæ, *quis habens centum oves* cum vnam perdidisset, relictis nonaginta novem, & descedit quærere eam, quæ perierat, quamque repertam, humeris suis reportavit, & posuit cum illis nonaginta novem, quæ non perierant. Si igitur à centenario perfectionis, & gratiæ quis lapsus fuerit, ad agnitionem Trinitatis, à qua descendit gratia, omnisque perfectio augeatur in trecentos, ipsi gratiæ cooperando. Tercenteſimus igitur numerus, & *mysterium Trinitatis*, & exercitum electorum adumbrat, Bungio marginato auctore; juxta quem per Trecentas vulpes à Samsone captas designantur sapientes Ecclesiæ, Doctores, ac Concionatores, qui in fide Sanctissimæ *Trinitatis* dolosam hujus mundi sapientiam mutaverunt, ac vera fide fixi, & ferventissimo zelo, contra messem Hæreticorum exarserunt, dolo dolum opponentes. In *Trecentis viris* Gedeon debellavit Madian: qui numerus *Trecentorum* mysterium *SS. Trinitatis* repræ-

Genes. 6. v. 15.

Luc. cap. 15. à v. 4.

Iud. 7. à v. 6.

„sentat, ait S. Gregorius, addens: *Iste* „Trecentorum numerus in *Tau* littera continetur, quæ crucis speciem tenet. Cui si super transversam lineam „id, quod in cruce eminet, adderetur, „non jam crucis species, sed ipsa crux „esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in *Tau* littera continetur, spe„cies *Crucis* ostenditur, non immeritò in his trecentis Geddonem sequen„tibus illi designata sunt, quibus dic„tum est (Lucæ 9.) si quis vult post „me venire abneget semetipsum, & „tollat crucem suam, & sequatur me. „Qui sequentes Dominum tanto ve„rius crucem tollunt, quanto acrius „& se edomant, & erga proximos „suos charitatis compassione cruciantur. Unde & per Ezechielem (cap. 9.) „Prophetam dicitur: signa *Tau* super „frontes virorum gementium, & do„lentium. Ita & S. Augustinus.

S. Gregor. 30. Mor. cap. 33.

S. Aug. ser. 108. de Temp.

Tum

Bung. de Num. 300. à fol. 602. SS. PP. Gregor. Auguſt. Iſidor. Hugo à S. Victore.

1527 *Tercentesimus* igitur numerus inſinuat *plenitudinem perfectionis*: adumbrat *myſterium SS. Trinitatis*: repræſentat *myſterium Crucis*: indicat, myſticè *fidem* SS. Trinitatis, cum Decalogi *cuſtodia*, imò & *ſenſus noſtros*, tum corporales, tum ſpirituales animæ, perfectè repreſſos, & ad virtutis vſum accomodatos: deſignat & gentes *erecturas in Crucifixum*, & *victorias* conſequendas. Hic igitur numerus *Tercentesimus* ſignificatur, (vti dixi) in littera Tau, quæ apud Antiquos fuit ſignum *vitale*, & *ſalutiferum*; quæ apud Antiquos Hebræos, Græcos, & Latinos figuram Crucis ferebat ſic: T. Fuit & apud Ethnicos nota *ſuffragii* Tribunorum; Imò & apud ipſos Ethnicos fuit nota & *judicii*, & *ſupplicii*, & *ſalutis*, ac *vitæ*; quam *Tau* litteram in Serapidis pectore inſcribebant quaſi *ſignum futuræ* vitæ, vt cum plutibus Beyerlinc, & alii notant, apud quos, & alios plura videnda omitto. Tandem littera *Tau* T. vltima eſt Hebræicarum litterarum, ea juſſit Deus Angelo ſignare pios: & *ſigna Tau, &c.* qua littera ſignificantur *viventes*, *ſimplices*, *innocentes*, *perfecti*, & illi, qui digni ſunt, vt vita ſerventur: aqua littera *Tau* incipit *Thora*, *ideſt lex*, quo ſignificatur, quod illi *qui hoc accepere ſignaculum*, *legis præcepta compleverunt*. Inſuper & ſignificat præfata littera *Chriſtum*; *Crucem*, *Signum*, *Limitem*, *Terminum*, *Perfectionem*, & *Conſummationem*. Significat igitur gementes, & dolentes ob peccata populi; eſſe perfectos in charitate, & conſummatos in virtute: atque *Crucem* eſſe inſtrumentum *victoriæ ſanctitatis*, & *perfectionis*, vt omnia tradunt Cornelius, aliique marginati.

Alex. ab Alex. lib 3. cap. 5. Bungius citat. Theatr. Vit. H. lib. 7. Alap. in Ezech. cap. 9. v. 4.

1528 At ſpectacula, & triumphi Veterum, non ſunt comparandi cum triumphis noſtratum, vti fuére Abulenſes martyres, & fratres *Vincentius*, *Sabina*, & *Chriſtetes*, qui equuleo torti, varié vexati, capitibus, validis vectibus, contuſis, martyrium conſummarunt, devicta Daciani ſævitia. Horum militum Chriſti, corpora inhumata relicta: ſubitò nutu Dei à caverna terræ egreſſa eſt ſerpentina bellua, quæ viventes conſueverat deglutire, & cœpit ſinuoſo ſui corporis flexu, capite ſublimato, mortuos Chriſti martyres cuſtodire. Judæum tranſeuntem, martyrum corpora inviſenda curioſitas impulit; illico ſerpens ille ſquamea colla ſublimans, volubiliter corpus Judæi circundatum, veluti vinculis aſtringens, vertiei hominis tantùm ſuper eminebat, vt caput in altum tolleret. Stetit unius fere horæ ſpatio immobilis; & Deo inſpirante, votum fecit credendi in Chriſtum, ſepeliendi Martyrum corpora, & ſuis ſumptibus, ipſis ædificandi Baſilicam, (vti fecit.) Hæc, vt dixit, paulatim ſerpens ille tortuoſa vincula ſolvit, & rapidiſſimo curſu ſubitò fugiens, nuſquam comparuit. Iis aſſociatur ad eandem martyrii lauream, auſpicato nomine *Florentius* Civis Hiſpalenſis, qui Romam pergens, ab Apoſtolis Petro, & Paulo converſus ad Chriſtum, & Hiſpaniam reverſus, clarus virtutibus, ſub Adriano Cæſare poſt verbera, & flagra, conſummato martyrio, coronam recepit: ad quam & pervenerunt *Capitolina*, & *Erotheidis* paſſæ ſub Diocleciano: Quo die *Eleſbaam* Rex Æthiopum, qui expugnatis Homeritis hoſtibus Chriſti, victor coronam Regiam miſit ad Hieroſolymam pro donario, & vt voverat Monaſticam vitam agens, clarus virtutibus, triumphiſque migravit ad Dominum. Pro iis igitur, aliiſque hodiernis cœlitibus, Chriſtianizando, verte Veterum triumphos, claſſes, colores, & coronas. Cumque & tot ſpectacula, hoc die forent Veterum ludorum, iis oppone noſtratum Chriſtiana ſpectacula; & eos encomia, adaptando Thema, vt die 26. Julii num. 1044. Tum & pro iis veris victoribus adapta picturas, victoriæ, vt die 22. Januarii num. 141. & die 16. Junii num. 801. Ac remiſſivè die 19. hujus menſis num. 1479.

Themat 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10

DIES XXVIII.

A. D. 3012

1529 Hic dies, qui & 5. Kal. Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 39. *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis ſupra cum Beyerlinc num. 1328.

Dies 3. *Ludorum Sarmaticorum* per dies *ſeptem*, ex dictis num. 1521.

Dies 2. quo agebant *Ludos victoriæ* extenſos per dies quinque ex dictis ſupra num. 1524.

Myſteria minora hoc menſe acta à Græcis, ad hunc diem referuntur cum Plutarc. & Galeno, à Gyraldo de Menſibus fol. mihi 618. Roſino lib. 4. cap. 4. Quæ *minora myſteria*, ſeu parva dicabantur *Proſerpinæ*, vt *majora*, ſeu *magna myſteria Cereri*, vt cum aliis tradit Roſinus. in Paralippom. ad lib. 2. cap. 11. fol. mihi 195.

Digitized by Google

Ad quem diem tulerit Masculus, cum Vet. Kal. *Isiaca sacra Romæ celebrata per quatriduum*, dicata Isidi. Ita Masculus in Fastis hoc die, fol. mihi 474. & 475. De qua Isíde egi die 6. Januarii, à num. 84. vbi & de picturis, situ, &c. vide.

1530 Hic igitur dies celebris apud Veteres ob suos triumphos, ludos, & sacra; celebrior sanè fit nostratibus, ob triumphos nostratum, & præcipuè præstantium religionis ducum *Simonis*, & *Thadei*, qui post conversam ad Christum innumeram multitudinem Persarum, laureati martyrio consummarunt triumphum; iis ad constantiam, associatur *Ferrutius*, & ad fidelitatem, auspicato nomine *Fidelis* Quo die Romam suo cruore decorarunt, & *Cyrillus*, & Virgines *Cyrilla*, & *Anastasia*, quæ post superata atrocissima tormenta migratunt ad Sponsum; cum iis, aliisque cœlitibus associantur præsules illustres *Gaudiosus*, & *Honoratus*. Pro quibus adapta Veterum triumphos, classes, colores, & coronas, vt remissive die 19. hujus mensis. Cumque & hoc die in tot spectaculis deliratent Veteres; illis spectaculis oppone nostratum spectacula vera, & per Christiana spectacula eos encomia, vt die 26. Julii num. 1044. Veteri & Isiaca sacra Isidi dicata, & per picturas, attributaque Isidis ad sacra versa, Themata habes die 6. Januarii num. 87. hodiernis adaptanda Sanctis.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9.

8.

9.

DIES XXIX.

A.D. 302.

1531 Hic dies, qui & 4. Kal. Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 40. & vltimus *Ludorum Triumphalium* actorum pro *Actiaca* victoria, ex dictis cum Beyerlinc supra die 20. Septembris num. 1328.

Dies 4. *Ludorum Sarmaticorum* actorum per dies *septem*, ex dictis num. 1521.

Dies 3. quo agebant *Ludos Victoriæ* extensos per dies *quinque*, ex dictis, cum Kalend. Maffeiano, & aliis, supra num. 1524.

Quo die, sacrum *Libero*, seu *Baccho* dicatum. Ita Rosinus lib. 4. cap. 4. & 14. cum Kal. Rustico, & Gyraldus de Mensibus fol. mihi 618. & Hospinianus fol. 141.

Ipso die *Vertumni Feria*. Ita cum Varrone Gyraldus citatus, & Beyerlinc hoc die, ac Hospinianus de Festis cap. 26. fol. 142. Has Ferias refert Rosinus ad diem 30.

Ad quem diem celebratum *epulum Minervæ* observat Beyerlinc cum Kal. Romano. Sacrorum *Isidis* dies 2. ex num. 1529.

Item hoc die, Sulpitius Consul triumphavit de *Samnitibus* V. C. anno 449.

Tandem *Occasus Arcturi* appingitur hoc die in Kal. Astronomico, & Tamayus eum ipso hoc die: De quo Manilius lib. 1.

A tergo nitet Arctophylax, *idemque*
Bootes,
Quod similis junctis instat de more juvencis,
Arcturumque rapit medio sub pectore secum.

1532 Hoc igitur die, quo in tantum gentilitas deliravit, jam in Libero, jam in Vertumno, jam in Minerva, jam in Triumphis, jam in Syllæ victoriis, nobis occurrunt triumphi, & Victoriæ nostratum, cum quibus Veterum non comparandi: vti fuére, & quidem auspicatis nominibus *Hyacinthus*, *Felicianus*, & *Lucius* laureati martyrio: iis, inter alios, ad eandem palmam associantur *Zenobius* presbyter, & *Maximilianus*: cum quibus ad coronam gloriæ pervenere illustres præsules *Narcissus*, & *Ioannes*. Pro iis igitur hodiernis cœlitibus, & triumphatoribus veris verte ad sacra triumphos Veterum, classes, colores, & coronas, vt remissive die 19. hujus mensis; vnde habes Themata, hodiernis adaptanda Sanctis. Cum & hunc diem Libero, aut Baccho dicarent, quem solem existimarunt (vt dixi die 5. Martii, à num. 385.) cui tribuerunt coronas, &c. vertendo ad sacra, vt ibidem vsque ad num. 390. Themata habes hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & per Vertumnum, vt die 13. Augusti num. 1124. Tum per Minervam, vt die 3. Januarii num. 77. Tandemque & per Arcturum, ex dictis die 26. Maii à num. 732. vbi plura de Arcturo invenies, hodiernis adaptanda cœlicolis.

Martyrol. Rom.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DIES XXX.

A.D. 307.

1533 Hic dies, qui & 3. Kal. Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 5. *Ludorum Sarmaticorum* actorum per dies *septem*, ex dictis cum Hospiniano num. 1521.

Dies

Dies 4. *Ludorum Victoriæ* Sillanæ, ex dictis cum Kal. Maffeiano supra num. 1524.

Quo die *Vertumni Feriæ*. Ita Rofinus in fuo Kalendario lib. 4. cap. 4. quem vide cap. 14. in fine.

Dies 3. quo *Iſiaca ſacra* Romæ dicabant *Iſidi* per *quadriduum*, ex dictis cum Maſculo num. 1529.

Ludi votivi Romæ. Ita Kal. Romanum, & cum eo Beyerline hoc die.

Ludi Olympici à Græca juventute acti, *curſu, diſco, & ſaltu*, ac per *quinque* dies extenſi, ex dictis cum Cæſare Calà num. 49. die 30.

Dies dicatus *Defunctis*, ex dictis cum Suida, & Bungio, citato num, & die 30.

Tamayus hoc die.

In Veteri Kal. Aſtronomico ad hunediem refertur *Occaſus Caſſiopeiæ*. De qua conſtellatione, ſic Tamayus cum Manilio lib. 1.

Cepheuſque, & Caſſiopea
In pœnas ſignata ſuas, juxtaque relictam
Andromedam vaſtos metuentes Piſcis hiatus
Expoſitam Ponto deflet, ſcopuliſque revinctam,
Ne veterem Perſeus Cælo quoque ſervet amorem,
Auxilioque juvet, fugiendaque Gorgonis ora
Suſtineat, ſpoliumque ſibi, teſtemque videnti

Hujus conſtellationis formam, ſtellarumque numerum, & firmamenti locum deſcripſit carmine Sophocles, à quo Aratus in Phenomen fol. 185. & Tamayus hoc die ſic:

Quà latus aſſlexum ſinuoſi reſpicit anguis
Caſſiopeia virum reſidet ſublimis ad ipſum.
Clara etiam pernix Cælo cum Luna reſulget,
Sed brevis & paucis decorata inſidere flammis,
Qualis ferratos ſubicit clavicula dentes
Succumit, & foribus præducit vincula clauſtri:
Talis diſpoſitis Stellis ipſa horrida vultu,
Sic tendit palmas, ceu ſit plancturа relictam
Andromedam, meritæ non juſta piacula mortis.

Ad quem locum multa congerunt Germanus, & Scaliger, ille in Not. ad Arutorem fol. 185. Iſte in Scholiis ad Manilium fol. 459.

1534 Hoc igitur die, quo inter alia deliramenta Ludos victoriæ agebat gentilitas, nobis occurrunt quamplures veri venerandi victores, vt *Victorinus* ipſe, *Claudius*, & *Lupercus* fratres filii S. *Marcelli* Centurionis, legionenſes martyres in Hiſpania: ad quam palmam pervenère, & *Marcellus* Centurio, & Africani martyres *ducenti viginti*: ac *Macarius* cum ſociis, qui de ſævitia Decii Alexandriæ triumpharunt, vt & *Saturninus* in Sardinia de ſævo Diocletiano, vbi truncato capite complevit triumphum: quem & adepti *Zenobius* præſul, & *Zenobia* ejus ſoror. Tum & præſules illuſtres *Germanus*, & *Gerardus*. Pro iis igitur veris victoribus chriſtianizando, adapta picturam Victoriæ, vt die 22. Januarii, & remiſſivè ibidem. Tum & per picturas Iſidis, vt Januarii die 6. num. 85. quo die quamplura trado de Iſide, hoc die culta; & chriſtianizata hodiernis adaptanda Sanctis. Tandem & per Vertumnum, & Ludos Olympicos, vt remiſſivè die præcedenti, ac num. 1059. & 1107. Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

DIES XXXI.

A.D. 1535 Hic dies, qui & pridie Kal. Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. 394

Dies 6. *Ludorum Sarmaticorum*, actorum per dies *ſeptem*, ex dictis cum Hoſpiniano num. 1521.

Dies 5. *Ludorum Victoriæ* Sillanæ, ex dictis cum Kal. Maffeiano, & aliis num. 1524. Dieſque vltimus horum Ludorum.

Dies item quartus, & vltimus, quo *Iſiaca Sacra* Romæ dicabant *Iſidi*, ex dictis cum Maſculo in Faſtis die 28. hujus menſis num. 1529.

Dies 2. quo Græca juventus *Ludos* Olympicos agebat *curſu, Saltu, & diſco*, ex dictis cum Cæſare Calà num. 49. die 30.

Dies *Triumphalis* Romæ ob inſignem triumphum C. Pontinii Nepotis Proconſulis, de *Allobrogibus*, ex Gallia, reportatum, V.C. anno 699. vt cum Goltzio, & Reuſnero, Maſculoque, Tamayus hoc die.

Dies dicatus *Demetrio* ab Athenienſibus, ex dictis cum Alex. & Maſculo num. 49. die 31.

Hoſpinianus de Feſtis capite 25. fol. 139. ad hunc diem refert feſtum Athenenſium *Choleca* nuncupatum

actum

actum aut in honorem *Vulcani*, aut *Minervæ*, juxta aliquos. Ita Hospinianus cit. fol. 139.

Tandem hoc die *Ortus Fidiculæ Stellæ*, quæ & *Lyra* nuncupata. Ita Vet. Kal. Astronomicum, & cum eo Tamayus hoc die. Quem ortum, cum Manilio lib. 5. sequentibus heroicis describit versibus:

Cumque Fidis *magno succedunt sydera mundo,*
Quæstor scelerum veniet, vindexque reorum,
Qui commissa suis vimabitur argumentis,
In lucemque trahet tacita latitantia fraude.
Hinc etiam immitis tortor, pœnæque minister,
Et quisquis vero favit, culpam vè perodit
Proditur, atque alto qui jurgia pectore tollat.

Ad quem locum multa agglomerat Josephus Scaliger, in Scholiis fol. 441. v. 19. vbi quid fidiculæ in martyralibus supplicijs, & alia annectit.

1536 Hic igitur dies Triumphalis apud Veteres, potiori titulo apud nos sit triumphalis: enim illorum triumphi neutiquam cum nostratum comparandi. Fuère hi victores veri *Nemesius*, & *Lucilla* virgo, octavo Kalendas Septembris decollati pro Christo Romæ, jubente Cæsare Valeriano, & hoc die culti: iis associantur, ad eandem martyrii palmam *Ampliatus*, *Vrbanus*, & *Narcissus*, quorum meminit S. Paulus cap. 16. & vltimo scribens ad Romanos: qui ob Evangelium Christi à Judæis, & Gentilibus cæsi sunt. Qui *Vrbanus* præsul extitit Macedonensis, & alter ex 72. Christi Discipulis, cujus sacra lipsana coluntur Valentiæ (vbi hæc scribo) in Collegio Corporis Christi. Triumphavit pariter *Quintinus* civis Romanus Ordinis Senatorii de impietate Maximiani Cæsaris: enim cæsus fuit acerrimè flagris; lampades, & fervens oleum alacriter perpessus: projectus in fluvium consummavit triumphum; diù enim post necem, elapsis annis quinquaginta quinque, ipsius corpus, revelante Angelo, inventum fuit incorruptum, & penè vividum. Laureati martyrio, & hoc die fuère *Nicolaus* puer, origine Maurus, Halli Mahomad nuncupatus cum erat professione Saracenus, patria Toletanus, filius Reguli Alcamanis, conversus ad Christum, per *Nicolaum*, & *Leuardum* Sacerdotes, cum iis *Nicolaus* puer jussu patris Reguli lapidatus, & ignis accenso rogo consumavit martyrium Bletisæ in Hispania, nunc *Ledesmæ*, cujus corpus ibidem veneratur in Monasterio Minorum, miraculis clarum. Quo die & cœlitibus associati præsules illustres *Antoninus*, & *Vuolfangus*. Pro quibus veris victoribus christianizando, adapta picturas Victoriæ, vt die 6. & 22. Januarii, vnde habes Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & Veterum triumphos, classes, & colores, & coronas, vt remissivè die 19. hujus mensis: vnde & habes plura alia Themata hodiernis adaptanda cœlicolis: quibus & per Vulcanum, Minervam, & Fidiculam stellam, alia plura christianizare, adaptareque poterit prudens lector.

Themata.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.

Martyrol. Rom. & Hispan. hoc die.
Marcul. hoc die.

NOVEMBER.

1537 MENSIS iste *November* dictus, quia nonus à Martio, à quo inchoabant annum Romuleum. Est & Medius inter *Autumnales* menses: qui & *Requiei* accepit vocabulum: quia collectis jam frugibus, messe in horreis, vino in doliis, repositis, transisse labores, & otia renasci Prisci illi Philosophi fatebantur sic:

Tamayus tom. 6 fol. 1.

Nam modo collectæ fruges, & in horrea missæ,
Otia parturiunt: jam tean si vère labores;
Cessavère operæ: tempus geniale propinquat.
Bruma venit; glatialis hyems apparet in altis
Montibus, & canis albent inga summa capillis.
In campos gelido jam descensurus ab axe
Implet Rhyphæis Boreas Aquilonibus vires.

Qui mensis *Exuperatorius* fuit vocatus (imperante Commodo, vt Lampridius observat) idest *superior*, *præstantior*, *excellens*, ad quod alludit Ovidius sequenti carmine:

Lamprid. in Commod. fol. 396. Ovid. Trist. 4. lib. Eleg 4. Cœl. Rhod. lib. 15. cap. 34.

Exuperas, morum nobilitate, genus.

A Græcis *Dius* fuit vocatus, qua dictione significant *excellentiam*, atque *Præstantiam*.

Rosin. lib. 4. cap. 15.

Circa

1538 Circa etymologiam hujus mensis, accepisse nomen à *germine novorum fœtuum* putat S. Isidorus, inquiens: *November ab indictis, scilicet, germinum: quia in eo virescentibus fructibus novis, transactorum probatur occasus.* November, apud Græcos, dictus *Anthisterion*; à *floribus*, ex Masculo; ab *imbre*, ex Anglico. Est mensis plenus dierum 30. Depingitur: Rusticus quercum percutiens, qui & glandibus reficit porcos suos. Erat hic Mensis sub tutela *Dianæ*.

S. Isidor. lib. 5. Orig. cap. 33. Masculi fol. 512. Anglic. lib. 9. cap. 18.

Pictura.

DIES I.

A. D. 305.

1539 Hic dies, qui & Kalend. Novembris *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 7. & vltimus *Ludorum Sarmaticorum*, ex dictis cum Hospiniano num. 1521.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute *cursu, saltu, & disco*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49. die 30.

Dies dicatus *Iunoni*, *Iano*, *Lari familiari*, & *Omnibus Diis*, ex dictis cum Tamayo, Romano, & Alexandro num. 49. die 1.

Dies *Panniculares*, sic nuncupabatur dies ille, in quo prisci omnibus Diis sacrificabant, quem nos in Sanctorum omnium commemorationem convertimus, præsentem scilicet diem. Ita Cæsar Calà de Feriis quæst. 4. num. 966. Quid autem significent *Panniculatia* tradunt Vulpianus in *l. Divus ff. de bonis Damnati*, & Calepinus hoc verbo. Asserentes *Panniculatia* dici ea, quæ in custodiam receptus secum attulit, vt vestem, nummos, quos victus sui causa habuerit in promptu, aut loves annulos.

Panniculatia.

In his Kalendis *Sacrum Iunonis*, ob tutelam, qua hoc Mense Gentilitas Romana se protectam, & munitã credebat. Horum Sacrorum ritus, à Pontificibus indictos, & obsignatos, Populoque manifestos, profana plebs in templo *Iunoni* sacro victimis, & oblationibus peragebat, vt Deæ Tutelaris auxilium caperet, vt notarunt Stuchius de Sacrif. Gentil. fol. 28. & Tamayus hoc die.

Quo die *Iovis epulum* celebrabatur. Ita Vet. Kalend. & cum eo Giraldus de Menfibus fol. mihi 619.

Theogenia.

Ipso die *Theogenia* celebritas, & sacrificium, quòd omnibus simul Diis exhibebatur: quæ solemnitas instituta traditur à Dioscoris; & à Deorum hospitalitate: & commertio appellata *Theogenia*; in qua & *ludi* agebantur, & præmium victorum *chlamys* erat. Ita Pollux, Hesychius, & alii cum quibus Gyraldus Synt. 17. fol. mihi 421. Vide num. sequentem.

Ternovena festa Romæ celebrata hoc die. Ita Vet. Kal. sed hæc ad sequentem referenda diem.

Antheſteria sacra Baccho exhibita; & Bacchanalia nuncupata. Ita cum Suida, & Harp. Gyraldus de Menſibus fol. mihi 619.

Antheſteria.

Dies Triumphalis, & ornatissimus, quo Fulvius Flavius Cos. triumphavit de *Vulsinensibus* V.C. anno 489. Et L. Sylla bello civili *Pontieum Telesinum* ingenti prælio superavit. V.C. anno 666. Ita Plut. Goltzius, Masculus, & Beyerline.

1540 Veteres hunc diem sacrabãt, vti dixi, omnibus Diis, quibus dicabant celebritatem *Theogeniam* nuncupatam, eo quod omnibus Diis simul sacrificium offerebant, vt numero præcedenti dixi. Marcus enim Agrippa magnificum templum extruxit omnibus Diis: quare eum vocavit *Pantheon*, ideſt, templum omnium Deorum. Romani igitur cum vniverso orbi dominarentur, quoddam templum maximum constituxerunt: in cujus medio suum idolum collocantes, omnium Provinciarum simulachra per circuitum statuerunt, respicientia rectis vultibus idolum Romanorum. Sed quando aliqua Provincia se rebellaret, continuo, (vt ajunt) arte diabolica illius Provinciæ simulachrum idolum Romanorum posteriora voluebat, tamquam immuens, quòd ab ejus dominio recessisset. Quare Romani copiosum exercitum ad eam Provinciam destinabant, & ipsam dominio suo subjugabant. Quid nedum omnium Provinciarum simulachra in vrbe sua habebant, sed & singulis Diis singula templa constituxerant, tamquam qui eos cunctarum Provinciarum Dominos effecissent. Præterea, ad majorem suæ vesaniæ ostentationem, templum vnum cæteris magnificentius erexerunt, & *Pantheon*, quod somat *toti Dii* nuncupaverunt à *Pan*, quod est *Totum*, & *Theos*, ideſt, *Deus*. Pontifices enim idolorum ad majorem populi deceptionem finxerunt, sibi à Cybele (quam matrem omnium Deorum fabularunt) imperatum, vt si de omnibus gentibus vellent victoriam obtinere, omnibus Diis templum magnifi-

Theogenia.

Cæſar Calà q. 1. num. 271. Historia Lamb. leg. 158. Rosin. lib. 2. cap. 5.

cum

cum fabricarent, vti factum fuit, & ita magnificé, vt Romæ nullum foret admirabilius, in magnificentia, arte, structura, & integritate, ait Rosinus, apud quem hoc templum forma spherica descriptum invenies. Hoc igitur Templum, tempore Augusti, à Marco Agrippa ter Consule erectum, & *Iovi vindici* consecratum, post sexcentos triginta duos annos, cessit vsui christianæ Religionis, vt observat Baronius marginatus: enim Bonifacius Papa IV. ab Imperatore Phoca petiit Pantheon, hoeque delubrum, vt illud expurgatum ab ant.quæ idolatriæ sordibus, in honorem *Dei Genitricis Mariæ*, & Sanctorum Martyrum Domino consecraret, quod liberaliter Imperator concessit. Quare excluso inde Dœmonum cultu, idolorumque simulachris, quæ adhuc plura numero fuerant ejectis; expurgato, & consecrato loco, fuit *Pantheon* commutatum in Ecclesiam, & nobilitatum titulo Dei Genitricis *Mariæ ad Martyres*, locupletatumque Martyrum reliquiis ex cœmeteriis adductis, & ibi collocatis. Sicque factum est, vt locus ille antea sacratus idolis, & spurcitiis plenus, maneret dicatus *B. Mariæ Virgini*, Sanctisque Martyribus, quæ dedicatio facta fuit à præfato Bonifacio Papa IV. tertio Idus Maii. Post, Gregorius Papa IV. statuit, & transtulit hoc festum ad Kalendas Novembris, vt tunc collectis terræ frugibus convenienter ad hoc festum possent copiosius victualia inveniri. Instituens hoc festum agendum in honorem omnium Sanctorum: vt sic locus dicatus *omnibus idolis*, sit consecratus *omnibus Sanctis*, & cultus hoc die tributus omnibus idolis abjectus sit, & christiano ritu tribuatur omnibus Sanctis, & ita ars deluditur arte, juxta illud Catonis in suis Moralibus:

Tu quoque fac simile, & sic ars deluditur arte.

Sic Theogenia Veterum versa in celebritatem Sanctorum omnium. Vide num. sequen.

Baron. tom. 8. Annal. an. Xpi. 607. Durand. in Ration. lib. 7. c. 34.

Antheſteria.

1541 Erant & hoc die *Antheſteria* Athenienſium *Baccho* exhibita, & ſimillima *Saturnalibus*, etſi majori luxu celebrata. Nam nudi viri, cum nudatis mulieribus, matronis, viduis, ac virginibus, ad ſacra conveniebant, quæ non niſi nocturna erant. Omneſque caput, & femoralia cincti, pampinis, & racemis vuarum, alios item racemos vuarum in manu tenebant, & commixti invicem tumultuario cœtu, in ſublime ſaltantes, geſticulationeque varia moventes caput, cervicem, brachia, carmen inconditum Baccho cantabant. Nec à ſaltu, geſtu, & cantu deſiſtebant, quouſque defatigati, & toto corpore vacillantes procumberent amentes, partim reſupini, partim proximioribus adhærentes, partim in pavimento. Quod marginati tradunt, & Prudentius in Symmachum lib. 1. per ſequentes verſus.

Ritus.

Suidas lib. 1. Conv. cap. 33. Tamay. hoc die.

Gyraldus Synt. 17. fol. 420. Livius in Decad. lib. 9. c. quæſt. 4. S. Aug. de Civ. lib. 18. cap. 13.

Quod ebria jam tunc
Ante oculos Regis Satyrorum Inſania fecit:
Et feciſſe reor ſtimulis furialibus actas
Mænadas, inflammante mero in ſcelus omne rotatas.
Hoc circum ſaltante choro, temulentus adulter
Invenit expoſitum ſecreti in litoris actâ
Corporis egregii ſcortum, quod perfidus illic
Liquerat, inceſto, juvenis ſatiatus amore.

Inter quos obſcenos ritus, & adhibebant *Phallum* de quo egi die 26. Auguſti num. 1187.

1542 Hoc igitur die, quo caterva Caco-Dœmonum colebatur in Romano Pantheone, hoc purgato, & Sacrato, ac in Chriſtianorum Eccleſiam verſo, ibi coluntur omnes Sancti. Cujus rei geſtæ deſcripſit ecphraſim Mantuanus his carminibus:

Mantuan. Tamay. tom. 6. fol. 10.

Cum ſacrata Ædes Divis fuit iſta repente
Proripuit ſe ſe veterum tota illa Deorum
Colluvies. Cybele petiit ſua Dyndima: Conjux
Ianiculi fertur ſpecubus latuiſſe ſub altis;
Iupiter Idæos ſaltus, Venus alta Cythera;
Iuno Samum; Soboles Maiæ Cyllenia luſtra;
Delius in Delphos abiit; Vulcanus in Ætbnam;
Filia Latonæ, ſylvis Præfecta receſſit
Protinus in Delon; Neptunus in æquora fugit;
Pallas in Actæos Montes; Rhodopeius Mavors
In juga; Dircæos Evan volitavit ad agros.

1543 At hic dies ſi Veteri Romæ ornatiſſimus triumphis Fulvii, & Syllæ, horum laurea jam exarvère; & Novæ Romæ verè ornatiſſimus, & triumpha-

lis

lis est dies, ob Religionis, nostratumque triumphos, quorum immarcessibiles laureæ perpetuò virescunt. Nec vllum Roma tàm magnificum vidit triumphum, quàm cum oppressa superstitione, deletis omnium idolorum simulachris, veluti captiva, ea abiecta, tamquam in pompam retulit victrix Religio, Religiosè colendo *omnes Sanctos*, & in horum honorem celebre agendo festum: nam vt observat Baronius, divina dispensatione factum, vt inter tot idolorum postrata fana, & in anathema oblivionis eversa, Pantheon velut insigne quoddam, ac perenne trophæum de expugnatis hostibus permaneret, cederetque triumpho omnium martyrum, qui omnium Gentilium Deos Christi Cruce subegerunt. Cumque *Pantheon* expurgatum fuit idòlis, ac dedicatum in Ecclesiam titulo *S. Mariæ ad Martyres*, in honorem S. Mariæ Dei-Genitricis, & omnium Sanctorum Martyrum, & Confessorum, illuc reposita fuêre duobus de triginta curribus ossa Sanctorum Martyrum effossa à diversis Vrbis cœmeteriis, solemniterque comportata, ac decentissimè collocata. Nec est cur Roma Vetus se jactet gloria triumphorum (quos trecentos viginti numerat à Romulo triumphatore primo, vsque ad Probum Cæsarem triumphatorem vltimum) nec tamen illi triumphi æquantur diebus omnibus anni, at nostratum triumphi, & multitudine sunt innumerabiles, & sola æternitate æquantur. Ex quo innumerabilium heroum fortissimo agmine, hunc sibi diem sigillatim vendicant, *Cæsarius* Diaconus, *Benignus* Presbyter, *Cæsarius* alter cum *Decio*, & sociis *quinque*; *Iacobus* Presbyter, & *Ioannes* Præsul, qui omnes, generoso triumpho de variis tormentis, & Tyrannis parto, perenniter triumphatores martyrii lauream percepère: ad quam lauream pervenit *Maria* nuncupata *ancilla*, sed verè dominatrix passionum, tormentorum victrix: cui ad eandem palmam associantur Tarsienses Martyres *Cyrenia*, & *Iuliana*, illa de Hadriani, ista de Maximiani sævitia triumphatrices: quo die choro Sanctorum Confessorum illustres præsules associantur; inter quos, *Marcellus* Parisiensis Episcopus triumphator de igne (cum ex ardenti camino exivit illæsus) de draccone (cum ipsum necavit insidiantem sepulchris) mirandus in prodigiis, eum aquam jam in vinum, jam in balsamum convertit. Pro iis igitur, omnibusque cœlitibus veris victoribus, & triumphatoribus, verte ad sacra triumphos Veterum, classes, colores, & coronas, vt remissivè die 19. Octobris. Tum & picturas victoriæ, vt die 6. ac 22. Januarii: vnde plura Themata pro cœlitibus omnibus desumere, adaptareque poteris. Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Martyrol. Rom. Baron. 13. Maii, & hoc die. Alex. ab Alex. Mascul. & Tamayus.

1544 Cedant Theogenia Veterum omnibus idòlis dicata hoc die; enim occurrit nobis solemnitas dicata omnibus Sanctis, quibus sacratum Pantheon, & constitutum domus Dei, & Sanctorum Ecclesia, illud ipsum, quod antea fuerat idòlorum templum, plenum spurcitia: Hinc templorum Veterum dedicationem, verte ad sacra pro omnibus cœlitibus, ex dictis die 6. Iulii à num. 940. Vndè adapta ipsis Themata, ibi relata.

1545 Hoc igitur solemne festum omnibus dicatum Sanctis, fuit propter quatuor institutum. Primò propter præfatam *Dedicationem* templi. Secundò propter *Suppletionem* omissorum festorum. Tertiò propter *Expiationem* negligentiarum nostratum in festis, vt in hoc solvatur, quod in aliis omissum. Quartò, propter faciliorem *Impetrationem*: Vndè alterum habes Thema. Beatitudo meritò prædicatur de cœlitibus ab Ecclesia: quare aptè Seraphicus Doctor iis adaptat Psalmi sequentia verba: *Beati, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te*: quibus in verbis de gloria Sanctorum tria innuuntur. Primum *Stipendium* præmiale, & glorioſum. Secundùm, *Habitaculum* regale, & glorioſum in domo Dei, non in exilio hujus miseriæ. Tertium *Officium* æternale, & gaudioſum, Deum laudando in gloria. Hæc S. Doctor, apud quem plura alia vide. Durand. in Ra. lib. 7. cap. 34. Psalm. 83, v. 5. S. Bonav. tom. 3. ser. 2. omn. SS. 11. 12.

DIES II.

1546 HIc dies, qui & 4. Nonas Novembris *Faustus* notatur in Kal. Maff. A. D. 1062.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, *cursu*, *saltu*, & *disco*, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49. die 30.

Dies item *Ater*, & infaustus putatus, ac *Diis Manibus* dicatus. Tum & sacratus *Semideis*, ac varonibus heroicis, ex dictis cum Roman, Alexandro, &c. citatis, num. 49. die 2.

Quo die, *Sacra Ternovena* nuncu-

Digitized by Google

pata, Romæ fieri solita decreto Pontificum. Ita Kal. Rom. Beyerlinc, Tamayus, & alii hoc die.

Ternovena.

1547 Erant hoc die sacra *Ternovena* nuncupata, decreto Pontificum fieri solita. Nam Pontifices colligentes Virgines XXVII. eas imperitabant incedere per vrbem solemni cantu decursantes, vt Numinis iram placarent: quas fuisse *Saliares* observat Tamayus cum Sexto Pompeio, & Rosino. Vt enim dixi die 1. Martii, à num. 355. Numa instituit *Ancylia*, quæ solemniter Romæ agebantur in principio Martii, ob fabulatum *Ancyle* è Cœlo dolapsum, simulque instituit 12. Sacerdotes *Salios*, qui custodirent *Ancyle* præfatum, vt ibidem dixi, egique de iis Sacerdotibus. Saliis adhibebantur *Virgines Saliares*, vocatæ & conductitiæ, & hæ in Regia sacrificium agebant cum Pontifice, paludatæ cum apicibus in modum Saliorum, *ornatæ* tunicis versicoloribus, *cinctæ* balteis, *indutæ* togis, nexis fibulis, quas trabeas vocabant, *gestantes* capite pileos dictos apices: sic per Vrbem pergebant, hoc die, *Salariæ Virgines* numero viginti septem, tripudiantes, & carmina. Salaria appellata canentes, in honorem Jovis, & Martis: quibus & sacrificabant in Palatio ad eos placandos, vt marginati tradunt. Quare puto, hanc solemnitatem *Ternovenam* fuisse nuncupatam, à præfato numero virginum Saliarum XXVII. qui numerus ex ter novem resultat. Gentiles enim numeros *Ternarium*, & *Novenarium* expiationi & placationi dicabant: vt observant Cæsar Calà, & Bungius; quare ad sua Numina placanda *ter novem* destinabant hoc die *Saliares Virgines*, quæ vt dictum est ornatæ, saltantes, tripudiantes, choreas ducentes, canentes, & sacrificantes sua Numina placarent; & à præfato numero *ter novem* nuncupata *Ternovena*, hæc solemnitas.

Tamay. hoc die. Sext. Pomp. - Rosin. lib. 3. cap. 20. Livius. Gyrald. synt. 17. fol. mihi 405.

Ritus.

Calà quæst. 1. à num. 87. Bung. de Num. 3. & 9.

1548 Egeruntque Veteres Gentiles, quotannis, anniversarias exequias suorum mortuorum; quòd jam multò ante à Romanis, & Troianis observatum legitur. Prout de Troianis Virgilius sic cecinit:

Calà de Feriis, quæst. 1. à n. 92. Virgil. lib. 5. Æneid.

Postera cum primo Stellas Oriente fugarat,
Clara dies, socios incœtum littore ab omni
Advocat Æneas, tumuli juxta ex aggere fatur.
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine divum
Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo reliquias, divinique ossa parentis
Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras.
Jamque dies (ni fallor) adest, quem semper acerbum,
Semper honoratum (sic Dii voluistis) habebo
Hunc ego Gætulis agerem, si Syrtibus exul,
Argolico mari deprensus, & Vrbe Mycenæ:
Annua vota tamen, solemnique ordine pompas,
Exequerer, strueremque, suis altaribus donis,
Nec vltro ad cineres ipsius, & ossa parentis,
Equidem sine mente reor, sine numine haud Divum)
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem,
Poscamus ventos, atque hæc mea sacra quotannis
Vrbe velit posita Templis sibi ferre dicatis.

Et tempore Romanorum fiebat *parentatio*, idest sacrificium quotannis ad honorem mortuorum, de quo Calà, marginatus, & alii. De cujus parentationis cæremoniis sic eleganter Virgilius:

Virgil. in 5. Æneid.

Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterva;
Hic duo vitè mero libans Carchesia Baccho,
Fundit humi: duo lacte novo, duo sanguine sacro,
Purpureosque jacit flores: ac talia fatur.
Salve sancte parens, iterum salvete recepti,
Nec quidquam cineres, animæque, umbræque paternæ
Non licuit fines Italos, fatalia que arva
Nec tecum ausonium (quicumque est) quærere Tybrim.
Dixerat, &c.

Ex quo patet quod Gentiles in suis exequiis Anniversariis Defunctorum Baccho libabant, prophano ritu, *vinum purum*, fundendo preces, ac humi faciendo *lac*, *sanguinem*, ac purpureos flores.

Hic

1549 Hic igitur dies, Veteribus jam Faustus, jam Ater, & Infaustus, nobis aliqua ratione Ater, & Lugubris, pio dolore concepto de pœnis, quibus justi in Purgatorio expiantur: quare fit commemoratio omnium fidelium
Martyrol. Rom. defunctorum in tota Christi Ecclesia, vt suffragiis, orationibus, ac eleemosinis animæ Purgatorii adjuventur, & à pœnis liberentur. Quo die si inter Veteres victores sublimi curru vehebantur, oleaque coronabantur, nobis occurrunt venerandi plures verè victores ad gloriam evecti laureati martyrio, vt *Victorinus* re, & nomine Pictavensis præsul, sub Diocletiano passus: ad
Thema. quam martyrii palmam pervenére
1. *Agapius*, & socii: *Acindinus*, *Publius*,
2. *Victor*, aliique plurimi, quo die cœlitibus associati *Theodotus*, & *Georgius*
3. præsules, aliique. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, ac Triumphatoribus veris, verte ad sacra Triumphos Veterum, vt remissivè præcedenti die num. 1543.

1550 Fundebant Veteres hoc die preces suis in *Ternovenis* pro expiatione defunctorum suorum, fundendo *vinum*, *lac*, *sanguinem*, *purpureosque flores* jaciendo, sicque suas prophanas exequias, in honorem suorum defunctorum celebrabant: quem ritum ad sacra Christianizando vertimus, cum hodie Christiano ritu tota in Ecclesia celebretur commemoratio omnium fidelium defunctorum, vt animæ sanctæ, quæ in purgatorio purgantur, à pœnis debitis liberentur, per *Vinum* sacrificiorum, *Lac* orationum, & precum, *Sanguinem* pœnalium operum, *Floresque* purpureos eleemosynarum, quibus animæ juvantur, vt liberentur à pœnis, vereque parententur in Cœlis.

Bung. de Myst. Numerorum. 1551 Numerus vigesimus septimus fuit à Pytagoricis appellatus *defectus*. Ipse numerus refertur ad animam, & ad requiem: enim in figura
Genes. 8. v. 4. hujus: *Requievit arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis super montes Armeniæ*. Cumque nedum requiem; sed & soliditatem significet ipse numerus compositus ex ter novem: hinc deduco trinam dimensionem, vt mystica agatur Ternovena pro animabus
Fff Purgatorii. Prima dimensio in *Intellectu*, ad cognoscendas, perpendendasque pœnas, quas patiuntur. Secunda in *Memoria*, ad recolendam obligationem, vtilitatemque nostratum in ipsis animabus subveniendo, & adjuvando. Tertia in *voluntate*, vt diligamus ipsas,

opereque adjuvemus suffragiis, vt in Cœlum conscendant in æternum regnaturæ.

Si pro Coronide hujus diei quæratur initium relatæ Anniversariæ commemorationis Defunctorum? Audiatur Eminentiss. Card. *Cæsar Baronius*, qui à
Cæs. Baron. in not. ad hunc diem lit. A. fol. 679. tempore *S. Odilonis* Abbatis Cluniacensis ex *S. Petro Damiano*, ad annum CMXCVIII. fatetur originem incepisse, cui subscribunt Durandus, Gavantus, & cæteri Catholicorum. Qui asserunt, quod comperiens *S. Odilo* Abbas, quod apud Vulcanum Siciliæ crebræ voces, & vlulatus Dæmonum audirentur plangentium; pro eo quod *Animæ Defunctorum* per eleemosynas, & orationes, de eorum manibus eripiebantur, ordinavit in suis Monasteriis, vt post festum omnium Sanctorum, fieret hæc Anniversaria Defunctorum commemoratio; quam postmodum vniversalis approbavit Ecclesia. Sed antiquiorem fuisse morem hunc ex verbis Amalarii fortunati *de Offic. Eccles.* ante CC. & amplius annos contendit. Quidquid autem fuerit, hodie solemnis est toto Orbe Christiano hæc *Defunctorum commemoratio*, quæ vt fructuosis precibus annuetur à Summis Romanæ Ecclesiæ Pontificibus innumeræ sunt Jubilæorum, & Indulgentiarum gratiæ concessæ, omnibus Sacerdotibus, qui sacrum fecerint pro fidelium animabus in altaribus hocce privilegio fulgentibus, tàm in hoc die, quàm per septem sequentes, vt hujusmodi sacrificiis à Purgatorii pœnis liberentur, vt advertit Tamayus hoc die.
Tamayus Martyrolog. Hisp. tom. 6. fol. 48. Hæc dicta de hoc sufficient, cætera lector prolixius repetita apud Authores de hac re scribentes inveniet.

DIES III.

A. D. 1552 Hic dies, qui & 3. Nonas Novembris *Faustus* notatur in Kal. Maff.

Dies dicatus *Minervæ* ab Ægyptiis, ex dictis cum Pierio Valeriano, & aliis num. 49.

Dies *Nundinarum* apud Romanos, ex dictis cum Alex. ab Alex. citato numero.

Quo die: Votum factum *Diis Manibus*, sacrificandi pro salute Tiberii Cæsaris, ex dictis die 5. Octobris, num. 1421.

Hilaria sacra, hoc die Romæ repetita. Ita Vet. Kal. & cum eo Tamayus, & Masculus. Enim Veteres

Digitized by Google

præter Hilaria illa; quæ menſe Martio Matri Deùm dicabant (de quo egi die 25. Martii), alios habebant dies, quos vocabant Hilarios; quibus lugere, aut habere judicia non licebat, ſed partim ſacrificiis, partim ſpectaculis, & epulis indulgebant, vt ad hunc diem obſervat Maſculus. De quo feſto vide dicta in Martio citato die.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Calà num. 49.

Martyrol. Rom. Hiſpan. Baron. & alii.

1553 Hoc igitur die Hilariorum Veterum incidit martyr *Hilarius*, qui à Maximiano Cæſare in Tiberim demerſus, etſi onuſtus molari lapide, enatavit incolumis: neque verò tàm hilariter hunc diem egerunt veteres inter delicias, & voluptatum blandimenta, quam *Hilarius* noſter inter cruciatus. Oppoſita eſt futili lætitiæ Veterum, vera lætitia gloriæ, ad quam pervenére *Innumerabiles Martyres Cæſarauguſtani*, paſſi ſub Daciano: nam cum immanis judex omnium Chriſtianorum nomina ſingularia cognoſcere non valuiſſet; falsò Chriſtianis, ſi vrbem deſererent, libertate promiſſa, & indemnitate conceſſa, ad vrbis compulit deſertionem. Hinc catervatim per Civitatis portas egreſſi, impetiti tumultu legionum militum, enſpidienſium, oblatis cervicibus, palmam martyrii adepti ſunt. Nec quievit hic barbaries Daciani: enim juſſit jacentium corpora in vnum congeri, & vt tamquam criminoſi viderentur puniri, omnes reos diverſorum ſcelerum, qui in carcerum ergaſtulis detinebantur, juſſit interfici, & horum corpora Martyrum corporibus congeſta aggregari, & omnia ſimul ignibus cremari. At divino nutu ſic ſeparata ſunt; vt Martyrum cineres, velut frumenti candida maſſa in portiunculas conglobati fuerunt, aliis vero ſpargendis remanentibus. Poſt hæc, viſo miraculo, candidos illos globulos noctu ad proprias domus aſportarunt fideles, honorificèque cuſtodierunt, donec data Eccleſiæ pace, candidæ illæ maſſæ fuère reconditæ in Eccleſia *SS. Engratiæ*, & Sociorum, ad publicam venerationem. Et in Saracenorum excidio ſacra hæc lipſana thecis incluſa, ſub terræ viſceribus reclusa, diu manſerunt; donec anno 1389. reperta ſunt forma globorum candidorum aliquantulum rubentium. Hæc inventio omnes affecit lætitia ſumma. Iis, & aliis hodiernis cœlicolis ad ſempiterna gaudia aſſociatur *Hermengaudius* Vrgellenſis præſul, qui à ſaxo dilapſo obtritus, diem vidit extremum, at miraculis clarus, & in Martyrologio adſcriptus, & magna cum devotione, ſua in Eccleſia veneratus. De quo hic adnectimus ſequens antiquum Epigramma:

Obrueris Præſul, petra feriente. Quid inde?
Pro ſaxis, Cœlum en caput vltro capis.
Hermengaude *tuos conſpexit Numen amicos.*
Virtutum cumulos; quos tulit vnus amor
Præcipitem, haut obiiſſe refert, vt caſtra Polorum
Obtineas; Chriſtus nam ſua cuique donat.

1554 Pro his igitur hodiernis cœlitibus, veriſque triumphatoribus Chriſti habes ſupra plura Themata per Veterum triumphos, claſſes, coronas, & colores. Tum & per picturas Victoriæ, vt ſupra die 6. & 19. Octobris. Tum & per Olympicos Ludos, vt die 10. Januarii num. 105. Vndè habes plura Themata hodiernis cœlitibus adaptanda.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

1555 Innumerabilium Martyrum Cæſarauguſtorum corpora crémata, coagulata fuerunt in globulos candidos, aliquantulum rubentes: eumque hoc die juventus Græca luderet; ſuis in Olympicis Ludis *diſco*, ſeu globulo rotundo, vt dixi num. 49. die 30. Verte hæc ad ſacra, pro præfatis Maribus, eos encomiando veros victores, ludendo in Chriſtiano Ludo tribus globulis, *Argenteo* puritatis vitæ: *Aureo* charitatis in Deum, & proximum: *Æneo* fortitudinis in patiendo pro Chriſto. Nec vacat myſterio, quod corpora horum Martyrum in candidos globulos fuére conglobata: nam color albus; teſte Bartholomæo Anglico Minorita, generatur ex *igne claro* admixto elemento valdè *Diaphano*. Quare præfatos Martyres encomia *Diaphanos* claritate vitæ, *Igneos* charitate in Deum: *Claros* gloria, & fama. Ipſorum Martyrum corpora, redacta in globulos candidos, aliqualiter rubentes inventa fuerunt: cumque color rubeus ſit medius inter albedinem, & nigredinem; de vtraque participans, & in ſuperficie corporis reſultans per incorporationem luminis *clari, ignei*, & puri: vndè nedum *albos*, verùm & *rubeos* præfatos Martyres encomia: quia *Puros* caſtitate, *Igneos* charitate, *Claros* virtute, merito, gloria, miraculis, fama que.

10.

Anglic. lib. 19. cap. 3. & 9.

11.

Anglic. cit.

DIES

DIES IV.

A.D. 308. 1556 DE hoc die, & Pridie Nonas Novembris nuncupato, nihil in Faſtis: at in Veteriſſimo Kalendario *Farneſiano* Romæ invento, apud Reuſnerum, & Tamayum, hæc leguntur:

MENSIS
NOVEMBER
DIES XXX.
NON. QVINT.
DIES HOR. VIIII. S.
SOL.
NOX HOR. XIIII. S.
SCORPIONE.
TVTELA
DEANÆ SEMENTES
TRIDIC.
ET HORDEAR.
SCROPATIO
ARBORVM.
JOVIS
EPVLVM
HEVRERIS.

In qua vetuſta inſcriptione Marmorea Priſci illi Romani, hujuſmodi menſis Dies, Noctis Horas, Horoſcopum, Tutelam, Agriculturam, & alia brevi calculo deſcripſerunt.

Quo die ſacrificabant *Soli*, & *Laribus*, ex dictis cum Plutarcho, Gyraldo, & aliis, num. 49. in fine.

Dies ſacratus *Mercurio* ſapientiæ numini à Græcis, vti & quartus quiſque menſis dies, ex dictis cum Platone, & Egnatio, citato num. die 4.

1557 Si igitur hodie in Sole, Laribus, & Mercurio Veteres delirabant: Martyrol. Rom. iis opponimus hodiernos Sanctos, vt ſunt *Vitalis*, & *Agricola*, ille ſervus, iſte dominus, ambo martyres præclariſſimi, quorum corpora tempore S. Ambroſii translata, & triumphalia inſtrumenta collecta. Quo & die inter alios præclaros Martyres claruit martyrio *Clarus* Presbyter. Ad quem purpuratum ſanguinem pro Chriſto effuſum, accedit Religionis ornamentum *Emericus*, S. Stephani Regis Hungarorum filius. Cum iis cœlitibus aſſociantur, & *Modeſta* virgo, & *Amantius* Ruthenenſis præſul, ac *S. Carolus Borromæus*, & Præſul Mediolanenſium, & collegii ſacri purpuratorum ornamentum; cujus in ortu cubiculum ſubita luce perfuſum; in pauperes profuſus; in ſanctitate mirabilis. Cumque hoc die Veteres colerent Lares, vertendo prophana ad ſacra, habes per tributa Laribus Themata hodiernis applicanda Thema. 1. Sanctis ſupra die 12. Januarii n. 116. 2. Solem, & hoc die Veteres colebant, 3. quibus opponimus *Carolum* myſticum Solem in Eccleſia fulgentem; cumque *Carolus* ſit in anagrammate *Carus Sol*, habes per Solem plura Themata, die 4. 26. Martii, huic adaptanda Sancto. Coluerunt tandem hoc die Veteres Mercurium, de quo plura fabulata, & ad ſacra verſa dedimus die 4. Auguſti, 5. à num. 1083. quæ facillimo negotio Sancto Carolo adaptare poteris.

1558 Solem fuiſſe Mercurium opinarunt Ægyptii; qui ipſum Mercurium pingebant *ſpecie bovis*, *capite oculato* multorum oculorum luminibus per ambitum ornatum, colore jam *claro*, jam *cæruleo*. Qua figura ſignificabant Solem caput eſſe mundi, & rerum ſatorem, cui dicabant numerum quaternarium, tribuebantque quatuor latera, vel propter quatuor vices temporum, aut propter totidem mundi plagas. Quæ prophana ad ſacra verſa, pro *S. Carolo Borromæo*, hunc encomia Myſticum *Bovem* fortitudine, conſtantia, & patientia: *Oculatum* vigilantia in paſtorali ſolicitudine: *Clarum* caſtitate, & puritate doctrinæ: Cæruleum vita cœleſti: Vndè pro tanto præſule habes alterum Thema. Macrob. in Sat. cap. 16. Pictura. 6.

DIES V.

A.D. 309. 1559 HIc dies, qui & Nonis Novembris *Fauſtus* notatur in Kal. Maff.

Dies *Ater*, & *Ægyptiacus* ex Gyraldo de Menſibus fol. 126. tom. 2. apud Tamayum hoc die.

Dies dicatus *Lari familiari*, ex dictis cum Roman num. 49. quem colebant diebus Nonarum, ritu quem adfert Roman, & nos diebus 12. & 13. Januarii attulimus.

Quo die *Neptuno* gratias agebant Nautæ. Ita Junius in Faſtis, & cum eo Hoſpinianus de Feſtis cap. 28. fol. 141. Idem tradunt Kal. Romanum, & ex eo Beyerlinc.

Ipſo die, apud Græcos *Soteria ſacra* dicata *Arato*, eo quod hoc die patriam à ſervitute Macedonica vindicaverat. Ita Plutarchus in vita Arati fol. 313. Maſculus, & Tamayus hoc die.

1560 Fuerunt hoc die *Soteria* ita dicta à ſalute parta, ſacrificia dicata *Arato*. Hunc habuerunt Sicyonii patriæ liberatorem, & ſervatorem à Macedonica ſervitute. Cumque obiit Soteria. Aratus,

Digitized by Google

Plutarch. in vita Arat. cit.

Aratus, Sicyonii pro calamitate habebant, si alibi, quam apud se sepelirentur. Itaque ab Achæis impetrarunt, vtsibi humandus concederetur. Quia antiqua lex erat, ne quis tumularetur intra muros, quam legem magna comitabatur superstitio: Quare Delphi miserunt ea de re scisitatum Pythiam: eis autem tale responsum fuit redditum:

Consultas Sicyon, vbi tumulandus Aratus?
Fas id vbicumque est: aderit sua gratia Tumbæ.

Origo.

Quippè nefastus erit Terræ, Calive, Marisue
Qui gravet heroëm hunc locus,
Impositumve graveur.

Hoc allato responso, tum cæteri Achæi, tum Sicyonii delectati sunt, mutatoque in festivitatem luctu, coronati, albisque induti vestibus: corpus Arati statim ab Ægeo Sicyonem deportaverunt, pæanis choris accinentes, ac loco delecto, qui omnium conspectui pateret, tamquam Conditorem, Servatoremque Vrbis sepelierunt, & die quo Vrbem à tyrannide liberaverat (scilicet 5. die

Dies.

mensis Dæsii, quem Athenienses appellant Antesterionem, & Latini Novembrem) sacrificia, *Soteria* à

Nomen.

salute parta nominata, quotannis in ejus honorem celebrabantur. De quo Plutarchum citatum vide.

1561 Hoc igitur die, quo Veteres suis in Soteriis delirabant, illis opponimus vera soteria, sacrificia scilicet nostratum, eorum nempè; qui se sacrarunt Christo, proprium effundendo sanguinem, pro propria, & aliorum salute, vti fecére *Felix*, & *Eusebius Monachi*, qui multos converterunt ad Christum, pro quo ambo decollati palmam martyrii sunt adepti: ad quam lauream, resecta lingua, manibus, pedibusque mutilati pervenerunt. *Galatio*, ejusque conjux *Episteme*: quibus associati choro SS. Martyrum *Dominus*, & socii. Cum iis ad magnitudinem gloriæ pervenerunt *Magnus*, & *Dominator* præsules illustres, ille Mediolanensis, iste Trevirensis, qui cum *Lato* Presbytero fecerunt, vt dies hic (qui apud Veteres numerabatur Ægyptiacus, & tristis) lætitia esset insignis. Quod si Gentiles hoc die magna cum lætitia agebant Soteria, litando, choreas ducendo, & albis vestibus eursitando: & causa materialis albedinis sit *perspicuum*, *purum*, & *impermixtum omni terrestri fæculentiâ*: causa vero effectiva, calidum, & frigidum, vt Anglicus advertit. Hinc vere albi, hodierni Sancti encomiandi sunt; quia *Puri* castitate: *Perspicui* claritate vitæ, & doctrinæ: *Impermixti* terrenis affectibus; sicque effecti verè albi Mysticè per calorem amoris Dei, & frigus patiendi pro Christo Domino.

Martyrol. Rom.

Anglic. lib. 19. cap. 10.

Thema 5.

1562 Est autem albedo: *Color ex luce Sacra, & multa, in puro, & perspicuo generatus*; ac mediorum colorum principium, & fundamentum: enim colores medii in nullo melius fundantur, quam in albo, & quanto album est intensius, tanto adhæret fortius ei color, qui superinducitùr, sivè sit rubeus sive croceus &c. Ad albedinem autem pertinent *Candor*, *Albor*, *Pallor*, & *Livor*. Quare si album colorem prophanis adaptabant Veteres, verè ipsum ad sacra, pro hodiernis Sanctis, eos encomiando per *Candorem* puritatis fidei, *Alborem* castitatis, *Pallorem* compassionis, *Livorem* pœnitentiæ, aut martyrii. Quòd si hoc & die Veteres delirabant Larem familiarem colendo; per tributa Larium, Themata habes die 12. Januarii, num. 116 hodiernis adaptanda Sanctis... Tandem, si hoc die, & veteres delirabant in suo Neptuno, gratias ipsi agendo nautæ pro liberatione à naufragio, huic prophanitati opponimus Sanctos hodiernos, veros vellificatores: quos & encomiare poteris, per picturam Neptuni christianizatam, & adductam supra die 16. Augusti, num. 1140.

Angel. cit.

DIES VI.

1563 HIc dies, qui & 8. Idus Novembris, *Fastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies insuper *Nominalis*, & *Infastus*, nuncupatus *Hordalis*, in quo jussu Pontificum supersedebant à sacrificiis Deorum, ex dictis cum Alex. & aliis, num. 49. die 6. Quæ nota in Veteribus Kalendariis huic diei adscribitur.

Quo die *Arcturus* manè occidit. Ita Kal. Astronomicum, & Guillermus Stuchius in Antiquitatibus Convivalibus lib. 1. cap. 33. ex Plutarcho.

Fuit statutum apud Gentiles, vt hoc die sacrum dicarent *Genio Bono*, in cujus honorem gustabant vinum, post flatum Favonii. Ita Plutarchus, & cum eo Stuchius citatus. Vnde videtur (observante Tamayo hoc die) sumpsisse morem

morem à Tibullo relatum, lib. 1. Aleg. 10. quo Genius placabatur, si libaretur vnis. Sic & Carolus Pascalius de Coronis lib. 4. cap. 3. & alii : Carmina auscultа:

Hic placatus erat, seu quis libaverat vnam,
Seu decorat Sanctæ spicea serta comæ.

De quo *Genio* vide dicta die 20 Aprilis, vbi & picturas Genii invenies numero 566.

1564 Ipso hoc die, & per *sex sequentes* acti *Ludi Plebei* nuncupati. Ita Kal. Maffeianum. At Rosinus lib. 5. de Ludis cap. 20. hos refert Ludos, & *per triduum* ad 17. Kalendas Novembris, seu diem 16. Octobris, vt ibi dixi. At præter Kalend. Maffeianum à Masculo, & aliis referuntur ad hunc diem, & sex sequentes.

3. Reg. 12. Theatr. V. H. hoc die.

Ieroboam Rex Israël erexit vitulos aureos, & hunc diem celebrari mandavit.

Rosin. lib. 5. cap. 11. & 20.

1565 Ludis igitur Plebeis delirabant Veteres per hunc, & sequentes sex dies; quos Ludos numerabant inter sacros, actosque in honorem Idolorum : quos Ludos exactis Regibus Romani fecerunt, aut pro libertate Plebis, aut pro ipsius reconciliatione, post secessionem in montem Aventinum. Hos Ludos agebant Ædiles plebis, quibus in Ludis observabatur, vt quoties instaurarentur ab Ædilibus Ludorum daretur epulum.

Martyrol. Rom. & Hispan.

1566 Hoc igitur die, quo Veteres delirabant in spectaculis Ludorum, nobis occurrunt sacra spectacula militum Christi, qui de tormentis, & Tyrannis admirabundè luserunt. Hi fuére martyres *decem* passi à Saracenis, *Felix* Africanus martyr, *Severus* Barcinonensis Civis, & præsul, qui pro Christo, clavo capiti confosso, martyrii coronam accepit, aliique. Iis associantur ad coronam gloriæ *Vvinocus* Abbas virtutibus, & miraculis clarus: *Leonardus* solitarius sanctitate, & virtute in liberandis captivis conspicuus; cum quibus effulsit prompta felicitas alterius in Latio *Felicis*. Pro his igitur adapta plura spectacula vt die 27. Julii: vnde Themata habes pro hodiernis encomiandis Sanctis. Quod si in Ludis Veteres vtebantur classibus distinctis coloribus *Albo*, *Præsino*, *Veneto*, *Auxato*, *Purpureo*, & *Roseo*, ex dictis die 4. Septembris, num. 1240. Hinc habes alia Themata hodiernis adaptanda Sanctis, vt citato loco. Tandem si & Hebræi Gentiles debacchabantur hoc die in vitulis aureis à Jeroboamo erectis, juxta Theatrum V.H. (quamquam nos in Diario Sacro ad diem 15. Octobris id referamus) inde christianizando, habes alterum Thema die 23. Maii, num. 721. hodiernis adaptandum Sanctis.

Thema.
1.
2.
3.
4.

DIES VII.

A.D. 5212.

1567 Hic dies, qui & 7. Idus Novembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 2. *Ludorum Plebeiorum*, ex dictis cum Kal. Maffeiano num. 1564.

Quo die *Mundum patere* notant Gyraldus de Mensibus fol. 619. & Rosinus in Kal. lib. 4. cap. 4. De quo ne actum repetam vide dicta die 5. Octobris, num. 1421.

Dies item *Funestus*, enim dicatus *Parentationibus Inferorum*. Ita Kal. Roman. & cum eo Beyerlinc, Tamayus, & Masculus. De qua Parentatione, ejusque solemnitate, & ritu, vide dicta die 17. Februarii, à num. 290. ac die 16. Septembris num. 1299.

Hoc die saxum ingens duorum Centenariorum cum dimidio, propè Ensisheim Alsatiæ oppidum cecidit de Cœlo, anno 1503. Ita Theatr. V.H.

Dies tandem sacratus *Soli*, cui Veteres festum Dicabant. Ita Roman, & Alexander, ex dictis numero 49. die 7.

Martyrol. Rom. & Hispan. hoc die.

1568 Hoc die igitur, quo dicebant Veteres patere mundum, Cœlum nostratibus patuit, vt *Herculano* præsuli Perusino, jussu Totilæ decollato: cujus corpus ita capiti vnitum, atque sanum quadragesimo post abscissionem die repertum est, ac si nulla ferri incisio illud tetigisset : *Hieroni*, *Nicandro*, & *Helychio* cum triginta aliis, tempore Diocletiani, sub Lysia præside coronatis: *Aucto*, & sociis, in gloria auctis: *Achillæ* Alexandrino præsuli (enim non modo Græcia, sed & nova Roma Achilles suos habuit) adversus vitia, pravosque mores insigni: *Amarantho* martyri, origine Hispano, qui obtruncatione capitis complevit martyrium, tempore Decii, in Gallia, & Albæ territorio, cujus corpus diu ignotum in crypta, splendore superno patefactum ab incolis veneratum, quasi religionis flos, perpetuitatem sui nominis adeptus; cum *Amarantho* aptissimè nectitur *Florentius*, vt religionis agro nihil esse pulchrius, & amœnius constet. Pro his igitur hodiernis cœlicolis

colis, per ſpectacula Veterum, plura habes Themata, vt præcedenti die, iis adaptanda Sanctis. Quòd ſi Veteres, & hoc die delirabant in Sole; illis opponimus veros ſoles juſtos hodiernos, ſicut Sol verè fulgentes. Pro quibus per Solem plura habes Themata die 26. Martii à num. 481.

Themata 1. 2. 3. 4.

1569 Eſt inter hodiernos cœlicolas *Amaranthus*, meritò adumbratus in flore *Amaranthо*, qui tempore diuturno purpuraſcens perſiſtit, & jam exſiccatus, ſi aquis irrigetur denuò *reviresçit*. Imò & flos *Amaranthus* inter acerbiſſimi temporis injurias integer perſiſtit, & nec gelu, nec æſtu immutatur: quare ponitur flos *Amaranthus* pro emblemate conſtantiæ, & animi integerrimi, viriditatis virtutum, amoris conſtantis, & gloriæ immarceſcibilis: quare Clemens Alexandrinus inquit: *Amaranthi corona illi repoſita eſt, qui rectè ſe geſſerit: hunc florem terra ferre non poteſt, cœlum ſolummodo eum ferre poteſt.* Hinc per Amaranthum florem, S. Amaranthum encomia *Virentem* virtutibus, *Conſtantem* in adverſis, *Purpuratum* martyrio, glotiæque immarceſcibilis Florem.

Mundus Symb. Clemens Alex. lib. 2. cap. 8.

DIES VIII.

A. D. 312.

1570 Hic dies, qui & 6. Idus Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. *Ludorum Plebeiorum*, ex dictis cum ipſo Kal. Maffeiano ſupra num. 1564.

Dies dicatus *Neptuno* putato Deo Maris, cui Nautæ ſacrificabant, tam apud Græcos, quam apud Romanos. Ita Gyraldus Syntagmat. 17. Plutarchus, & aliis, ex dictis num. 40. die 8.

Hunc diem Græci dicabant *Theſeo*, ex Roman, & Alex. ab Alexandro eodem num. & die citatis.

Quem item diem Græci ſacrabant *Vulcano* putato præſidi elementi ignis, ſed fœdiſſimo Deorum. Ita Maſculus in Faſtis die 8. Januarii.

Dies *Ægyptiacus, & Ater*, ex Beyerlinc, & Maſculo hoc die.

Quo die, Romani in *Circo Maximo*, erigebant *Aram Diis Inferis*, ad placandos Manes, idque tertio: quia Tertio, hoc die, ad Manes placandos accedebant. Ita Kal. Rom. Hoſpinianus de Feſtis cap. 28. fol. 141. Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Item & hoc die Natalitium fuit multorum Cæſarum, vt *Nervæ*, *Traiani*, atque *Conſtantii*. Ita Beyerlinc in Theatro, & Maſculus hoc die.

1571 Diximus *Aram* Tertio erectam Diis *Inferis* hoc die: quia cum priſci illi Gentiles, Deos Manes, Inferoſque in Cereris Mundo in eſſe putabant, & Ter in anno hujus Deæ Mundum patere credebant, ſcilicet Poſtridie Vulcanalia, ac 3. Non. Octobris, & hoc die. Hinc hoc die pro Manibus placandis ſacra faciebant, ritu adducto eo die 5. Octobris, & num. 1421. Quare vide ibi dicta, ne actum repetam. Tamay. hoc die.

1572 Hoc igitur die: quo Veteres delirabant, in inferorum ſacrificiis, atque natalitia Cæſarum celebrabant, nobis celebranda veniunt natalitia in Cœlis hodiernorum Sanctorum, vt *Claudii*, & ſociorum, qui poſt plura tormenta paſſa pro Chriſto, per fluvium enatarunt in Cœlum: quibus meritò ad eandem martyrii palmam adhærent *Coronati* fratres, nomen adepti à Cæſarum victa ſævitia: iis ad gloriæ coronam aſſociantur *Denſdedit* Papa, religionis Dux, qui & tanti meriti extitit, vt leproſum à lepra oſculo ſanaverit; *Godefridus* præſul Ambianenſis, aliique cum *Claro* Preſbytero, re & nomine clarus, in cujus ſepulchrum eſt epitaphium ſic incipiens: Martyr. Rom. Baron. hic.

Clare fide, præclare actu, clariſſime fructu,
Qui meritis titulum nominis æquipa-
ras, &c.

Pro iis igitur veris victoribus, ac triumphatoribus Chriſti, adapta Themata per claſſes Veterum triumphantium, vt die 5. Januarii. Tum & per picturam Victoriæ, vt die 23. ejuſdem menſis num. 145. Thema 1. 2.

1573 Colebant & hoc die ſeducti Gentiles Theſeum; de quo plura dixi die 25. Januarii, & die 6. Martii. Dictis addo cum Plutarcho, Theſeum obiiſſe è ſaxo præcipitatum, cujus oſſa diu latuerunt, quæ poſtea inventa, ad vrbem fuerunt honorificè translata, & juxta gymnaſium collocata, ibi conſtituerunt Aſylum ſervis humilioribus, ac pauperibus, tamquam eorum patronus, ac defenſor. Conſtituto in poſterum annuo ſacrificio, ad octavam diem Idus Julii, in memoriam victoriæ Cretenſis, & ejuſdem Theſei reverſionem ad Athenas. Quem Theſeum coluerunt vt *Fortem*, *Benignum*, *Victorem*, & *Patronum*. Quare relata prophana ad ſacra vertimus pro Sanctis quatuor Coronatis Plutarc. in vita Theſei.

Digitized by Google

natis; quorum corpora diu ignota, postea, Domino revelante, ostensa sunt. Vnde hos encomia *Fortes* in fide: *Benignos* in proximis: *Victores* in tormentis: *Patronos* clientum suorum, ad quos, vt ad asylum vera devotione accedamus, vt ipsos pios apud Deum in nostra intercessione sentiamus.

DIES IX.

A.D. 313. 1574 HIc dies, qui & 5. Idus Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. *Ludorum Plebeiorum*, ex dictis cum ipso Kalend. num. 1564.

Limina, aut *Limna* dicata Baccho, à Græcis. Ita Rosin. lib. 4. cap. 4. Quæ celebritas ad diem 10. hujus mensis refertur à Gyraldo de mensibus fol. 619.

Dies designatus à Gentilibus Vrbanis rebus, & nundinis, ex dictis cum Alex. ab Alex. num. 49. die 9. Quem diem Thusci vocabant *Nonas*, & in ipso salutabant Regem, ac ipsum de propriis negotiis consulebant, vt citatis numero, & die dixi cum Cæsare Calà, & Alciato.

Ludi votivi Romæ. Ita Vet. Kal. & cum eo Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Astrum Clarum *Scorpionis* hoc die attingit hyemalem cardinem. Ita Kal. Astronomicum, & cum eo Tamayus hoc die.

Dies dicatus, & *Laribus*, & *Soli*, ex dictis cum pluribus num. 49.

1575 Igitur hoc die, quo & in sacrificiis delirabant Gentiles, nobis veniunt veneranda vera spectacula nostratum. Inter alios, fuit *Theodorus* miles, qui militari specie; post quam ignem iniecit in fanum Cybelis, sivè Berecynthiæ, (quæ mater Deorum fuit dicta) in carcerem missus, à Domino sibi apparente fuit visitatus, & confortatus; aciem ignis, & ferri constanter pertulit; laureamque martyrii præclarè obtinuit, quam & adepti sunt *Orestis*, & *Alexander*, qui vt astra clarissima fulgent in Cœlo, & termino hoc die hyeme persecutionis, ad metam quietis æternæ pervenère. Purpuris Martyrum, regia etiam attexi voluit *Eustolia*; & *Sopatra*; Mauritii Imperatoris filia. Veteribus deliramentis opponimus, religiosam *Dedicationem* Romæ Basilicæ Salvatoris, quæ culmen, & summitas totius Christianæ religionis effecta (vt ita dicam) Ecclesia est Ecclesiarum; & Sancta Sanctorum, vt cum Petro Damiano, inquit, hic Baronius. Occurrit & Berytí in Syria *commemoratio* imaginis Salvatoris, quæ à Judæis crucifixa, tam copiosum emisit sanguinem, vt Orientales, & Occidentales Ecclesiæ, ex eo vbertim acceperint. Hinc igitur hoc die, quo delirabant Gentiles dicando Limina Baccho, quem putarunt solem, & cognominarunt Conservatorem, & salutarem, ex dictis die 5. Martii, num. 385. vertendo prophana ad sacra per picturam, & attributa Bacchi; habes supra à num. 383. die 5. Martii Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Quod si & veteres suis in dedicationibus delirabant in pluribus, vt in Face, Tuba, Igne, Statuis, Aris, & Donariis, Oleo, Prece, ac Sacrificio, ex dictis die 6. Julii à num. 940. habes inde plura Christianizata Themata, hic adaptanda, pro hodiernis Sanctis. Vide Baronium in not. ad. Martyrologium Romanum ad hunc diem.

Martirol. Rom. & Baron. hoc die.

Themata.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

DIES X.

A.D. 314. 1576 HIc dies, qui & 4. Idus Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 5. *Ludorum Plebeiorum*, ex dictis cum ipso Kal. num. 1564.

Limna, aut *Limina* dicata *Baccho*. Ita Gyraldus de Mensibus, fol. 619. quamquam hæc à Rosino referantur ad diem præcedentem.

Pithoëgia festa Græcis, tunc referebant vini dolia. Ita Plutarchus, & cum eo Beyerlinc. Quæ ad Idus hujus mensis referuntur à Rosino.

Qui dies summæ lætitiæ fuit apud Græcos, ob sacra *Hysteria* nuncupata, Veneri dicata. Ita Kal. Rom. Tamayus & alii hoc die.

Quo Græca juventus *Ludos Olympicos* agebat *cursu*, *saltu*, & *Disco*, ac extensos per *quinque dies*, ex dictis cum Cæsare Calà supra num. 49. die 10.

In Kal. Vet. Rosini lib. 4. cap. 4. hoc die notatur *Clausio Marium*, quòd nos ad sequentem diem referimus cum Kal. Rom. Gyraldo, & aliis.

1577 Dixi quòd erant hoc die *Limna* sacra: quæ ab Athenienſibus dicabantur Dionysio, sive Baccho: quibus in sacris vini dolia retinebant, idque affatim hauriebant. Fuit autem *Limna* locus in Athenarum arce, vbi ex instituto *Thesei* celebrabantur *Diony-*

Limna. Gyrald. Synt. 18. fol. 246. Tamay. & Masc. hoc die.

Digitized by Google

sia in Bacchi templo, sacrato Libero Patri à Theseo; & ibidem vetustiora Bacchalia instituta Athenis, quæ propter loci situm nuncupata *Limna* & ipse Bacchus Limnæus nuncupatus, vt marginati tradunt.

Hysteria.

1578 *Hysteria* sacra erant, quæ in honorem *Veneris* celebrabantur Athenis, summa cum lætitia: quod festum instituerunt Argivi in honorem Veneris. cui *Suem* sacrificabant, vt tradunt Pierius, in Hieroglyphicis, & Stuchius de sacrificiis. Veneri igitur sacrificabant suem, idque propter Adonis mortem, vt marginati tradunt.

Pierius lib. 9. Sthuchius fol. 43 Thamayus hoc die.

Pithœgia.

1579 *Pithœgia* agebantur hoc die, Baccho dicata, hauriebant vini dolia, fundebant, libabant, & bibebant vinum. De Baccho, inter alia, dixerunt: Arcadibus dedisse oracula; mox occiso Pithone, & vocatum Pithium: vt tradunt marginati: vnde puto hodierna Gentilium festivitas Baccho dicata *Pithœgia* nuncupata.

Gyrald. synt. 15. fol. 381. Mascul. hic.

1580 At hodiernis Gentilium deliramentis in Baccho, & Veneri, opponimus hodiernos cœlicolas, vt *Typho*, *Respicius*, & *Modestus*, cum aliis illustribus martyribus, qui non vinum, sed proprium sanguinem pro Christo fuderunt: cum quibus ad gloriæ coronam consecuti sunt *Probus* Ravennatensis præsul, miraculis clarus, & *Iustus*, cum sociis, præsul quoque Sanctitate celebris. Opponimus & Venetis impudicitiæ, pudicas, sanctasque mulieres, vt sunt *Tryphœna*, & *Tryphosa*, prædicatione Pauli, & Theclæ exemplo Sanctitate celebres: iis associatur *Florentia* verè virtute, & Sanctitate florida: *Nympha* virgo, omnium pulcherrima Nymphatũ; quia purpurata cruore pro fide effuso: iis tandem adjungitur Numantiana Virgo, Martyrque *Victoria*, quæ cum sociis pro confessione fidei spiritum tradidit sponso. Cujus sacra lipsana in Burgensi Ecclesia custodiuntur, coluntur, & venerantur. Quòd si vino hoc die delirabant Veteres, in Bacchi honorem, verte ipsum vinum ad sacra, vt die 23. Aprilis, num. 576. vbi habes Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & alia plura per Bacchi picturas, & coronas, vt 5. die Martii, à num. 386. Tum tandem & per Venerem, ex 7. die Februarii à num. 231.

Martyrol. Rom. Tamay. hic.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

DIES XI.

A.D. 315.

1581 Hic dies, qui & 3. Idus Novembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 6. *Ludorum Plebeiorum*, ex dictis cum ipso Kal. Maffeiano num. 1564.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute *Cursu*, *Saltu*, & *Disco*, ex dictis die præcedenti.

Dies sacratus *Luctui* à Pythagoricis, quo agebant *Silicernium*, cœnam: lugubreque festum, ex dictis num. 491. & ibidem remissivè.

Maria claudebantur ab hoc die, vsque ad 6. Iduum Martii. Ita Kalend. Rom. Rosinus lib. 4. cap. 4. Gyraldus de Mensibus fol. mihi 619. & alii. Maria igitur claudebantur, ne navigationi locus esset, ob fluctuum pericula. Audi Vegetium de Re Militari, lib. 5. cap. 9. & ex eo hoc die Tamayum. Ex „ die 3. Iduum Novembris, vsque ad „ die 6. Iduum Martiarum, Maria „ clauduntur; Nam lux minima, nox „ prolixa, nubium densitas, *aëris* obs„ curitas, ventorum, imbrium, nivi„ bus geminata sævitia, non solum „ classes à pelago, sed etiam commeantes à terrestri itinere deturbat. Vide „ de Stuchium in Not. ad Veget. fol. „ 289. vbi plura accumulat.

Mariaclaudebantur.

Pithœgia. Tamay. hic. Plut. cit. Rhodig. lib. 15. cap. 25.

Quamquam *Pithœgia* ad diem præcedentem referantur ab aliquibus, at ab aliis (vt Plutarcho 3. Sympos. 7. & Tamayo hoc die) ad hunc referuntur diem, & à Gyraldo ad sequentem. Cum igitur Mensis iste totus fuerit, apud Græcos *Baccho* sacer, ideo multa sacra, eademque diversa religio Athenensium obtulit *Libero Patri*. Hinc ab ipsis *Pithœgia* eidem hoc die dicata, & instituta. Horum solemnia in hisce operationibus consistebat; scilicet, quod hoc die in honorem *Bacchi* dolia relinebant, & amicis præbebant potum. Audi Plutarchum citatum: Athe„ nis 11. Mensis Anthesterionis, pri„ mitias novi vini delibabant, diem„ que præsentem à doliis reserandis „ vocabant Pithœgium, vtque appa„ ret antiquitus de vino antequam gu„ starent libantes, vota faciebant, vt „ sibi vsus ejus medicamentis salutaris, „ & innoxius foret.

1582 Hoc igitur die, quo Veteres ob pericula claudi Maria dicebant, tutius navigarunt in Cœlum nostri, vt *Menna* Ægyptius miles, qui abjecto militari cingulo, Christianum palam

Martyrol. Rom. & Tamayus hoc die.

Digitized by Google

se declarans; navigavit adversa, superavit tormenta, ac laureatus martyrio, claruit post mortem miraculis: quam felicem navarunt navigationem *Valentinus*, *Felicianus*, & *Victorinus*, gestantes nomine, securitatis omen, laureamque martyrii assequentes: *Veranus* Lugdunensium præsul illustris; alter *Menna* solitarius, virtute, & miraculis clarus: *Martinus* Turonensis præsul, qui primò strenuè artem militarem exercuit; pauperem induit parte sui palii gladio discissa: tres mortuos excitavit ad vitam: moriens Dæmonem ad se accedere audentem obegit. Quo die obiit in Domino *Turibius* Palentiæ Civis, & Præsul, Benedictinus Monachus, qui Priscillianam luem ab ea Vrbe depellere non valens, eam deseruere, hæreticos damnare, omnibus maledicere constituit, quo facto excutiens pulverem è pedibus, baculo innixus discessit; & protinus fluvius, nunc *Carrion* nuncupatus, mediam secans Vrbem, aquarum copia sic exuberare cœpit, vt totam Vrbem pœnitus inundaret, ædificiaque solo æquaret, & omnes penè accolas labe putrida infectos gurges horrendus absorberet. Sanctus verò Pontifex ad *Libanienſem* montem proficiscens, cœtui Monachorum ibi degentium se adjunxit, vbi vigiliis, jejuniis, orationibus, voluntaria paupertate, & omni in virtute se exercens, plenus dierum, & insignium facinorum, obiit in Domino hoc die; cujus corpus sacrum in Libanienſi Ecclesia collocatum, mirabilibus claruit, ad cujus tumulum hocce posuit carmen devotio:

Continet hoc lapidis cavum venerabile corpus
Præsulis insignis, Monachique simul.
Is fuit egregius Pastor, cui nomen in ævo
Turibius, *quondam, quem Tela fausta tulit.*
Pallentinos iste repressit, & undique totum
Vaccæorum agrum, quos præmit hæreticus.
Illorum maledixit urbi; & flumen ad instar
Torrentis sævi, omnia tecta rapit.
Inde Libanensem conscendit Præsul in altum
Montem, quo solvere Christi jussa cupit.
Hic tandem moritur, plenus virtutibus, illum
Vt Sanctum semper en colit Astur eques.

Tertia signatur dies Idùm *hinc ipsa* Novembris.

Pro Festo Patri, qua quoque celsa petit.

1583 Hi igitur navigarunt feliciter, inter hujus mundi adversas procellas, & devictis hostibus *Carne*, *Mundo*, & *Dæmone* ovantes cœlestia tenent. Vndè per triumphum habes Thema pro hodiernis cœlicolis. Maria igitur, apud Veteres claudebantur hoc die, ne esset navigationi locus, ob fluctuum pericula. Nostri autem inter pericula prosperè navigarunt, quousque ad optatum litus pervenerunt. Quod si *Mare* sic nuncupatur *ob amaras* aquas: dicitur *pelagus*, quasi *pellens undas*: vocatur & *æquor*, ab *æqualitate*; eo quod æqualiter sursum est, vt marginati tradunt. Verte hæc ad hodiernos cœlicolas, eos encomiando *Maria* ob tot amara pro Christo passa: *Pellentes* adversarias vndas: *æquores* ob *æqualitatem* semper tendendi sursum. Mare insuper est *caput*, & hospitium fluviorum, fons imbrium, *subsidium* in necessitatibus, *refugium* in periculis, *compendium* itineris, & *lucrum* laborantis. Vndè hæc adapta hodiernis cœlicolis, & præcipuè Sancto Martino, eum encomiando *caput* suarum ovium, dignitate; & quidem glorioſum pastorali solicitudine: *Fontem* imbrium spiritualium doctrina: *Subsidium* pauperum, elecmosyna: *Refugium* ægentium, patrocinio: *Compendium* itineris ad Cœlum, vita, doctrina, & exemplo: *Lucrum* clientum suorum, retributione. Tandem vt plura alia omittam, *mare* post ascensionem Stellæ, quæ vocatur *canicula* mutat colorem, nunc *clarum*, nunc *turbidum*, nunc *viridem*, nunc *cæruleum*. Hinc & hæc adaptando, hodiernos encomia Sanctos, *claros* doctrina, & puritate: *Turbidos* zelo contra vitia: *Virides* spe: *Cæruleos* cœlesti vita. Cumque hoc ipso die Veteres delirarent in Bacco, & Ludis Olympicis, habes præcedenti die remissivè plura Themata (per Bacchum, & ipsi attributa) hodie Sanctis adaptanda. Tum & per Ludos Olympicos, vt supra die 10. Januarii num. 105. ac die 30. Julii num. 1059.

Themata 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.

S. Isidor. lib. 13. Anglicus lib. 13. cap. 21.

DIES XII.

1584 SVmus in Pridie Idus Novembris, qui *Comitialis* notatur in Kal. Maff. A. D. 3164.

Dies 7. & vltimus *Ludorum Pla-*

Digitized by Google

beiorum, ex dictis cum Kal. Maffeiano, num. 1564. & 3. Ludorum Olympicorum.

Quamquam hic dies vltimus sit *Ludorum Plebeiorum*, ex dictis cum Kal. Maffeiano. At hi *Ludi Plebei* spectatissimi, & per *dies quinque celebrati* referuntur ad hunc, & sequentes dies ab Hospiniano de festis cap. 28. fol. 141. & Beyerlinc hoc die, cum Kal. Vet. Rom. cum quo idem sentit Masculus hoc die.

Dies celebris apud Romanos ob Triumphum comparatum de *Asia* à M. *Aquilio* Nepote Consule, anno vrbis 627. Ita Goltzius in Theatr. Triumph. anno 627. fol. 102. Reusnerus in Diario Historico fol. 168. & Tamayus hoc die.

Dies celeberrimus apud Græcos, quo Festum institutum à *Temistocle* in honorem Bacchi, illudque nominari jussit *Choes*. Hujus solemnitatis origo ita describitur à Suida apud Stuchium Antiquit. Convival. lib. 1. cap. 33. *Choes*, inquit, *festum est, quod Athenis agebatur, mense Anthesterione, cujus hæc ratio, ac origo traditur*: Orestes *cum interfecta matre, Athenas venisset, Athenienses illum hospitio, convivioque exceperunt, nec tamen idem cum illo vinum participarunt; verùm* Choes (mensuras vini, sic Græcè nuncupatas) *illi vini plenas seorsim apposuerunt*. Quam etiam originem, cum Suida adducit Aristophanès; qui ea, quæ in hujusmodi epulis, & conviviis peragebantur, sic eruditè describit:

Choes festum. Origo. Tamay. hoc die.

Ad cœnam cito te confert; cistam accipiens, atque Choa.
Nam Dionysii te Sacerdos accersit.
Reliqua vero omnia sunt parata
Lecti, Mensa, Pulvini, Strata,
Corona, vnguentum, bellaria, scorta adsunt;
Amyli, placentæ, sesami, itria sivè liba,
Saltatrices, Harmodii carmina, pulchræ.

His in conviviis aliqua deferebant secum invitati, multa suppeditabant invitantes, quorum diversitatem apud Stuchium cap. 33. citat. fol. 128. vide.

1585 Fuit & hoc die apud Athenienses per celebre festum *Chytra* nuncupatum: in quo omne seminum genus in olla coquere solebant, *& Baccho, ac Mercurio* offerebant. Principium hujus festi fuit à Deucalione. Ferunt enim illum, & qui cum eo fuerant, semina ita coxisse in olla: vndè festum dictum, & exortum est, nam *Cythra* significat ollam; nec ex coctis quicquam gustabant, sed Dionysio, & Mercurio offerebant pro mortuis; Ad quod festum se invicem convocabant. Fuit & *Chytra* vasis genus, vt totum cum aliis tradit Gyraldus, qui hoc festum adducit cum aliquibus ad sequentem diem.

Chytra festum. Origo. Ritus. Gyrald. synt. 17. à fol. mihi 422. Mascul. hoc die.

1586 Fuit & Ludus convivalis *Chytrinda* nuncupatus, vt cum Hesychio tradit Gyraldus marginatus fol. 423. Qui Ludus in *Chytra* agebatur, & juxta diversos referebatur ad hunc diem, aut 13. vel 14. hujus mensis. Fuit hic Ludus puerorum, ex quibus quispiam sedebat in medio, quem circum circa pueri concursabant, donec ille aliquem apprehenderet, qui deinde sedère cogebatur, vt citatus Gyraldus tradit cum Suida. Tandem *Ludi Lancionici*. Ita Reusnerus. Sed qui hi Ludi, mihi incompertum.

Chytrinda Ludus. Ritus.

1587 Hoc igitur die, quo in spectaculis, & Ludis veteres delirabant, nobis veniunt veneranda vera spectacula nostratum. Hi fuère *Martinus* Papa, Religionis Dux, & martyr inclytus: hic sacer Hierarcha, nedum triumphavit de Sergio, Paulo, & Pyrrho hæreticis, verum & de Cæsaris sævitia: *Martino* cum laureatis infulis, *Aurelius*, *Livinus*, & *Publius* præsules illustres, associantur. Ad quam palmam, pervénit *Paternus*: & cum iis, aliisque plurimis ad gloriæ coronam *Benedictus*, ac ex Ordine Minorum *S. Didacus*, qui fidei integritate plenus, spei fidelitate constans, & charitate fluxu conspicuus, Religionis observantia, morum puritate, aliisque virtutibus imbutus, clarus miraculis, sublimatus in Cœlis, & à Regibus veneratus in terris. Cumque hoc die in spectaculis, & triumphis veteres delirarent, vertendo hæc ad sacra, habes per spectacula Themata die 26. Julii, num. 1045. Tum & per triumphos veterum, triumphantiumque classes, & colores, die 5. Januarii, num. 82. & per coronas, vt die 20. Januarii num. 133. Quod si hoc die festum agebant Gentiles nuncupatum *Chytra* à vasis & hæc verte ad sacra per plura vasorum genera, hodiernos encomiando Sanctos, vasa *Ænea* fortitudine, & constantia: *Christalina* puritate: *Aurea* charitate: *Argentea* fama sanctitatis, & miraculorum. Quod si hoc festum Baccho, & Mercurio offerebant, per ipsos habes supra plu-

Martyrol. Rot. Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Digitized by Google

in Christianizatâ Themata hodiernis adaptanda Sanctis.

10. 11. 12. 1588 Cumque & hoc die in prophanis *Chytris* per omnes seminum fructus delirarent Veteres, in Bacchi, & Mercurii honorem, & hæc verte ad sacra pro cœlicolis hodiernis per plura semina adumbrantia Sanctorum virtutes, vt per Fabam diximus die 9. Maii n. 638. Vndè habes plura Themata.

DIES XIII.

A.D. 317. 1589 Hic dies, qui & Idibus Novembris, *Nefastus Primo* notatur in Kal. Maff.

Item dies *Fastus*, *Feriatus*, & agendis rebus *Felix* ex Macrobio, & Bungio, ex dictis num. 49. die 13.

Dies dicatus *Laribus*, & *Iovi Stratori*, ex dictis ibidem cum Roman, & Beyerlinc.

Quo die Romæ *Senatus legitimus*, ex dictis ibidem cum Bungio.

Ad quem diem refertur *Epulum Iovis*. Ita Kal. Maff. Tamayus, & Masculus hoc die.

Pithoægia Græca sacra relata supra ad diem 11. hujus mensis, ad hunc diem referuntur à Rosino lib. 4. cap. 4. & Gyraldo de Mensibus, fol. mihi 619.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà die 10. hujus mensis.

Apud Græcos Festum *Minervale* nuncupatum, actum in honorem Minervæ Tutelaris Atheniensium. Ita Atheneus, Beyerlinc, & Tamayus hoc die.

Ad quem diem Festum *Chytra*, id est, *olla* nuncupatum referunt Stuchius, & alii cum quibus hoc die Tamayus. Quod Festum ad præcedentem diem nos retulimus.

Lectisternia, hoc die, & *Epulum* indictum per Triumviros, in quo *Iupiter*, *Iuno*, & *Minerva* more discumbentium placabantur. Ita Kal. Vet. Masculus, & Tamayus hoc die: ac Rosinus lib. 4. cap. 15.

Quo tandem die Roma victrix tres inspexit Consules de hostibus triumphantes. Nam *Fabius Maximus Rutilianus* illustrem egit de Hetruscis triumphum: anno V. C. 444. *Fulvius Centumalus* anno V. Conditæ 455. de ipsis Hetruscis, & Samnitibus. *Octavius* Cæsar, anno 717. de Siculis reportavit triumphum. Ita Tamayus, & Masculus hoc die cum Rosinero, & Goltzio.

Epulum. Lectisternium. Rosinus lib. 4. cap. 15. Val. Max. lib. 2. cap. 2. Hospin. cap. 28. fol. 141.

1590 Dixi quòd hoc die fuit *Epulum*, & *Lectisternia*. Circa quòd noto cum Rosino: *Epulum* nuncupatum alio nomine *Lectisternium*. Fuit igitur mos Romanorum, vt nonnunquam causa placandæ iræ alicujus Dei, convivium in illius templo exhiberetur. Disque tamquam epulaturis, aut cænaturis lecti sternerentur. Cui Epulo indicendo præerant tres, vel septem viri Epulonum, quòd ex Sexto Pompeio. In hoc Epulo *Iovem* collocarunt in lectulo, *Iunonem*, & *Minervam* in sellis, vt tradit Valerius Maximus. Et quamquam Jovi, ac cæteris Diis Epulum pararent, sed hæc cum differentia, quòd Jovi publicè: cæteris autem Diis privatim, & in proprias suas Ædes Lectisteria parabant, vt observant Lazius de Rep. Roman lib. 3. cap. 3. Livius lib. 5. Dec. 3. Tamayus, & alu. De Ritu in Lectisteriis servato egi die 19. Julii, n. 1005. Vide ibi dicta.

1591 Ovationi, Triumphisque Veterum, opponimus veros Triumphos nostratum, qui certè in se ipsis videntur omen habuisse victoriæ: ii sunt *Valentinus*, *Solutor*, & *Victor*, veri victores de Diocletiani sævitia, & impietate: cum iis ad eandem palmam pervènit *Mitrius* martyr clarissimus: necnon & *Arcadius*, *Paschasius*, *Probus*, & *Eutichyanus* Hispani, qui Arianam perfidiam detestantes, pro fide Catholica comprehensi, proscripti, cruciati, demumque atrociter interempti, sub Genserico, ad glorioſum martyrii trophæum feliciter cucurrerunt. Ad quod glorioſum trophæum pervenerunt & Heroinæ *Zebina*, & *Ennatha*, ac *Ferecinæ* Toletana virgo, Martyrque glorioſa, sub Decio passa. Quo die & cœlitibus associati illustres præsules *Quinctianus*, *Britius*, & *Eugenius* Toletanus præsulatu, & patriâ, omnique clarus virtute: ac *Homobonus* Confessor, clarus miraculis, qui cum noctu ad templum accedret, clausæ fores ei sponte patuerunt: aquam in vinum vertit, vt pauperibus subveniret: cum totus occupatus in precibus esset, interim, pro ipso, vestes elaborabant cœlites. Pro iis igitur hodiernis cœlitibus, ac veris triumphatoribus Christi, adapta Veterum triumphos, classes, colores, & coronas, vt die 5. Januarii, num. 82. ac die 3. Junii à num. 583. Vndè habes Christianizata Themata hodiernis adaptanda cœlicolis.

Martyrol. Rom. Tamayus, Baronius, & Masculus.

Thema: 1. 2. 3. 4.

1592 Erat ritus *Lectisterium*, vt supra dixi die 19. Julii, num. 1005. vt pueri

Digitized by Google

pueri ingenui, ac virgines ferecula deferrent *coronati*, & *lauream* præferentes, & supplicantes carmine, ad aras Deorum accederent: quin & sternebant ante ædes *verbenam*, *frondes* virentes, ac odoriferas, & *flores* omnis generis, quibus omnibus, iis in suis sacris abutebantur Gentiles. At nos prophana vertendo ad sacra, inde hodiernos encomia Sanctos *Virentes* virtute: *Florentes* exemplo: *Laureatos* triumphis: *Coronatos* gloria. Item per Laurum, & Florem habes Themata die 12. Julii, & die 4. Maii. Tandem si hoc die, & per Verbenam delirabant, quam ante ædes collocabant, quæ *Verbena* fuit nuncupata, & *Verbenaca*, & Græcè *Peristereon*, ideſt, columbina: quia ea delectantur columbæ, ac *Herba sacra viridis*, *directa* ramis, *albisque* foliis. Hinc hæc adaptando hodiernis Sanctis, eos encomia *Directos* fide, *Columbinos* puritate, *Virides* virtute, *Sacratos* Deo.

4.
6.
7.

Calepin. verb. Barbena.
Dioscorid. à cap. 61.

8.

DIES XIV.

A.D. 318.

1593 Hic dies, qui & 18. Kal. Decembris *Faustus* notatur in Kal. Maff.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, ex dictis cum Cæsare Calà die 10. hujus mensis.

Dies *Ater* Romanis, ex Macrobio lib. 1. Saturnal. & Beyerline hoc die.

Dies & nuncupatus *Postridie Idus*, & dicatus *Diis Manibus*, ex dictis cum Bungio num. 49. die 14.

Ad quem diem Græcum festum *Chytra* nuncupatum referunt Gyraldus de Mensibus fol. mihi 619. & Rosinus lib. 4. cap. 4. De quo nos egimus die 12. hujus mensis.

Ludi Romæ ob natalem *Septimiani*. Ita Hospinianus de Festis cap. 24. fol. mihi 135. & Rosinus lib. 5. cap. 22.

Quo tandem die Romæ solemnitas peragebatur *Equorum probandorum* à Tyronibus: enim indoles, dexteritas, ac generositas æquorum in experimento erat. Ita Kal. Maffeianum, Rosinus lib. 4. cap. 15. Tamayus, & Masculus hoc die, de quo festo egi supra die 14. Septembris num. 1289. Vide ibi dicta.

Bung. de Num. 318. à fol. 609. & de Num. 666. fol. 625.

1594 Sumus in die 318. anni; quare tangemus aliqua de hoc numero Tercentesimo decimo octavo. Hic numerus significatur per T. & I H. litera igitur T. significat *Trecentos*, & litera I H. *decem*, & *octo*. Quæ litera T. significans in numeris 300. est typus Crucis, & literæ I, & H. etiam Græcè significant, & *octodecim*, *Iesum*, & *nomen* Salutare. Abram igitur, *numeravit expeditos vernaculos*, & *persecutus est usque Dan. Et divisis sociis, irruit super eos nocte: percussitque eos.* Patet quod Abraham Trecentis decem, & octo vernaculis debellavit adversarios, quo significatur, quod in sancta Cruce (repræsentata in litera *Tau*, quæ significat *Trecentos*) quinque carnales sensus superantur, ac rationi subjiciuntur. *Decem & octo* vero, ex ternario, & senario multiplicatis, Fidem Trinitatis, & perfectionem operis significant, quibus contra vitia plena victoria perficitur. De hujus numeri mysterio audi „S. Gregorium Papam. Hic numerus „(inquit) Trecentenarius sanctæ Cru„cis, etiam in vernaculis Abrahæ ad„vertendus est, per quos fratrem ab „hostibus liberavit, quando eum Mel„chisedech magno mysterio benedi„xit. Quod enim exuberat decem, & „octo videtur significare, quo tempo„re fieret victoria per Crucem, atque „benedictio, ideſt, tertio, quod futu„rum erat sub gratia. Nam primum „est ante legem: secundum, sub lege; „tertium, sub gratia. Singulaque tem„pora senario significata sunt numero „propter perfectionem: ter enim seni „decem & octo sunt. Præterea sicut vernaculi expediti Abrahæ, quibus hostes profligavit, fuerunt Trecenti decem & octo, & Patres, qui in Concilio Niceno vno ore decreverunt contra blasphemum Arium, Filium Dei esse consubstantialem Patri, Patri æqualem, & de Patris substantia æternè genitum. Vndè hoc numero significatur *victrix* veritas, *triumphus* de vesana hæreticorum perfidia, *Crux* Christi, *salutare* nomen, victoriaque per Crucem quinque sensuum carnalium.

Genes. 14. v. 14. & 15.
S. Hieron. ad Damas.

Histor. Trip. lib. 2. cap. 9. & alii.

1595 Hoc igitur die jam infausto, jam fausto, & festivo, quo in tantum delirabant veteres, probabantque æquorum dexteritatem, victricumque bigarum generositatem, sumpseruntque (teste Macrobio lib. 6. Saturnal. cap. 9.) equm pro equite, & sessore. At cum nullis veterum comparanda vera generositas nostratium; vti fuerunt *Theodotus*, *Clementinus*, & *Philomenus*, quibus adde *Serapionem*, atque *Hypatium*, quorum ille sub Decio Cæsare, iste sub Novato passi, palmam obtinuerunt

Digitized by Google

nuerunt Martyrii. Cæterum inter anni dies, dignos honore, præsens est vnus ex præcipuis: quia conveniunt in hoc, & *venerandus* Martyr, & *veneranda* virgo, pariter & martyr; ille de Aureliano Cæsare, ista de Antonino, gloriosum reportantes trophæum. Adde plurimarum Amazonum victricum agmen in Arabia potius, quam apud Termodotem, vt non modo equi, sed generosæ etiam equæ triumphalem ad currum admitterentur; præsertim cum omen triumphi secum afferat *Laurentius* Dubliensis præsul, & cum omen jucunditatis *Iucundus* Bononiensis Episcopus. Pro iis igitur adapta triumphos, classes, & coronas veterum triumphantium, vt remissivè die præcedenti num.

Thema.
1.
2.
3.
4.

1591.

1596 Fuerunt & hoc die *Chytra* Græca sacra, dicata Mercurio, & Bacho seminibus coctis in olla, vt die 12. hujus mensis dixi; vndè habes alia Themata à num. 1585. hodiernis adaptanda Sanctis. Quod si delibabant in præfatis Chytris sacris per semina, & germina; germenque (ex S. Isidoro, & Anglico) sit prægnans furculus dictus à gerendo: enim calor cœlestis penetrans ad medulam radicis, partes ejus liquidiores, & puriores, ac vnctuosiores ad se trahit, & coagulat, ac conjungit, sicque coadunatas per poros terræ insensibiliter inducendo, eas in substantiam germinis convertere non desistit: vndè contrahit colorem *viridem* medium inter *rubeum*, & *nigrum*. Quam naturalitatem vertendo ad sacra, hodiernos Sanctos mystica sacra germina, cœlesti gratia gerentia vberrimos fructus, encomia, *Nigros* humilitate, *Viridis* virtute, speque superna, *Rubeos* fragranti charitate, aut martyrio. Est & germen principium *culmi*, sivè stipitis, emittens *frondes*, *flores*, atque *fructus*: vndè habes aliud Thema ad hodiernos encomiandos Sanctos in culmine sanctitatis: quia *frondosos* virtute, *flores* puritate, & exemplo, *fructuosos* merito.

5.
6.
7.

Anglic. lib. 17. cap. 75.

8.

9.

Ad hunc diem 14. refert Martyrologium Hispanum elogia, & acta *S. Raymundi Nonnati* Hispani, ex Cathalonia, Ordinis B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captivorum, & S. R. E. Cardinalis, quem Martyrol. Romanum affert pridie Kalendas Septembris. Qui diffusè acta hujus præclarissimi Viri, & Confessoris purpurati videre cupit, ac etiam miracula, tàm ante obitum tanti Sancti, quàm post ejus in Cœlos reditum; adeat Tamayum tom. 6. hoc die à fol. 164. vsque 177. inclusivè; quæ brevitatis causa omitto, hæcce Epitaphii ecphrasi contentus.

Tamay. hoc die.

Martyrol. Rom.

Nondum natus eram, sed eram jam tempore natus; Nonnatus terris; *natus & ipse Polis.* Epitaphium.

De ventre extractus, Nonnatus *limina vitæ transegi, ast vitam perdidit ægra Mater.*

Vt vivam, Genitrix extremas exhalat auras: febre cadit Genitrix, vnà nere vivo simul.

O magnum pietatis opus! Quod viscera Matris scindere compellam, vt ego luce fruar?

Ergo quid? En sortis jactus conversus vtrique: illa coronatur; ast ego castra sequor.

Pastor oves servo; & Matrem agnosco Mariam; hæc pro matre cluo; hæc mihi mater erit.

Nolasco, *Matris nutu, propensus adhæsi; candidis en Matris vestibus arma gero.*

Redemptoris egi partes, cum Africa nostra labia, ne docerem, signaculavit atrox.

Post hæc ad sacrum conscendi, sorte, Galerum purpureum; ast Christo jam coronatus eram.

Omnia mors rapuit; sed Christus digna rependens munera Nonnato, natus ad astra volat.

DIES XV.

1597 HIc dies, qui & 17. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff. A. D. 319.

Quo die in Circo *Ludi Plebei* extensi per *Triduum*. Ita Kalend. Maffeianum, & veteres Fasti, cum quibus Rosinus, Tamayus, & Masculus, hoc die. Quamquam alii hos Ludos referant ad diem 17. hujus mensis, & duobus sequentibus. Quos Ludos, Ædilium plebis authoritas indicebat in Circo agendos ab hoc die. Asconius Pædianus *in Act. 1. Ciceron.* in Varr. scribit, hos Ludos Romani populi institutione constructos, eo tempore, quo exactis regibus, pro plebis libertate certatum fuisse, seu pro reconcilianda plebe in montem Aventinum secedente. Quos fuisse primò editos post primam plebis in montem Aventinum secessionem, nonnulli putant. Ita cum citatis Tamayus hoc die. Vide dicta die 4. hujus mensis. *Ludi Plebei.*

Valen-

Digitized by Google

Valentinus dictus *Imperator* hoc die, anno ab vrbe condita 1020. ita Goltius, & cum eo Beyerline, hoc die.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus*, ex dictis supra num. 49. in fine.

Quo Antiochus ædificavit abominandum idolum *Iovis olimpii* super altare Dei 1. Mach. cap. 1. v. 57. Vide diarium sacrum hoc die, & dicenda sequenti die.

1598 Hoc igitur die, quo Veteres occupabantur in spectaculis Plebeis: iis opponimus generatiora, veraque spectacula nostratum, qui facti fuerunt Mundo, Angelis, & hominibus spectaculum. Hi fuerunt *Eugenius* discipulus Dionysii Areopagitæ; primus Episcopus Toletanus in territorio Parisiensi laureatus martyrio: ad quam coronam pervènit *Felix* secum gerens felicitatis omen, & cum aliis *triginta* laureatus, sub Marciano, martyrio: quibus ad eandem palmam associantur *Fidentianus*, *Secundus*, & alii. Cum his ad gloriæ coronam pervenere *Machutus* præsul, clarus miraculis, & *Leopoldus* Austriæ Marchio, cognomento pius, pietatis, & religioni deditus; Austriacorum Regum, & Cæsarum pietati præire visus est exemplo; qui cum ex genere Hispano per Faviniam, post per Thisienam filias Regum legionis deduxisset originem, postmodum Augustissimæ domus Austriacæ, & tot Hispanorum Principum effectus fuit Patronus; Confessor inclytus ad Cœlestem Curiam, virtutibus præeuntibus festinavit, clarus miraculis inter Sanctos adscriptus ad Innocencio Octavo (non sexto vt scribit Tamayus) ad ejus Mausolum magnificentissimè ornatum, hæc est insculpta Epigraphe.

Martyrol. Rom. Marty. Hispan. Baron.

Austriaco Princeps fueram Leopoldus in orbe,
Iustitia populos, & pietate regens.
Hoc ego fundavi, divino numine Templum
Flammeolo, signum dum mihi ab arce datur.
Innocuus Papa Octavus dū federat vrbe
Tertius, & Cæsar dum Fridericus erat;
Hi jussère mei transferri Corporis artus,
Atque inter Sanctos me retulère viros;
Vt vota exciperent, quæ totus dat mihi Mundus,
Nec finerem cassas vllius esse preces.

Cumque Veteres in spectaculis hoc die occuparentur, illorum spectaculis nostratum opponimus spectacula, habesque supra die 26. Julii Themata hodiernis adaptanda Sanctis, à num. 1045. Si igitur & Veteres delirabant per Lares, & solem, habes per tributa Laribus, die 12. Januarii num. 116. & per solem, die 29. ejusdem mensis Themata hodiernis cœlicolis adaptanda.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5.

DIES XVI.

1599 HIe dies, qui 16. Kal. Decembris notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 320.

Dies 2. *Ludorum Plebeiorum* in Circo, ex dictis cum Kal. Maffeiano, & aliis die præcedenti.

Dies Natalitii *Tiberii* Cæsaris, anno 39. ante Christum. Ita Suetonius, & cum eo Beyerline hoc die.

Quo die Rex Antiochus ædificavit ab ominandum idolum *Iovis Olympii*, & per vniversas civitates Juda ædificaverunt aras, & ante Januas domorum, & in plateis, incendebant thura, & sacrificabant. 1. Machab. cap. 1. à v. 57: Pro quo noto dicta tom. 1. tract. 3. c. 5 de die, & hora n. 1520. & 1525. quod Hebræi diem incipiebant ab occasu solis. Hinc quamquam ædificatio præfati Idoli contigisset die *quinta decima mensis Casleu*, vt expressè dicitur in textu Machabæorum, adest locus vt nos incipientes diem à media nocte, factum referamus, jam ad præcedentem, jam ad hunc diem.

Tandem ad hunc diem refertur Ortus stellæ *Fidis*, seu *Fidiculæ*. Ita Kal. Astronomicum, & cum eo Tamayus, hoc die. De qua Manilius lib. 5.

Cumque Fidis magno succedunt sydera Mundo,
Quæstor scelerum veniet, vindexque reorum,
Qui commissa suis rimabitur argumentis,
In lucem trahet tacita latitantia fraude.

1600 Cum hoc die Hæbrei Gentiles Jovem Olympium colerent, venit notandum, quòd *Iovis*, inter alia cognomina, fuit *Olympius*, aut *Olympicus* cognominatus, vel à monte Olympi, vel ab Olympo præfecto, qui Jovem erudivit. Hinc & Latini aliquando Olympum pro Jove acceperunt: cui dicarunt magnificentissima templa. Fuitque mos Gentilium, vt in conviviis primum poculum, & primus crater Jovi Olimpico libaretur, & deis Olympicis. Quem Jovem Olympicum

Iovis Olympici. Gyraldus Synt. 2. fol. mi 85.

Cartar. fol. 112. & 104.

Roman. rom. 2. lib. 10. cap. 2.

Digitized by Google

picum famosiorum, & excellentiorem, inter suos falsos Deos fabularunt. Cui Jovi sacrabant *suem*, in cujus honorem statuerunt Olympicos Ludos, & victores in templo præfati Jovis, ipsi sacrabant *scuta*, *enses*, omne genus *armorum*, *coronas*, & *spolia* parta de victis.

Olympus.

Roman. citatus. Cicero in 1. Tuscula. Strabo. Plin. lib. 8.

1601 Fuit in Græcia mons altissimus *Olimpus* nuncupatus, de cujus cacumine aliqui dicebant superasse nubes, alii fingebant ad cœlum attigisse: quare Poëtæ Olympum nuncuparunt Cœlum. Fuit igitur sic nuncupatus: quia hic mons est in cacumine clarissimus, numquam nubibus offuscatus. Dixerunt aliqui, quòd *aqua*, & *aer* non accedebant ad hujus montis cacumen, id colligentes: quia hoc in vertice, in cineribus sacrificiorum *lineas*, *literas*, & *victorum nomina* sculpebant, eaque integra reperiebant post quatuor annos: cum iterum ad cacumen redibant causa Ludorum Olympicorum, & Sacrificiorum. At errant: enim in cacumine montis, & est aqua, & in eo non fiebant *Ludi Olympici*, sed deorsum in latere montis, vbi erat sita Civitas Olympia, inter hunc, & alterum montem nuncupatum Ossa: Civitas magna (in qua totius Græciæ Feria erat) & celebris propter Olympicos Ludos, quarto quoque anno ibi celebratos. Erat hic celebratissimum, & ditissimum templum *Iovis Olympii*, situm in latere montis: & in campo Civitatis, ac inter duos populos *Elidem*, & *Pisam* nuncupatos, fundatum aut à Deucalione, aut ab Elidiensibus, restauratumque ab Adriano Imperatore. Hoc in templo erat statua Jovis Olympii, aut ex *ebore* ex Strabone: aut ex *auro* ex Plinio: aut ita confecta, vt *os*, seu *facies* constaret *ebore*, & *auro*, reliquum verò corpus *luto*, & *gypso*, & supra Jovis caput erant *Horæ*, & *Parcæ*; cujus Idoli artifex fuit Theolosmus, adjutore Phidia, vt totum tradunt marginati, præcipuè Gyraldus, & Roman.

Pictura. Iovis Olympii.

Ludi Olympici.

1602 Quia Victores in *Ludis Olympicis* summos consequebantur honores, sive certaretur *cursu*, sivè *pugilatione*, aut *luctatione*, aliisque ludis hujus generis. Hinc solemne erat cunctis *Athletis*, eorumque parentibus, fratribus, & gymnasii magistris, conceptis verbis jurare, se nihil fraudis facturos, quominus Olympici Ludi ritè fierent. Athletæ ipsi amplius jurabant se *decem menses* consumpsisse in

Cartar. fol. 104.

ludicram exercitationem propositi certaminis. Jurabant se nullam capturos pecuniam, ob judicium pronuntiandum de certamine, vt quem probassent, aut improbassent. Iis in Ludis, & sacra fiebant, sacrificabant *suem*, cujus carnem peracto sacrificio victores comedebant.

Fidicula.

1603 Dixi quòd ad hunc diem refertur Ortus *Fidiculæ*: quare noto, quòd *Fidicula* est diminutivum nomen, & significat parvam *fidem*, parvam *Lyram*, & *instrumentum* torquendi compactum ex duobus lignis obliquatis. Fuit *Fidicula* inter *astra* constituta, quæ & *Fides*, & *Lyra* ab Higino nominatur, vt totum eum aliis notat marginatus Calepinus. Fuit apud Gentiles Romanos, & culta *Fides* Dea, cui dicarunt ædem in Capitolio, vicinam Jovi. Quam Silius Italicus lib. 11. de bello Punico collocat in penitissima Cœli parte: cum Hercules fingit eam ita alloquentem:

Calep. V. Fidicula.

Fides.

Rosin. lib. 2. cap. 18.

Cartar. fol. 213. Gyral. Synt. 1.

Ante Iovem genitam decus divumque, hominumque.
Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt,
Iustitiæ consors, tacitumque in pectore numen.

Hanc dixerunt debere esse tectam, atque secretam, omnis doli, atque fraudis expertem. Quam *albam*, & canam vocavit Virgilius. Ex Mumæ instituto, Flamines velati *albo pannio* sacra faciebant Fidei, sed sine *cæde*, & *sanguine*, quin illuc arcuato curru, manu ad digitos involuta deferebantur solemni pompa; quo significabant, fidem dextris tuendam, & tutandam esse; candidissimumque animum sempet Fidei debere esse comitem. Quare Ludovicus Ariostus dixit de Fide sequentia:

Virg. lib. 1. Æneidar.

Rirus.

Olim Sancta Fides niveo vestita colore
Tota videbatur, nihil & nigroris ineſſe,
Cernere erat totum nam illi decus ore periſſet.

Variè pingebant Fidem. Primò *niveo vestita colore*. Secundò; *Vetula canosa, discalceata*, tota cooperta *albo palio*; extensa manu *dextra*, & *oculis demissis*. Tertiò ipsam pingebant, Matronam, aut Virginem *pulchram*, *cinctam*, *discalceatam*, dextera *extensa* cum vase, sinistra tenente *cornucopiam*. Quartò fingebatur *duabus manibus* junctis. Quintò duabus imaguncilis, *dexteram dextera jungentibus*, vt videre est in Cartario, & Rosino.

Pictura 1. 2. 3. 4. 5.

Digitized by Google

1604 Ludis hodiernis veterum, opponimus noſtratum ſpectacula, qui pro Chriſto luſerunt de tyrannorum ſævitia, & tormentis; Hi fuerunt *Rufinus*, *Martius*, & *Valerius* cum ſociis Africanis martyribus: iis ad eandem palmam aſſociatus cum aliis *Elpidius*, qui abjecta Senatoria toga, induens Chriſtum, per ignem glorioſum conſummavit martyrium. Apté cum iis ad coronam gloriæ aſſociatur *Fidentius* Patavienſis præſul verum aſtrum fulgens in gloria. *Fidentio* merito adumatur *Edmundus* Cantuarienſis Epiſcopus, cum ſuperbum hoſtem humani generis, humana ſpecie ſibi oblatum, quaſi manciplum, ac reum apprehenſum gutture, ſuffocare fuit aggreſſus. Pro iis igitur hodiernis cœlicolis, adapta ſpectacula, vt præcedenti die num. 1598. Themata 1. & 2. remiſſivè. Cumque & in ſuo Jove Olympico aberraſſent Veteres, per picturam, quam venerabantur, confectam ex *luto*, & *auro*, & *ebore*: hinc vertendo ad ſacra, hodiernos encomia Sanctos *Luteos* humilitate, *Eburneos* puritate, fortitudine, & conſtantia, *Aureos* charitate. Habes die 30. Julii num. 1059. per Ludos Olympicos ad ſacra verſos aliud Thema hodiernis adaptandum Sanctis.

Martyrol. Rom. Maſcul. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4.

1605 Tandem ſi hoc die fuit Ortus *Fidiculæ*, quæ fuit putata & Lyra, & Aſtrum, habes per Lyram alterum Thema die 23. Januarii num. 144. & per Aſtrum, ſeu ſtellam die 20. Junii num. 872. vt inde hodiernos encomies Sanctos per Stellam, aſtra in Cœlo hodie naſcentia. Si ex dictis num. 1603. per Fidiculam accipiebant, & *fidem*, & *Lyram*, & *inſtrumentum torquendi*, & aſtrum: verte hæc ad Sanctos hodiernos, eos encomiando verè *Fides* divinæ fide: *Lyras* ſonantes cogitatione, verbo, & opere: Tortos martyriis paſſis pro Chriſto: *Aſtra* lætata gloria. Tandem per Fidei picturas citato numero adductas, hodiernos encomia Sanctos, *Albos* puritate, *Cinctos* juſtitia, *diſcalceatos* terrenis affectibus, *Extenſos* manibus, patrocinioque. 5. 6. 7. 8.

DIES XVII.

A. D. 321.

1606 Hic dies, qui & 15 Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. *Ludorum Plebeiorum* in Circo, ex dictis cum ipſo Kalendario. Ad quem diem refert Hoſpinianus *Ludos Plebeios* ſpectatiſſimos actos pro plebis liberatu. Tum & inſtitutos *ob conſociatos animos Patrum, & plebis.* Ita Hoſpinianus de Feſtis cap. 28. fol. 141. qui cum Livio lib. 3. ſecundi belli Punici, addit, hos Ludos *per biduum inſtauratos*, quoties inſtaurabant *Jovis epulum*: ſicque in id verſabantur hoc die, & ſequenti.

Dies Feſtus *Quinquatrus* appellatus, quòd feſtum dicabant Minervæ, ad cujus ædem ſolemniter conveniebãs, ex dictis die 19. Martii, & num. 49. die 17.

Dies Natalitii *Veſpaſiani* Cæſaris nati anno Chriſti undecimo. Ita Suetonius, & Beyerlinc hoc die.

Titus Veſpaſiani filius poſt ſubactam judæam in Syriæ oppido Beryto, patris ſui natalem celebravit, atque in ludorum ſpectaculis aliquot millia ludæorum beſtiis lacerandos objecit, anno Chriſti 73. Ita Joſephus de bello Judaico, & cum eo Beyerlinc citatus.

Ad quem diem Lazius de Republica Hebræorum lib. 10. cap. 15. refert *Feſta* Athenis dicata Æſculapio.

Hoc die *Pacis æternæ* templum Romæ dedicatum. Vide Baronium tom. 2. Annal. fol. 47. num. 11. ad 13.

Ludi Lanicionici. Ita Lazius de Repub. Hebræorum citatus. An autem hi Ludi forent, nec ne, idem cum *Lanicionicis Ludis* actis pridie Idus Decembris, non reperio: maneat ſub dubio.

Hoc tandem die exiſtimarunt periiſſe *Oſyridem*: quare ab hoc die *per quatriduum* fuit actum feſtum lactuoſum à Sacerdotibus Ægyptiis, in luctum, & honorem *Iſidis*. Quod feſtum agebant amicientes bovem *auratum* veſte *nigra*, & *byſſina*. Quibus diebus lugebant quatuor. Primùm *Nilum* recedentem, atque deficientem. Secundum *Flatus* Septemtrionales deficientes, admodum invalescentibus ventis auſtrinis. Tertium quod dies minor fit nocte. Quartùm lugebatur denudatio terræ, & ſimul arbores abiicere folia. Ita Plutarchus lib. de Oſyride, & cum eo Hoſpinianus de Feſtis cap. 27. fol. 141.

Feſtum Iſidis & Oſyridis.

Ritus.

1607 Fuit hic dies *Oſyri*, aut *Oſyridi* dicatus. Qui *Oſyridis* putatus fuit filius Saturni, pulcher, generoſus, in cujus ortu fabularunt, è Jovis templo egreſſam vocem jubentem, vt proclamaretur, magnum regem *Oſyridem* natum fuiſſe; quam vocem auditam dixerunt à quadam Pamila, è Thebis, jubente proclamare: magnum regem,

Oſyridis. Gyrald. ſynt. 8. fol. mihi 242. Fabula.

&

Digitized by Google

& benefactorem *Osyrim* natum esse; & ob id ab ea educatum: ob cujus memoriam fuit instituta celebritas *Paniliorum* (similis obscœnæ celebrati *Phallagogiorum*, de qua die 26. Augusti), in qua simulachrum proponebant, ac circumferebant, cui inerant tres testiculi; propterea quòd Osyris putabatur generationis Deus; quem dixerunt peragrasse totum orbem, fuisse inventorem totius generis seminis, docentem omnes seminandi modum, qui nuncupatus fuit *Hysiris*, *Arsaphen*, *Nilus*, *Ammon*, *Dionysius*, *Serapis*, *Pluto*, *Iupiter*, *Pan*, *Sol*, *multioculus*. De quo Osyride sequentia dixit Tullius lib. 1.

Primus aratra manu solerti fecit Osyris,
Et teneram ferro solicitavit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adjungere vitem,
Hic viridem dura cedere falce comam.
Illi jucundos primum matura sapores
Expressa incultis uvæ dedit pedibus
Non tibi sunt tristes curæ, nec luctus Osyris,
Sed chorus, & cantus, sed levis, aptus amor,
Sed varii flores, & frons redimita corymbis,
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes
Et tyriæ vestes, & dulcis tibia cantu,
Et levis occultis conscia cista sacris.

Cartar. fol. 291. Rosin. lib. 2. cap. 22. Gyrald. citat.

1608 Typho frater Osyridis, conjuratione adversus eum facta, & eum occidisse, & in frustra discerptum inter conjuratos distribuisse ferunt. Isis autem soror, & vxor *Osyridis*, eo amisso, multumque vbique quæsito, re tandem cognita, deviciſse ferunt Typhonem, ac à conjuratis, Osyridis membra recuperasse, quibus suis locis collocatis, ejusque imaginem maxima religione colendam omnibus proposuisse. Vtque hujus rei servaretur memoria, Anniversaria instituit sacra, in quibus solemni pompa quæreretur *Osyris*, & paulo post quasi esset inventus, publica lætitia puer circunferebatur, qui inventum Osyridem repræsentaret. Quare dixit Ovidius:

Num quamque satis quæsitus Osyris.

Pictura. 1.

Varie pingebant Osyridem. Primò apud Ægyptios forma *accipitris*: quæ avis noctu clarè cernit, velocissimèque volat. Secundò pingebant *Osyridem* per *Sceptrum*, & in sceptro sculptum oculum; significantes per sceptrum potestatem, & per oculum perlustrare cuncta, sic significantes Osyridem esse Solem; nam & Osyridem idem cum Sole putabant Ægyptii.

1609 Spectaculis Ludorum Plebeiorum, opponimus jucunda pariter, & admiranda nostratum spectacula, vt ipsa Natura hæreat attonita: est enim memoria *Gregorii* Thaumaturgi, cui ardua quæque, ac prodigiosa, pro ludo fuerunt; montem ipsum transferendum, quasi pila transmissa vsus. Meritò à mitis prodigiis *Thaumaturgus* nuncupatus: cui meritò associatur alter *Gregorius* Turonensis præsul, *Anianus*, *Dionysius*, & *Hugo* pari dignitate, sanctitateque fulgentes: quibus ad coronam gloriæ, cum martyrii laurea associantur *Aciscius*, & hujus soror *Victoria* Hispani Cordubenses martyres, sub iniquissimo Dione passi, qui triumphantes de igne, superatisque variis tormentis, demum ille abscisso capite ad coronam pervenit martyrii; ista mammillis extractis, lingua avulsa, & sagittis confossa, ad Sponsi thalamum victrix, victoriæ signaculo repedavit. Ad cujus cœlestis Sponsi thalamum pervenit *B. Salomea* Colomani Regis Haliciorum vxor, quæ in conjugio servans virginitatis florem, mortuo Rege sponso, Monialis Clarissa facta, vitæ sanctimonia, & miraculorum frequentia, extitit inclyta; Obiit Cracoviæ, mortua per dies plures spiravit odorem gratissimum, & sudavit oleum saluberrimum; in vita & post mortem patravit miracula, suscitavit mortuos, pavonem à cane interfectum reduxit ad vitam, vulneratis ad mortem dedit sanitatem, cæcos illuminavit, contractos erexit, & à partus periculo mulieres liberavit: quæ hoc die sub ritu duplici veneratur à toto Minoritico cœtu. Pro iis igitur hodiernis cœlicolis, ad sacra verte triumphos Veterum, classes, colores, & coronas, vt die 5. Januarii, ac 3. Junii: vndè habes Themata pro hodiernis cœlicolis. Tum & per picturam Minervæ, vt die 20. Maii num. 691.

Martyrol. Rom. Tamay. hoc die & Martyr. Frãc.

Themata 1. 2. 3. 4.

1610 *Æsculapio* hoc die dicabant Athenienses festum. Quare noto, quòd Veteres tres posuerunt Æsculapios. Primum Apollinis filium, quem Arcades coluerunt. Secundum Mercurii fratrem, qui fulmine percussus obiit. Tertium Arsippi, & Arsinoæ filium, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem invenit, cujus sepulchrum,

Æsculapius

Cicero. lib. 3. de Nat. Deorum. Rosin. lib. 2. cap. 17. Cartar. fol. 571. Orosius lib. 3. cap. 22.

Digitized by Google

& lucus ostendebatur in Arcadia, non longe à flumine Iusio. Æsculapius autem ille nobilis Medicus fuit (ex Lactantio) natus ex incertis parentibus, expositus, & à venatoribus inventus, canino lacte nutritus, Chironi traditus, à quo didicit Medicinam. Fuit Missenus, sed Epidauri habitator. Propterea que in Deorum numerum receptus, quòd medicinam adhuc rudem paulo subtilius excoluisset. Addunt quod ingens pestis Romam Vrbem, agrosque infestabat: quare in libris sybillinis, quærentes remedium, invenerunt Æsculapium ab Epidauro Romam accersendum, quòd paulo post factum. Missi enim legati in Epidaurum, & ab incolis benignissimè accepti, & in templum Æsculapii perducti, anguem, quem Epidauri pro Æsculapio coluerant, sponte ad Romanorum navem pergentem, Romam vexerunt, ibique in templo in Insula Tiberina coluerunt; vt præter marginatos tradit Val. Maximus.

1611 Fuit itaque *Æsculapius* cultus vt Deus Medicinæ, qui credebatur tutelaris Civitatis Græciæ Epidauri, in qua & habuit insigne templum, in quo infirmi quærebant medicinam valetudinis. Ad hunc fanum noctu cubabant infirmi, vt in somnis discerent, quid sibi ad salutem opus esset; sicque decepti cubabant. *Æsculapio* sacrabant *Serpentem* propter prudentiam, *Gallum* propter vigilantiam. Variéque ipsum pingebant Æsculapium. De quo, picturas, aliaque plura vide die 1. Januarii, à num. 2. Quod si, ex ibi dictis, *specie Draconis subflavi* Æsculapium pingebant, & Draco (teste Anglico) est animal vigilans, subflavum, calidum, & volans: verte hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Vigiles* in Dei obsequium: *Subflavos* pœnitentia, & martyrio: *Calidos* charitate in Deum, & proximum: *Volantes* contemplatione. Amplius si pingebatur sedens in Solio, manu dextera *Tenens* bacillum nodosum elevatum: *Læva Præmens* caput Draconis; & *Coronatus* lauro, & hæc hodiernis adapta Sanctis, eos encomiando *Tenentes* bacillum potentiæ, ad domandas passiones, & patranda mira: Præmentes adversarium: *Coronatos* lauro gloriæ. Pingebant & Æsculapium veste talari indutum, *Discalceatum*, dextera *Tenentem* sceptrum; sinistra pomum *Pini*, arboris odoriferæ, & medicinalis. Quam & picturam ad sacra vertendo, hodiernos Sanctos encomia, mysticos pinos; quæ est arbor valdè *procera*, *recta*, *levis*, *pinguosa*, gignens lacrymam, quæ frigore durescens convertitur in gemmam, quæ dicitur *electrum*: hinc præfatos encomia Sanctos *Leves* abstractione à terrenis: *Rectos* operatione, & intentione: *Pinguosos* charitate: *Proceros* altitudine sanctitatis.

Carter. citat. & alii.

Ritus.

Sacrificia.

Anglic. lib. 18. cap. 37.

5.

6.

S. Isidor. lib. 16. Anglic. lib. 17. cap. 121.

7.

1612 Est *electrum* gemma prætiosa triplicis generis: primum ex gumma arboris indurata frigore in duritiem veluti chrystallum. Alterum genus est species metalli, quæ naturaliter invenitur, & in pretio habetur. Tertium genus fit ex tribus partibus auri, & vna argenti. Est *electrum* gemma attrahens paleas, sicut magnes ferrum, de facilè recipit colorem, & tincturam, fulget clarius cunctis metallis, subitoque se mutat in varios colores, in modum arcus cœlestis. Hosque per colores hodiernos encomia cœlites *Albos* puritate: *Virides* spe, cœlestique vita: *Rubicundos* charitate, aut martyrio.

Anglic. lib. 17. cap. 138. S. Isidor. lib. 15.

8.

DIES XVIII.

1613 Hic dies, qui & 14. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Matt.

A.D. 321.

Dies 2. *Ludorum Plebeiorum* instauratorum, ex dictis die præcedenti num. 1606.

Dies 2. *Luctuosi* festi *Osyridis*, ex dictis die præcedenti, num. cit. 1606. sivè festum luctuosum *Isidis* in honorem *Osyridis*.

Quo die *Mercurialia* in honorem *Mercurii* Romæ celebrata à Mercatoribus, *per tres dies* extensa, quibus sacra dicabant Mercurio. Ita Kal. Vet. Tamayus, Masculus, & alii, de quo festo, & ritu egi supra, die 15. Maii, à num. 674. Quibus in diebus *Nundinæ* erant.

Dies Obitus *Marci Antonii*, anno Imperii sui decimo nono, & salutis centesimo decimo nono. Ita Marianus Scholus, & Beyerlinc cum eo hoc die.

1614 Spectaculis antiquorum, opponimus nostratum spectacula celeberrima: qui de tormentis, & tyrannis admirabundè pro religione luserunt. Hi fuére *Romanus*, qui tempore Galerii Cæsaris, cæteros hortatus Christianos, post dira tormenta, lingua abscissa (sine qua Dei præconia loquebatur), in carcere stragulatus laqueo celebri fuit coronatus martyrio. Ad quam palmam pervenére pueruli, nomine

Martyrol. Rom.

nomine *Barula*, qui mira fortitudine Christum confessus, verberibus cæsus, decollatus obiit, laureatus martyrio: *Hesychius*, qui cingulo militari deposito, præcipitatus, per fluvium evolavit in Cœlum: quam martyrii coronam, *Oriculus*, & *Socii* sunt adepti. Cum iis ad coronam gloriæ pervenére Confessores celebres, vt *Odo*, & *Thomas*, ac præsul Moguntinus re, & nomine *Maximus*. Pro iis igitur, veris triumphatoribus Christi, per triumphantium Veterum classes, colores, & coronas Themata habes, vt remissivè die præcedenti num. 1609. Tum & per Mercurium, ex dictis die 4. Januarii, ac 4. Augusti. Tandem si Veteres hoc die lugebant Osyridem à fratre Typhone occisum, & discerptum in frusta, quem post quasi inventum colebant, pingebantque per *baculum*, sculpto in eo oculo, quem & putarunt solem. Hinc & ad sacra vertendo (vt Ægyptiæ literæ veritati serviant) hodiernos Sanctos veros esse Soles fulgentes in Cœlo dicamus, eosque Mysticos encomia *Baculos Rectitudine*, *Fortitudine*, *Potentia*, & *Protectione*: vndè habes pro hodiernis cœlicolis alterum Thema.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Tamay. hoc die.

Hodie apud Tamayum occurrit translatio totius Corporis sacri B. Eugenii, hujus nominis 1. Episcopi Toletani in Hispania, ex Regia S. Dionysii Parisiana Basilica, ad Imperialem S. Mariæ Toletanam Ecclesiam. Cujus Lipsana sacra Carolus IX. Christianissimus Franciæ Rex, ad Philippum II. Catholicum Hispaniarum, & novi Orbis Monarcham libentissimo animo, & Regia munificentia misit. De hoc præclarissimo Antistite, & inclytissimo Martyre, quamplura adducit Tamayus die 15. hujus mensis, ibi videnda, quæ nifallor, recopilata videntur in Epigrammate sequenti:

Eugenius Petrum *sequitur*, *quem fide Magistrum*
Agnovit, deserens dogmata stulta Magi.
Illius in gremium perductus, climata Mundi,
Qua Petrus *lustrat, lustrat & ipse simul.*
Tunc vidit Hispanos: *post jam consortia* Petri
Linquens, Romanos condecoratque Lares.
Post Petrum *sequitur* Paulum, *qui munera Christi.*
Indidit, & socium tunc vocat ipse suum.
Utrumque & vidit ob Christi tunc nomen acerba
Passum, dum neci, collaque utrique dedit.
Hinc, montis Petri, *Clementem quæsivit, & iste*
Eugenii prorsus extulit ergo fidem.
Post hæc Hispanas, *dimittit Præsul in oras*
Summus Marcellum, quo duce Iberas *cluit.*
Areopagitam, sequitur, dum Gallia *divum*
Primitus agnovit, se fore, & esse suum.
Denique Toletum *Præsul pervenit in urbem,*
Quam sibi jam Christus duxerat almus ovans.
Hic Christi fides illicet incrementa recepit,
Collaque Gentilis subdidit ultro jugo.
Hic & Iudæus, soluta lege vetusta,
Christum fatetur & hominemque Deum.
In Gallos *tandem repedans vultum Dionysii*
Visurus, mortem reperit ipse suam.
En moritur Martyr redimitus tempora lauro;
En Gallus *divum concolit atque &* Iber.

DIES XIX.

1615 HIc dies, qui & 13. Kal. Decembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maff. A.D. 313.

Dies 3. *Luctuosi* festi *Isidis*, in honorem *Osyridis*, ex dictis supra num. 1606.

Ad hunc diem *Cœnæ Pontificum* designantur, in aliquibus Fastis, ob sacra, quæ hoc die peragebantur in honorem *Cybelis* Matris Deorum. Ita Vet. Kal. Reusnerus, Tamayus, Beyerlinc, & Masculus hoc die. Erant enim olim hæ *Cœnæ*, & *Convivia Pontificalia* magnificentissima, & splendidissima, quorum apparatum, inter alios, describit Macrobius lib. 3. Saturnalium cap. 13. De quibus Cœnis Horat. lib. 1. Carm. Ode 14. sic: Cœnæ.

Absumet hæres Cæcuba dignior
Servata Centum clavibus, & mero
Tinget pavimentum superbo
Pontificum potiore Cœnis.

De qua Cœna egi in Julio die 24. Vide ibi dicta num. 1030.

Dies 2. quo Mercurialia Mercurio dicabantur à Mercatoribus, vt dixi num. 1613.

Hoc

Digitized by Google

Accensio luminum. Hoc & die fuit apud Ægyptios festivitas solemnis *Accensio luminum* nuncupata: quia per vniversam Ægyptum accendebant lucernas, imbutas *sale*, & *oleo* plenas, cum multo illychnio, vt tota nocte arderent, & perdurarent. Quæ lucernarum accensio fuit facta in *Osyridis* investigatione, & in festo Vulcani, quem putarunt inventorem ignis. Hoc autem die, ob *Osyridis* investigationem factum hoc festum, vt ex Herodoto, tradit Hospinianus de Festis cap. 27. fol. 147.

Origo. Ritus.

1616 Quo die noctu Ægyptii descendebant ad mare, & *sacram cistam* vnà cum Sacerdotibus, extollebant; in qua cistula erat *arcula aurea*, cui ab ipsis Sacerdotibus infundebatur aqua potabilis, fiebatque clamor ab iis, qui aderant vociferantibus *Osyridem* esse inventum. Exinde *Tellurem frugiferam* miscebant aqua, additis mixturis ex sumptuosis aromatibus, & suffimentis. Effinxeruntque *imagunculam Lunæ*, quam amiciebant, & exornabant, putantes Deos istos esse naturæ, & aquæ. Hujus ridiculi festi Origo fuit: Quia *Isis* cum fratre suo *Osyride* habuit stupri consuetudinem, id cum Typhon comperisset, occidit Osyridem, & laceravit in frusta; ac per omnes *Nili* ripas membra projecit. *Isis* autem ob *Osyridis* necem mœsta, cum sorore, & *Anubo* venatore, discerpti membra magno luctu, vbique gentium quæsivit; dispersa collegit, & sepulturæ mandavit. Postea instituit, vt quotannis cum lacrymis, & ejulatu, Osyris quæreretur, & quasi inventus celebraretur lætitia. Quo in festo Sacerdotes, viri, & fœminæ, deglabrato corpore, sua corpora tradebant, lamentabantur sicut Isis fecerat. Perducebatur deinde puer, quasi inventus Osyris, & luctus mutabatur in lætitiam. Ita cum Plutarcho, & Lactantio lib. 1. cap. 21. Hospinianus citat. Vide & S. August. lib. 6. de Civit. cap. 10.

1617 Hoc igitur die, quo jam discerptum, & luctuose; jam inventum, & lætè celebrabant *Osyridem*, & *Lunæ* imagunculam ornabant, vt num. præcedenti dixi. Quare noto, quòd ab Ægyptiis, & Parthys, sicut *Luna*, ita & *Lunus* Deus vocabatur, & colebatur: quem *Lunum* Careni colebant miro cultu, & veneratione; ita vt qui Lunam putabant fœmineo genere, & nomine nuncupandam, is addictus mulieribus, semper inserviret. Qui vero marem Deum esse credebant, is domi naretur vxori, nec vllas muliebris pateretur insidias. Hinc Græci, & Ægyptii eo generè, quo fœminam hominem, etiam Lunam Deum dicebant, & venerabantur. Et ab Ægyptiis vitulus pro Luna cultus fuit. Cum quibus concordat Seneca in Naturalib. Quæstionibus scribens: Ægyptios ex singulis elementis bina fecisse, vnum masculum, alterum fœminam: nam in aëre ventum masculum esse dicebant; fœminam vero id, quòd non moveri, caliginosumque esse videretur; aquam salsam marem, dulcem verò fœminam: in igne id masculum esse, quod comburit, quòd lucet vero fœminam: in terra masculum, quòd est durum, fœminam quòd est molle. Quo in festo homines muliebri veste: mulieres veste virili sacra faciebant.

Lunus Deus. Gyrald. synt. 12. fol. 306. Cartar. fol. 351.

Seneca in Naturalib. Ritus.

1618 Hoc igitur die, quo delirabant Veteres in suo Osyride occiso, & in frusta discerpto: nobis venerandi occurrunt præclari martyres, vt *Pontianus* Papa, qui fustibus mactatus consummavit martyrium: ad quam palmam pervenère *Faustus* Alexandrinus Diaconus: *Maximus* re, & nomine: *Barlaam* Cæsariensis Capadox, qui licet rudis, munitus Christi sapientia, tyrannum vicit, ac constantia fidei, superavit ignem: *Chrysspinus* Astiagensis præsul: *Azas* cum sociis *centum quinquaginta*, sub Diocletiano passi: quibus cum aliis merito associatur *Felicianus*. Quòd si & delirabant in Cybele, quam matrem Deorum fabulabantur: Cybelis cultui opposita est vera religio, fœcundior cœlitum mater, quæ gaudet numerosa prole natorum, maximè hoc die, quo meruerunt hi, aliique plures, ad cœnam magnam gloriæ pervenére, cujus gloriæ præstantiam, & omen habet *Exuperius*. Præterea & Cybeli opponimus *Elisabetham* Vngariæ Regis filiam, cœtus Minoritarum ornamentum, virtutibus admirandam, claram miraculis, à Gregorio Papa IX. Cathalogo SS. adscriptam. Pro iis igitur adapta per picturam Osyridis Christianizatum Thema vltimum præcedentis diei. Ex dictis die 27. Martii, num. 485. variè antiqui pingebant Cybelem, *Discalceatam*, *Sedentem* in curru, *Coronatam*, quam & Magnam appellarunt: quare ad sacra vertendo, pro hodiernis cœlicolis, eos encomia *Discalceatos* affectibus teretenis: *Sedentes* in curru gloriæ: *Coronatos* triumphis: *Magnos* revera cum cœlitibus computandus. Pingebant & Cybelem

Martyrol. Rom. Martyr. Francis.

Thema 1.

Digitized by Google

belem *Cinctam* zona, *Indutam* veste, ornatam ramis, & floribus; manu dextra gestantem *Sceptrum*, & sinistra *Clavem*: quam & picturam Christianizando, adapta præfatis cœlicolis, hos encomiando *Cinctos* zona puritatis: *Indutos* viriditate vitæ cœlestis, floribusque virtutum, & exemplorum: Tenentes *Sceptrum* potentiæ contra passiones, & tyrannos; *Clavem* ad mira patranda.

1619 Festum nuncupatum *Luminum accensio* agebant, ex dictis, Veteres hoc die. Lumen differt à luce, sicut species à genere: nam *Lux* ex S. Augustino: *est substantia corporea summe simplex in genere corporum.* At *Lumen est defluxus quidam à substantia lucis in aëre, vel in alio diaphano corpore receptus, & undique circumfusus.* Est autem lumen triplex *directum*, *reflexum*, *fractum*: quare vertendo ad sacra, hodiernos Sanctos vera lumina encomia, *Directa* in Deum: *Reflexa* ad proximos: *Fracta* laboribus, pœnitentia, aut martyrio, propter Deum. Quod si lumen (Anglico marginato teste) est *perfectivum*, *decorativum*, & *latificativum*; hinc & hodiernos encomia Sanctos, *Perfectos*, *Decoros*, & suos *Lætificantes* Clientes.

Anglic. lib. 8. cap. 40. & c. 41.

DIES XX.

A.D. 1620 Hic dies, qui & 12. Kal. Decembris Comitialis notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. quo Mercatores, *Mercualia* dicabant Mercurio, ex dictis cum Kal. Maff. num. 1613.

Dies 4. & vltimus luctuosi festi *Isidis* facti in honorem Osyridis, ex dictis num. 1606.

Dies dicatus *Epicureo*, cui Epicurii sacrabant solemne festum, ex dictis cum Roman, & Alex. supra num. 49. die 20.

Quo die in honorem *Mercurii* Mercatores *Nundinalia* terminabant, per triduum extensa, ex dictis die 18. hujus.

Dies dicatus *Saturno* in Mysia cui impudica festa sacrabant. Ita Masculus, & constat ex Martyrol. Romano.

1621 Execrandis veterum festis opponimus nostratum sacra, qui pro vera Religione, & fide certantes sanguinem fuderunt, vt Messanenses martyres *Caius*, & *Ampellus*: Taurinenses *Octavius*, & socii milites Thebanæ legionis, coronati martyrio sub Maximiano Cæsare; sub quo passus *Agapius*, qui post partum de bestiis triumphum, demersus in mare evolavit in Cœlum, laureatus martyrio; ad quam palmam, præter alios, pervenerunt illustres præsules *Nersas*, & *Dasius*, ac inclytus Anglorum Rex *Eadmundus*; qui pro Religione, suorumque salute necem subiit, sagittis confossus: caput resectum, & inter spinas projectum cum latèret, mire se voce prodidit: corpus inventum sine vestigiis vulnerum. His, aliisque ad gloriæ coronam associantur Mediolanensis præsul *Benignus*, & Veronensis *Simplicius*. Pro iis igitur adapta picturam Osyridis, vt num. 1614. in fine. Cumque & in suo Mercurio, hoc die, veteres delirarent, vertendo prophana ad sacra, habes supra die 4. Januarii, & die 4. Augusti Themata hodiernis adaptanda cœlicolis.

Martyrol. Rom. Mascul. hoc die.

Thema. 1. 2.

Quibus demum associatur Quiricus Gothus, patria *Barchinonensis*, ejusdemque Civitatis Dignissimus Episcopus; & postquam S. Ildephonsus à vivis sublatus fuit, Quiricus tanti Pontificis locum occupavit in Ecclesia *Toletana*. Vbi cum in pascendis sacro dogmate populis sibi Commissis, constans, & sedulus Minister existeret, post insignes bonorum operum cumulos, ad æternam requiem inclytus confessor advenit. Cujus *corpus* sacrum in Basilica *S. Leocadiæ* sepultum, illi *S. Iulianus* successor in Sede *Toletana* hocce posuit dodecastichum.

3.

Martyrol. Hisp. hoc die.

A Domino, qui nomen habes pie, voce, Quiricе,
Et Monachus, Præsul Barchinonensis, ave.
Agalliensis eras quondam Sanctissimus Abbas,
Barcino *te multum Præsule gaudet ovans.*
Te Toletano *pietas præfecit ovili;*
Divisas sedes Præsul amansque vides.
Nihil uno melius fuit, aut te Sanctius uno:
Et dementato Rege dolens moreris.
Te socium latis Leocadia *suscipit ulnis,*
Corpus humo, mentem læta sub alta locans.
Gaude sorte sua, Præsul venerande Quiricе;
Sic Dominus terris es, Dominusque Polo.

Digitized by Google

DIES XXI.

A.D. 325. 1622 HIc dies, qui & 11. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies *Funeſtus* habitus à Chaldæis, ob pueros caſtratos, & in Perſidem miſſos, ex dictis, hoc die, cum Alex. ab Alex. num 49.

Accenſio luminum, Quo die, in Ægypto, ſolemnitas *Accenſio luminum* nuncupata: quæ ſolemnitas fiebat lucernarum accenſione nocte, ob inventum *Oſyridem*: Quamquam enim aliqui hanc ſolemnitatem referant ad diem 19. hujus, vt ibi dixi; At cum per quatuor continuos dies (ſcilicet à die 17. ad 20. hujus menſis) ob mortem, & inveſtigationem corporis Oſyridis, hæc ſolemnitas feſtiva, & lxta *Accenſionis lucernarum*, ad hunc diem referenda; & ita Hoſpinianus de Feſtis cap. 21.

Dies celebris, apud Veteres Romanos, ob *Ludos Liberales* nuncupatos, inſtitutos in honorem *Nympharuth*, & *Heroum*. Ita Vetera Kal. Reuſnerus, Tamayus, & alii hoc die.

1623 Honori exhibito Nymphis opponimus *Dei Matrem*, & principem virginum, ſanctiſſimo delubro Hieroſolymitano Præſentatam. Honor verò, qui exhibebatur heroibus, ceſſit duobus Honoriis martyribus inclytis, vno paſſo apud Oſtiam Tiberinam, altero in Hiſpania: ceſſit & aliis laureatis martyrio, vt *Rufus* de quo ſcribit ad Romanos S. Paulus; *Clemens*, *Heliodorus*, *Celſus*, & alii; cum quibus ad gloriæ celſitudinem pervenerunt *Gelaſius* Hierarcha, doctrina, & ſanctitate conſpicuus; ac *Columbanus*, qui & *Columbus* dictus, non modo herò, ſed heroum parens, cujus ſibi fuit viſa, edere ſolem, qui liberavit carceratos, illuminavit cæcos, mitigavit feras, futura vates prævidit, virtutibus, prodigiiſque fuit inſignis. Pro iis igitur hodiernis cœlicolis, qui omnes conſpirant ad magnam *Matrem Dei* decorandam, adapta per lumen Themata die hujus menſis 19. adducta num. 1619. ſi igitur delirabant hoc die veteres in lucernarum accenſione venerando Oſyridem, quem putarunt ſolem (Macrobio teſte lib. 1. Saturn. cap. 21.) & hæc ad ſacra vertendo, veros ſoles, cum Chriſto in Cœlo fulgentes, hodiernos encomia Sanctos, jam per picturam Oſyridis, vt num. 1614. in fine: jam per ſolem, vt die 26. Martii num. 481. vnde habes plura Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis. Inſuper ſi veteres abutebantur lucernis pro ſuo venerando Oſyride, & lucerna conſtat *vitro*, *aqua*, *oleo*, & *luce*, nos hæc ad ſacra vertendo, hodiernos cœlites myſticas encomiemus lucernas, lucentes *Vitro* puritatis, *Aqua* laborum, *Oleo* benignitatis, & miſerationis, *Luce* gratiæ, & gloriæ. Vitrum, inquam, eſt translucidum vas Sanctos adumbrans: vnde per Vitrum, alia habes Themata die 10. Maii num. 646.

Martyrol. Rom. Maſcul. hoc die. Hoc in die apud Martirol. Hiſpan. Tamay. hoc die. Colitur *Dertuſæ* in Cathalonia *S. Rufus* ipſius vrbis 1. Epiſcopus, diſcipulus *S. Pauli* Apoſtoli, ab eoque luculento ſermone laudatus, qui cum primum cum Patre *Simone Cyreneo* in villula *Agricolam* egiſſet, & poſtea Chriſto nomen dediſſet, & apud Thebas Antiſtitis munera exercuiſſet, & plurimos virtutum thelauros cumulaſſet, *Hiſpanias* devenit, *Dertuſanæ* Eccleſiæ inſulas induit, & clarus miraculis, æternæ gloriæ gazas immarceſſibiles Confeſſor inclytus adinvenit. Quod Sanctus *Rufus* fuerit *Agricola* cum Patre, probat hocce diſtichon:

Rufus *erat cultor terræ cum Patre* Simone.
Poſt Dertuſanus *Præſul, & ipſe fuit.*

DIES XXII.

A.D. 326. 1624 HIc dies, qui & 10. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Quo die olim Romæ *Plutoni*, & *Proſerpinæ* vivus homo mactabatur, Ita Kal. Rom. & cum eo Maſculus, Beyerlinc, & Tamayus.

Dies *Fauſtus*, & *Triumphalis* ob triumphum reportatum à *Valerio Corvino* de Marſis, & Hetruſcis, anno V. C. quadringenteſimo, quinquageſimo ſecundo: quare Valerius victor inclytus, ſolemni tropheo Vrbem ingreſſus. Ita Goltzius in Theatr. Triumphali fol. 75. Reuſnerus in Diario Hiſt. fol. 171. & cum ipſis Tamayus, & Theatrum V.H.

Dies dicatus *Soli*, & *Laribus*, ex dictis ſupra num. 49. in fine.

Dies tandem Coloſſis in Phrygia dicatus *Dianæ*, in cujus Templo magnificis plauſibus exca gentilitas feſtivitatem agebat *Dianæ* dicatam. Ita conſtat ex Martyrologio Romano, & Hiſpano fol. 247. hoc die.

1625 Prophanis faſtis gentilium opponimus faſta noſtratum: enim prodiit

Digitized by Google

Martyrol. Rom. Hispan. Baron. Mascul. & alii.

dit *Cæcilia* nobilissima virgo, cujus quidem pudor, dum flores legeret, defloruisse dicitur: quæ meritò argumentosa apis dicta, à conjugio semper abhorruit. Illa Proserpina vim Plutonis effugere non potuit, hæc *Cæcilia* Valerianum sponsum ad idem pudoris traxit concilium. Ipsum Plutonem de regno dejecerunt *Maurus*, qui suo cruore effuso pro Christo illustravit Romam: *Marcus*, & *Stephanus*, qui simili obtenta martyrii laurea decorarunt Antiochiam: ac *Philemon* Colossus in Phrygia. Quòd si vetus Roma hoc die fuit veterum decorata triumphis, hi nullatenus comparandi cum nostratum triumphis, quibus novam decorarunt Romam: imo & vltimus *Philemon*, scilicet, Hispaniam: enim fuit origine Hispanus, S. Pauli Apostoli discipulus, & comes eousque Apostolus Romæ ense finivit vitam. Inde Asiam adiit, Colossum sistit, ibique hoc die, dum Gentiles in honorem Dianæ, ac in ejus templo magnificis plausibus, superstitiosum peragebant festum; *Philemon* & alii Christiani in Ecclesia Deum laudabant: quare irruentes Gentiles in servos Christi, diffugientibus aliis, *Philemon*, & *Æpphias* martyrium cupientes sisterunt; capti, & varia tolerata tormenta, lapidibus obruti, martyrium consummarunt. De quo inclyto martyre Philemone, accipe Epigramma vetustum, à Tamayo adductum:

Sacra tenet Phrygiæ *cultu veneranda*
Colossus
Pignora vetusti Martyris ergo Dei.
Hic Laminitanus *patria, & dixère*
Philemon;
Xantippes *frater*, Pauli *& amicus*
erat.
Insequitur velox Romam sine sensu
Magistrum,
Donec mucroni tradere colla vidit.
Hinc deserit Romam, Phrygiam *pervenit, & inde*
Pro Christo vitam tunc dedit ipse
suam.

Pro iis igitur hodiernis cœlicolis, verisque Christi martyribus adapta triumphos veterum, quos ad sacra versos, per eorum classes, colores, & coronas habes, vt die 5. Januarii, ac 3. Junii, Themata hodiernis Sanctis accommodanda. Si igitur hoc die delirabant veteres per Plutonem, seu Orcum, cui vt dixi die 30. Januarii, attribuebant ex *Hebeno* tres coronas, & vertendo prophana ad sacra per picturam Plutonis, & per Hebenum, Themata christianizata habes die 15. Septembris num. 1297. hodiernis adaptanda cœlicolis. Tum & per picturam Proserpinæ, vt die 18. Aprilis; Tandem & per Dianæ picturas, ex die 17. Februarii, plura christianizare, & adaptare poteris.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

DIES XXIII.

1626 HIc dies, qui & 9. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 3278

In veteribus Fastis nihil invenitur hoc die: quo ex dictis num. 49. & *Laribus Præstitibus* sacrificabant, & *Soli* ter adolebant; ad ortum *resinam*, ad meridiem *myrrham*, circa occasum compositionem *Thymiamatis*, vt citato numero circa finem, refero.

In Astronomico Kalendario prisci sæculi, apud Reusnerum, & cum ipso, hoc die, Tamayus, *Tauri Syderis cornua occidere* dicitur. Cujus Ortum, & Occasum sic describit Aratus in Phœnom. fol. 209.

Propè pedes autem Aurigæ cornutum
expansum Taurum.
Scrutare, at qui ei valdè consimilia
indicia ponuntur.
Quale ipsi caput interstinctum est? ne-
que quispiam alio
Argumento conjecerit caput bovis,
Qualiter id ipsæ
Stellæ, vtrimque circumducta confi-
gurant!
Etiam crebro eorum nomen memora-
tur. Neque adeò
In celebres Hyades, quæ scilicet per
totam frontem
Tauri *sparsæ sunt, sinistri autem cor-*
nu summitatem,
Et pedem dexterum adjacentem Au-
rigæ
Vnica Stella complectitur: simul agi-
tati item feruntur:
Attamen semper Taurus *pronior Au-*
riga
In occasum descendendo, pari ascensu
alioquin exortus.

1627 Hoc igitur die; quo Tauri syderis scribitur occasus, occurrunt nostratum occasus, vera natalitia in Cœlis nuncupanda: nam *Clemens* Papa, qui tertius post beatum Petrum Apostolum Pontificatum gessit, qui apud Chersonesum relegatus, non modò tellurem, sed mare consecravit: qua virtutibus, qua prodigiis: vivens elicuit precibus à rupe aquas, in mare cum anchora projectus, mortuus sicca- Martyrol. Rom. & Hispan.

Digitized by Google

vit aquæ, arcu inter sepulcros habuit, in arena solidum templum è marmore. Aprè Hierarchæ *Clementi* se adjungit *Fininius* inclytus martyr, passus in Helesponto, & post multa superata tormenta, gladio cæsus, coronam martyrii adeptus: ad quam lauream pervenère *Felicitas* matrona fœcunda, virtute, & constantia fortissima: ac *Lucretia* Emeritensis Hispana Virgo, sub Daciano Præsidè passa, carcerata variè tentata, alapis cæsa, in equuleo extensa, ac demum gladio percussa, consummato martyrio, invictum spiritum viriliter, obtulit cœlesti sponso. Ad cujus sepulchrum hoecce posuit *Aulus Hallus* sepulchrale Carmen:

Continet hoc templum sacratæ Virginis ossa,
Istius Vrbis apex, digna corona Poli.
Canstruit hoc magnum Plebs Emeritensis *alumnæ*
Quoque loco Martyr obtulit ipsa caput.
Hæque Lucretia, *cœlis demum onusta trophais,*
Et propriam gentem, astra, & honore replet.
Martyrio coronavit eam tunc ipse Tyrannus
Præses, cui nomen Dacicus ille dedit.
Pignora nunc retinet Templum, quo limpidus vrbis
Fluminis elabitur hinc aquis æquor Anæ.

Sic nuncupatur fluvius, *Ana* scilicet, juxta quem, & templum Lucretiæ fuit sacratum, & lipsana hujus sacræ virginis servata. Subitò intempestæ noctis hora fuit visus globus igneus exiens ab Ecclesia *S. Fausti*, & ad delubrum *S. Lucretiæ* perveniens. Pro iis igitur hodiernis cœlitibus adapta Themata per Taurum adducta die 14. Maii, n. 663. Insuper signum Tauri, ex dictis die 6. Maii in fine, tres habet facies Lunæ, Mercurii, & Saturni: quod si Luna fuit nuncupata Lucina, & Sanctos adumbrat, habes per Lunam, & ejus quatuor facies plura Themata, die 24. Augusti, hodiernis adaptanda Sanctis. Per Mercurium die 4. Augusti. Per Saturnum ex dicendis die 17. Decembris. Nunc noto Saturnum dictum *à saturando*, estque coloris *nigri*, & *plumbei*, sed conjunctus Jovi efficitur *candidus*, atque *clarus*, vt cum S. Isidoro, & Ptholomæo notat Minorita Anglicus: quare hæc ad sacra vertendo, hodiernos encomia Sanctos *Nigros*, *Plumbeosque* humilitate, *Candidos* puritate, *clarosque* doctrina, operibus, vitaque. Alia ex dictis, per Solem, & Lares, adaptare poteris hodiernis cœlitibus.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Anglic. lib. 8. cap. 23.

DIES XXIV.

1628 HIc dies, qui & 8. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano. A.D. 328.

Item dies *Ater*, & Ægyptiacus Romanis, vt cum Kal. Rom. Beyerline notat. Quo die Heliogabalus Imperator Romæ occisus militari tumultu, anno V. C. ex Mariano Schedo 223.

Quo die Hebræi Gentiles seducti ab Antiocho Rege sacrificabant *Jovi Olympico*, ex 1. Machab. 1. à v. 57. ex dictis, hoc die in nostro Diario Sacro.

Hoc die Romæ incipiebant *Brumalia* festa, dicta à *Bruma*, idest *Hyeme*: quare est idem ac *Hyemalia*. Quod festum à Græcis *Ambrosia* nuncupatum, institutum à Romulo: extensum ab hoc die, vsque ad 24. Decembris, seu 9. Kal. Januarii. Dictum Dionysio, seu Baccho, qui *Bromius*, seu *Brumus* fuit dictus. Hoc festum fuit nuncupatum *Ambrosia* à Græcis, vt cum Cœlio Rhodigino lib. 24. Antiq. lection. cap. 25. observat Rosinus, addens veteres Romanos centuisse proboscum vesci alienis cibis: quare singulos attulisse, quæ ederent, aut biberent. Hinc Romulus tollendæ ignominiæ causa hoc festum instituit, aut quia cum fratre Remo fuit educatus à Laurentia, vt cum Rhodigino ait Rosinus: aut vt dum milites in hyemalibus stationibus morarentur, aliquod festum Diis exoluerent. Mos fuit iis in Brumalibus, vt Senatus convivio excipieretur à Rege, cum necessarium putaretur Senatum ali à Rege à suo hyeme, nullis obstrepentibus bellis. Quòd totum tradunt marginati. Videatur & Stuchius lib. 1. cap. 34. in fine. De quo festo *Bruma* nuncupato *Ambrosia*, & Baccho dicato meminit Gyraldus Syntagmate 17. fol. mihi 420.

Festum. *Bruma. Ambrosia.*

Gyral de Mens. fol. 619. & Synt. 8.

Rosinus lib. 4. cap. 15. Hospin. de Fest. à fol. 141.

1629 Hic dies Ater, & Infaustus Gentilibus, nobis sit Lætus: enim saeratus *Chrysogono* illustri martyri, qui post plura tolerata tormenta, capite cæsus consummavit martyrium: ad quam palmam pervenerunt *Crescentianus*, & *Alexander*, quorum ille Romæ, iste apud Corinthum, sub Juliano Apostata passus. Quibus associatur te, & nomine

Martyrol. Rom.

Digitized by Google

nomine *Felicissimus* Perusiæ passus pro Christo. Aptè ad tantam coronam viris se adjungunt fœminæ, vt *Firmina*, *Flora*, & *Maria*, omnes Virgines, & Martyres, illa in Vmbria, sub Dioclesiano, variè cruciata, demum suspensa, & lampadibus ardentibus adusta, triumphum complevit: istæ Hispanæ Cordubæ in persecutione Arabica post diuturnos carceres gladio peremptæ, consummarunt triumphum. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, ac veris per Christum triumphatoribus, adapta Veterum triumphos, classes, colores, & coronas, vt die 5. Januarii, & 3. Junii: vndè habes Themata hodiernis accommodanda Sanctis. Quòd si hoc die delirabant Veteres in suo Jove Olympico, de quo egi die 16. hujus mensis à num. 1600. habes ibidem, per Jovis picturam, & per Ludos Olympicos Jovi dicatos Themata num. 1604. hodiernis adaptanda Sanctis. Si *Bruma*, aut *Brumalia* dicabant Baccho, per hujus picturam, & attributa, die 5. Martii habes Themata, à num. 388. hodiernis adaptanda cœlicolis.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Martyrol. Rom. & Hispanicum.

1630 Tandem Bacchus fuit cognominatus *Bromius*, & sic vocatus à sonitu, & tonitruo fulminis acto in Bacchi ortu: enim cum ederetur Bacchus tonitruum insonuit: quare fuit *Bromius* cognominatus, quæ vox Græca idem significat ac *resono*, *sonitus*, & ignis *crepitus*, vt cum Diodoro Siculo Gyraldus tradit, addens ex Hesiodoto in Commentariis de re Rustica vocem *Bromium* deductam à voce calcantium vinum in torculari. Hinc & per vinum, die 23. Aprilis, habes plura Themata hodiernis adaptanda Sanctis.

Bromius.

Gyrald. synt. 8. fol. mihi 245.

DIES XXV.

A. D. 329. 1631 Hic dies, qui & 7. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Quo die Hebræi Gentiles, jussu Regis Antiochi *Jovi Olympico* sacrificabant, ex 1. Machab. 1. à v. 57. & ex dictis in Diario Sacro. Quo sacrificio templum Hierosolymitanum prophanarunt.

Dies 2. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis die præcedenti num. 1628.

Ludi Sarmatici Romæ, extensi *per dies septem*, ex Vet. Kalendariis, & cum iis Beyerlinc, & Tamayus, Rhodiginus lib. 18. cap. 24. Lazius de Repub. Romanorum lib. 10. cap. 16. Flavius Vopiscus in Vita Carin. fol. 136. horum meminit Ludorum per hæc verba: *Exhibuit, & Ludum Sarmaticum, quo nihil dulcius.*

Hoc die, immanissimus ille Imperator, ac religioni semper adversus Nero, sibi ipsi necem intulit manu crudeli. Ita Masculus.

Dies tandem Illustris, & *Triumphalis* Romæ, ob triumphum Tulii Romanorum Regis, partum de Hetruscis. Ita cum Goltzio Masculus hoc die.

1632 Triumphis Veterum opponimus triumphos nostratum; hoc igitur die inclyta Heroina Virgo, & Martyr *Catharina* devictis Philosophis, & ad Christum conversis, superatis pluribus tormentis, obtruncatione capitis, è cujus collo lac, loco sanguinis, manavit, complevit martyrium: ad quam palmam pervenerunt *Moyses* Presbyter admirabili decoratus martyrio: *Mercurius* miles, qui Angeli Custodis patrocinio, & barbaros vicit, & Decii superavit sævitiam, multisque auctus tormentorum trophæis, martyrium complevit: quibus ap. è ad gloriæ jucunditatem se adjungit re, & nomine *Iucunda* virgo, origine Complutensis. Sanctæ, inquam, *Catharinæ* V. & M. Alexandrinæ corpus ab Angelis in montem Synai mirabiliter collocatum, oleoque manans eleganter descripsit Arias Montanus, qui & agonem, & emissionem lactis loco sanguinis sequenti descripsit carmine:

O magna virtus Numinis,
Rerum creatrix omnium,
Qua terra, pontus, æthera,
Et tota subsistat machina.
Qua voce, quantis laudibus,
Te nostra concinat Lyra,
Benigna semper in tuis,
Atque obstupenda servulis?
Per te volucris consistit
Immobili Phœbi rotâ,
Inimica dùm pius manus
Dux fortè cædit agmina.
Per te capacis belluæ
Propheta mersus in specu
Tribus diebus integro
Impune mansit corpore.
Tu turbidum potens mare
Petro meante comprimis;
Vt sicca calcet æquora,
Dum non vacillat in fide.
Sed quid vetustis immoror?
Num diva nostra non satis
Valet tuam potentiam
Sæclis futuris prodere?
Iam colla durus hauserat

Mucrone ſæviens truci
Tortor, jacetque, & ultimos
Singultat illa ſpiritus.
Quis non fluento ſanguinis
Expectat, vt roret ſolum,
De Virginis puriſſimi
Venis recluſo corporis?
Nil tale, ſed pro purpura
Cruoris (ecce poſteris
Res ſtupenda) candidi
Fons lactis exilit novus.
Natura tàm verſas videns
Rerum vices, perterrita
Stat muta, nihil prioribus
Experta tale ſæculis.
Strepit ſonoris interim
Devota turba vocibus,
Chriſtumque non ceſſat piis
Magnum fateri plauſibus.
Theatra, porticus, forum,
Ædes, tabernæ, compita,
Tantam Dei potentiam
Ad aſtra laudibus ferunt.
Te virgo læto carmine
Cuncti celebrant, & tuum
Colunt, adorant, prædicant
Cœlos, petentem ſpiritum.
Tu quid quid eſt benignius,
Lætoque diva lumine
Cape, & tuo nos jugiter
Tuere patrocinio.

Hujus ſacratiſſimæ Virginis aliquot ſacra lipſana apud Hiſpanos inveniuntur, & in noſtro Ondenſi Recollectionis Conventu, hujus almæ Valentinæ Provinciæ, Calvariæ hujus Sacratiſſimæ V. & M. conſiderabilis pars aſſervatur, quam ſæpe vidi præfato in Conventu, huic Virgini ſacrato.

1633 In Oppido Arenſi (quo natus, & renatus ſui) territorii Altiponenſis, eſt Heremitorium devotum, ſacratum huic Virgini, ab Oppido diſtans per dimidiam leucam, devotionis gratia per vicinos Oppidanos frequentatum, in quo aſſervantur manicæ, & compedes ferrei captivorum, ſe commendantium hujus Virginis patrocinio, tanto cum felici effectu, vt à præfatis vinculis ſoluti, relato in Heremitorio ſe invenirent. Non ambigam hic referre aliud mirabile patrocinii hujus almæ Virginis in me expertum, vt ſemper pié credidi. Eram quidem puer, & miſſus fui ad hæreditatem paternam ſitam propè relatum Heremitorium: cumque ibi impetitus fuiſſem à rabido cane, à quo & dejectus in terram, cordicitus invocavi *S. Catharinam* V. & M. & ſtatim liber evaſi à præfata bellua rabida. Quare hic referro hoc mirabile, ne ingratitudinis arguar. Addo (ex Tamayo) mirabile aliud, de quodam *Cœnobio* in circulo *Cantabriæ*, regione *Alava*, propè Vrbem *Victoriam* conſtructo, quod à temporibus Gothorum conditum refertur, poſt Hieronymianis Monachis conceſſum, & demum Auguſtinianis ſubrogatum, diciturque hodie *S. Catharinæ de Badaya*. Quo in Monaſterio multa vetuſtiſſima monumenta conſpiciuntur, inter quæ illud celebre, quod in Monaſterii termino erigitur mons arduus, & rupium denſitate famoſus, è quarum aliquando viſceribus minutæ lapidum formæ eructant, in cordis humani ſymbolum, & figuram, in earumque altero latere, viſuntur inciſæ à natura *rotæ ornatæ quinque radiis*; quarum rotarum, lapidumque iconem, vt ocularis teſtis adfert, hoc die, Tamayus. Quam rotam S. Catharinæ eſſe exiſtimant Oppidani, & hi lapides tamquam reliquiæ omnibus impertiuntur. De qua Sancta, ejuſque ſepulchro, plura ſcitu digna adduco in 1. tomo, ibique in *Diario Sacro* hoc die. Cumque hic dies Triumphalis, apud Veteres, foret, eorum Triumphos ad ſacra verte pro hodiernis cœlitibus: vndè per eorum claſſes, colores, & coronas habes Themata hodiernis adaptanda cœlitibus, vt die 5. Januarii, ac 3. Junii. Et cum pariter delirarent Veteres in Jove Olympico, & Brumalibus, hinc ad ſacra vertendo prophana, habes alia Themata, remiſſive die præcedenti, num. 1629. hodiernis accomodanda cœlicolis. Tandem felici omine factum fuit, vt *S. Catharina* anagrammatiſmo nuncupetur *Natis Chara*: fuit enim *Chara* nedum Deo, & Angelis, verùm & natis, ſeu hominibus: chara Angelis, *puritate*: chara Deo, *amore*: chara hominibus, *patrocinio, ſcientia, facundiaque cœlica*, qua & quinquaginta Philoſophos, Imperatricem, Porphirium, & milites plures Prætorianos lactavit in Chriſto, ac veluti ſplendidiſſima aſtra miſſit in Cœlum, quæ fulgebunt in firmamento Cœli in perpetuas æternitates. Hinc & ob lacteum ſermonem hujus ſacræ Heroinæ, & ob fontem lacteum ex ejus collo (cum decollata fuit) ſcaturientem, meritò adumbrata in via lactea, de qua ſic Ovidius:

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

Ovid. lib. 1. Metamor.

Eſt via ſublimis, Cœlo manifeſta ſereno,
Lactea *nomen habet*: *candore notabilis ipſo,*

Hæc

Hæc iter est superis, ad magni tecta tonantis.

De qua via plura tetigi die 22. Junii, vndè à num. 877. habes Themata per viam lacteam adaptanda S. Catharinæ.

1634 Dicitur *Catharina* à *Catha*, quòd est *vniversum*, & *ruina*: quasi *vniversalis ruina*: enim omne ædificium diaboli in ea vniversaliter corruit. Corruit in ea per *Humilitatem* ædificium superbiæ: per *Virginitatem*, quam illæsam servavit, corruit ædificium carnalis concupiscentiæ: per *Paupertatem* spiritus, qua omnia mundana despexit, corruit ædificium mundanæ ambitionis. Insuper *Catharina* dicitur, quasi *Cathenula*: enim sibi cathenam fecit constantem quatuor gradibus *Innocentiæ* operis: *Munditiæ* cordis: *Despectione* vanitatis: *Locutione* veritatis, qua in Cœlum conscendit.

Hist. Lomb. lect. 36.

11.

12.

Accipe omnia superius recensita de hac Beatissima Virgine, & Martyre, collecta in carmine sequen.

Catharina tuos perduxit Angelus artus in montem Sinay, *quos venerantur Arabs.*
Horum Hispania *partem à multis possidet annis; quamque* Leander *evans attulit ipse diu.*
Celebris inde dies per totam provsus Ibéram *indicitur festo, cultus ubique simul.*
Indigetes inter Divos quoque ponitur alma Virgo clarens, quorum pignora servat Iber.

DIES XXVI.

A.D. 330.

1635 Hic dies, qui & 6. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 3. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis num. 1628.

Dies 2. *Ludorum Sarmaticorum*, ex dictis die præcedenti num. 1631.

Dies Infaustus *Neroni* Imperatori: enim sibi ipsi necem intulit, vt nedum aliis, verùm & sibi ipsi foret crudelis. Quòd contigit anno salutis 72. Schotus refert hoc, ad diem 10. Junii. Ita Beyerline hoc die.

Dies Veteribus Romanis *Triumphalis*, & celebris, ob triumphum partum à *Servio Tulio* Romanorum Rege de *Hetruscis*, anno 182. conditæ Vrbis: qua pompa Vrbs maximis choreis exhilarata, æternumin posterum lætitiæ monumentum erigere decrevit. Ita Reusnerus in Diario Hist. fol. 174. Goltzius, Tamayus, & alii.

1636 Triumphis Veterum facti sunt multò pulchriores Triumphi nostratum, vti fuére *Petrus* Antistes Alexandrinus, qui & de Ario, ac Maximino Cæsare reportavit triumphum, omnibusque exornatus virtutibts, obtruncato capite complevit martyrium: ad quam lauream in eadem persecutione pervenerunt *Faustus*, *Midius*, *Amonius*, *Pachomius*, & *Theodorus* cum aliis *sexcentis sexaginta*. Cum iis, aliisque, ad gloriæ sempiternam requiem pervenére illustres præsules *Amator* Augustodunensis, & *Conradus* Constantiensis. Pro iis igitur triumphatoribus veris, adapta Veterum triumphos, classes, colores, & coronas: Vndè habes Themata hodiernis cœlicolis adaptanda, vt die 5. Januarii, & 3. Junii. Quòd si & Veteres delirabant in Brumalibus dicatis Baccho, habes supra die 5. Martii per Bacchi picturas, & attributa alia Christianizata Themata, hodiernis accommodanda cœlicolis.

Themata:
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

Quibus meritò adjungitur *S. Martyrianus* natione *Italus*, ex Vrbe *Florentia* in *Hetruria* oriundus, Episcopus *Albigaunensis*, qui ab ipsius Vrbis Duce Dœmonis impulsu, impetitus, ad martyrii palmam pervénit. Sed cum Cives *Florentini* S. Antistiti, & Martyri inclyto minimè debitum persolverent honorem, ille duobus juvenibus apparuit, quibus præcepit, vt *Corpus* suum tollerent, illudque in *Hispaniam* ad *Gotholanam* Provinciam perferrent, & in eo Oppido reponerent, vbi fons fœcundus supra illud perennibus vndis emanaret. Annuunt Juvenes, & acceptis pignoribus sacris, illa intra cavum ligneum absconduntt, & apud *Balneolos* Oppidum *Gerundensis* Diœcesis sistentes, cognitis signis, Abbati Cœnobii, *S. Stephani* sacrum Corpus obtulerunt, qui veritate intellecta, illud die 26. Novembris honorificè collocavit, & Capellam in loco vbi illud juvenes tradiderunt, extra Oppidi mœnia, devotissimè condidit, ibique religiosa veneratione colitur.

Martyrol. Hisp. hoc die.

Vincentius Domenec in Hist. SS. Cathal. lib. 1. fol. 112. Et alii apud Tamay.

DIES XXVII.

A.D. 331.

1637 Hic dies, qui & 5. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 4. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis num. 1628.

Dies 3. Ludorum *Sarmaticorum*, ex dictis die 25. hujus mensis.

Triumviri creati ad placandam Rem-

Digitized by Google

Rempublicam. M. Æmilius Lepidus, M. Antonius, & Cæsar Octavius, anno Vrbis 710. Ita Goltzius, & cum eo Beyerline.

Quo die Horatius Flaccus obiit, & Severus Imperator Eboraci in Britania mortuus. Ita cum Volaterrano, & Mariano Schoto Beyerline hoc die.

Arcana sacra. *Arcana sacra* agi solita Romæ in *foro Boario*. Horum causam præbuit effossio cadaverum Militum Græcorum ibidem conditorum, vt scribit Plutarchus in Vita Marcell. fol. 95. quem sequuntur Joannes Rosinus lib. 4 cap. 15. Tamayus hoc die, & alii. Et quamquam de iis sacris, alia non inveniam expressa: quæ in sacris Defunctorum agebant, vt retuli die 30. Januarii à num. 72. & in iis sacris acta opinamur. Addo præterea finxisse Gentiles *Deum Arculum*, quem existimarunt, (Gyraldo teste) præfectum *Arcarum*, & *Capsarum*.

Arculus. Gyrald. synt. 1. fol. 51.

Hinc ipso hoc die *Inferiæ* actæ in foro Boario Gallis, & Græcis Militum cadaveribus ibi defossis. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 619. Tamayus, & Masculus hoc die. Vide Originem in fine hujus diei.

Dies item *Triumphalis* 1 enim P. Ventidius, Nepos, Proconsul triumphavit de *Parthis*, & accolis montis Tauri. Ita Goltzius, & cum eo Masculus hoc die.

Inferia. 1638 Dixi quòd hoc die erant *Inferiæ actæ*. Fuerunt igitur *Inferia* sacra mortuorum, quæ Inferis solvebantur. Fuit igitur mos Veterum, vt in sepulchris virorum fortium necarentur captivi; quòd postquam crudele fuit visum, placuit, vt ante sepulchra gladiatores dimicarent, qui à bustis dicti fuerunt Bustuarii. Si autem non fuisset copia captivorum, aut gladiatorum, laniantes genas, suum effundebant sanguinem, vt sanguine ostenso inferis satisfieret. Quo facto cadavera comburebant, cinereseque; & ossa in vrna, aut arcula colligebantur ab amicis, & cognatis, ac aliis circunstantibus, qui à Sacerdote ter aspergebantur *aqua pura*, & ita expiabantur, sivè lustrabantur. Quo *cineres*, & *ossa* sepulchro inferebantur: ante erat *ara* constituta, & appellata *acerra*, in qua incendebant odores. Tunc, qui comitati erant funus, cum erant abituri domum, extremum *vale* alta voce pronunciabat Præfectus funeris, dicendo: *Licet*, ideſt, *ire licet*. Quo pronuntiato, omnes alta voce dicebant *vale, vale, vale*; nos, te ordine, quo natura permittit, sequemur. Peractis istis ad sepulchra; convivia domi apparabantur, ad quæ convocabantur amici, & cognati. Senibusque cœnam funebrem solebant exhibere, quam appellabant *Silicernium*, de quo jam egi. Hos, alioque ritus in iis *Inferiis* exequebantur, quos omnes eleganter descripsit Virgilius lib. 6. de Funere Mesceni sequentibus versibus.

Rosinus lib. 5. cap. 39.

Ritus.

Virgil. lib. 6. Æneid.

Nec minus interea Misenum in littore Teucri.
Flebant: & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tædis, & robore secto
Ingentem struxére pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt; decorantque super fulgentibus armis,
Pars calidos latices, & ahena vadantia flammis
Expediunt, corpùsque lavant frigentis, & vngunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasque super vestes, velamina nota,
Conjiciunt, pars ingenti subiére feretro
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Averse tenuére facem, congesta cremantur
Thurea *dona, dapes, fuso crateres* olivo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quievit:
Reliquias vino, & bibulam lavare favillam:
Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore *levi, & ramo felicis* olivæ:
Lustravitque viros, dixitque novissima verba:
At pius Æneas ingenti mole sepulchrum
Imponit, suaque arma *viro, remùmque, tubamque*
Montem sub ærio: qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.

Vide dicta die 30. Januarii à num. 172. vbi plura de sacris Defunctorum reperies.

Nostra-

Digitized by Google

1639 Nostrarum mors non eget Inferiis: quia inferuntur Cœlo. Merito igitur Inferiis Veterum opponimus

Martyrol. Rom. Martyr. Hispan.

nostratum triumphos, vt *Basilei*, præsulis, *Auxilii*, & *Saturnini* Antiochiæ laureatorum martyrio: ad quam palmam pervenit *Iacobus* nuncupatus Intercisus, qui sub barbaro Isdegerde quamplura passus tormenta, complevit, capite obtruncato, martyrium; quo tempore *innumeri* alii ibidem passi, nec tantum viri, verùm & *septem mulieres* ad ipsam pervenerunt laureolam in Armenia. Aptè iis associantur *Facundus*, & *Primitivus* fratres, S. Marcelli Martyris filii, passi apud fluvium Cæam, vrbem ejusdem nominis in Galletiam præter labentem, qui pro fidei constantia abiectis militaribus cingulis, ab Attico Judice comprehensi, & ixeratis suppliciis toleratis ad coronas martyrum oblatas ab Angelis feliciter cucurrerunt. His, aliisque meritò associatur re, & nomine *Maximus* Rhegiensis præsul. Pro iis Christianiza, & adapta, & triumphos Veterum, & Brumalia dicata Baccho, hujusque picturas, vt remissivè die præcedenti: Quòd si in sacris Defunctorum, ex dictis præfato die 30. Januarii in perticis oblongis gestabant *Arma*, *Vexilla*, *Coronas*; & hæc verte pro hodiernis cœlitibus, eos encomiando *Vexillatos* fidei trophæis, *Armatos* virtutibus, *Coronatos* gloria. Insuper si ex dictis ibidem Defunctus efferebatur *Ornatus* floribus, *Delibutus* vnguentis, *Circumdatus* purpura, *Accensis* lampadibus; & hæc Christianizando adapta Sanctis hodiernis, eos encomiando *Ornatos* floribus virtutum, *Delibutos* vnguentis exemplorum: *Accensos* facibus amoris Dei, & proximi. *Purpuratos* aut martyrio, aut flagranti charitate. Tandem & ex dictis ibidem *Ter claros* ipsos encomia, scilicet *Vita*, *Merito*, & *Gloria*. Pro quibus, ex ritibus, eum Virgilio relatis, plura alia, vertendo ad sacra, adaptare poteris. Tot sacra opponimus barbariei inferiarum, quarum ex Plutarcho, & Hospiniano Origo fuit: quia Romani audierunt Pletonesios immolasse Diis hominem. Quare & ipsi duos viros, totidem mulieres, alteros Græcos, alteras Gallas, in foro Boario vivos defodiebant; quòd quotannis fiebat hoc die.

Thema.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Plutarch. in qq. Roman. Hospin. de Fest. cap. 28.

DIES XXVIII.

1640 HIe dies, qui & 4. Kal. Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff. A. D. 332.

Dies *Ater*, & *Innominatus* ob eladem passam: quare actum vt quisque dies quartus ante Kalendas diceretur *Ater*, ex dictis cum Macrobio, & Masculo num. 49. die 26.

Dies 5. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis die 24. hujus mensis num. 1628.

Dies 4. quo agebant *Ludos Sarmaticos* extensos per dies *septem*, ex dictis num. 1631.

Quo die; & agebant *Ludos ob Natalem Neruæ* Imperatoris. Ita Hispinianus de Festis, cap. 24. fol. 135. & Roman tom. 2. lib. 10. cap. 8. fol. mihi 423.

Dies *Triumphalis* Romanis Veteribus: nam L. Æmilius Paulus Proconsul, *per triduum* triumphum egit, ob victoriam in Macedonia partam de Rege *Perseo*, anno C. V. 596. Ita Goltzius, & cum eo Beyerlinc hoc die.

Dies tandem à Veteribus Romanis dicatus *Semi-Deis*, & *Heroibus*, quibus litabant, & dicabant sacra. Ita Kal. Vetera cum quibus T. V. Humanæ, Masculus, & Tamayus hoc die. Existimarunt Veteres *Semi-Deos* fuisse animas cœlestes, sacrasque mentes procreatas sub humana effigie in commodum totius mundi. Hos opinarunt nec Deos, nec homines fuisse, sed vtrumque: quasi Semi-Deos, & Semi-Homines. Heroes enim variè fuerunt nuncupati, & à *terra*, quam *Heram* dixerunt Veteres: & à *Iunone* (quæ secundum Græcorum fabulas habuit filium *Heroem* dictum) dicta à juvando: vel ab *amore*: vel à *facunditate*: vel à *virtute*, eo scilicet quòd virtute essent præditi. Imo & Servius Heroes existimavit potestates supernas sese infusas corporibus, vt procrearentur Heroes, vt totum cum S. Augustino, & aliis tradit Gyraldus marginatus. De quibus alia vide die 2. Junii num. 781.

Heroes. Semi-Dei.

S. Aug. lib. 10. de Civ. cap. 21. Gyrald. synt. 2. fol. mihi 22.

1641 Hunc igitur diem, qui jam Ater, & Ægyptiacus à Veteribus habitus; jam ab ipsis inter Triumphales nuncupatus; sibi nostri fecerunt Faustissimum; in primis, ii, qui pro Religione strenuè decertarunt, & alacriter occubuerunt: vti *Rufus* martyr Christi, sub Diocletiano cum tota sua familia: *Sosthenis* discipulus Pauli, cujus mentionem fecit scribens ad Corinthios,

Martyrol. Rom. & Franciscan.

Digitized by Google

thios, acriterque verberatus, obiit laureatus: ad quam palmam pervenerunt illustres præsules *Papinianus*, & *Mansuetus* glorioso decorati martyrio, in Vvandalica persecutione, sub Genserico Ariano rege. Quo tempore & passi sunt illustres præsules, quorum sunt auspicata nomina, *Crescens*, *Cresconicus*, *Crescentianus*, *Felix*, *Florentianus*, & *Hortulanus*: enim Christiana Religio, veluti amœnissimus hortus irrigatus sudore, & sanguine, vt jacta pietatis semina, subitò, ac pulchrè erumpant in germina, pulchriori modo, quam in hortis natura. Sanguis igitur sacrorum martyrum pullulat martyriorum rosas, vbi fuère *Stephanus*, & alii cum sociis Monachis *trecenti triginta novem*, qui pro cultu SS. imaginum variis exeruciati suppliciis martyrium consummarunt. Quibus ad gloriæ coronam apté associantur Gregorius III. Pontifex Max. cultus sacrarum Imaginum propugnator acerrimus, sanctitate præclarus: & *Iacobus à Marchia*, ex Minoritico cœtu, qui altissima paupertate, charitate, vitæ austeritate, atque in Deum, & homines pietate præditus; virginitatem illibatam perpetuo servavit: suisferventissimis concionibus infidelium ingentem multitudinem hæreticorum, & Schismaticorum convertit: spiritu prophetico repletus: miraculis in vita, & post mortem propé innumeris clarus, inter Beatos relatus ab Vrbano Papa VIII. an. 1624. Bis in aëre apparuit an. 1631. Vrbem Neapolitanam protegens suo patrocinio ab instanti incendio montis Vesuvii, nimio furore evomentis voraces ignes à die 15. ad 21. Novembris. Cujus magni viri præconia præclaro carmine Sannazar sic cecinit:

Sancte senex, quem nec sceleris contagia nostri
Nec pessum vitiis sæcla dedère suis.
Æquasti magnos, qui paupertate triumphos:
Tantus amor niveæ simplicitatis erat,
Sylva sedes, mollis, viridique è cespite lectus:
Explebant mensas amnis, & herbæ tuas.

Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus adapta veterum Triumphos, Classes, Colores, & Coronas, vt die 5. Januarii, & 3. Junii: vnde habes Themata, pro hodiernis encomiandis Sanctis. Tum & adapta Brumalia, seu Ambrosiana dicata Baccho: quare per hujus picturas, & attributa christianizata habes Themata die 5. Martii, hodiernis adaptanda cœlicolis. Quòd si & delirabant in suis Inferiis actis pro Defunctis, & per horum attributa, ac ritus habes alia Christianizata Themata num. 1639. Tandem si in Heroibus hoc die delirabant, quos Semi-Deos putarunt, ac supernas virtutes, dictos à *Virtute*, ab *Amore*, à *Facundia*, & à *Iuvando*; non exhibendus est honor fabulosis Heroibus Gentilium, sed cœlicolis hodiernis, qui tametsi puri homines, divinitatem attigerunt, quantum fas est homini, per participationem scilicet, & per gratiam facti consortes divinæ naturæ: quia gratia, & virtute maximé excelluerunt. Hinc verò Heroes censendi sunt, qui rebus præclarissimè gestis, & pugnis pro christiana Religione fuerunt insignes: quare hos Mysticos Heroes, Lauda, quia *Virtuosos* virtutibus christianis: *Amantes* Deum, & proximum: *Facundos* in tuenda religione, evertendo vitia, & convertendo ad Deum peccatores: *Iuvantes* clientes suos patrocinio.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

DIES XXIX.

1642 Hic dies, qui & 3. Kal. Decembris, *Comitialis* notatur in Kal Maffeiano. A. D. 333.

Dies 6. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis die 24. hujus mensis num, 1628.

Dies 5. quo agebant *Ludos Sarmaticos*, extensos *per dies septem*, ex dictis num. 1621.

Dies 2. quo continuabant *Triumphum* Æmilii Pauli, reportatum de Rege *Perseo*, ex dictis die præcedenti.

Quo die Tolosates Gentiles Idòlis immolabant *Taurum* in Capitolio Tolosæ extructo, quòd respuens S. Saturninus, à summa Capitolii arce præcipitatus martyr occubuit. Ita Acta S. Saturnini apud Tamayum hoc die.

Dies sacratus, & *Soli*; & *Laribus* Præstitibus, ex dictis supra num. 49. in fine, ac die 1. Maii num. 601.

1643 Spectaculis Veterum meritò opponimus nostratum veré veneranda spectacula, pro Christo, & Religione exhibita: vti fecère duo *Saturnini*, alter *Senex* nuncupatus, sub Maximiano principe, cum *Sicinio* diacono passus Romæ dira tormenta, postque truncato capite, complevit martyrium: alter Tolosanus præsul, qui prædicatione, & prodigiis *quadraginta millia* Martirol. Rom. & Hispan.

Gen-

Digitized by Google

Gentilium convertit ad Christum. Toloſæ in loco dicto Capitolio, Romano ſimili, muta fecit Deorum ſimulachra Apollinis, Mercurii, aliorumque falſorum Deorum; quare à Paganis tentus, & à ſumma Capitolii arce per omnes gradus præcipitatus, capite colliſo, exciſſoque cerebro, & toto corpore dilaniato, glorioſum complevit martyrium; quod miro quidem ordine retexitur in Hymno ſeq.

Tamayus hoc die ex Breviar. Iſidoriano.

Vocis audita novitas reſulſit,
Regis adventum retinens ſuperni,
Det ſuos terra pariendo flores
Iure Colonis.
Irriguis ſepta ſpatiis Toloſa
Flagret accenſa fidei calore,
Quæ Saturnino, *reboante Chriſto,*
Martyre fulget.
Dogmate cujus ſimulachra cadunt;
Cujus acceſſu reticère diſcunt
Dæmonum umbræ, dominantis ora
Voce ſopita.
Hic Dei Patris Genitum colendum
Prædicans voce, ſimul & cruore,
Vincitur Tauri pedibus litandus
Victima Chriſto.
Hujus inlaſi cineres dicato
Rite transferri tumulo merentur,
Quo fides cultu, geminique honoris
Aucta maneret.
Inde te Chriſte veniens rogamus;
Mitis apparens veniendo juſtis,
Noſque victorum ſocians coruſcis;
Junge colonis, &c.

Ad palmam martyrii *S. Saturnini*, aliorumque hodiernorum martyrum pervenère quoque treceuti ſeptuaginta quinque cum ſuo Duce *Paramone*, & ad chorum virginum ſe adjungit *Illuminata*. Pro quibus omnibus Cœlitibus verte ad ſacra, & triumphos veterum, ac ipſorum feſta Brumalia, ſeu Ambroſiana, vt præcedenti die num. 1641. Vnde habes pro hodiernis cœlitibus Thema. Quibus per ſolem, & Lares alia adaptare poteris, ex dictis ſupra.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

DIES XXX.

A.D. 334.

1644 HIc dies, qui & pridie Kal. Decembris, Comitialis notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 7. *Brumaliorum*, ſeu *Ambroſiarum*, ex dictis die 24. hujus menſis num. 1628.

Dies 6. quo agebant *Ludos Sarmaticos* extenſos per ſeptem dies ex dictis num. 1631.

Dies 3. quo terminabant *Triumphum* Æmilii Pauli, reportatum de Theſeo, ex dictis die 28. hujus menſis.

Quo die Græca juventus agebat *Ludos Olympicos*, *curſu*, *ſaltu*; & *Diſco*, quos per *quinque* dies extendebat, ex dictis cum Cæſare Calà num. 49. die 30.

Dies à Græcis ſacratus *Demetrio* Duci, qui illos à ſervitute Macedonica liberaverat: quare celebri apparatu ipſi dicabant vltimum diem cujuſvis menſis, vt inquit Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 24. & Maſculus in Faſtis die 31. Julii.

Quamquam Roman ſua in Republica Gentilica tom. 2. lib. 2. cap. 18. vbi per diarium agit de Feſtis Gentilium, nulnum in hoc menſe adducat: at nos invenimus tot relata feſta, & ſacra *Caco Demonibus* à ſtulta, cæcaque gentilitate dicata: quæ jam penitus ab olevit *Noſtra Sancta Mater Eccleſia* fidei veritate munita, conſtituens in primo die hujus menſis cultum debitum *SS. Trinitati*, *Chriſto*, *Mariæ*, *Angelis*, & *Sanctis omnibus* cum Chriſto in Cœlo regnantibus, & *Pantheon* Romanum, quò omnis Deorum caterva colebatur, purgavit, & Divis omnibus ſacravit, vt jam die 1. hujus menſis diximus.

Tamay. hoc die. Durand. in Rat. lib. 7. cap. 34.

1645 Diximus, quòd Athenienſes vltimum cujuſvis menſis diem dicarunt Demetrio Duci forti, qui Athenienſes liberaverat à ſervitute Macedonica. At Chriſtiana Religio hodiernum dicat diem magno Religionis Duci *Andreæ* Apoſtolo, qui barbaras gentes præcipuè Thracias, & Scythias à communi, & immaniſſimi hoſtis tyrannide liberavit, ſub Ægèa variè cæſus, ſuſpenſus in cruce ad arborem olivæ, circundatus ibi fuit magno ſplendore de Cœlo deſcendente, complevit martyrium: ad quam palmam, inter alios, pervenère, & *Caſtulus*, & *Maura*, ac *Juſtina* virgines: quibus apté ſe jungit *Conſtantius*, qui conſtanter Pelagianis ſe oppoſuit. Pro iis igitur hodiernis cœlitibus, verte ad ſacra, & Triumphos, colores, claſſes, & coronas veterum, & Brumalia, ſeu Ambroſiana, vt ſupra num. 1641. vnde habes Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & per Ludos Olympicos, vt die 10. Januarii num. 105. ac die 30. Julii à num. 1058. Tum & per Demetrium Antigoni filium, quem ita decorarunt, vt ejus cineres in *aurea* vrna collocarent, ipſique Athenienſes erigerent

Martyrol. Rom. Baron. hic.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

Digitized by Google

Demetrius. Plut. in Vita *Demetrii.* Mascul. in Fast. die 31. Iulii.

tot statuas, quot anni dies; eo quòd magnus Dux ipsos liberaverat à servitute Macedonica: quem, ex Plutarcho, pinxerunt *Egregium* forma, *Insignem* terrore in adversarios, *Excelentissimum* in rebus agendis, *Illustratum* vultu splendenti, regiaque dignitate, vt tradit Plutarchus marginatus. Hæc christianiza, & verte pro Sancto Andrea Apostolo, quem encomia *Magnum* Ducem Religionis: *Egregium* forma virtutum: *Insignem* terrore in inimicos Christi: *Illustratum* splendore de Cœlo descendente, & S. Apostolum in cruce pendentem circundante. Redeundo autem ad *S. Iustinam* Virginem, martyremque Carmenensem; en ejus acta adducta à Dextro, ac Iuliano Archi-Presbytero Toletano in Carmine sequenti:

Pictura.

8.

Flau. Dextr. in Chron. an. 285. num. 4. Iulianus & alii.

Iustina *hac theca tumulatur virgo Beata,*
Carmeniæ *Civis, Martyr & ipsa simul.*
Vixque Diocles *erat positus in virtute Regni*
Orbis Romani, cum quoque Virgo cadit.
Mittere primitias docuit, tunc temporis, illa
Martyres Hispanos, *quos amor unus egit.*
Corporis exuvias Paulatus *Præsul honeste*
Colligit, & condens marmore, viva cluit.

Qui alia scire cupiat de hac sanctissima virgine, Illustrissimaque Martyre Hispana, videat Tamayum hoc die pag. 300. & 301. vbi ejus acta breviter compaginat, eruditèque.

Tamayus tom. 6 die 30. Novembris.

DECEMBER.

Anglicus lib. 9. cap. 9. Rosin. lib. 4. cap. 16. Tamay. & Masc. hic.

1646 PERVENIMVS jam ad vltimum anni Mensem, *Decembrem* nuncupatum: quia decimum à Martio, à quo sumebant anni initium. At Plutarchus in quæst. Roman. quæst. 19. ex aliorum sententia hujus mensis etymologiam accipit, non à *decimo* mense: quasi annus XII. Mensibus à Martio constaret, & hic fuisset *decimus*, sed quia vltimus Mensis anni; eo quòd annus *decem* tantum haberet Menses. Quòd tamen, & ipse Plutarchus reprobat. Sed vti dixi tom. 1. Romani aliquando ex Romuli institutione annum habuerunt decem Mensium, cujus anni distributio adducitur in hoc tomo num. 21. Hic mensis semper nuncupatus fuit *December*, præterquam tempore Imperatoris *Commodi*, cujus ævo, ipse *Amazonius* nuncupatus, vt adularent Imperatori, eo quòd Martiam concubinam diligeret, & haberet depictam veste Amazonica: qua de causa, & ipse Imperator indueret vestem more *Amazonum*.

1647 Mensis iste vario dierum calculo fuit ampliatus, aut diminutus diversis temporibus: nam Per Romulum habuit dies 29. Per Julium Cæsarem 31. quos adhuc retinet. Fuit hic mensis sub Tutela *Vestæ*, vt supra dixi, & tradunt Kalend. Rusticum citatus, & alii, & ex Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 7. Sacratus December *Saturno*. Qui Mensis pingebatur: tamquam *Carnifex, qui cum securi mactat porcum*, vt tradit citatus Anglicus. Pictura.

1648 Varia fuerunt hujus Mensis nomina: ab Hebræis fuit dictus *Caslew*, aut *Cislew*: à Syriis *Canum*: ab Ægyptiis *Tybi*; ad Abyssinis *Chiah*: ab Athenensibus *Posideon*: à Macedonibus, & Græcis *Apellæus*: à Cypris *Archierens*: ab Arabibus, & Saracenis *Dulhagia*: à Latinis *December*: ab Italis *Decembre*: ab Hispanis *Deciembre*, & aliis Nationibus alia indita fuère huic Mensi nomina, quæ omittimus, ne prolixam subjungamus periodum.

1649 Hujus Mensis Opera, & officia, quibus ad vitæ hujusmodi solatium vtebantur prisci illi antiqui Philosophi, descripsit Ausonius Gallus *Edyl.* 20. hisce carminibus:

Annua sulcatæ conjecta, & semina terræ
Pascit Hyems: Pluvio de Iove cuncta madent.
Aurea nunc revocet Saturni festa December:
Nunc tibi cum Domino ludere Verna licet.

Pergimus nunc ad fastos, & festa Romanorum: Ægyptiorum, Græcorum, aliorumque Gentilium, quæ in hoc agebant Mense, vt fastis Gentilium opponamus nostratum sacra Christianorum Fasta, & sic absolvemus propositum.

DIES

DIES I.

A.D. 335. 1650 HIc dies, qui & Kalend. Decembris, *Nefastus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 8. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis die 24. Novembris num. 1628.

Dies 7. & vltimus *Ludorum Sarmaticorum*, ex dictis num. 1631.

Quo die Festum dicatum *Fortunæ Muliebri* quoniam bellum eo die sublatum. Ita Rosinus in Kal. & lib. 4. cap. 4. & cap. 16. Gyraldus de Mensibus fol. mihi 620. & alii. Quod festum sublato bello translatum ad Pridie Nonas Quintilis, vt ibi dixi.

Festum. *Fortunæ.*

Apud Græcos hoc die *Possidoneæ* festa peragebantur: quibus certamen *Palladis, & Neptuni* agitatū de regione Trezeniorum: repræsentatum variis formulis, & mysteriis gentilibus, vt populis levamen, & civibus delectamentum pareret; à quo certamine hæc sacra *Possidoneas* nuncupata. Ita Gyraldus de Mensibus citatus, & de Diis Gent. Synt. 5. Rosinus lib. 4. cap. 4. Tamayus, & alii hoc die.

Possidoneæ.

Quo die *Dedicatio Templi Herculis.* Ita Victoria Minotita in Theatro Deor. tom. 2. à fol. 209.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, ex dictis die præcedenti, & cum Cæsare Calà num. 49. die 30.

Dies *Triumphalis* ob navalem victoriam, de *Perseo* Rege Macedonum, repostatam per Cn. Octavium Propr. Ita Theat. Vitæ Hum. & Masculus hoc die.

A

Quo die *Senatus legitimus* Romæ, Decreto August. Ita Tranquillus in Augustum, & cum eo Bungius de Numeris fol. 84.

Dies tandem dicatus *Iutoni*, *Iano*, *Apollini*, *Vati familiari*, & *Omnibus Diis*, ex dictis supra cum pluribus Authoribus num. 49. die 1.

Festum. *Fortunæ.*

1651 Dixi, quòd hoc die erat Festum *Fortunæ Muliebri* dicatum, cui Mulieres sacra dicabant. Fuit hujus festi Origo: quia, ex Senatus consulto, *Valeriæ* sanctæ creatæ prima Sacerdotissa ejus Deæ, & legatione mulierum facta fuit ad *Coriolanum*: quare & matri ejus persuasit, vt profectioni ejus interesse vellet: ea autem præeunte, primum sacrificium mulieres peregerunt pro populo, in *ara recens* facta in Fano; priusquam absolverentur Templum, aut Dea simulachrum. Factumque fuit hoc

Origo.

Dion. Halic. l. 8. Rosinus lib. 4. cap. 16.

festum, & sacrificium Kalendis Decembris: quoniam hoc die bellum fuit finitum. Anno verò sequenti hoc festum fuit translatum, aut ad pridie Nonas Quintiles, aut ad pridie Idus: juxta varios authores (vt illis diebus dixi) quia tunc Templum Fortunæ dicatum, & consummatum.

1652 Hic igitur dies, jam Nefastus, jam festus, & Triumphalis veteribus Romanis, novæ Romæ verè Triumphalis, lucidus, & candidus: enim Romanam Vrbem suo cruore decorarunt *Dindorus* Presbyter cum *Mariano*, & aliis pluribus, qui sub Numeriano passi, illustrem triumphum de impietate reportarunt: quem pariter triumphum egerunt *Lucius*, & *Candida* cum sociis, in eadem Vrbe, quam & suo cruore, pro Christo effuso decorarunt, & sunt adepti lauream martyrii: ad quam palmam pervenit vir consularis *Olympias*, qui spreta consulari toga, Christum induens, sub Diocletiano tortus, martyrium in equuleo consummavit, ad quam palmam plures alii pervenère: quibus aptè associantur ad gloriæ coronam illustres præsules, inter quos, *Eligius*, admiranda multitudine signorum clarus; qui omnes cum *Natalia* Hadriani martyris vxore in cœlis nasci meruerunt. Pro iis igitur adaptare poteris Themata, vt remissivè die præcedenti, per veterum Triumphos, Brumalia, seu Ambrosiana, Ludosque Olympicos. Tum quia, delirabant Gentiles in Fortuna, per hujus cognomina, & picturam ad sacra versa habes supra die 15. Maii, à num. 729. & die 11. Junii num. 828. Themata alia, hodiernis adaptanda cœlicolis.

Martyrol. Rom.

Themata
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.

DIES II.

A.D. 336. 1653 HIc dies, qui & postridie Kal. Decembris *Ater*, *Ominosus*, ac *Infaustus* à veteribus Romanis putatus, propter eladem Alienſem passam postridie Kal. &c. ex dictis cum Alex. & Bungio num. 49. die 2. Macrob. & Tamayus hic.

Dies 9. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis die 24. Novembris num. 1628.

Dies 3. *Ludorum Olimpicorum* actorum à Græca juventute, ex dictis die 30. Novembris.

Dies dicatus *Semi-Deis*, ac vatonibus *Heroicis*, ex dictis cum Roman num. 49. die 2.

Digitized by Google

Dies item Diis manibus dicatus, ex dictis citato numero, & die.

In Vetusto Kalendario Astronomico, notatur hoc die *Canis occasus*, apud Reusnerum, & ex eo Tamayus hoc die, qui cum Manilio lib. 1. Astronom. sequentes adducit versus:

Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
Quâ nullum terris violentius advenit Astrum.
Nec gravius cedit, nec horrens frigore, surgit:
Sic in vtrumque movet mundum, & contraria reddit.

Hoc est cum oritur præ nimio calore, cum occidit præ nimio frigore, vt interpretatur Josephus Scaliger in *Notat. ad Manil.* fol. 56. Vide dicta de Canicula die 16. Julii, ac ejusdem mensis die 25. num. 1040.

1654 Hunc igitur diem, quem Atrum putavére Gentiles, ex atro, aureum certè, purpureumque, & clarissimum sibi factum à nostratibus reperies: enim *Petrus Chrysologus* Episcopus Ravennatis, & moribus, & dicendi lepore verè aureus: aptè Chrysologo associatur, & quidem cum martyrii laurea, *Maximus* cum sociis, & sociabus, vt *Adria, Paulina, Maria, Martana*, & cum nominis omine *Aurelia*: quæ suo cruore, sub Valeriano pro Christo effuso, Romanam decorarunt Vrbem, vti & *Bibiana*, sub Juliano sacrilego Imperatore passa, quæ meritò sibi fecit purpureum præsentem diem: vt & sibi fecère *Severus, Securus, Ianuarius*, & *Victorinus*, cum quibus, & aliis *S. Franciscus Xaverius* Indiarum Apostolus, zelo Dei plenus, charitate in proximos imbutus, miraculis vivens, & mortuus illustris è Societate militante ad Societatem Jesu triumphantem translatus glorioso fine quievit: postquam novum orbem terræ, Romæ subdidit, ac de Diis gentium stragem fecit. Cujus Sancti præclara facinora P. Emanuel Pimenta his XIV. carminibus intercludit, sic: Martyrol. Rom. & Hispan.

Non tam dissimiles Protheus geris ore figuras,
Quam varius vitæ monstrat imago tuæ.
Inter convivas lautus conviva recumbis:
Cumque agro ægrotas, cumque dolente doles.
Oceano nunta Numinam experiuntur in alto:
Sæpe vndis visus: sæpe futura canis:
Tot tibi sunt linguæ, quot adis nova Regna per Ortus:
Tot tibi sunt mores, quot nova Regna subis.
Imperiosus agis funestam abscedere mortem:
Et sequeris famulus terga fugacis equi
Non te tam variam facit inconstantia: constans
Te pietas varium, propositumque facit.
Omnibus æquaris: sibi nemo; tu potes vnus
Omnibus assimilis vivere; Nemo tibi.

1655 Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis adapta, vertendo ad sacra, Brumalia, seu Ambrosiana, vt remissivè die 24. Novembris n. 1629. in fine: vndè habes (per Bacchi picturam, & attributa, cui dicata Brumalia) Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis. Tum & per Ludos Olympicos, vt die 10. Januarii, ac 30. Julii. Per Heroes, vt die 28. Novembris in fine. Per Caniculam stellam clarissimam, & ferventissimam in medio centro Cœli, vt die 16. Julii. Vndè habes pulcherrima Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis, & præcipuè Sancto Xaverio, qui etsi 4. Nonas Decembris obdormierit in Domino, ejus tamen festum jussu Alexandri Septimi die seq. celebratur. Themat. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

DIES III.

1656 Hoc die, & 3. Nonas Decembris nuncupato, *Senatus legitimus Romæ*. Ita cum Kal. Rom. Beyerlinc hoc die. A. D. 337.

Dies 10. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis die 24. Novembris num. 1628.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, *Cursu, Saltu*, & *Disco*, ex die 30. Novembris dictis.

Dies ab Ægypciis dicatus *Minervæ*, ex dictis cum Pierio Valeriano num. 49. die 3. Quo die mos fuit Romanorum *Nundinas* facere, vt ibidem dixi cum Alex. ab Alex.

Dies item Celebris, & *Triumphalis* Romæ, ob Triumphum à Q. *Marcio* Proconsule reportatum de Liguribus, anno vrbis conditæ 636. Ita Reusnerus in Diario fol. 180. & cum eo Tamayus, & Masculus hoc die.

Dies tandem dicatus *Soli*, & *Temporibus*, ex dictis num. 49. in fine.

1657 Hodiernæ celebritati Vetustis

Martyrol. Rom.

rio Romæ ob triumphum Marci Proconsulis, opponimus veros, gloriososque triumphos nostratum: ex his, ipsam Romanam Vibem, suo decorarunt præclaro martyrio, *Claudius* tribunus, & vxor ejus *Hilaria*, cum filiis *Iasone*, & *Mauro*, ac *Septuaginta* militibus, qui omnes, de impietate Numeriani Cæsaris gloriosum reportarunt pro Christo triumphum. *Mauri* corpus requiescit Valentiæ, vbi hæc scribo, in Collegio Corporis Christi. Triumpharunt, & hoc die in Mauritania *Cassianus*: in Africa *Claudius* cum sociis; quibus in Africa aptè cum aliis associatur *Victor*. Hunc & Veterum triumphalem diem, verè sibi triumphalem, & lucidem fecit *Lucius*, primus Britannorum Regum susceptor fidei Christi, tempore Eleutherii Papæ. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus adapta triumphos Veterum, classes, colores, & coronas, vt die 5. Januarii, & 3. Junii: vnde habes Themata, pro hodiernis encomiandis Sanctis. Tum & adapta Brumalia, seu Ambrosiana dicata Baccho: quare per hujus pictaras, & attributa, ad sacra versa, habes die 5. Martii Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Tum & per Ludos Olympicos, vt die 10. Januarii num. 105. ac die 30. Julii num. 1059. Tandem per Solem, & Lares, plura alia habes supra Themata vertenda ad sacra, & hodiernis adaptanda cœlicolis, die 12. Januarii, num. 116. ac die 26. Martii num. 481.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

DIES IV.

A.D. 338. 1658 Hic dies, qui & Pridie Nonas Decembris, dies 11. *Brumaliorum*, seu *Ambrosianorum*, ex dictis die 24. Novembris num. 1628.

Dies 5. & vltimus *Ludorum Olympicorum*, ex dictis die 30. Novembris.

Quartum diem cujusvis mensis sacrabant *Mercurio*, vt dixi num. 49. die 4. cum Roman, & Bungio. Ac hunc 4. diem Decembris dicebant *Mercurio Quadrato*. Ita Tamayus, & Masculus, hoc die.

Tamay. hoc die.

Quem & dicebant *Soli*, & *Laribus*, ex dictis citato num. 49. in fine.

Mercurius Quadratus. Macrob. 1. Sat. cap. 19. Cartar. fol. 217. Alex. ab Alex. lib. 6.

1659 Dixi, quòd hoc die colebant Gentiles *Mercurium Quadratum*. Plura dixi de Mercurio die 4. Januarii, & 4. die Augusti. Nunc autem de *Mercurio Quadrato* agemus. Hunc Mercurium *Solem* esse putarunt, *Datorem* legum, & literarum Ægyptiis, à quibus *Thoit*, vel *Theut* nuncupatum, quem, & opinarunt inventorem *Musicæ*, *Geometriæ*, ac *Palæstræ*, authorem, que *Artium* omnium: quam in *gymnasiis* quadratam statuam ei ponebant; imò & ante *januas* domorum privatarum, quadratas Mercurii statuas collocabant, vt cum Suida memorat Cartarius maiginatus. Huns *Quadratum Mercurium* variè effingebant. Primò Græci, figura *sulo capite insigurita*, vt citatus adfert Macrobius. Sed quare? Vt sic significarent *Solem mundi esse caput, & rerum satorem, omnemque vim ejus non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cujus sedes in capite est*, ait citatus Macrobius, explicans: quare *Mercurius* putatus *Sol*, solo capite fingebatur. Hinc & quia Mercurius putabatur à Gentilibus Deus sermonis, & scientiæ inde *sine manibus* eum effingebant: vt significarent, quòd sapiens, & doctus sermo, sine manibus, omnia illustrat, conficit. Ex hac ratione dignoscitur consuetudo illa Priscorum Gentilium, qui statuam *Mercurii* effigiabant in triviis truncam, quam Andreas Alciatus depixit super acervum lapidum hisce versibus:

Pictura. 1.

In Trivio mons est lapidum: superemineat illis
Trunca *Dei effigies, pectore facta tenus.*
Mercurii est igitur tumulus. Suspende viator
Serta Deo, rectumque tibi monstret iter.

Cum igitur hæc *trunca* Mercurii effigies fuisset in Triviis appositа ad demonstrandam viatoribus viam, & doctrinam, hinc prisci illi Gentiles, eam effingebant truncam, & sine manibus: propter rationem recensitam, scilicet: quia doctus, & magister, solo luculento eloquio docet ignorantes, sine manibus. Ipsamque effigiem *super quadratum lapidem* collocabant, ob *constantiam*, & firmitatem sermonis indicandam.

2. 1680 Secundò effingebant Mercurium: *Iuvenem formosum, compium* specie quadam, *vultu hilari, acribus oculis*, in basi *quadrata*, quæ est figura stabilitatis, & firmitatis. Hinc & Mercurium effingebant supra quadratum marmor (ait citatus Macrobius) *quia hic numerus significat eosdem plagas mundi, vel quatuor vices temporum, quibus annus includitur; vel à duobus æqui-*

noctiis

noctiis, & duobus Solstitiis ipsius anni. Hæc Macrobius citat. 1. Saturnalium, cap. 19. explicans præfatam picturam, & putans *Solem* esse *Mercurium*, cui *quadrato*, hoc die sacra dicabant solemni pompa, vt hoc die Tamayus advertit cum Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18. & Masculo in Fastis hoc die.

1661 Tertiò ipsum quadratum Mercurium sic effingebant: *Basim quadratam*, finientem *humeris* aliqualiter *discoopertis*, aliqualiter *coopertis* palio; *collo*, & *capite galea* cooperto. & è galea procedentes duas *alas*: quam collocabant statuam, & in *gymnasiis*, & ante *januas* domorum. Quæ statua dicebatur *Hermæ*; quia *Mercurius* nuncupatus fuit *Hermes*, idest, *Ter Maximus*, quòd loqui excogitaverit, & machinatus sit, (ait Plato in Cratylo). Has Mercurii picturas adfert Cartarius citatus, apud quem plura vide de Mercurio, putato filio Jovis, genito ex Maia filia Atlantis. Qui Mercurius habitus fuit Deus sermonis & facundiæ: dictus *Mercurius*, quasi medius inter homines currens: habitus *nuntius* Deorum, & *præco* ad homines: dictus Deus Oratorum, mercatorum, negotiorum, & palestræ, viarum, & itinerum *Dux*: vocatus Jovis *Angelus* ab Orpheo: *Quæstor animarum* à Laertio: *Legifer*, & *Dator gratiæ* à Nomio, vt omnia marginati tradunt.

Alap. in Act. Apost. cap. 14. v. 11. S. Aug. lib. 7. Civ. cap. 14. Gyrald. synt. 9. Pier. lib. 33.

1662 Hoc igitur die, Græca juventus se exercebat in Ludis Olympicis, vt victores honorarentur triumpho, coronarentur Oleastro, & olea: At Ludis Græcorum opponimus Ludos nostratum, qui tanta fuere roborati gratia, vt velut ludendo devincerent vitia, tyrannos, & tormenta: vti fecere *Theephanes* cum *Sociis*, Constantinopoli passi, & coronati martyrio, ad quam lauream, sub Trajano pervenit *Apollinaris* Hispanus Calabrensis in Lusitania, variis cruciaminibus expositus, tandem per crucem completo martyrio coronatus: cujus acta hocce vetustum Epigramma continet:

Martyrol. Rom. Hispan. & alii.

Continet hæc & Apollinaris martyris urna,
Pignora grata Deo, & venerata diu.
Hic Calabrensis erat Civis, qua parte per æstus
Durius Amnensis fructificatque suos.
Pro fide martyrium complevit verbere, flagris,
Inque crucem expositus, sic coronatus abit.
Impia Trajano lues imperante perurens
Christicolas, Sanctum occidit ecce Virum,
Quarta Decembris die Martyr limina Cœli
Ingreditur, linquens pignora sacra suis.

Ad ipsam martyrii lauream pervenit Nicomediensis virgo *Barbara* in turrim inclusa Deorum simulachra inde dejecit, crucis signum impressit in marmore; saxum se aperiens eam excepit ad tutelam, post dira tormenta, gladio consummavit martyrium: pater impius ictus fuit fulmine. Iis igitur, aliisque martyribus meritò ad coronam gloriæ se adjungunt illustres præsules *Meletius*, *Osmundus*, & alii, cum quibus ad felicitatem gloriæ, cum nominis omine *Felix* Episcopus Bononiensis. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus adapta Triumphos Veterum, Brumalia, seu Ambrosiana, Ludos Olympicos, Solem, & Lares: per quæ Christianizata, & ad sacra versa, plura habes Themata, remissivè, die præcedenti num. 1657. quæ hodiernis cœlicolis adaptare poteris. Dictis adde plura alia Themata, quæ per Mercurium hodiernis Sanctis adaptare poteris, ex dictis die 4. Augusti. Verto calamum speciatim ad *S. Barbaram*, sic sortitam nomen à devicta barbarie; procaces enim Deos perdidit, in qua plus ornamentum invenit nova Roma, quam vetus suis in barbaricis spoliis. Quòd si in Mercurio hoc die delirabant Veteres, cui statuas dicabant *Hermas* nuncupatas, à quibus Ethnicis nuncupabatur Mercurius *Hermes*, *Trismegistus*, seu *Ter Maximus*, verte ad *S. Barbaræ* elogium, eam encomiando verè Trismegistam, & *Ter Maximam*, scilicet *Puritate*, *Doctrina*, *Constantia*. Ter inquam *Maxima*, vt *Fax* fidei, vt *Sal* prudentiæ, vt *Sol* Ecclesiæ. Ter tandem *Maxima* (vt plura omittam) cincta, laureataque tribus sertis, *Virginitatis*, *Doctricis*, seu *Ductricis*, & Martyrii. Etsi suum fallacem Mercurium nuncuparunt Gentiles Angelum, Nuncium, Ducem, Quæstorem animarum, & Datorem gratiæ: verte hæc ad tantam Heroinam *Barbaram*, eam encomiando *Angelicam* puritate: *Nunciam* Christianæ fidei: *Ductricem* ad Christum: *Quæstricem* animarum, & *Datricem* gratiæ, seu patrocinii suis verè devotis.

Thema 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Mascul. hoc die fol. mihi 586.

11. 12. 13.

DIES

DIES V.

A. D. 339. 1663 Hic dies, qui & Nonis Decembris *Faustus* notatur in Kal. Maff.

Dies 12. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano, & aliis die 24. Novembris num. 1628.

Dies item nedum *Faustus*, sed & *Feriatus*, ac agendis rebus *Felix* habitus, ex Macrobio, & Bungio. Quo & die sacrificabant *Lari familiari*, ex dictis supra num. 49. die 5.

Faunalia. Faunus. Dies olim Romæ solemnis, ob *Faunalia* sacra, quibus *Faunis*, *Sylvanis*, ac cœteris sylvarum Numinibus, hædo, & vino in pratis, montibus, & sylvis extra vrbium, & populorum commercia libabant, & litabant, in quo festo saltitabant agrestes. Cujus ritu hunc Deum sibi reconciliandum putabant. Existimabant enim Faunum habere vim magnam ad nocendum pueris, & agrestibus. Quem fabularunt solo aspectu occidisse simul *novem* homines in agro, in quo se præbuit ipsis videndum. Habuit hic Deus bina templa Romæ, vnum in Insula Tiberina, in quo ipsi dicabant sacrum annuum Idibus Februarii. Alterum in monte Cœlio, circularis formæ, pluribus adornatum columnis, in quo hoc die de hœdo, & vino rem sacram faciebant. Hujus solemnitatis ritum, sequenti hymno comprehendit Horatius citatus, & cum ipso Hospinianus, & Tamayus.

Hospin. de Fest. cap. 30. Tamay. hoc die. Rosin. lib. 4. cap. 16. Horat. lib. 3. Carm. Ode 18. Fabula. Templa. Ritus.

Faune *Nympharum fugientum amator,*
Per meos fineis, & aprica rura
Lenis incedas, abeasque parvis
Æquus alumnis.
Si tener pleno cadit hœdus Anno,
Larga nec desunt Veneris sodali
Vina cratera: vetus Ara multo
Fumat odore:
Ludit herboso pecus omne campo,
Cum tibi Nonæ *redeunt* Decembres:
Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus,
Inter audaces lupus errat agnos;
Spargit agrestes tibi sylva frondes,
Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

Quibus verbis instruimur, *Nonis* hujus mensis sacrificatum fuisse *Faunis*, *Sylvanis*, & cœteris hujus farinæ Divis. Nec inde colligas falsam assertionem ipsius Horatii lib. 1. Carmin. Ode 4. qua oriente vere sacrificatum Faunis sic disserit.

Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agna, sivè malit hædo.

Quia tunc tantum tangit de constructione *Templi Faunis* in Insula Tyberina, non vero de plena solemnitate, facta hoc die, vt omnes conveniunt Gyraldus, Rosinus, Tamayus, Hospinianus, Masculus, Roman, & alii.

1664 Litabatur igitur hoc die *Faunis*, & *Sylvanis*, cœterisque Montium Numinibus, *vino*, & *hædo*, vel loco hœdi *agna*, aut *capro*, vt ex Horatio, & Halicarnasseo constat. Horum *Faunorum* propria nomina adducunt Guillermus Stuchius de Sacrificiis Gentilium. Tamayus, & Masculus hoc die. Diis igitur *Nemorum*, *Lucorum*, & *Sylvarum*, *Fauni* dicebantur à *fando*, & *vaticinando*: vndè & *Fatuos* nuncupatos. Horum propria nomina, ex citatis Stuchio, Tamayo, & Masculo erant *Satyri*, *Sylvani*, *Fauni*, *Sileni*, *Nemestrini*, *Dryades*, *Faulæ*, *Feroniæ*, *&c.* Notandum hic est (præter adducta Idibus Februarii) quòd hæc sacra *Faunalia*, postmodum crescente Romani populi authoritate, mulieres devotissimè agebant, maximè post partus editionem, in Monte Cœlio, & in Insula Tyberina; quibus in locis (vti dixi), erant Templa dicata Faunis, De quo audi S. Augustinum, marginatum, sic „dicentem; Mulieri post partum tres „Deos custodes *Varro* commemorat, „adhiberi, ne *Sylvanus* Deus, vel *Faunus* per noctem ingrediatur, & vexet. „Eorumque custodum significandorum causa tres homines nocte circuire limina domus, & primò limen „ferire *secure*, postea *pilo*, tertiò deverrere *scopis*, vt datis culturæ signis, „Deus *Sylvanus* prohibeatur intrare: „quia neque arbores cæduntur, aut putantur sine *ferro*, neque far conficitur sine pilo (aut telo) sic dicto à perimendo, neque fruges coacervantur „sine *scopis*. Ab his autem tribus rebus, Tres nuncupatos Deos, *Intercidonam* à securis intercissione; *Pilumnum* à pilo: *Diverram* à scopis, „invenio, ait August. citatus. Quibus Deis custodibus contra vim Dei Sylvani fœta, se conservari putabant: quia decepti publica persuasione arbitrabantur, Sylvanum quiescentes invadere, ac pondere suo pressos, & sentientes gravare. S. Hieronymus in Vita Pauli Eremitæ scribit; *Antonius* quærendo „*Paulum*, in solitudine Ægypti *Conspicit* hominem equo mixtum, cui „opi-

Stuch. fol. 23. Tamay. & Mascul. hoc dic. Gyrald synt. 15. fol. 376. S. Aug. de Civ. lib. 6. cap. 11. *Intercidona. Pilumnus. Diverra.* Cartar. à fol. 94. S. Hieron. to. 1. fol. mihi 153.

Hippocentauros. „ opinio Poëtarum *Hippocentauro* no-
„ men indidit, quo viso salutaris im-
„ pressione signi armat frontem; &
„ Heus, tu, inquit, quanam in parte
„ hic servus Dei habitat? At ille, bar-
„ barum nescio quid infrendens, &
„ frangens potius verba, quam pro-
„ loquens, inter horrentia ora senis
„ blandum quæsivit alloquium; & dex-
„ træ protensione manus cupitum in-
„ dicat iter; & sic patentes campos
„ volueri transmittens fuga, ex oculis
„ mirantis evanuit. Verum hæc vtrum
„ diabolus: an monstruosum animal,
„ incertum habemus. Stupens *Anto-*
„ *nius*, vlterius progreditur, & inter
„ saxosam convallem, haud grandem
„ homunculum videt, aduncis naribus,
„ fronte cornibus asperata, cujus ex-
„ trema pars corporis in caprarum pe-
„ des desinebat. infractusque & hoc
„ Antonius spectaculo, scutum fidei, &
„ loricam spei, vt bonus præliator
„ arripuit: nihilominus memoratum
„ animal, palmarum fructus eidem ad
„ viaticum, quasi pacis obsidens affe-
„ rebat. Quo cognito, gradum pressit
„ Antonius, & quisnam esset interro-
„ gans, hoc ab eo responsum accepit:
„ *Mortalis ego sum, & vnus ex accolis*
„ *eremi, quos vario delusa errore gen-*
„ *tilitas, Faunos, Satyrosque, & in-*
„ *cubos vocans colit. Legatione fungor*
„ *gregis mei; precamur. vt pro nobis*
„ *communem Deum deprecéris, quem pro*
„ *salute mundi venisse cognovimus, & in*
„ *vniversam terram exiit sonus ejus.* Ta-
„ lia eo loquente, longæuus viator,
„ vbertim faciem lacrymis rigabat,
„ quas magnitudo lætitiæ indices cor-
„ dis effuderat. Gaudebat quippé de
„ Christi gloria, & de interitu satanæ:
„ simulque admirans, quód ejus posset
„ intelligere sermonem, & baculo hu-
„ mum percutiens, aiebat: Væ tibi
„ Alexandria, quæ pro Deo portenta
„ veneraris: væ tibi civitas meretrix,
„ inquâ totius orbis dœmonia conflu-
„ xère. Quid nunc dictura es? Bestiæ
„ Christum loquuntur, & tu pro Deo
„ portenta veneraris. Necdum verba
„ compleverat, & quasi pennigero vo-
„ latu petulcum animal aufugit. Hoc
„ ne cuiquam ob incredulitatem seru-
„ pulum moveat, sub Rege Constan-
„ tino, vniverso mundo teste, defen-
„ ditur: nam Alexandriam istius modi
„ homo vivus perductus, magnum po-
„ pulo spectaculum præbuit: & postea
„ cadaver exanime, ne calore æstatis
„ dissiparetur, sale infuso, Antiochiam,
„ vt ab Imperatore videretur; alla-
„ tum est. Hæc ad litteram S. Hiero-
nymus, in vita S. Pauli citatus, vbi
Maximus Doctor prosequitur, narrans
quæ *S. Antonio* contigerunt, vsque ad
inventum S. Paulum Eremitam. S. Hieronym. nuper cit.

1665 De ipsis Satyris scribit Lu-
cianus eos instar caprarum *aures* ha-
buisse acutas, calvos etiam esse, ac in
eorum capite duo *cornicula* imminere.
Philostratus addit, eos *rubra* esse fa-
cie, *humano* aspectu, cæterum *pedes*
habere caprinos. Quare velocissimi fin-
guntur, vt Plinius refert, & in subso-
lanis inveniuntur montibus Indorum.
Sed ob ipsorum pernicitatem non nisi
senes jam, aut ægrotantes capi possunt,
vt Plutarchus dicit, cum narrat, vnum
ex iis adductum ad Syllam, cum rever-
teretur ex bello Mithridatico. Pausanias
in Atticis scribit, sibi à quopiam affir-
matum, qui tempestate appulisset ad
insulas quasdam Oceani dictas *Satiri-*
das, ibi habitare homines agrestes, eos-
dem esse rufos, & caudas, haud mul-
to equinis minores, infra clunes habe-
re, eos, vbi primum sentiant hospites
adesse propè, ad navim cursu facto,
nulla emissa voce in mulieres, quæ in
naui, manus iniicere. Quæ tradit Car-
tarius citatus, & quadrant cum relatis
ex S. Hieronymo. De quibus Faunis, &
Satyris fit mentio à Ludovico Vives in
S. Aug. lib. 4. Civit. cap. 23. & cum
relatis à Gyraldo marginato, qui ad-
dit *Satyros* dictos, velut *Sathunos*, &
in *libidinem pronos*, & inde *excessos* men-
te: dictos & *Scirtos* à *saliendo*, sæven-
do, & furendo: *Silenos* à didacitate, &
molesto joco: *Satyrosque* à *simulato*, &
ficto risu. Cartar. fol. 95. Plin. lib. 5. Nat. Hist. Gyraldus Syn. 15. fol. mi. 376.

1666 Delirabant igitur hoc die Ve-
teres suis in monstrosis Semi-*Deis*, Fau-
nis, Satyris, Hirsutis, Cornigeris, &c. His
opponimus hodiernos Sanctos, *Sabbam*
Abbatem strenuè certantem contra
monstra impugnantia Sanctam Syno-
dum Calcedonensem, admirabilem
Sanctitate. Leones mansuefecit, Ka-
chodæmones laruatos elusit, Cœno-
bium Lauream nomine condidit, aquas
ex arido saxo elicuit, ignem vagantem,
precibus fusis ad Deum, compescuit,
miro Sanctitatis exemplo fulgentem:
Ioannem præsulem cognomento Thau-
maturgum: *Pelinum* præsulem Brun-
dusinensem, tantæ Sanctitatis virum,
vt oratione diruisset Martis templum:
quare, sub Juliano, durissimé cæsum,
laureatum martyrio: Africanos mar-
tyres *Chrispinam* nobilissimam fœmi-
nam, Martyrol. Rom. Baron. Mascul. Tamay. hoc die.

Digitized by Google

sum; sub Diocletiano, & Maximiano passam: *Iulium*, *Chrispinum*, *Felicem*, *Gratum*, *Potamiam*, & alios septem Thaguræ in Africa passos; quamquam alii contendant passos Tarracone in Hispania: *Dalmatium* Papiensem præsulem, conversorem plurium ad Christum, clarum miraculis, sub Maximiano passum: De quo Hieronymus *Vida* Episcopus Albæ sequentes, post alios, adducit versus:

Addimus innumeros, quos nocte, dieque labores
Pro superum decore, & vera pietate tulisti:
Quot casus, quot per mortes, per quanta pericla
Ieueris, aut diros quoties evaseris enses.
Ipse aderat Pater Omnipotens, tequè ocyus vsque
Ceu fulvarum avium subvectum insignibus alis
Omnibus eripiens servabat casibus vltro.
Hujus ope instantem fugeres cum protinus hostem
Ticinum, pleno tibi, qui se objecerat alveo,
Tranasti suspensus, iterque impune tulisti
Aëra per, fluctusque supra sine ponte, sine vllis
Navigiis rapidæ correptus turbine nubis,
Ocyor, aut Euri pennis, aut fulminis igni,
Nec te oculis potuère sequi trans flumina donec
Conspexère amnis ripa vlteriore canentem
Cœlicolùm tanto grates pro munere Regi.
Talia frustrati viderunt multa, nec vmquam
Gens infesta tuum potuit contingere corpus,
Donec purpureà emeritum insignire coronà
Omnipotens statuit Pater, è tenebrisque vocare
Iucundam ad lucem semper florentis Olympi.
Tum demum ipsius Ticini in litore captum
Sponte ferunt gladio colla objecisse secanda.
Et nihil mutato latum isse ad funera vultu.
Nec commune tamen fuit, ani sine Numine lethum,
Nam caput erectum penitus cervice cadendum
Blandum nomen adhuc servantis cuncta sonabat,
Et longo erectus tenuit se tempore truncus
Vivus adhuc, veluti vigor, & vis pristina adesset:
Quo monstro attoniti crudeli cade manentes
Agnovère Deum, veniamque immanibus ausis
Orantes verum tenebris hausère fugatis,
Omniaque in numerum memores altaria circum
Dicimus: hic nullus, qui non mihi succinat ordo est
Nulla tuis, quæ non titulis indulgeat ætas.
Nempè tibi primos pueri, mixtaque puellæ
Semper verè legunt flores, & cerea cantu
Dona ferunt, variisque onerant Altaria frugum
Primitiis de more. Viri, Matresque suorum
Ipsa etiam tibi dant operum testantia fructùm
Munera, bombycum folles, liniquè maniplos
Enodis, albumque oculo nigrante fasellum.
Tu populi præsens vota audis ritè vocatus,
Avertisque tuis precibus mala plurima genti.
Concilians nobis aversum crimine nostro
Cœlestem Regem, & quodcumque piacula pubis
Infecere, tuo tu diluis ipse favore,
Et tua, qua multum polles, nos gratia servat.

Hæc Illustrissimus *Vida*, quæ recitant Surius, & Tamayus, hoc die: quibus constant hujus inclyti Præsulis, & Martyris labores, miracula, martyrium, patrociniumque. Quòd si Veteres habuerunt hunc diem Faustum, & Felicem, non ipsis, sed nostratibus hodiernis cœlicolis, id verè competit. Pro iis igitur, vertendo prophana ad sacra, per Brumalia, seu Ambrosiana dicata Baccho, per hujusque picturam, & attributa, habes die 5. Martii Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Tum & per attributa Larium, ex dictis die 12. Januarii num. 116. Tum 2. & per Fauni picturam, ex dictis die 13. Februarii

Themat
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

Digitized by Google

9. 10. 11. bruarii num. 259. Si tandem Faunis dicabant vinum, hoedum, agnam, & caprum, ex dictis num. 1624. Habes per *Vinum* triplicatum Thema die 23. Aprilis in fine. Per *Agnam*, Græcè nuncupatam *Pian* alterum habes Thema die 27. Aprilis, num. 588. Pergo ad *Hadum*, & *Capram*, de quibus, vt puto, hucusque non egi. Hœdus est fœtus Capræ, nuncupatus sic, vel à testiculis, vel sic dictus lingua Sabina, qua Romani dicebant *Hœdem*, quasi *Fœdum*. At *Capra*, & *Capros* à carpendis virgultis dicta, aut eò quòd carpant aspera. Græci capras vocant *Dorcas*, eo quòd in excelsis montibus morantur: *Ybices*, quia instar avium ardua loca petunt: & *Damulas*, quasi de manu anfugientes. Est igitur Capra, seu Damula *velocissima* in cursu, *leviſſima* in saltu, *sagacissima* ad pastum, visu, gustu, & olfatu discernendo vtiliora, ad depascendum, *acutissima* aspectu, *dulcissima* ad gustum, *tenerrima*, & *saniſſima* ad esum. Hinc adaptando hæc ad hodiernos Sanctos, eos encomia *Damulos* à fugiendo vitia: *Capros* à carpendo aspera pro Christo: 12. *Ybices* à volatu contemplatione in Deum: *Dorcas* à Mansione in excelso virtutum Monte. Tandem & per proprietates Damulæ, & eos *Damulos* mysticos encomia: *Velociſſimos* in cursu virtutum: *Leviſſimos* spirituali saltu, abstractioneque à terrenis: *Sagaciſſimos* discretione: *Dulciſſimos* patrocinio erga suos clientes, veréque devotos.

Calepin. V. *Hadus*. Anglic. lib. 18. cap. 21. & 34. S. Isidor. lib. 12.

13.

14.

DIES VI.

A.D. 340. 1667 HIc dies, qui & 8. Idus Decembris Comitialis notatur in Kal. Mafeiano.

Dies 13. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano, & aliis die 24 Novembris num. 1628.

Dies item *Ominalis*, & *Infaustus*, ex dictis cum Bungio, & Alexandro ab Alex. num. 49. die 2. & 6.

Dies sacratus *Diis Manibus* ex dictis cum Alexandro, & Bungio citatis numero, & diebus.

Ad hunc diem referunt Beyerline, & Masculus, hoc die; quòd Antiochus Epiphanes simulachrum *Iovis Olympii* super altare collocavit in templo. Quòd nos supra retulimus ad diem 25. Novembris.

Quo die Græci litabant *Genio Fausto*, vt cum Reusnero, ad hunc diem obseruant Tamayus, & Masculus. De quo Plutarchus in Vita *Alcibiadis*, vbi inquit: *Vnusquisque Genio, suo tempore libat; sed Græci communi vsu octauo Eidum Decembris Fausto libare consueuerunt.* De *Genio* egi supra die 20. Aprilis num. 566.

Genio Fausto.

Hoc tandem tempore, & die colebant Gentiles *Apollinem*, quem putarunt, quòd sex mensibus æstivis dabat oracula in Delio, & sex mensibus hyemalibus in Lycia Pataræ: quare Apollinem appellarunt Patareum, vt tradit Gyraldus Synt. 7. fol. mihi 208. & Horatius lib. 3. Carmin. eccinit sic:

Qui vore puro Caſtalia lavit
Crines ſolutos, qui Lyricæ tenet
Dumeta, natalemque ſylvam,
Delius, & Patareus Apollo.

1668 De *Genio*, quem hoc die Græci coluerunt, plura adduximus citato die 20. Aprilis. Dictis addo. Duos Gentiles distinxisse *Genios*, vnum *bonum*, alterum malum, de quibus Horatius lib. 11. Epist. ad Julium ait:

Genius Bonus. Malus.

Scit Genius, natale comes, qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in vnum
Quoique caput: vultu mutabilis, albus, & ater.

Itaque Veteres singulis singulos binos attribuebant *Genios*, alterum *malum*, impulsorem ad malum: alterum *bonum* adhortatorem ad bonum; quos simul cum hominibus oriri putabant. *Genium* malum pingebant: *Hominem* ingentis magnitudinis, *Coloris* nigri *Barba* squalida, *Capillo* demisso, & sic apparuisse Cassio Parmensi refert Valerius Maximus lib. 1. *Genium* bonum maximo venerabantur cultu, cui ex Gyraldo sacrabant *vinum* purum, & *flores*, ipsumque *Genium* coronabant jam *Platano*, jam *floribus*: quare Tibullus dixit:

Catarius i fol. 299. Gyral. Synt. 17.

Pictura.

Ipſe ſuos adſit Genius viſuris honoris,
Cui decorent ſanctus florea ſerta comas.

Bonum *Genium* variè pinxerunt, cujus picturas adduxi supra die 20. Aprilis num. 566.

1669 Hic igitur dies Veteribus infaustus, faustus fuit nostratibus, qui de tyrannorum sævitia reportantes Triumphum, choro martyrum assotiari meruerunt. Fuerunt hi *Polychronius* Presbyter ab Arianis jugulatus: *Majoricus S. Dionysiæ* filius: ad quam pervenerunt palmam *Tertius*, *Æmilianus*, & *Bonifacius*, *Dionisiæ*: *Dativa*, & *Leontia*, cum aliis, qui graviſſimis

Martyrol. Rom. Baron. & Masculus hic.

Digitized by Google

supplicijs crucíati fuêre in persecutione Vvandalica sub Hunnerico Rege Ariano. His, & aliis ad gloriam associatur *Nicolaus* Patareus civis, Myræ præsul, qui adhuc infans quarta, & sexta feria semel tantũ lac sugebat: clam projecto auro tutatus est pudorem virginũ: hæreticos est insectatus: mortuos suscitavit multos: ossa diffluunt prodigiosum nectar. De quo in Breviario Toletano hi versus describuntur:

Cujus tumba fert oleum,
Matres olivæ nesciunt.
Quod natura non protulit,
Marmor sudando parturit.

Fuit igitur ex vrbe Patara in qua erat Apollinis simulachrum, delubrumque: quare & Patareus Apollo fuit appellatus (vti dixi) qui sex mensibus hyemalibus in Lycia Pataræ dabat responsa. Oppositus igitur est *Nicolaus* superstitioso Apollini, hic cœpit obmutescere *Nicolao* nato, mortuo omnino siluit. Fabulosi Apollinis picturam, christianizatam, & ad sacra versam habes supra die 24. Maii: vnde & Themata hodiernis adaptanda Sanctis num. 723. Quod si hoc die delirabant Veteres in suo *Genio*, ipsi litando, & sacra dicando, habes supra die 20. Aprilis, à num. 566. Genii picturas, & elogia ad sacra versa, indeque Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis. Quibus per *vinum*, *Platanum*, & *flores* dicata Genio habes supra plura Themata Sanctis hodiernis adaptanda.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1670 *Nicolaus* & dicitur à *Nicos*, quod est victoria, & *Laos*, ideſt *populus*: quasi populi victoria, ideſt, vitiorum, quæ popularia sunt. Vel dicitur *Nicolaus* à *Nicos*, *Laus*: quasi *victoriosa laus*: enim Sanctus Nicolaus tripliciter fuit victor, *Vita*, *Doctrina*, *Patrocinio*, vnde habes alterum Thema. Vel dicitur *Nicolaus*: quasi *Nitor populi*. Ad tantum igitur præsulem omnium corda, & ora convertantur, vt omnium periculis adesse dignetur Patronus. *Tu divus Pater Nicolaus* anagrammatismo est: *en juva dulcis Pastor*, aut, *tu planè carus divis*: quare invocandus Nicolaus: enim, Damiano teste) *Nomen Nicolai teneatur in ore, requiescat in corde.*

Hist. Lomb. lect. 3.
Pet. Dam. ser. de S. Nicolao.

9.
7

DIES VII.

A. D. 341.

1671 Hic dies, qui & 7. Idus Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 14. *Brumaliorum*, seu, *Ambrosiarum*, ex dictis enim Hospiniano, & aliis die 24. Novembris num. 1628.

Dies sacratus *Soli*, cui festum dicabant ex Roman, & Alexandr, ex dictis num. 49. die 7.

Dies à veteribus habitus *Ægyptiacus*, infelix, & innominatus, ob certum quoddam Syderum positum, & horoscopum. Ita cum Gyraldo Masculus hoc die, & Tamayus.

Celeberrimus dies apud Jonios, ob sacra, & festa *Ambrosia*, quæ *Libero* Patri, seu Baccho fiebant, quibus ebrietati indulgebatur, & vtriusque sexus humanum genus vino madidum, & musto plenum Dei simulachrum circumdabat. Quæ sacra *Lenæa*, & *Choæ* dicebantur. Ac apud Latinos post *Liberalia* nuncupata. Ita Gyraldus Synt. 17. Stuchius lib. 1. cap. 32. Fungerus verbo Ambrosia fol. 47. ac Tamayus hoc die, & Masculus. De quo festo & agit Cœlius Rhodiginus lib. 28. Antiq. lect. cap. 25. ac lib. 27. cap. 24. *Ambrosia*, *Lenæa Choæ*, *Liberalia*.

1672 Fuit, hoc die, actum à veteribus festum *Ambrosiam* nuncupatum dicatum *Baccho*: & quia *Bacchus* fuit cognominatus *Lenæus*, quasi leniret mentem, ideo hæc sacra nuncupata *Lenæa*: quia autem ipse *Bacchus* nuncupatus fuit *Coopotes*, & hæc sacra *Choæ* dicta, vocabulo deflexo à *mensura*, seu *vase*, & *potu*: quia *Bacchus* & dictus fuit *Liber*, hinc & hæc sacra Baccho dicata *Liberalia* dicta; vel vt placet Varroni: quia per totum oppidum hoc die federent Sacerdotes Liberi, & vetulæ hedera coronatæ, cum libis, & foculo pro emptore sacrificarent. Tandem hæc sacra *Ambrosia* fuerunt nuncupata à *suavitate*, *fragrantia*, & *odore*, vt totum notant Gyraldus in Syntagmatibus, & Calepinus V. *Ambrosia*. *Ambrosia*.

1673 Fabularunt igitur Poëtæ *Ambrosiam* esse Deorum nectar, & potionem: quare dixit Ovidius: *Nectar, & Ambrosiam latices, epulasque Deorum.* Et Cicero: *Ambrosia alendus, proverbiali figura dicitur, qui est egregius, & veluti Diis æquandus.* Vocabaturque Ambrosia: *mellitus cibus.* Mellis enim suavitas tanto in pretio olim fuit, quòd veteres Poëtæ, inde finxerunt Ambrosiam, qua Deorum mensas scatére dicebant. *Ambrosia* Græcè, Latinè dicitur *immortalitas*, vel *immortalis*, ait Calepinus: quia Poëtæ veteres putarunt mortales esse, qui non vescuntur nectare, & Ambrosia, qui verò iis vescebantur esse immortales. Hinc Martialis 4. Metam. dixit: *Iupiter Ambrosia* Ovid. lib. 1. de Pont. eleg. 11. Cicero. lib. 2. Orat. 129. Athenæus lib. 2. cap. 1. Calep. V. *Ambrosia*.

Digitized by Google

Sapient. cap 19. v. 20. Lorin. hic. B. Max. hic. Alap. hic.

ſaturet, & nectare vivit. Alii ex Græco ad illa verba Sapientiæ: *Sicut glacies bonam eſcam*, vertunt apud Lorinum, & Haye: *Genus Ambroſiana eſcæ.* Loquitur textus de *manna*, quod vocatur genus *Ambroſiana eſca*, ex eo quòd eſſet cibus ſummæ dulcedinis de Cœlo miſſus, vt Haye obſervat. Quòd enim Gentiles finxerunt de ſua fabuloſa *Ambroſia* fuiſſe, ſcilicet cibum Deorum, ſicut *Nectar* potum, quòdque efficeret *juvenes, vegetos, & florentes*, quòd non de ſua fabuloſa *Ambroſia* (quam mutuarunt, vel à manna, vel ab arbore vitæ, vt opinatur Cornelius), ſed de manna, & Euchariſtia eſt intelligendum.

1674 *Manna*, igitur, vocatur *Ambroſia*. Primò, quia erat delicatiſſimi ſaporis; Secundò, quia erat cibus cœleſtis, & divinus ab Angelis confectus, juxta illud, Sap. 16. v. 20. *Angelorum eſca nutriviſti populum tuum.* Et Pſalm. 77. v. 25. *Panem Angelorum manducavit homo*; Tertiò, quia Hebræos omnes in deſerto aluit per annos 40; eoſque fecit vegetos, fortes, & quaſi immortales per totum tempus peregrinationis ſuæ. Longè verius Allegoricè *Ambroſia* eſt *Euchariſtia*; quia primò piis præbet omnem virtutem gratiarum, & conſolationum divinarum ſuavitatum; Secundò, eſt Angelorum, hominumque beatorum (qui qua homines in Cœlo humanitate Chriſti paſcuntur, & beantur) imo Dei ipſius cibus. Quo enim paſcitur, & delectatur Pater æternus, æquè ac Spiritus Sanctus, niſi contemplatione Verbi, ſive Filii, in quo ſunt omnes rerum ideæ, ſpecies, & delicia? Tertiò, quia Euchariſtia cibus eſt cœleſtis à Chriſto confectus, ac fideles facit immortales, cœleſtes, & divinos, imò quaſi Deos quoſdam terreſtres, quia nos transformat in Chriſtum, juxta illud: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Et: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Joan. 6. v. 57. & 59. Quare in his verum eſt illud Heſiodi, & Ariſtot. lib. 3. Metaph. textu 15. cæterorumque Priſcorum Philoſophorum, & Poëtarum dicentium: *Mortales eſſe, qui non veſcuntur nectare, & Ambroſia, qui vero iis veſcuntur eſſe immortales.* Hoc enim diſſerte de Euchariſtia aſſerit Chriſtus loco jam citato. Vt totum ad literam tradit citatus Cornelius.

Alap. cit. Calep. cit.

1675 *Ambroſia* igitur Etymologicè (ex dictis num. 1673. & ex Cornelio marginato) *immortalitas*, vel *immortalis*, à privativo *mortalis*. Et *Ambroſius* Græcè idem eſt, quòd Latinè *immortalis, divinus, ſuaviſſimus, & dulciſſimus*, vt ipſe Cornelius obſervat. Et vt advertunt Tyrinus ad citatum locum Sapientiæ cum Mathiolo, & aliis, ac Dioſcorides lib. 3. cap. 23. eſt planta *Ambroſia* nuncupata, *viridis, ramoſa, medicinalis, odoremque* mittens *vinoſum*, & *ſuavem*, quæ in valle Romano *inferno* nuncupato invenitur.

Martyrol. Rom. Tamay. & Maſcul. hoc die.

1676 Hic dies à veteribus habitus ater, & Ægyptiacus, Fauſtus ſanè fuit noſtratibus, qui fauſtè perennem gloriam conſcendére. Hi fuére *Agathon* miles, ſub Decio, pro Chriſto paſſus, laureatuſque martyrio: ad quam pervenerunt palmam *Polycarpus*, *Theodorus*, *Servus*, ac alii. Aptè iis aſſociantur ad coronam gloriæ *Martinus* Abbas miraculis clarus, ac *Phara* virgo Meldenſis Monialis Benedictina. Quo die aptè colitur *Ambroſius* Mediolanenſis Epiſcopus, Eccleſiæ Doctor, qui hæreticis reſtitit, Theodoſio Imperatori ob cædem immaniùs factam aditum templi interdixit, ac ſibi ſupplicem poſtravit; in hujus infantis ore examen Apium conſedit, præmonſtrans divinam viri eloquentiam, cujus ſanctitate, & doctrina vniverſalis decoratus Eccleſia. Pro iis igitur cœlicolis, hodiernis adapta Brumalia dicata Baccho, per cujus picturas, & attributa habes Themata, vt ſupra die 24. Novembris remiſſive num. 1629. in fine. Cumque & hoc die veteres delirarent colendo Solem; & habes ſupra die 26. Martii plura Themata per Solem, hodiernis accommodanda Sanctis. Quod ſi hoc die feſtum agebant nuncupatum Ambroſia ab *odore, fragrantia*, ac *ſuavitate*; & verte hæc ad hodiernos Sanctos (& præcipuè ad S. Ambroſium) eos encomiando *Odoriferos* ſanctitate, *Fragrantes* exemplo, *Suaves* patrocinio. Tum ſi eſt arbor, aut planta *Ambroſia* nuncupata *viridis, medicinalis, odorifera*, & *ramoſa*, vt num. præcedenti dixi, & hæc verte ad Sanctum Ambroſium, eum encomiando *Viridem* virtutibus, *Medicinalem* ſapientia, doctrinaque, *Odoriferum* ſanctitate, & exemplo, *Ramoſum* patrocinio. Tandem ſi ex ibidem dictis, Ambroſius Græcè eſt idem quòd *ſuaviſſimus, dulciſſimus, divinus*, & *immortalis*, & hinc hunc Sanctum encomia Doctorem *Suaviſſimum* ſapientia, *Dulciſſimum* beneficentia, *Divinum* per participationem gratia, *Immortalem* gloria.

Themata.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

DIES

DIES VIII.

A.D. 342. 1677 Hic dies, qui & 6. Idus Decembris *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 15. *Brumalierum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano, & aliis, die 24. Novemb. num. 1628.

Dies à Græcis sacratus *Neptuno*, cui hoc die dicabant solemnitatem. Ita Gyraldus in Fastis fol. mihi 609. & syntagmate 5. fol. 140. cum Plutarcho in Theseo, & Bungio de num. 8. in Addit. fol. 31.

Quem diem ipsi Græci dicabant *Theseo*, ex Roman in Rep. Gentilica tom. 2. lib. 2. cap. 18. in fine, & Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18.

Dies à Græcis sacratus *Vulcano*, vti & octavus dies cujusque mensis. Ita cum Alex. ab Alex. Masculus in Fastis die 8. Januarii.

Quo die Athenienses dicabant festum *Æsculapio*. Ita Roman cit. fol. 62.

Dies olim, apud Romanos Flammigeratus, & celebris, quia L. *Aurelius* Orestes Proconsul, V. C. anno 681. ex *Sardinia* triumphavit, & opimis spoliis in Capitolium fuit vectus, vt observant Masculus hoc die, & Reusnerus in Diario Histor. fol. 182. Goltzius, & alii.

Quo die Nalitium *Horatii* Flacci Poëtæ. Ita Volater. lib. 17. & cum eo Theatrum V. H. hoc die.

Hoc tandem die, apud Cycladeas Insulas tumidi maris Ægei *festum Conceptionis pulcherrimæ Veneris* ex albidis spumosis vndis, ingenti jubilo, atque prophano ritu ab omnibus colebatur. Ita Esendius Romanus cap. 1. de cultu Deorum cap. 1. & cum eo Castel. in Francilogio sacro lib. 2. fol. 141. num. 457.

Quo die Romanis celebratum *Munus candidati*. Ita Lazius lib. 10. cap. 13. fol. 112.

1678 Hic igitur dies erat apud Cycladeos Insulanos dicatus *Veneri*: Cujus eburneum simulachrum erat: *Mulier* quædam præstanti forma conspicua, ac super *globum* rotundum nitidi chrystalli Regia Majestate sedens, habensque sub pedibus suis *Caduceum* Mercurii, duabus venenosis, intortisque anguibus contextum, quo ad vivum repræsentabat, virtutis suæ singulare trophæum. Quæ pictura, & æniginatica descriptio, non fabulosæ *Veneri*, sed Virginis *Mariæ* Immaculatæ *Conceptioni*, adaptatur. Hæc enim est pulcherrima totius Orbis Christiani Venus, quam vniversalis Ecclesia, & præsertim Seraphica Religio, sub ritu primæ classis cum octava, honorifico plausu colit, & solemni cultu honorat. Plures alias Veneris picturas adduxi die 7. Februarii, num. 231. quas vide; ne actum repetam.

Venus.

Pictura.

1679 Præsens dies triumphalis apud Veteres, potius fuit apud nostrates triumphalis: enim Religionis Dux *Eutychianus* Papa, sub Numeriano passus, de impietate triumphavit, martyrio laureatus, qui diversis in locis *trecentos quadraginta duos* martyres sua manu sepelivit; quibus & ipse sociatus martyrii laurea: ad quam pervénit, per ignem, *Macarius* passus sub decio. Fuére & veri triumphatores de Carne, Mundo, & Dœmone illustres præsules, vt *Eucharius* discipulus Petri Apostoli, primus Trevirensium Episcopus: *Sophronius* Cyprensium præsul, munificus defensor pupillorum, orphanorum, & viduarum; ac *Romaricus* Abbas. Et quamquam horum triumphi verè præponantur triumphis Veterum: at longè excellentiis omnibus, hoc die, triumphavit V. *Maria*, inter Adæ filios sine macula originalis peccati concepta: imò gratia, & virtutibus ornata. Sola igitur Deipara in primævo sui *Conceptionis* instanti illæsa permansit, ab omni labe peccati stetit immunis, caputque draconis contrivit. Sola enim fuit *Maria* in illa die sine nocte dies: Civitas non egens Sole; quia claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus fuit agnus ab origine sua.

Martyrol. Rom.

Apoc. 21. v. 23.

1680 Angeli die hoc, quo concepta fuit B. V. *Maria*, ejus *Immaculatam Conceptionem* in Cœlis celebrarunt; vt inquit S. Vincentius Ferrer serm. 2. de Nativit. V. M. Apostoli ad Annum Christi XXXIV. post susceptum Spiritum Sanctum, hocce prædicarunt pium mysterium. De *SS. Andrea, Matthæo, Thoma, Mathia, & Iacobo Minori* Apostolis; *Marco*, & *Luca* Evangelistis referunt P. *Ojeda*, & Franciscus Bivarius. De S. Jacobo Patrono Hispaniæ Flavius Dexter inquit: *A Iacobi prædicatione celebratur in Hispania festum Conceptionis V. Mariæ*, (vt dixi die 25. Julii). Quod & S. Maximus in Hymno ad B. M. de *Columna* inquit his versibus:

Ojeda de Concept. Fund. 1. cap. 2.
Bivar. cod. tract. §. 12.
Flav. Dext. in Chron. An. 308. num. 9.

Conceptionis *hunc diem*
Jacobus *Hispanos docet*
Et prædicat, ceu cæteri
Ab omni labe liberam.

Anno

Anno 54. Paulus Apostolus Doctor Gentium hocce mysterium publicè prædicavit, illis verbis: *Non sicut delictum ita & donum: si enim vnius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei, & donum: in plures abundavit.* Quem locum de Conceptione explicat S. Augustinus. Aguero de Concept. cap. 1. fol. 30. Simancas de Exposit. hujus V. edit. anno 1640. Aliique plures, & gravissimi Authores.

Roman 5. v. 17.

S. Aug. in lect. 3. de Concep. Mariæ.

Aguero, Siman. & alii plures.

1681 Hocce mysterium fuisse diffinitum in Concilio Apostolorum, probabile putat S. Thesiphon Martyr discipulus S. Jacobi, & cum eo Illustrissimus Samaniego, ac Antonius Velasquez de Conceptione, qui adducunt verba sequentia: *Vt jam ex iis* (dicunt) *quæ de hoc Apostolorum sensu vidimus, valde probabile reddatur illud Apostolorum Concilium, in quo Deiparæ immunitatem inter fidei veritates fuisse relatam, S. Thesiphon Martyr, Sancti Iacobi Apostoli Discipulus, in vno ex libris plumbeis in Monte Sancto propè Granatam inventis, hunc in modum referat, &c.* Anno 424. Flavius Dexter Hispanus Barchinonensis, Vir clarissimus, *S. Paciani* Barchinonensis Episcopi, filius, pluribus in locis sui Chronici hocce festum apud Hispanos celebrari affirmat, & suo ævo ex Sancti Jacobi nostri prædicatione, adhuc conservari profitetur. Anno 616. ad meliorem vitam transiit S. M. *Maximus* Hispanus, & Cæsaraugustanus Antistes, qui & suo tempore hocce festum apud Hispanos devotè celebrari contendit, ob traditam prædicationem S. Jacobi nostri. Quod & notavit in Hymno ad B. V. de Columna superius relato, vbi prosequitur:

Saman. Primatia Scoti, clauf. 1. fol. 266. & in Vit. Scoti lib. 1. cap. 10.

Velasq. lib. 4. disert 4. n. 1.

Tamay. in Martyrol. Hisp. hoc die fol. 379.

Hinc mos habet principium,
Hunc celebrandi jugiter
Populis Ibéris diem,
Qui durat vsque hodie.

1682 Anno 636. ad superos evolavit *S. Isidorus* Archiepiscopus Hispalensis, qui Gothicum Breviarium, & Missale, postea *Muzarabe* dictum polivit, & ampliavit, ac in eo Officium Conceptionis Deiparæ inseruit, vt ex eo liquet, & refert Quintana Dueñas de SS. Hispaniæ fol. 374. Anno 663. ab Idolatria ad Catholicam fidem Longobardos reduxit *S. Desiderius* Episcopus Capuanus in Italia, à cujus tempore, in Cœnobio Sancti Joannis Capuano Monialium perseverat *Kalendarium Longobardicum*, in quo die 8. Decembris hæc legitur clausula: *Passio erit S. Sabini Spoletani Episcopi. Et eodem die Conceptio Dei Genitricis, & Virginis Mariæ*; vt refert Michael Monachus in Sanctuar. Capuano, fol. 402. Anno 677. in Domino requievit *S. Ildefonsus* Hispanus, Episcopus Toletanus, cujus pietas omnibus in operibus suis hujus mysterii eructabat symbolum, & inde plures orationes in hocce festo Officii Isidoriani apposuit, & composuit, vt notavit Salazar de Conceptione cap. 21. num. 12. & cap. 36. n. 1. ac *Armamentarium Seraphicum* fol. 371. quem Armamentarium vide, vt capias quantum sudavit Religio Franciscana pro tanto mysterio.

1683 Anno 720. adhuc in vivis erat S. Joannes *Damascenus*, qui in suo Menologio Græco hanc festivitatem recensuit, vt refert noster Galatinus de Arcanis lib. 7. cap. 5. & Aguero de Conceptione cap. 2. fol 51. ac Bivarius 2. p. fol. 55. col. 2. Anno 731. in vivis erat *Venerabilis Beda*, qui in suo Martyrologio Latino, hoc die, hocce posuit elogium: *Conceptio Mariæ perpetuæ Virginis*, vt in Operibus liquet tom. 3. Anno 911. sapiens Imperator Constantinopolitanus *Leo* sic hoc mysterium celebravit, vt eveniente hujus diei festivitate, ipse in honorem *B. Virginis Mariæ*, ejusque *Conceptionis purissimæ*, magnifico, & solemni apparatu disseruerit, cujus sermo adhuc in Bibliotheca Sfortiana custoditur, vt Baronius in Not. ad Roman. Martyrologium tradit hoc die. Anno 1065. Sanctus *Anselmus* festum *Conceptionis* Virginis *Mariæ* constituit, prædicavit, & publicavit, vt constat ex ipso sancto libro de *Conceptione* contento in Bibliotheca Virginali P. Alvæ tom. 2. & in Regesto Franciscano à Colum. 11. & apud Illustrissimum Samaniego in Primatia Scoti à fol. mihi 273.

1684 Quamquam tempore S. Anselmi jam erant impugnatores originalis puritatis Virginis *Mariæ*, vt constat claré ex ipso Sancto: enim citato libro cap. 1. & 2. probat, quanta cum ratione plures fideles hocce festum Conceptionis V. *Mariæ* celebrabant: quia principium, & fundamentum fabricæ *Matris Dei*: vt infertur admirabilis ejus *Conceptio*, capite 3. & 4. totus stat in positivè probando Virginem *Mariam* non contraxisse maculam peccati originalis, cap. 5. respondet ad authoritatem Pauli Rom. 5. *Omnes in Adam peccaverunt*, cap. 6. iterum ab *inconvenienti* probat originalem

Digitized by Google

S. Anſelmus, lib de Concep. à cap. 1. ad 9. fol. mihi 142. & 143.

dem puritatem Virginis *Mariæ*, & propoſitis inconvenientibus ſequutis, ex aſſertione contraria, ſic concludit: *Exiſtimet hoc, & argumentis ſuis probet, qui vult. Ego donec oſtendat mihi Deus aliquid dignius excellentiæ Dominæ noſtræ poſſe dici, quæ dixi, dico; quæ ſcripſi, non nego; cæterum me, & intentionem meam Filio ejus, & illi committo.* Et cap. 9. ac vltimo propoſita excellentia Matris Dei, ſic concludit: *Dicere* (Deiparam) *morte peccati, quæ per invidiam Diaboli occupavit orbem terrarum, in ſuo conceptu prægravari, vt taceam interim ipſas, quas commemoravi rationes, animus evitat, intentio abhorret, lingua fateri non audet. Qui aliter ſapiunt, & melius approbant, credant; ego piiſſima Domina, qualiſcumque ſervulus, credo, & fateor, quod tu ex radice Ieſſe pulcherrima, ac per hoc ab omni, quod te decoloret, peccati vulnere aliena integerrima permanes, florem pretioſiſſimum protuliſti, non qualemcumque, ſed ſuper quem ſeptiformis ſpiritus requievit.* Hæc S. Anſelmus, qui in Epiſtola *de Conceptione* à Coëpiſcopis ſuis poſita in ſuis Operib. à fol. 144. poſtquam plures tradit revelationes de celebratione hujus feſti 6. Idus Decembris, invitat, & perſuadet ad tantæ Dominæ celebrandam *Conceptionem*. Additque: *Non eſt verus amator Virginis, qui reſpuit colere diem ejus Conceptionis. Erubeſcant iterum inſani, qui hunc diem colere non volunt.* Hinc claré conſtat, quòd tempore S. Anſelmi jam piæ Opinionis impugnatores erant.

1685. Conſtat igitur, quòd tempore S. Anſelmi jam vigebat controverſia; magis autem tempore S. Bernardi, qui adverſus Canonicos Lugdunenſes celebrantes *Feſtum Conceptionis*, illam ſcripſit Epiſtolam 174. inter Bernardi opera repertam. Qua in Epiſtola reprehendit S. Lugdunenſes Canonicos: jam quia abſque authoritate Romanæ Eccleſiæ novum introducebant feſtum; jam quia putavit Sanctus obiectum feſti non fuiſſe Sanctum: enim putavit celebrari conceptionem carnalem congreſſus Joachimi, & Annæ cum concupiſcentia, & ardore libidinoſo. Hunc que fuiſſe intellectum S. Bernardi in præfata Epiſtola, ex ipſa conſtat, ac Annales Ciſtercienſium, aliique obſervant marginati: & hoc caſu, quo præfata Epiſtola 174. ſit Sancti Bernardi, quod dubitant plures, vt videri poteſt in *Armamentario Seraphico* col. 181. Nec deſunt D. Bernardi teſtimonia,

S. Bern. Epiſt. Epiſt 174. Annal. Ciſt. ad Annum 1134. Alva in Radiis Solis, col. 1. Saman. in Vita Scoti, lib. 1. cap. 7. Armam. Seraph. col 181. Salazar. de Concept. V. M.

quæ pro Immaculata Conceptione, inter alios expendit Salazar cap. 35. & 37. ac 42. Sed tamen quamquam præfata Epiſtolæ ſit, vel non ipſius Sancti, non tangitur in ea punctum myſterii: enim congreſſus Joachimi, & Annæ, ad conceptionem carnalem, *Mariæ*, fuit abſque ardore libidinoſo (vt meis in manu ſcriptis Theologicis dixi, cum S. Birgitta ſuis in Revelationibus, & aliis), & non celebratur hic congreſſus, ſed infuſio animæ in corpore Virgineo *Mariæ*, quo in primo inſtanti proprié fuit *Mariæ Conceptio*, ornata gratia, ex meritis Chriſti prævisis, ſicque ab Adamitica labe proſus immunis, & Immaculatè concepta. Et ſic fuit Scotus Doctor Subtilis, ac Marianus primus, in tanti myſterii propugnationem.

1686 Ob authoritatem S. Bernardi, & rationes datas, ea in Epiſtola, ceſſavit Lugdunenſium Conceptionis feſtum. Poſt Mauritius Pariſienſis Epiſcopus ad annum 1163. decreto ſuo prohibuit in Pariſienſi Eccleſia celebrari feſtum Conceptionis, imò & Clauſtrum Pariſienſe cum Epiſcopo Mauritio & feſto, ac Conceptioni Puriſſimæ *Mariæ* ſe oppoſuit. Sicque in ea celebri Vniverſitate Doctores Claſſici ſequuti, contra Immaculatam Conceptionem in Theologicis diſputationibus ſcripſerunt (quamquam in aliis ſcriptis, pro puritate Conceptionis ſtent, & præcipuè Thomas, & Bonaventura). Sicque viguit contraria opinio, & præcipuè in Gallia vſque ad tempora Scoti, qui natus fuit Mundo anno 1274. Qui Doctor Subtilis primò in Oxonia, poſt Pariſiis hoc docuit myſterium. Scotum Alcidem ſequuti ſunt Minoritæ tuendo, prædicando, & defendendo Conceptionem Immaculatam Deiparæ, & præcipuè Pariſiis: quare ortum bellum, Theologorum arma, & falces, imò & vomeres facta contra piam opinionem, hujuſque aſſertores Minoritas, hos nuncupando *Hæreticos*, & ſententiam piam, *Opinionem Minorum* nominando. Vndè orta ſcandala, ad quæ ſedanda Pontifex Summus Benedictus XI. præcepit illam celeberrimam diſputationem Pariſiis habitam, præſidentibus, vt Apoſtolicis Judicibus Legatis Apoſtolicis. Qua in diſputatione contra Deiparæ Conceptionem Immaculatam propoſita fuére argumenta ducenta: quæ omnia audita, ordinatè, vt propoſita, fuerunt retenta, ab Scoto, fideliter reſumpta, nervio-

Albert. M. in 3. diſt. 3. art. 3. ad 4. Alenſ. in Sum. 3. P. q. 9.

Saman. in Vita Scoti lib. 1. cap. 2. & 8. Buſtos in Offic. Concept. Vvading. in Vita Scoti c. 11. Pelbartus in ſuo Stellario lib. 4. p. 2. art. 3. Ojeda de Concep cap. 15. §. 6. Salazar cap. 42. ſect. 14. aliique.

Digitized by Google

nerviosé, subtiliter, adæquatèque vndique soluta; ac post ita efficaciter probata veritas Mysterii Conceptionis Immaculatæ Deiparæ, vt obmutescerent omnes, assurgerentque communi plausu *Victor Scotus*. Die sequenti junctò pleno Doctorum Cœtu cum Legatis Apostolicis, vt ferrent judicium de præhabita disputatione; matura reflexione, revocarunt, & cassarunt condemnationes latas ab Vniversitate Parisiensi, contra propugnatores Immaculatæ Conceptionis Deiparæ; hancque piam sententiam receperunt, vt propriam, cõmunemque Vniversitatis, ac *Scoto* tribuerunt Titulum *Doctoris Subtilis*, quem & Titulum, Encomiumque, & post Papa confirmavit ipsi Scoto. Nec de hoc tantùm fuit contenta Celeberrima illa vniversitas: enim jam ferviter devota effecta Mysterii *Conceptionis Immaculatæ Deiparæ*, vovit quotannis hujus Mysterii celebrare festum. Insuper & anno 1383. celebre illud decretum fecit (sequutum post à fere omnibus Vniversitatibus „ Europæ) *Quòd* nemo deinceps præ„ fatæ Vniversitati adscribatur, nisi se „ hujus determinationis (quòd vide„ licet Beatissima Dei Genitrix, & „ Virgo Maria semper ab originali „ macula fuerit immunis, & præserva„ ta) assertorem, strenuumque pro„ pugnatorem pro viribus futurum „ confirmet juramento, vt videre est „ in Armamentario Seraph. Regest. col. 467. Obiit Doctor Subtilis anno 1308. Coloniæ, quatuor, aut quinque annos post triumphum relatum partum pro Immaculata Conceptione; vide Vvadingum, & Samaniego in vita Scoti, ac Martyrologium Franciscanum. die 8. Octobris.

1687 Perpende verba Armamentarii Seraphici col. 1. & 2. in Argu„ mento Operis. Vt primum enim „ (inquit) ille Theologorum Prin„ ceps, nec minus vitæ sanctitate, quam „ ingenii præstantia, & omnigena „ eruditione mirabilis, cœlitus accep„ ta, luce veritatis orbem replevit, & „ Beatissimæ Mariæ Virginis præserva„ tionem ab originali peccato, cum „ ejus perfectissima redemptione con„ jungere docuit, qui nodus doctiorum „ assensum conjungere videbatur: pia „ opinio ex minus celebri, & recepta, „ communis facta est, vt omnes faten„ tur, & adversariæ injusto imperio „ profligato, in ejus locum legitima „ jure post liminii successit. Celebrio„ res Academiæ incuntanter sub tantò „ duce nomina dedère, & *Immaculatæ* „ *Conceptionis militiæ* nomine euarunt. „ Exædificatæ sacræ ædes, dicatæ Reli„ giosæ familiæ, dies solemnis in fastis „ Catholicæ Ecclesiæ designatus, lege „ in omne tempus lata cum amplissi„ mis privilegiis. Subsequuta sunt va„ ria Summorum Pontificum diploma„ ta, alia aliis favorabiliora, vsque „ ad impositum publicè silentium re„ pugnantibus: vt jam non vltra *Im„ macula Conceptio* promoveri possit „ aliter, quam per expressam diffini„ tionem, & fidei decretum, omnium „ verè piorum votis expetitum, & cer„ tissima spe, ex tot Sedis Apostolicæ „ favoribus orta animis Conceptum. Hæc Armamentarium citatum in quo, & Martyrologio Hispanico, Alva, & aliis, quamplura alia videre poteris. Ecce *Opinio Minorum*, sic pia vocata tempore Scoti, vti dixi, evecta non solùm vt communis jam totius Ecclesiæ Catholicæ, verùm ad valvas diffinitionis, & ad esse proximè diffinibilem, vt gravissimi Theologi dicunt, & ego in publicis comitialibus Thesibus propugnavi. Imo & quamquam à tempore Sancti Bernardi, vsque ad tempora Scoti tam sæva procella in Gallia, fuisset exorta contra hoc Conceptionis mysteriũ; at & per id tempus festum *Conceptionis Immaculatæ Deiparæ* celebratur, vbique, vt videre poteris in citatis authoribus.

1688 Hanc fecimus digressionem; (amice lector) vt compendiosè habeas, quæ de hoc contigerunt festo, à tempore Apostolorum. Redeo nunc ad propositum nostrum, vt prophana Gentilium ad Sacra vertamus. Nam si hoc die Gentiles agebant *Brumalia* dicata Baccho, per hujus picturas, & attributa, Themata habes vt supra die 24. Novembris, remissivé num. 1629. hodiernis adaptanda Sanctis. Cumque & delirarent colendo *Neptunum*, hujus habes supra picturas num. 94. & Thema inde num. 1149, Tum & errabant colendo *Vulcanum*, & christianizando inde, alia habes hodiernis cœlicolis adaptanda Themata à num. 807. & num. 1172. Quòd si & Græci decepti suo *Theseo*, hunc dicabant diem, pariter Christianizando, & ad sacra vertendo, habes & per Theseum alterum Thema num. 1573.

Themata
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

1689 Fuit igitur apud Veteres *Triumphalis* hic dies, vt num. 1677. dixi. At meritò apud nos triumphalis

ob

celeberrimum triumphum partum à Deipara Regina nostra, sua in *Conceptione Immaculata* triumphatrice Triplici-ter. Primò de *Concupiscentia*: quia Concepta absque omni prorsus libidine. Secundò de *Peccato*: quia ab omni macula libera, imò & immunis ab omni debito originalis culpæ, tam proximo, quam remoto. Tertiò de *Dæmone*, caput serpentis conterendo in primo suæ Conceptionis instanti.

Habes & per colores triumphantium alterum Thema pro Conceptione, Deiparam in hoc mysterio encomiando *Albam* puritate: *Purpuream* charitate: *Cœlestem* abundantia donorum cœlestium. Vide, & ad hunc propositum adapta, dicta supra num. 82. & 144.

Veterum Triumphantium *Coronas*, ex dictis num. 784. Triumphatrici Deiparæ in hoc adapta mysterio: ipsi tribuendo Coronam triplicem. Auream scilicet pro Regia Maiestate; quia omnium Regina Concepta fuit. 2. Argenteam pro mira puritate, quia ab omni peccati macula extitit immunis. 3. Stelliferam pro materna dignitate; quia amicta sole justitiæ velut Stella matutina ipsum nuntiavit vniverso mundo.

Tandem si hoc die Veteres colebant *eburneum* simulachrum Veneris, *conspicuum* forma, regia majestate sedens super nitidum globum *Christallinum* habens sub pedibus *Caduceum* intortisque duabus anguibus. Quo simulachro, vt dixi num. 1678. adumbrabatur singulare trophæũ Deiparæ in sua *Immaculata Conceptione*: quam encomia *Crystalinam* puritate: *Conspicuam* donis supernis, omnigenaque virtute: *Eburneam* fortitudine: *Calcantem* caduceum venenatorum serpentium infernalium, quorum victrix *Maria* caput contriuit.

DIES IX.

A. D. 343. 1690 Hic dies, qui & 5. Idus Decembris, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 16. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, quæ extendebant permensem integrum ab octavo Kalendas Decembris, vsque ad 9. Kalend. Januarii, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Quem diem destinarunt Gentiles vrbanis rebus, & nundinis, ex Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. fol. mihi 128.

Thusci nonum quemque diem mensis vocabant *Nonas*, quo die Regem suum salutabant, & de propriis negotiis consulebant. Ita cum Alciato Cæsar Calà quæst. 4. num. 1047.

Quo die Romæ festum sacratum *Junoni*, suo in Templo: enim Puellæ, Nuptæ, & Viduæ Matronæ vrbis Romæ, convenientes in præfato templo, ipsi *Deæ Donaria* conferebant. Ita Kal. Vet. Tamayus, & Masculus hoc die. Sed ob quam causam hæc donaria à Fœminis oblata *Junoni*? Vt Puellis faustum matrimonium: Nuptis felicem partum: Viduis prosperum iter porrigeret, vtque ad optatas domos vnaquæque rediret, vt Vvolfangus Lazius, Philippus Beroaldus, & Gyraldus observant in marginatis locis, & cum ipsis Tamayus. Hinc cum munera offerebant, Deam magnis clamoribus invocabant, eamque *Interducam*, *Domiducam*, *Cinxiam*, & *Vnxiam* nominabant; quibus ob magnam religionem per Junonem jurare permissum erat, vt Achilles Statius in Not. ad Tibullum lib. 3. Eleg. 7. fatetur, ipsius Tibulli carminibus fretus, quibus hanc consuetudinem jurandi proponit hisce versibus:

Etsi perque tuos fallax juravit *ocellos,*
Innocuemque suam, perque suam Venerem,
Nulla fides inerit.

Junonis festum.

Lazius de Rep. Rom. lib. 11. c. 3. Beroald. in Nat. ad Prosp. lib. 2. Eleg. 5. Gyraldus.

1691 Hoc igitur die, quo Veteres delirabant jam in Brumalibus, seu Ambrosianis Baccho dicatis: jam Fœminæ in Junone. At nobis venerandi veniunt fortissimi Christi milites martyrio laureati in Africa, vt *Petrus*, *Successus*, *Bassianus*, ac *Primitivus*, cum aliis viginti: & *Proculus* Veronensis præsul; *Restitutus* Carthaginensis Antistes. Iis ad gloriæ coronam associantur illustres præsules *Syrus*, & *Iulianus*. Quòd si hoc die Puellæ, Matronæque Romanæ donaria offerebant Junoni, *Leocadia*, & *Valeria* Christianæ Religionis Heroinæ, nihil arbitrantes se posse Religioni donare magnificentius, aut gratius, quam sanguinem pro illa profusum, ita libenter fecêre pro Christo; quòd *Gorgonia*, quia consequi non potuit, donavit certé pudoris purpuram. Pro iis igitur hodiernis cœlitibus, vertendo ad sacra Brumalia Veterum dicata Baccho, per hujus picturas, & attributa, Themata habes adaptanda; vt die 24. Novembris, num. 1629. Cumque & in sua Junone delirarent Veteres Matronæ Romanæ, ipsam hoc die colendo, ipsique Junoni tribuendo donaria; prophanum hunc ritum sprevêre hodiernæ Sanctæ, se totæ dicatæ

Martyrol. Rom. & Hisp. hoc die.

Thema.
1.
2.
3.

Digitized by Google

Christo: quare vertendo prophana ad sacra, habes supra per Junonem plura Themata adaptanda Heroinis, à num. 66. & alibi supra. Quæ Sanctæ Heroinæ cœlesti Sponso obtulerunt *Lilium* pudoris, *Palmam* fortitudinis, *Rosam* aut martyrii, aut fragrantis charitatis. Achan vidit, & abstulit, *Pallium coccineum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream*, similiter Gentilitas quantum in se fuit, studuit auferre Christo *Regulam* auream Evangelii, charitatisque: *Siclos* argenteos doctrinæ, famæ, & exempli: *Pallium* coccineum amoris. At Sancti totis viribus studuerunt effrænam Gentilitatem sepelire; obtuleruntque Christo *Regulam* auream observationis legis divinæ *Siclos argenteos* doctrinæ, famæ, & exempli: *Pallium* coccineum, jam charitatis, jam & sanguinis pro veritate Catholica effusi.

4. 5. 6. 7. Exod. cap. 7. v. 30. 8.

Menoch. de Repub. Heb. lib. 2. cap. 18. num. 8. col. 233. Iosephus lib. 12. Antiq.

1692 Scitè (advertit Menochius de Republica Hebræorum marginatus) quòd ea, quæ à Gentilibus offerebantur templo, aurum, argentum, &c. sivè infectum, potuit in vsus templi converti, & ex eo vasa confici ad ministeria sacerdotalia, aut Levitica, vel in templo suspendi ad Dei honorem; Quin obstaret quòd à Gentilibus essent oblata, aut illorum fuissent. Quapropter narrat Josephus, Ptolomæum Ægypti Regem, eum, scilicet, qui per septuaginta Interpretes Sacram Bibliam ex Hebræo idiomate in Græcam linguam transferre curavit, donasse templo auream mensam miræ pulchritudinis, vt ei panes propositionis imponerentur, & quædam alia vasa, quæ Eleazarus summus Sacerdos admisit, & in templū ad illius ministeria jussit inferri. Existimat etiam Abulensis *mures aureos, & similitudines anerum* à Philistæis missos, suspensos fuisse intra sanctuarium, vt omnes videntes recordarentur beneficii accepti à Domino, cum reducta *Arca Fœderis* natio Philistinorum fuit affecta gravi plaga turpis morbi. Et generatim, quòd de auro Gentilium idolatrarum possent fieri vasa Domini, apparet ex lib. Numer. vbi habemus omne aurum ex spoliis Madianitarum devictorum oblatum fuisse Domino, & in ejusdem thesauris repositum. Josuë etiam præcepit, vt omnia Vrbis Jericho destruerentur, & igne absumerentur: *Quid quid autem auri, & argenti fuerit, & vasorum æneorum, ac ferri: Domino consecretur, repositum in thesauris ejus.*

1. Regum cap. 6. v. 11. Abul. hic. q. 33. Num. 31. v. 25. Ios. cap. 6. v. 19.

Constat igitur fuisse licitum in antiqua lege prophana vertere ad sacra, eaque dicare Domino: vnde nihil mirum quòd & in nova ita fiat; quodque nos hoc in Diario prophana Veterum ad sacra vertamus. Cumque hoc die mulieres Romanæ suæ Junoni donaria offerrent, vasa (vt putamus) ferrea, ænea, argentea, & aurea: & hæc nos ad sancta vertendo, hodiernos laudemus cœlites: quia *Ferreos* fortitudine, *Æneos* constantia in Dei servitio, & obsequio: *Argenteos* doctrina, exemplo, fama: *Aureos* charitate in Deum, & proximum; vnde habes alterum Themata hodiernis Sanctis applicandum, & præcipuè S. Leocadiæ Virginis, & Martyri Tholetanæ, cujus acta diffusè tradit Tamayus hoc die, à fol. 391. vsque ad 433. mihi enim sat est, Epitaphium sepulchrale tibi tradere sequens:

Hic pia virgo jacet, fama vsque ad Sydera nota.
Et genere, & forma. Quæ floreſcentibus annis.
Carcere clausa truci, & macie confecta suprema.
Fortunatam animam pro Religione profudit.
Mortua non moritur. Sed vivens mortua vivet.
Et sempiternum per sæcula nomen habebit.

41

DIES X.

A.D. 344

1693 Hic dies, qui & 4. Idus Decembris *Aier*, & infaustus ex Macrobio, & Beyerlinc cum eo hoc die.

Dies *Comitialis*, ex Kalendario Maffeiano, apud Rosin. lib. 4. cap. 2.

Dies 17. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, quæ per mensem dicabantur Baccho, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Quo die Græca juventus agebat *Ludos Olimpicos, cursu, saltu, & Disco*, idque per *quinque dies* extensos, & victor *oleastro*, & *oleâ* coronabatur. Ita Cæsar Calà de Feriis quæst. 1. à n. 46.

Ad quem diem in prisco Kalendario Astronomico notatur: *Aquilonis vehemens flatus, caligoque caligo tempestatibus exortis enuntiatur.* Et optimè: enim ventus iste frigidus, & siccus est, nam flat inter Septemtrionem, & ortum Solsticialem, ex Plinio lib. 2. cap. 47. Cujus vim describit Ovidius lib. 6. Metamorphos. ipsum Aquilonem de se loquentem, sic inducens:

Astronomica observatio.

Apta

Aquilo.

Apta mihi vis est, quæ tristia nubila pello,
Et freta concutio, nodosaque robora verto,
Indutoque nives, & terras grandine pulso.
Idem Ego cùm fratres Cœlo sum vectus aperto,
Nam mihi campus is est, tanto molimine luctor,
Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliantque cavis elisi nubibus ignes.
Idem ego cum subii convexa foramina terræ,
Suppositique ferox imis mea terga cavernis,
Sollicito Manes, totumque tremoribus Orbem.

Ventus iste fuit dictus *Aquilo* à vehementissimo volatu, quo instar Aquilæ Cœlum velocissimè pererrit, vt cum S. Isidoro & aliis Tamayus observat hoc die, & Calepinus V. Aquilo. Vide num. sequenti dicenda.

Cartar. fol. 177.

1694 In tantum delirarunt Veteres, vt colerent Ventos velut Deos, eisque sacrificarent, vel vt eis essent propitii, vel vt in posterum ipsis ventis vterentur. Eosque eum aliis effingebant, tumescentibus buccis inflatis, ac spirantibus. Sed alii alios effectus producunt suo flatu: enim aliqui nubes cogunt, & pluvias inducunt; alii è contra nubes dispellunt; alii aliter vires suas ostendunt. Itaque diversi à Poëtis fuère descripti: qui quamquam multi sint, tamen præcipui numerantur quatuor flantes à primariis quatuor mundi cardinibus. Est ventus (ex V. Beda, & Anglico) *Aër motus, & circumagitatus: ex fumosis atibus à terra descendentibus, & aërem repellentibus*: Quatuor autem principaliores venti sunt *Orientalis*, qui & *Subsolanus* vocatus: *Occidentalis*, qui & *Favonius*, ac *Zephirus* nuncupatus: *Meridionalis*, qui & *Auster* dictus: Et *Aquilonaris*, qui & *Boreas* appellatus. Est Ventus frigidus, & siccus spirans à parte Septentrionali, & Aquilonari: quare & *Aquilonaris* dictus. Qui & *Boreas* nuncupatur, aut à violento flatu, & sonore, ex Virgilio Georgic. 1. aut à nutrimento, quod alat nutriat, & sana corpora reddat, ex Gelio, & aliis. Hic igitur ventus, quia nives, frigus, glaciemque affert, effingitur, *barba, capillis*, ac *alis nive conspersis*, vt Cartarius marginatus supra observat.

Pictura Ventorum.

Anglic. lib. 11. cap. 2.

Beda. ibi. Ventus, quid. *Aquilon.* Calep. V. Boreas. Gell. lib. 2. c. 12.

Pictura.

1695 Hic igitur dies Veteribus Ater, & Infaustus, jam festivus ob Brumalia, seu Ambrosiana Baccho dicata, jam ob Ludos Olympicos: nobis autem sit celebris, & lætus, ob faustos triumphos nostratum, qui de tyrannis, & tormentis, velut luserunt, adjuti gratia, & parta victoria obtinuerunt triumphantium oleam, & palmam. Hi fuerunt Hierarcha *Melchiades* multa pro Christo passus sub Maximiano: *Mennas* & alii Alexandrini martyres passi sub Maximino: *Mercurius*, & socii milites, sub Tettillo præside cæsi pro Christo: quibus, inter alios plures, ad eandem martyrii palmam, meritò associantur *Abundius* sub Diocletiano passus, ac *Gemellus* Ancyrensis martyr, qui sub Juliano Apostata crucis supplicio consummavit triumphum. Nec tantum ob relatos, aliosque Sanctos celebris nobis dies præsens, verum & ob Heroinas Virgines, & martyres *Iuliam*, & *Eulaliam* Emeritenses. Hæc adhuc adolescentula, zelo fidei succensa Legatum Calphurnianum persequentem Emeritæ Christianos adivit, & fidelium causas viriliter defendit: quare comprehensa, post equulei, verberumque molestias, in crucem evecta, igne suppositio, tradidit Sponso spiritum in Columbæ specie.

Martyrol. Rom. & Hispan. hic.

Surius tom. 6. fol. 199. Martyr. Hisp. hoc die, & 12. Februarii.

1696 Hujus sacræ Virginis acta, & passio, ex Prudentio, & Legendariis Austericensibus, sic traduntur à marginatis:

Germine nobilis Eulalia,
Mortis, at indole nobilior,
Emeritam *sacra virgo suam,*
Cujus ab vbere progenita est,
Ossibus ornat, amore colit.
Proximus Occiduo locus est,
Qui tulit hoc decus egregium,
Vrbe potens, populis locuples,
Sed magè sanguine martirii,
Virgineoque potens titulo.
Curriculis tribus, atque novem
Tris hyemes Quatcr attigerat,
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera carnifices
Supplicium sibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium,
Tendere se Patris ad solium,
Nec sua membra dicata thoro:
Ipsa crepundia repulerat,
Ludere nescia pusiola.
Spernere sucina, flare rosas,
Fulva monilia respuere:
Ore severa, modesta gradu,
Moribus, & nimium teneris,

Digitized by Google

Caniciem meditata senum.
Ast ubi se furiata lues,
Excitat in famulos Domini,
Christicolasque cruenta jubet
Thura cremare, jecur pecudis
Mortiferis adolere Deis.
Infremuit sacer Eulaliæ
Spiritus, ingeniique ferox
Turbida frangere bella parat,
Et rude pectus, anhela Deo
Fœmina provocat arma virum:
Sed pia cura parentis agit,
Virgo animosa domi ut lateat,
Abdità rure, & ab urbe procul;
Ne fera sanguinis in pretium
Mortis amore puella ruat.
Illa perosa quietis opem
Degeneri tolerare morâ;
Nocte fores sine teste movet,
Septaque claustra fugax aperit
Inde per invia carpit iter,
Ingreditur pedibus laceris
Per loca senta situ, & vepribus,
Angelico comitata choro:
Et licet horrida nox sileat,
Lucis tamen habet illa ducem.
Sic habuit generosa patrum
Turba columniferum radium,
Scindere, qui tenebrosa potens
Nocte viam face perspicua
Præstitit, intereunte Chao.
Non aliter pia Virgo, viam
Nocte secuta, diem meruit,
Nec tenebris adoperta fuit,
Regna Canopica cum fugeret,
Et super astra pararet iter.
Illa gradu cita pervigili,
Millia multa prius peragit,
Quam plaga pandat Eoa polum,
Mane superba tribunal adit,
Fascibus adstat, & in mediis
Vociferans: Rogo, quis furor est
Perdere præcipites animas;
Et malè prodiga corda sui
Sternere rasilibus scopulis;
Omnipatremque negare Deum?
Quæritis, ô miseranda manus,
Christicolum genus? En! Ego sum
Dæmonicis inimica sacris!
Idula prætero sub pedibus;
Pectore, & ore Deum fateor.
Isis, Apollo, Venus nihil est,
Maximianus & ipse nihil;
Illa nihil, quia facta manu:
Hic, mannum quia facta colit:
Frivola utraque, & utraque nihil.
Maximianus opum Dominus,
Et tamen ipse cliens lapidum,
Prostituat, voveatque suis
Numinibus caput ipse suum;
Pectora cur generosa quatit?
Dux bonus, arbiter egregius,
Sanguine pascitur innocuo:
Corporibusque piis inhians;
Viscera sobria dilacerat:
Gaudet, & excruciare fidem.
Ergo age tortor, adure, seca,
Divide membra coacta luto,
Solvere rem fragilem, facile est;
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.
Talibus excitus in furias
Prætor ait: Rape præcipitem
Liber, & obrue suppliciis:
Sentiat esse Deos patrios,
Nec leve Principis imperium.
Quam cuperem tamen ante necem
Si potis est revocare tuam
Torua Puellula nequitiam!
Respice, gaudia quanta metas;
Quæ tibi fert genialis honor:
Te lacrymis labefacta domus
Prosequitur, generisque tui
Ingemit anxia nobilitas;
Flore quòd occidis in tenero,
Proxima votibus, & thalamo.
Non movet aurea pompa thori?
Non pietas veneranda senum?
Quas temeravia debilitas.
Ecce parata ministeria
Excruciabilis exitii.
Aut gladio ferire caput;
Aut laniabere membra feris;
Aut facibus data fumificis;
Flebiliterque ululanda tuis,
In cineres resoluta flues.
Hæc, rogo, quis labor est fugere?
Si modicum salis è minutis
Thuris, & exiguum digitis
Tangere Virgo benigna velis;
Pœna gravis procul absuerit.
Martyr ad ista, nihil: sed enim
Infremit, inque Tyranni oculos
Sputa jacit: simulachra dehinc
Dissipat, impositamque molam
Thuribulis pede pro subigit.
Nec mora carnifices gemini
Juncea pectora dilacerant,
Et latus ungula Virgineum
Pulsat utrimque, & ad ossa secat;
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce! Mihi Domine;
Quam juvat hos apices legere,
Qui tua Christe trophæa notant!
Nomen & ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis elicitis.
Hæc sine fletibus, & gemitu
Læta canebat, & intrepida
Dirus abest dolor ex animo,
Membraque picta dolore novo
Fonte cutem recalente lavant.
Ultima carnificina dehinc,

Nos

Non lacerátio vulnifica
Crate tenus, nec arata cutis;
Flamma sed undique lampadibus
In lacera, stomachumque furit.
Crinis odorus, & in jugulos
Fluxerat, involitans humeris;
Quò pudibunda pudicitia,
Virgineusque lateret honos
Tegmine verticis oppositu.
Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata caput
Occupat, exuperatque ap cem:
Virgo citum cupiens obitum
Adpetit. & bibit ore rogum.
Emicat inde columba repens,
Martyris os, nive candidior,
Visa relinquere, & astra sequi:
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.
Colla fluunt, abeunte animâ,
Et rogus igneus emoritur,
Pax datur artubus exanimis,
Flatus in æthere plaudit ovans,
Templaque celsa petit volucer,
Vidit & ipse satelles Avem
Fœminæ ab ore meare palam:
Obstupefactus, & attonitus
Profilit, & sua gesta fugit;
Lictor & ipse fugit pavidus.
Ecce! Nivem glacialis hyems
Ingerit, & tegit omne forum:
Membra tegit simul Eulaliæ,
Axe jacentia sub gelido
Pallioli vice linteoli.
Cedat amor lacrymantum hominum,
Qui celebrare suprema solent;
Flebile cedat, & officium:
Ipsa elementa jubente Deo,
Exequias tibi Virgo ferunt.
Nunc locus Emerita *est tumulo*
Clara Colonia Vettoniæ,
Quam memorabilis amnis Ana
Præterit, & viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra luit.
Hic ubi marmore perspicuo
Aria luminat alma nitor,
Et peregrinus, & indigena:
Reliquias, cinereſque sacros
Servat humus veneranda sinu.
Tecta coruſca super rutilant
De laquearibus aureolis,
Saxaque cæsa solum variant:
Floribus, ut roſulenta putes
Prata rubescere multimodis.
Carpite purpureas violas,
Sanguineosque crocos metite,
Non caret his genialis hyems:
Laxat, & arua tepens glacies,
Floribus, ut cumulet calathos.
Ista comantibus è soliis
Munera Virgo, puerque date.
Ast ego seriæ thoro in medio
Texta feram pede Diactylico
Vilia, marcida, festa tamen.
Sic venerari & ossa libet,
Ossibus Altare & impositum.
Illa Dei sita sub pedibus
Prospicit hæc, populosque suos
Carmine propitiam fovet.

Hæc Aurelii Prudentii Clementis ecphrasis Passionis, quam cum Surio, Antonio Nebrisense, Tamayo, & aliis transcripsi, vt mireris Dei potentiam in hac, quantum puella, Heroina celeberrima.

1697 Pro hodiernis igitur cœlicolis, Veterum Brumalia, seu Ambrosiana Baccho dicata, Christianiza, & ad sacra verte, vt die 24. Novembris, n. 1629. Tum & per Ludos Olympicos, ex dictis supra num. 105. ac 1059. enim mysticè luserunt *cursu, saltu*, & *disco*: vnde habes plura Themata, hodiernis cœlicolis adaptanda. Quòd si victores in Ludis Olympicis *Olea* coronabantur, vti dixi, habes & per *Olivam* alia Themata, hodiernis accommodanda cœlicolis ex num. 588. ac num. 784. Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

1698 Ventos olim observabant Gentiles, sumebantque ex iis auguria. Ad quòd spectat illud Statii ad Thebaidos inquiens: Stat. l. 3. Theb.

Ventisque, aut alite visa
Bellorum proferre diem.

Cumque flatus vehemens Aquilonaris ventus in prisco Kal. Astronomico hoc die, vti dixi, notetur; vt vanam Gentilium observantiam ad sacra vertamus: observa quatuor cardinales ventos. Primus dictus *Subsolanus*, quasi natus sub sole, in torrida zona, sub qua semper movetur Sol. Secundus Occidentalis dictus *Favonius*, eo quod *favet*. Tertius *Auster* à Meridie flans, & rore repletus. Quartus *Aquilonaris* ab Aquilone ortus frigiditatem indueens, & adversa significans. Quisquis ventorum suam habet vtilitatem, propter quod de thesauris divinæ providentiæ exire, vel produci dicuntur, juxta illud Psalmi. *Qui producit ventos de thesauris suis.* Hinc adapta quatuor Cardinales ventos *S. Eulaliæ*: eam encomiando *Orientalem*, aut subsolanum ventum, ab Oriente gratiæ per Baptismum: *Australem*, aut Meridionalem, quia repletam rore cœlesti, & amore Dei: *Aquilonarem* in sustinenda passione, tantoque martyrio: *Occidentalem*, seu Favonium: quia faventem, protegentemque clientes suos. Cui Heroinæ alia per Novarin. in Sched. l. 11. n. 9. Anglic. lib. 11. cap. 3. & Gemin. lib. 1. cap. 73. Psal. 134. v. 8. 9.

præfa-

Digitized by Google

præfatos ventos poteris adaptare ex dictis ab Anglico, & Geminiano marginatis.

DIES XI.

A.D. 3453 1699 Hic dies, qui & 3. Idus Decembris, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maff.

Dies 18. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 2. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, ex dictis die præcedenti, & num. 49. die 10. & 30.

Dies Luctui Sacratus à Pythagoricis, qui hoc die convivium silicernium agebant, ex dictis cum Bungio, & Alex. cit. num. 49. die 11.

Halcyona. Quo die, & sequentibus *Halcyona* festa per dies 13. extensa. Ita Kalend. Roman. Rosinus in suo lib. 4. cap. 4. Beyerlinc, & Tamayus hoc die, ac Gyraldus de Mensibus fol. 620.

Agonia. Ipso hoc die *Agonalia sacra*. Ita Vet. Kal. & cum Rosino lib. 4. cap. 16. Tamayus, & Masculus hoc die.

Agonales. Quæ sacra *Agonia*, seu *Agonalia* nuncupata, & agebantur die 9. Januarii, vt eo die dixi. Dictis addo, quòd olim celebrabantur *Agonales* quatuor in honorem *Solis*: quare Julianus orat. 4. dixit: *Quibus si hoc adjunxero, colere nos Mythram, & quadriennales Agones in honorem Solis*, vt refert Novarinus in Schediasmatis Sacro-Prophanis lib. 11. num. 225.

Septimontia. *Septimontia sacra* ad hunc diem consignabantur in Vet. Kal. cum quo Masculus, Beyerlinc, & Tamayus hoc die; ac Hospinianus de Festis fol. 144. Quem festum ad finem hujus mensis refert Tertulianus lib. de Idolatria.

Halcyona. 1700 Dixi, quod hoc die erant sacra *Halcyona* nuncupata per dies 13. extensa. Origo, & causa fuit: quia *Halcyone* avis satis nota Navigantibus, intra mare super scopulos ova parit, & pullos educit, quo tempore summa tranquillitas in fluctibus apparet. Et quamquam sit differentia inter authores, quo tempore *Halcyone* super ova cubet, sed tamen hoc nihil ad Fastos, in quibus comperimus solemnia hæc agi solita diebus tredecim, ab hoc & sequentibus. *Halcyone* ex Ambrosio dicitur ab *Alite*, & *Occeano*, quasi *Ales Occeani*. Est autem avis, quæ in medio hyemis, vbi mare est tempestuosum, solet in mari nidum suum facere, & in nido ova sua ponere; sed statim quando in nido incipit cubare, in toto mari fit maxima serenitas, ita quod totum tempus, quo ova sua fovet, & septem aliis diebus, quibus pullos eductos nutrit, nulla penitus turbatio fit in mari, & idem nautæ observant; & hos *quatuordecim* dies perpetuæ serenitatis, quos & vocant *Halcionidas*, vt totum observat Berchorius, ex Ovid. dicente:

Perque dies placidos hyberno tempore septem
Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis,
Tum via tuta maris, ventus custodit, & arcet
Æolus ingressu, præstatque, nepotibus æquor.

Ovid. lib. 11. Metam.
Aristotel. Hist. Avium.
Funes lib. 1. cap. 25.

Quæ avis *Halcyon*, aut *Alcyone*, vt cum Aristotele observat Didacus Funes marginatus, est *parva*, *fœcunda*, & *sapientissima* nuncupata à Plutarcho. Insuper & est coloris *Cærulei*, & ex parte *Viridis*, ac *Rubicunda*. Adumbratque (ex Berchorio in Reductorio marginato) & Christum, & Prælatum vigilantem, & bonum, ac justos, sanctosque.

Septimontia. 1701 Dixi, quòd hoc die erat Romæ sacra *Septimontia* nuncupata, festumque *Septimontium* dictum, eo quòd vrbi esset additus septimus collis, quo die mos erat fieri sacrificia in septem montibus, quos Roma præmit, & occupat. Quo die vehi vehiculis per Vrbem criminosum erat. Hunc que diem Septimontialem nuncupavit Domitianus, qui epulum dedit, hoc die, Senatui, equitibus, panariis, plebeisque sportellis, vt cum Suetonio, & aliis observat Gyraldus.

Gyrald. syn. 17. fol. 419.
Tamay. hoc die.

1702 Hoc igitur die, quo vetus delirabat Roma, jam in festum Septimontium, jam in Halcyonum, jam in Agonium; nova Roma celeberrimos colit Agones Sanctorum, qui pro Christo passi, vsque ad agonem vltimum, martyrio obierunt laureati, ipsa in Roma, vt *Thrasson*, *Pontianus*, & *Prætextatus*, ad quam palmam, & pervenit *Barsabas*, ac *Fuscianus*, & cum omine nominis *Victoricus*, & *Gratianus*: cum iis, aliisque ad gloriæ coronam pervenit *Damasus* Papa, qui reginæ Vrbium majus attulit decus suo Pontificatu, sanctitateque, quàm Veteres Septimontium festo. Fuit igitur hic Sanctus Pontifex Hispanus, sed cujus loci, variant Authores, volentes aliqui esse Lusitanum, aut Igeditanum, aut Vimaranensem: alii volunt ex vrbe Tarraconensi oriundum: alii affirmant

Martyrol. Rom. & Hispanicum.

Tamay. hoc die.

Calepin. verb. *Halcyon.*

S. Amb. in hex. Berchor. lib. 7. cap. 6.

Digitized by Google

manſit fuiſſe in Oppido vocato *Argelagues* in Empuritana Provincia Cathaloniæ : Alii tandem Mantuanum Carpetanum, in Regno Toletano, vbi hodie Matritus eſt, & Curia Regum Catholicorum, Hiſpaniæque emporium. Hæc communior eſt opinio, & ex veruſto M. S. codice, apud Hiſpanum Martyrologium per ſequentes verſus conſtat:

Carpetanorum Damaſum olim Mantua Summum,
Pontificem genuit, qui fuit Orbis honos.
Vrbis, & Orbis honos fuit; & fuit vndique Sydus;
Gloria Pontificum; Lucifer ipſe Poli.
Hæreticis maſtyx; Sanctis ſed vbique corona.
Egregius ſophiæ; carmine dulce melos.
Moribus ingenuus; fide ſed puriſſimus, atque
Virginitate micans, integritate cluens.
Seculis à multis colit hunc jam Mantua Civem,
A cotidem Noſtra Vrbs quoque Magna colit.

Thema. Pro iis, aliiſque hodiernis cœlitibus, vertendo ad ſacra Brumalia, ſeu Ambroſiana Veterum, plura habes Themata, vt præcedenti die num. 1697. remiſſivè, & Chriſtianizando jam Brumalia, jam Ludos Olympicos. Quòd ſi hoc die Veteres dicabant Agonalia ſacra, & per Agonalem montem habes num. 102. alterum Thema. Si Alcyona ſacra dicabant, ob avis Halcyonis cubationem, partum, & prognoſticum: cum hæc avis, ex dictis cum Pictavienſe Sanctos adumbret, ſitque parva, fœcunda, & nuncupata ſapientiſſima; verte hæc ad hodiernos Sanctos, eoſque encomia *Parvos* humilitate: *Sapientiſſimos* doctrina, veraque religione: *Fœcundos* virtutibus. Tum & ipſos lauda Halcyones myſticos, *Cæruleos* vita cœleſti: *Viridis* Spe, *Rubicundos* flagranti charitate, aut martyrio. Inſuper ſi Veteres delirabant in feſto Septimontium, & montes Sanctos adumbrant: quia ſolidos, compactos, & verſus cœlum erectos, vt Pictavienſis in Reductorio advertit, & hæc verte ad hodiernos Sanctos, eos encomiando *Solidos* virtute, profundoſque humilitate; *Compactos* charitate in Deum, & proximum; *Erectos* in cœlum ſpe, & merito. Tandem & per montes ipſos encomia Sanctos: quia *Solidos, Fortes, Candidatos; Elevatoſque.*

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Berchor. lib. 10. cap. 2.

DIES XV.

1703 Hic dies, qui & Pridie Idus Decembris *Endotercifus* notatur in Kal. Maff. A. D. 346.

Dies 19. *Brumaliorum*, ſeu *Ambroſiarum*, ex dictis cum Hoſpiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 3. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute *curſu, ſaltu*, & *diſco*, ex dictis die 10. hujus menſis, & num. 49. die 10. & 30.

Dies 2. quo agebant *Halcyona* feſta extenſa *per dies tredecim*, ex dictis cum pluribus die præcedenti num. 1699.

Quo die *Ludi Lancionici*, extenſi *per dies ſeptem*. Ita Vet. Kalend. Gyraldus, & junius in Faſtis. Hoſpinianus de Feſtis cap. 29. fol. 144. & Lazius de Rep. Romanor. lib. 10. cap. 15. Sed qui, & quales fuerint hi Ludi, nec Hoſpinianus, nec Lazius ſe comperiſſe fatentur.

Apud Indos *Sacra Fluminia*, quibus Rex cum omni populo ad *Flumen* propinquum accedens, Diis ſuis immolabant equos albos, & tauros nigros, pro ſalute, & incolumitate Regis, Regni, & populi; quibus peractis ſuſpicabantur omnia ſibi deinceps fauſta, & proſpera cum incremento Imperii obfutura. Ita Vet. Kalend. Reuſneri, Maſculus, & Tamayus hoc die. *Fluminia ſacra.* Cauſa. Ritus.

Dies item dicatus *Soli*, & *Laribus* ex dictis ſupra num. 49. in fine.

1704 Hoc igitur die, quo Veteres immolabant equos albos, & tauros nigros flumini propinquo, fauſtum ſibi inde putantes eventum: id potius apud noſtrates eveniſſe conſtat: cum ſe ipſos obtulérunt hoſtias pro Chriſto. Hi fuére *Syneſius*, qui multos convertit ad Chriſtum, & ſub Aureliano, gladio percuſſus, martyrium complevit: ad quam palmam cum nominis omine pervenerunt *Alexander*, paſſus ſub Decio; *Conſtantius, Creſcentius, Inſtinus*, & ſocii paſſi ſub Rictiovaro Præſide in perſecutione Diocletiani. Nec tantum viri, verum & fœminæ pari modo ſe obtulére hoſtias, vti fecére *Ammonaria* duæ, *Mercuria*, & *Dionyſia*. Fuerunt & hoc die Emeritenſes Hiſpani martyres *Hermogenes, Donatus*, & alii viginti duo, qui ſub Daciano præſide variis ſuperatis tormentis, tandem conjecti in paludem martyrii palmam complevére. De quibus, cum Paulo Diacono Emeritenſi, ſequens tradit Tamayus Decaſticum: Martyrol. Rom. & Hiſpan.

Julia-

Iulia-Castrâ suos dedit acri Martyres ensi,
Donatum, Hermogenem, *atque viginti duos.*
Hos ferus invenit Dacianus in urbe latentes.
Christicolûm cœtus amplificantes item
Quos diris lanians cruciatibus undique, in urbem
Emeritam *misit, qua cadit alma cohors.*
Plurima pro Christo perpessi vulnera, tandem
Sanctorum exuvias suscipit amnis Anas.
Civibus à suis extracta, at post corpora, Bustum
Julia-Castra *diu præbuit ipsa viris.*

Pro his igitur, aliisque hodiernis cœlicolis verte ad sacra Brumalia, seu Ambrosiana Baccho dicata, vt remissivè præcedenti die: vnde & per Brumalia, Alcyona, Ludosque Olympicos, plura habes Themata, iis adaptanda Sanctis; vt per Brumalia, die 24. Novembris. Per Ludos Olympicos num. 105. & 1059. ac 784. Per *Halcyona*, aut *Alcyona*, vt præcedenti die num. 1702. Vndè habes plura Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DIES XIII.

A.D. 347. 1705 Hic dies, qui & Idibus Decembris *Nefastus primo* notatur in Kal. Maff.

Dies 20. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628. Et 3. quo agebant *Halcyona* sacra.

Dies 4. *Ludorum Olympicorum* actorum à Græca juventute, *Cursu*, *Saltu*, & *Disco*, ex dictis, die 10. hujus mensis, & num. 49. die 10. & 30.

Dies 2. *Ludorum Lancionicorum* extensorum *per dies septem* ex dictis, cum Vet. Kal. Gyraldo, & aliis præcedenti die num. 1703.

Hic dies Iduum *Faustus*, Feriatus, & agendis rebus felix habitus, ex Macrobio, & Bungio, vt cum ipsis dixi num. 49. die 13.

Dies item *Festus*, & solemnis dicatus *Iovi*, ex Alexandro, & Beyerline: *Laribus* ex Roman, vt præfato num. & die dixi cum pluribus.

Quo die Romæ, decreto Augusti erat *Senatus Legitimus*, vt ex Tranquillo in Augustum notat Bungius de Numeris fol. 84.

Quo die in Veteribus Kalendariis designatur *Cursus Equorum Romæ*, quorum dexter bigarum immolabatur *Marti*. Ita Alex. ab Alex. lib. 3. Genial. Dier. cap. 18. Masculus, & Tamayus hoc die. Quo die hoc festum agerentur contendunt festus, & Plutarchus: nam ille Idibus Octobris, iste Idibus Decembris fuisse putat. Vide dicta 15. die Octobris num. 1461. Vbi & de ridiculo ritu hujus festi egi.

Tandem hic dies celebris apud Veteres Romanos, jam ob Triumphum C. *Fabricii Luscini* Consulis de Lucanis, Brutiis, Tarentinis, & Samnitibus, ad V. C. annum 445. & Q. *Pedii Proconsulis* ex Hispania V. C. anno 711.

Chytra. Gyrald. synt. 17. fol. mihi 422. & 423.

Gyraldus in syntagmate 17. agit de festo nuncupato *Chytro*, pereclebri apud Athenienses, acto hoc die, juxta aliquos, dicato Mercurio, & Dionysio. *Chytra* enim *ollam* significat, aut genus basis: vnde festum *Chytra* nuncupatum. Quo in basi omne genus seminum coquere solebant, nec coctis gustabant, sed pro mortuis offerebant Mercurio, & Dionysio. Vide alia num. 1585.

Ritus.

Martyr. Rom. & Hispan. & Histor. Lomb. leg. 4.

1706 Hoc igitur die, quo inter alia, & in triumphis Veteres delitabant, nobis veniunt venerandi triumphatores veri, vt Armenienses martyres *Eustratius*, *Auxentius*, *Eugenius*, *Mardarius*, & *Orestes*, qui varius cruciatibus sub Diocletiano martyrium consummarunt: ad quam palmam pervenit *Antiochus* in Sardinia passus sub Hadriano Imperatore, qui verè triumphando Lucinii triumphum omninò obscuraruut, & præcipué *Lucia* in cujus triumphali curru non tàm Leones, quàm domiti Leones sunt visi; proinde frustra adhibiti & mille viri, & juga plura boum à quibus trahi non potuit, facta columna immobilis, tantoque pondere à Spiritu Sancto fixa, vt virgo Christi immobilis permaneret. Pro his igitur, aliisque hodiernis cœlitibus plura veniunt adaptanda Themata vt in fine præcedentis diei remissivè, jam per Brumalia, seu Ambrosiana, jam per Ludos Olympicos, jam Alcyona, per quæ omnia ad sacra vertendo, habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Præterea & ipsis adaptare poteris Veterum triumphantium triumphos, colores, & coronas, vt supra num. 134. & 783. ac 1149. Aliaque plura de Jove, & Laribus habes Christianizata supra, facillimo negotio hodiernis accommodanda Sanctis.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Faustus

Hist. Lomb. citata. Geminian. lib. 1. cap. 70.

1707 Faustus fuit Veteribus dies præsens, sed nobis Faustior, quia dicatus inclytæ Heroinæ Sanctæ *Luciæ*. Dicitur enim *Lucia* à *Luce*: quare cum Lux sit *pulchra, excrescens, recta*, & *diffusa*, hæc Sanctæ Luciæ adapta, eam encomiando *Pulchram* virginitate, puritateque vitæ: *Excrescentem* augmento ponderis à Spiritu Sancto fixo, vt immobilem columnam: *Rectam* in Deum intentione, locutione, & operatione: *Diffusam* patrocinio in suos clientes, verosque devotos. Columna fuit insuper Sancta Lucia, quòd si columna est *firma*, *solida*, & *alta*, hinc præfaram Sanctam encomia mysticam columnam, *Firmam* fide, *Solidam* virtute, *Altam* merito; cujus Acta tibi offert *Mantuanus* sequentibus versibus:

Manruan. apud Tamay. die 17. Decembr. tom. 6. fol. 482.

Venit ad Australem lampas Titania metam,
Et subit Egoceron verso temone: Quadrigam
Flectit ad Arcturum; pluvioque recedit ab Austro;
Producitque dies, dederat, quæ tempora nocti:
Subtrahit & longè nimium jam pœnitet umbræ.
Mane oritur cum Sole Draco contortus in orbes,
Complectensque virum Piscis quoque, & aurea quondam
Thrajicii vatis Lyra, quæ placavit avernum:
Ac Maris, vt perhibent, olim, nunc incola Cœli
Cæruleus delphin tali stipante caterva.
Phœbus ab infernis superos adscendit in orbes;
Diva Syracusias inter sanctissima Nymphas
Lucia, quam magno olim celebravimus orsu,
Nunc addenda brevi nostris modulamine factis.
Paschasio ficulæ dum sub Proconsule gentes
Vitam agerent infelicem, quia durus, & atrox
Prædabatur opes, infidiabatur honori;
Cædibus instabat: Christum confessa virago
Matris Eleusinæ calathos derisit, & aras,
Persephones Reginæ Erebi, si fabula vera est.
Hæc ratio, quæ vincla tulit, quod clausa profundo
Carcere, quod perpessa graves virgunculæ pœnas.
At quia virginitas res est odiosa Tyrannis,
Iussa est ad commune trahi vitianda lupanar.
Sed nova res, & opus cunctis mirabile seclis
Contigit; ex templo facta est immota, soloque
Sic hæsere pedes, ac si radicibus altè
Defixis in grande nemus conversa fuisset;
Vt memorant prisci vates de virgine Daphne:
De Dryope, & Myrrha, de germanis Phaëtontis.
Mille viris juga multa Boum conjuncta labore
Sudavère diu invalido stipata: deinde
Conflagrante rogo non est exterrita flammis,
Non est læsa igni: demum per guttura ferro
In sacras animæ latebras spiravit adacto.

DIES XIV.

A. D. 348.

1708 Hic dies, qui 19. Kal. Januarii *Faustus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 21. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 5. *Ludorum Olympicorum*, actorum à Græca juventute *Cursu*, *Saltu*, & *Disco*, ex dictis cum Cæsare Calà die 10. hujus mensis, & num. 49. die 10. & 30. Et 4. quo agebant *Halcyona* sacra.

Dies 3. *Ludorum Lancionicorum*, extensorum per *dies septem*, ex dictis cum Gyraldo, & aliis num. 1703.

Qui dies, & postridie Idus nominatus, putatus *Ægyptiacus*, & *Ater*, ex Vet. Kal. Reusneri, Masculo, Beyerlinc, & Tamayo, ac ex dictis cum Bungio num. 49. die 2. & 14.

Ad hunc diem refert *Brumalia*, seu *Ambrosiana* Gyraldus de Mensibus fol. mihi 620. & Syntagmate 8. cum Proclo in Hesiodum, contendens hoc festum, actum Mense Leone, nostro respondenti Decembri. At si inciperent hoc die, eum ex dictis die 24. Novembris cum Hospiniano per Mensem fuissent extensa, prolongarentur ad diem 12. Januarii. Vide Cœlium Rodiginum lib. 28. Antiquar. Lect. cap. 25. Quod expressus tradit Gyraldus Syntagmate 8. ci-

Brumalia

Digitized by Google

8. citat. fol. mihi 245. num. 40. inquiens: *Bromius* Bacchus cognominatus est. Siculus à sonitu tonitruus, ac fulminis in ortu Bacchi vocatum significat: quippè resono, & sonitus, & ignis crepitus. Eusebius ait *Bromium* vocatum à sonitu ignis, qui cum ederetur insonuit. Magis mirum est, quod Proclus, aliique in Commentariis Hesiodi de Re Rustica scribunt, vbi de Mense Leone agitur, vt tradunt, *Dionysius* est: vnde Brumalia, quæ celebritas fuit, quæ agebatur in *Bruma*, atque adeo in Mense Leone: quæ tum in nostro Decembri, tum Januario peragebatur. Hæc Gyraldus.

1709 Hic igitur dies Ægyptiacus, & Ater Veteribus (quamvis, & alias ipsis Faustus) verè fuit nostratibus Faustus, jam purpureus, jam candidus: enim per martyrium evolarunt in Cœlum Alexandrini Martyres *Heron*, *Arsenius*, *Isidorus*, & *Dioscorus* puer, qui penè cum lacte nutricis sanguinem fudit, flagris acerrimè, cæsus. Tum & Antiocheni *Drusus*, *Zosimus*, & *Theodorus*, ad quam palmam perveneruntNicasius, & *Eutropia* virgo: quæ meritò sibi purpureum, & candidum præsentem fecit diem; quam ad candidationem illustres pervenere *Spiridion* clarus gloria signorum, donoque prophetiæ, & in Nicæno Concilio Philosophum Ethnicum Christianæ religioni insultantem devicit, & ad fidem perduxit: *Viator* Bergomensis præsul, & Papiensis *Pompeius*: quibus meritò associatur Abbas *Agnellus*, miraculorum gratia illustris, qui Neapolitanam Vrbem sæpe fuit visus ab hostibus liberare Crucis vexillo. His omnibus adjunguntur meritò, cum omine nominis *Justus*, & *Abundius* Hispani Martyres, in Bætica sub Numeriano, & Olybrio Præside passi, injecti in ignem, à quo evasserunt illæsi, voce cœlesti confortati; & iterata voce ad Cœlum vocati, post dira tormenta, gladio percussi martyrium consummarunt. Horum acta tradit S. Isidorus Hymno sequenti.

Martyrol. Rom. Hispan. & Belarminus.

Vox ecce Varum vivida personat
Venire Christum, nascique nuntiat;
Nunc festa cujus plebs pia celebrat;
Quæ ferens undam lucidam promicat.
Quem Gabrielis *vox clara nuntiat;*
Quæ Virgo pavit, quæ sola rutilat
Fœtosa, Virgoque lactitat,
Nutrixque Virgo se cui dedicat.
Cujus dicata passio provocat,
Vt quis fidelis sanguine rubeat
Et passionis munere polleat,
Vtroque sese perimi gaudeat.
Justi, & Abundii, quem sequi curset
Sacra voluntas; quem quoque nuntiat
Sequi debere; qui in fide lasciat
Se fore fortem, voceque jubilat.
Hos, hunc sequentes, perimi judicat
Numerianus, qui Olybrio hoc imperat;
Vt Christianos ensi subjiciat,
Christique servos publicè opprimat.
Justum en Olybrius, *vt audiit,*
Furore raptus, nec neve quæritat,
Si Christianus ipse sit explorat:
Sed Christi servus illicò clamitat,
Se esse Fidelem, nec mori dubitat.
Præses in ira conterritus provocat
Membra fidelis, nec nevè clamitat,
Vt hunc rotarum ars sæva proterat;
Sed mens ditata minimè trepidat;
Voceque clara cantica jubilat:
Quem sibi Christus ita mirificat,
Vt vota vincens jam liber offerat.
Ferox Tyrannus vocibus intonat,
Fornax, vt atrox ignibus ardeat.
Testis, & Almi membra suscipiat;
Oserre thura Martyr, vt ambulet,
Aut igni ira concita pereat:
Seque severæ morti subjicias,
Flammaque rogis citus inhæreat:
Ne contraire Præsuli valeat.
Sed quem ditata mens benè sublevat;
Et meritorum gratia dedicat,
Nec flamma vincit, nec pœna superat;
Sed igne trusus illæsus ambulat.
Adhuc Abundus *dum piè spectatur,*
Se se citatim, Martyri sociat;
Mentemque Christo jubilò dedicat;
Ipsique Olybrio *vocibus irrogat*
Cujus cùm fama Præsidi personat;
Fremit ira, terrere inchoat:
Sanctus Abundus, vt Idolis cedat;
Illisque cedens, thus libens offerat.
Sed quia Sanctus vinci nequiverat,
Justum hunc sodalem facibus imperat
Haberi, cujus vt vita pereat
Iamque cito discrimini cedat.
Mare fudis, qui pedibus ambulat,
Potensque clausos corpore transvolat;
Ignis pœnas, hoc fugere provocat,
Itemque tutos sistere factitat.
Hos ipse Sanctis æthere sociat,
Et ignis ille flammeus evolat,
Et quos vrendo in flamma susceperat

Exuri-

Exirita rore frigida consecrat.
Vt nec capillus capitis ardeat,
Nec ipsa vestis ignibus hæreat;
Sed rore tincta, tuta ve maneat:
Hæc cuncta regens Spiritus actitat.
Exemplo quorum nunc pius audeat
Quisque fidelis, munus & inferat
Sui precatus, menteque serviat,
Qui misertus omnia judicat.
Ipse præcantum vota suscipiat;
Et Paradisi januam aperiat,
Qui in æthere tonans, pius nos adjuvat,
Cunctaque solus dimicare vult.
Sit honor illi, qui solus intonat
De sede Poli, cunctaque judicat:
Eique sese lingua subjiciat:
Per omne sæculum carmina concinat. Amen.

Pro iis igitur, aliisque cœlitibus hodiernis, verte ad sacra Brumalia, seu Ambrosiana, & plura habes Themata, vt die 24. Novembris, iis Sanctis adaptanda. Tum & Themata alia per Ludos Olympicos, vt num. 107. & 1059. ac 784. Tandem & per Halcyona sacra, vt supra die 11. hujus Mensis, num. 1702. vnde habes Themata plura hodiernis accommodanda Sanctis.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

DIES XV.

A.D. 349.

1710 Hic dies, qui & 18. Kal. Januarii, *Nefastus primus*, notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 22. Brumaliorum, seu Ambrosiarum, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 4. *Ludorum Lancionicorum*, extensorum per *dies septem*, ex dictis cum Gyraldo, & aliis, num. 1703.

Dies 5. quo agebant *Halcyona* sacra, ex dictis supra die 11. hujus Mensis à num. 1700. Quæ sacra *per dies* 13. extendebantur.

Quo die Natalitum Neronis immanissimi Imperatoris. Ita Suetonius, & cum eo Beyerlinc hoc die.

Ad hunc diem refert Alva Tabula 5. quòd Judæi adorarunt *Iovis* statuam, vti cum ipso Alva refero in Diario Sacro hoc die, num. 2561.

Ad quem diem referunt plures *Consualia* dicata Deo *Conso*. Ita Kalend. Maffeianum. Rosinus lib. 4. cap. 16. Tamayus, & Masculus hoc die. Qui *Consus* putatus fuit ab aliquibus *Neptunus*, dicentibus: *Neptunum* cognominatum *Consum*, idque nomen ipsi inditum ob consilium datum Romulo de raptu Sabinarum virginum: ab aliis *Consus* fuit putatus distinctus à *Neptuno*, & dictus *Consus* à Consilio dando, quòd consiliarius foret, aut quod magnarum rerum consilia occulta esse oporteret: quare colebatur subterranea ara, juxta Circum maximum, quæ ara solum patefiebat in consualibus, in qua ipsi *Conso* sacra dicabant. De quo lege marginatos. De *Conso*, & Consualibus vide dicta, à num. 1134. & num. 1164.

Rosinus lib. 2. cap. 13. Cartar. fol. 171. S. Aug. lib. de Civit. Gyrald. Synt. 5. fol. 141.

1711 Hic igitur dies Veteribus jam Nefastus, jam Festus, & Ludorum: Faustus fuit certe nostratibus, illis scilicet, qui peracto triumphali cursu evolarunt in Cœlum. Hi fuêre *Irenæus*, *Antonius*, *Theodorus*, *Saturninus*, & alii *decem*, *& septem*, quibus, cum omine nominis, associatur *Victor*: hi in persecutione Vvandalica, sub Valeriano pro Christo passi, suo cruore Romam decorarunt. Ex iis lipsana sacra *Antonii*, & *Victoris* ad Hispaniam delata, illius in Conventu Valisoletano, istius in Pampilonensi venerantur. Dictis, & præter alios, cum omine nominis, & associantur Africani Martyres *Faustinus*, *Cælianus*, *Fortunatus*, *Lucius*, & *Candidus*, qui hunc diem candidarunt, illustraruntque. His aliisque laureatis Martyrio, merito ad coronam gloriæ adjunguntur *Maximinus* præsul Aurelianensis, & *Christiana* proprio nomine vocata *Ancilla* (vt observat Baronius, hoc die.) Hæc etsi aliquando capta tantæ virtutis, animique magnitudine fuit, vt trans Pontum Euxinum, sola, religione vera imbuerit Ibericam gentem, vna cum Rege; cujus filium ab ægritudine corporis miro modo curavit. Opinatur Cæsar Baronius, quòd hæc Heroina, eo quòd ejus nomen haberetur incognitum, non proprio, sed appellativo nomine nuncupata fuit *Christiana ancilla*, quæ Apostolico munere, virtutesque miraculorum (Deo dante) gentem illam Ibericam tempore Constantini ad Christi fidem perduxit, vt cum Nicephoro, Sozomeno, & aliis Belarminus scribit. Est igitur in Asia regio Iberica juxta Pontum Armeniæ, Euxinum nuncupatum: quia terminatum ad mare Euxinum: qua in Iberia regione, nascuntur herbæ vtiles ad tincturam, vt cum S. Isidoro Minorita Anglicus advertit. Hujus Christianæ Ancillæ Acta per sequens Encomion Masculus dedit:

Martyr. Rom. Hispan. Baron. ac Mascul. hoc die.

S. Isidor. lib. 15. Anglic. lib. 15. cap. 77. Calepinus verb. Pontus. Masculus hoc die Encomion 402.

Tuum vetustas nomen præfixit ad gloriam,
Vt vel Captiva diceveris, vel Iberica;

Digitized by Google

Nobilis, quòd captiva triumphum egeris,
Illustris, quòd una subiecceris Iberiam:
Capta es in Iberico bello pia mulier,
Vt captivos faceres impios Deos:
Parum dixi, vt de Diis fateres stragem:
Experti sunt in fœmina bello Titanico majus,
Erubuerunt illi ante pudere, quam strage,
Quod caderent à serva Dii:
Principi religionis fraudi fuit ancilla,
Tu in ea amplificanda fuisti auxilio:
Confirmasti quoque rem prodigiis
Ægrum Regis filium, frustra implorato Deo:
Divinitùs ipsa curasti;
Sed eum auro ante spoliatum, ac purpura
In lacero, ac vili abiici jussisti linteo,
Scilicet, vt esset soli religioni pretium:
Abluisti rite Regem, conjugem, regiâque prolem
Iis manibus, quas cum capta es, onerarat ferrum:
Non tàm se divitem putavit Iberia
Auriferuo Iberi fonte, quam quo lustrata est tuo:
Vnam te agnoscunt ejus gentis Academia magistram,
Vnam delubri, atque ara antistitam,
Ibericam te dicerem, nisi præstaret dici captivam.

Hucusque Masculus, suo docto Elogio hujus Heroinæ. Pro qua, aliisque cœlitibus hodiernis, vertendo ad sacra Brumalia, seu Ambrosiana, habes Themata, vt die 24. Novembris. Tum & vertendo Halcyona habes alia Themata, vt die 11. hujus Mensis num. 1702. Tum & alia per Jovem, vt supra à num. 535. aliisque in locis supra. Tandem si Veteres in suis Consualibus deliberabant hoc die colendo Consum, seu Neptunum in subterranea ara, vertendo hæc ad sacra, & hodiernos encœnia Sanctos mysticas aras Profundas, Solidas, & Altas, eos laudando, *Profundos* humilitate: *Solidos* virtutibus: *Altos* merito. Vide Durandum in Rationali lib. 1. cap. 1. à num. 11.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DIES XVI.

A. D. 350.

1712 Hic dies, qui & 17. Kal. Januarii Comitialis notatur in Kal. Masseiano.

Dies 23. Brumaliorum, seu Ambrosiarum, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 5. *Ludorum Lanicinicorum*, extensorum *per dies septem*, ex dictis cum Gyraldo, & aliis die 12. hujus Mensis num. 1703.

Dies 6. quo agebant *Halcyona* sacra, extensa per dies 13. ex dictis cum Rosino, Gyraldo, & aliis die 11. hujus Mensis num. 1700.

Ad quem diem, in priseo *Kalendario Astronomico*, apud Reusnerum, & Tamayum hoc die, notatur: *Flatus frigidus* exortus *venti Austri*, cum aëris obscuritate. Qui ventus *Notus* nuncupatur à Græcis, flat à Meridie, suoque flatu pluvias adducit; Vide Ovidium Georg. lib. 4. & lib. 1. Trist. Eleg. 4. & 10. à quo sic describitur: Cartar. fol. 177. Ovid. cit. hic. Pictura. *Austri.*

Madidis Notus evolat alis
Terribilem picea tectus caligine vultum,
Barba gravis nivis, canis fluit unda capillis,
Fronte sedent nebulæ, rorant pennæque sinusque.

Pandectæ Iuris Justiniani jussu editæ hoc die. Ita Beyerlinc cum Anc. Cont.

Ad quem diem refert ipse Beyerlinc, cum Josepho lib. 12. Antiq. cap. 8. quod Antiochus Epiphanes templum Hierosolymitanum prophanavit, erecto Idolo desolationis *Iovis Olympii*. Sed hæc nos retulimus ad diem 15. Mensis Casleu, in Diario Sacro, quem vide.

Quo die, quemadmodum, & omnibus aliis diebus anni, *Bel*, sive *Beel*, *Bal*, & *Belus* cultus à Babyloniis. Constat Danielis 14. à v. 2. ubi dicitur: *Erat quoque Idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oves quadraginta, vinique amphoræ sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorabat eum*, alt textus Danielis.

1713 Sumus in die 350. annis quare de numero hoc notet: quod hic numerus sacratus est, & suo calculo plura includens mysteria: enim de Noe dicitur vixisse *post diluvium* trecentis *quinquaginta annis*. In trecentis significatur *Crux*, & litera *Tau* apud Hebræos notat numerum *Trecentesimũ*, vt Glosa notat cum Augustino, Beda, Isidoro, & aliis, quæ litera, & refert Crucis formam, & est signum *vitale*, *salutiferum*, & *absolutionis*; cuyus typo Justus liberatus est à cataclysmo: in *quinquaginta*, qui septies ducti constituunt 350. est Jubileus, & numerus remis- Numerus 350. Gen. 9. v. 28. Gloss. in Glos. cap. 14. Burgius de a. 300. & 350. S. Amb. lib. de Noe, & Arca.

Digitized by Google

remissionis; quo dierum numero fuit S. Sanct. missus de Cœlo, gratiam, suaque dona diffundens in Apostolis. Quare numerus Tercentesimus quinquagesimus est numerus vitalis, salutiferus, absolutionis, largitionisque gratiæ, & denorum. Cumque in divinis sumatur aliquando dies vnus pro diebus centum, poterunt dies 1260. de quibus legitur Apoc. cap. 12. v. 6. (juxta regulas Tichonii, qui quodam tropo ex minori quantitate temporis, colligit majorem, & dies sæpe transmutat in annos) ad hunc numeri calculum reduci, si per centenarium fuerint multiplicati: nam dies millies ducenties sexagies centeni, sunt dies 126000. qui conficiunt annos 350. mensibus tricenorum dierum. Quòd si diem vnum pro centum annis quandoque positum dixeris, prout sentit & Primatius Comm. in Apoc. poterunt dies tres cum dimidio significare annos Trecentos quinquaginta, vt in Apoc. cap. 11. v. 11. legitur. Hæc Bungius, quem vide.

Apoc. 12. v. 6. Tichon. lib. de 7 Regul. Primas. Bungius citatus.

1714 Dixi, quod hoc die, sicut & in omnibus aliis diebus anni colebant Babylonii *Belum*, qui & dictus fuit *Bel* sive *Beel*, *Baal*, & *Bal*. Qui *Belus*, ex Cornelio, & Adrichomio fuit *Nemrod* fundator & primus rex Babylonis, at pater *Nini*: Hic cum Beroso, sic tradit originem idolatriæ, & cultus Beli: Post diluvium, humano genere multiplicato, multi, duce Nemrod nepote Cham, proficiscentes de oriente in campum *Senaar*, ad fluvium Euphraten, vnanimiter ædificarunt ibi civitatem, & in ea turrim, quam voluerunt vsque in Cœlum extollere, cum vt celebrarent sibi nomen, tum vt conera diluvium foret eis refugium: erexerunt autem turrim ad altitudinem quatuor millium passuum. Tunc Deus ipsorum præsumptionem impediens, cum loquerentur vna, eademque lingua Hebræa, eam in septuaginta idiomata linguarum divisit, ita vt alii alio loquentes sermone, se mutuo non intelligerent: vnde cessarunt ædificare turrim; atque ob istam confusionem, turris *Babel*, ac Civitas *Babylon* vocata; in qua primus regnavit *Nemrod*, qui ab Hebræis & fuit dictus *Bel*, *Beel*, *Bal*, *Baal*, & *Belus*, & à Gentilibus vocatus *Iovis Belus*. Mortuo Nemrod ejus filius, & rex Babylonis *Ninus* dolens de morte patris sui *Iovis Beli* fecit exculpi imaginem ad vivum ejus, eamque in ipsius memoriam in medio Civitatis erexit; ac quibuscumque reis, ad ipsam, eamquam ad *asylum* confugientibus impunitatem concessit. Propter quod vulgus cœpit illi imagini divinum exhibere honorem; ex quo, Cœlestinus à Monte Marsano observat, Sapiens ponit primam originem idolatriæ per hæc verba: *Acerbo enim luctu dolens pater citò sibi rapti filii fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam Deum colere cœpit, & constituit inter servos suos sacra, & sacrificia.* At sapiens loquitur hic de idolatria patris in filiũ, & idolatria relata Nini fuit filii in patrem. Initium enim idolorum, seu imaginum, & falsorum Deorum ortum habuit, ex nimio affectu, & dolore erga defunctos; qui apud varias gentes variis modis primum se prodidit. Enim apud Ægyptios Syrophanes filii demortui simulachrum erexit; vt docet Fulgentius Episcopus Cartaginensis. Apud Chaldæos Thare patrem Abrahæ filio suo Aran defuncto statuam posuisse docent Epiphanius, & Suidas. Apud Babylonios filius Nemrod, seu Beli Ninus, defuncto parenti publicam statuam, aras, & templum posuit, vt totum ad hunc locum Sapientiæ, & Gen. 10. Tirinus advertit, cum Hieronymo, Ambrosio, Augustino, & aliis. Et hæc fuit *publica* idolatria regia authoritate à Nino inducta, sub annum trecentesimum post diluvium, quamquam *privatæ* idolatriæ fuissent aliæ anteriores, vt marginatus Cornelius, aliique advertunt. Quare multi passim Heroibus dedicarunt statuas, defunctosque pro diis coluerunt. Quam superstitionem Dæmones observantes, in Idolis latitarunt, responsaque dederunt, divinum cultum sibi vendicantes, sicque fuit introducta, ac propagata idolatria.

Sap. 14. v. 15. Alap. & B. Max. hic.

Origo Idolatriæ.

S. Hieronym. S. Ambros. S. Augustin. & alii apud Tirinum in sap. & Gen.

Beelus. Alap. in Gen. 10. v. 10. & Dan. 14. v. 2. Adrich. in Chr6. A. M. 1787. & 1606.

Gen. cap. 10. & 11.

1715 *Bal*, *Bel*, *Baal*, *Beel*, & in plurali *Baalim*, est nomen generale Numinum Commentitiorum, occurrens sæpius in divinis scripturis, & apud Phœnices, & Chaldæos maximè celebre, cum hoc discrimine, quòd Phœnices, seu Punici conterminique eorum dicebant *Baal*; & vt S. Augustinus advertit *Baal* Punici videntur dicere *Dominum*, vnde *Baalsamen*, quasi *Dominum Cœli*: Chaldæi verò, & Babylonii dicebant *Beel*, & *Bel*, qua quidem differentia minus observata à Latinis, & Græcis, ab vtrisque plerumque Numen tam Phœnicium, quam Babylonicum vocatus *Belus*, & *Iupiter* ab Europæis. *Baal* autem in lingua facta

Bal, *Baal*, *Bel*, & *Beel*, ac *Baalim*.

Alap. cit. Adrichon. citatus. S. Hieron. in Ezech. 23. Cœlest. à monte Marsano Tract. 7. part. 1. art. 1. fol. 262.

S. Aug. quæst. 16. in Iudicef. Cœlest. cit. art. 2. Gyrald. synt. 2 fol. mihi 101.

idem

idem significat ac *Dominus*: vnde non incongruè hoc nomen olim tributum fuit Deo vero, sed postquam vox illa ad prophana Numina traducta fuit, vetuit Deus, ne se quis vltra eo nomine vocaret; & ita colligi videtur ex his, apud Oseam Prophetam; eius verbis: *Et erit in die illa, ait Dominus: vocavit me, vir meus, & non vocabit me vltra Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore ejus, &c.*

Osee. 2. v. 16.

1716 *Bel* igitur, & *Belus*, ac *Iupiter Bellus* nominatus, fuit cultus ab Assyriis, & Babyloniis, Chaldæis, Phænicibus, & Chananæis, aliisque, qui suos fecere *Belos*; suosque colvére *Baalim*. *Beli* Babylonii, idolum, & templum constat Dan. 14. In pluribus Scripturæ locis memorantur *Baalim*, *Belorumque* varietas; inde *Baal-Berith* Judic. cap. 9. v. 4. *Beelphegor* num. 25. v. 3. *Beelzebub*. 4. Reg. cap. 1. vers. 2. & his similia. Simili diversitate trecentos Joves recenset Tertulianus, ex Varrone, vt sicut Europæis Joves, ita Asiaticis Beli, seu *Baalim* denotaretur esse generale nomen Divinùm. Sunt qui Belum Assyrium, & Punicum vocant Martem, & bello præficiunt, ad quod faciunt qui bellum deducunt à *Belo*. Hunc *Belum* Assyrii nuncuparunt *Syderalem*, putaruntque scientiæ inventorem, cui dicarunt *gemmam*, quam vocabant *Oculum Beli*; & aliquando *patera vina* ipsi fuit litata, vt cum aliis Gyraldus advertit. Addens cum Servio, quòd *El* Assyriorum lingua significat *Solem*, inde aspiratione addita *Sol* fuit vocatus *Hel*: vnde deductus *Helius*, qui mox & dictus fuit *Belus*. Phænicesque sub nomine *Baal* venerabantur *Solem*; postea verò coluerunt ipsum *Baal* in alta simulachra, sive syderea, sive Heroum, addendo ritus cæremonias, & sacrificia ad impium Baalis cultum augendum. De templo, & idòlo *Beli* plura scribunt Herodotus aliique marginati, qui inter alia docent, statuam *Iovis Beli* auream fuisse, longam pedes 40. ponderantem mille talenta Babylonica: cui dicatus erat crater ex auro talentorum 1200. Videtur hæc statua ex ære fuisse, sed tecta auro: aut certè aurichalco, idest ære aureo. Daniel eam vocat luteam, & æream: *iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æreus.* Dan. 14. v. 6. Audi Billium in Antholog.

Cœlest. Hist. Sacr. Tra. 7. cit. Gyrald. citatus. Herodot. lib. 1. Diodor. lib. 3. cap. 4. Strab. lib. 16.

Statua Beli.

Alap. in Dom. v. 2. cap. 14.

Bel erat externè pulcherrimus; vndique & ære
Tectus: at intus erat nihil nisi vile lutum.
Qui Curium simulat, cum sit nequissimus, illum
Cur ergo non Belem jure vocare queam?
Bel erit, exterius tumuli; qui candidus instar,
Interius tantùm vile cadaver habet.

1717 Hoc igitur die, quo in tantùm delirarunt Veteres aras erigendo, colendoque falsa Numina: nobis colendi veniunt plures Sancti, qui contra falsos Deos, prophanumque cultum eorum strenuè pugnarunt, seque, vt vivas aras vero Deo obtulerunt. Hi fuére *Navalis*, & *Agricola*, *Concordius*, & *Valentinus*, qui magno robore animi Maximiano Cæsari restitere patiendo pro Christo vsque ad consummatum martyrium. *Ananias*, *Azarias*, & *Misael*, pueri, qui contra impietatem Babylonicam, ac Nabuchodonosorem, ejusque statuam auream pugnarunt, illæsi ambulando per fornacem ignis ardentis. Nec tantum viri pugnarunt, sed & fœminæ: enim *Albina* virgo Formis in Campania, sub Decio Cæsare, membratim dum secaretur ferro, subitò terra movit: per testacea fragmenta tracta, & excruciata, tum oleo peruncta, & in ignem injecta (ad vulnus porrecta impii lictoris manus repente exaruit) consummavit martyrium: ad quam palmam pervenère plurimæ Sanctæ virgines, quæ in persecutione Vvamdalica passæ sunt sub Hunnerico Rege Ariano. Pro iis, aliisque hodiernis cœlicolis verte ad sacra Brumalia, seu Ambosiana, & Halcyona sacra, vt in diebus 24. Novembris, & 11. hujus Mensis: vnde habes plurima Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis. Tum & alia per Jovem, vt supra à num. 535. aliisque in locis supra. Quod si hoc die Belum colebant, quem effinxerunt luteum, æreum, aureum; & hæc ad sacra vertendo, hodiernos encomia Sanctos *Luteos* humilitate, *Æreos* fortitudine, *Aureos* charitate, in Deum, & proximum. Cumque & Belus nuncuparetur Sol, & hæc ad sacra vertendo, habes per solem plura Themata supra, iis adaptanda cœlicolis. Etsi Belo, vti dixi num. præcedenti, inter alia litabant vinum, vertendo ad sacra habes supra num. 683. per vinum Thema hodiernis cœlicolis adaptandum. Tandem si ventus Auster, sive Notus flat hoc die; qui ventus ab hauriendo aquas Auster nuncupatur, & est humidus, calidus, fulmineus, & (ex dictis num. 1694. rorans; & hæc adapta

Martyrol: Rom. Dan. cap. 3. Baron. & Masc. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Digitized by Google

adapta hodiernis Sanctis, ortis in Cœlo ſub zona polica obſervationis Evangelicæ, *Humidos* gratia, *Calidos* flagranti amore Dei, & proximi, *Fulmineos* zelo honoris Dei, *Ruantes* patrocinio in ſuos Clientes, veroſque devotos.

Anglicæ lib. 11. cap 3.

23.

DIES XVII.

A.D. 351.

1718 HIc dies, qui & 16 Kal. Januarii, *Optimus* vocitatus à priſcis Gentilibus.

Dies 24. Brumaliorum, ſeu Ambroſiarum, ex dictis cum Hoſpiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 6. *Ludorum Lancionicorum*, extenſorum per dies *ſeptem*, ex dictis cum Gyraldo, & Lazio die 12. hujus Menſis num. 1703.

Dies 7. quo agebant *Halcyona* ſacra, extenſa per dies 13. ex dictis cum Gyraldo, & aliis die 11. hujus Menſis num. 1700.

Dies *quinquatrus* appellatus, feriatus: & feſtus, quo ſolemniter conveniebant ad ædem *Minervæ*. Ita Alex. ab Alex. citatus num. 49. Vide & dicta die 19. Martii à num. 450.

Saturnalia.

Quo die *Saturnalia* incipiebant, dicata *Saturno*, primò per *tres* dies, poſt ad *ſeptem* extenſa, decreto Auguſti, ſicque vſque ad diem 23. hujus menſis inclusivé. Ita Gyraldus de Menſibus fol. mihi 620. Macrob. 1. Saturnal. cap. 10. Roſinus lib. 4. cap. 4. & 16. Tamayus hoc die, & alii. Quamquam prius vno die acta Scilicet 19. hujus Menſis, vt Macrob. tit. tradit.

1719 *Optimum*, vti dixi, nuncupabant priſci Gentiles hunc diem: quia eo accedente Saturnalia feſta incipiebant per *dies ſeptem* extenſa, quibus ad aurei ſæculi imaginem, & morem quo Saturnus vtebatur, nullum inter Dominos, & ſervos erat diſcrimen; & Domini excipiebant ſervos liberalibus conviviis, ipſimet ſervilibus muneribus fungentes, in quibus ſervis libere loqui licebat, vt tradunt marginati, aliique; cum quibus Tamayus hoc die. Quæ Saturnalia inſtituta fuerunt, vel à *Iano*, vel à Comitibus Herculis, vel à *Pelaſgis*, vt ait Macrobius 1. Saturnalium, aſſerens, quod *Ianus*, quem Saturnus agriculturam docuerat, poſt ejus obitum hæc feſta inſtituit. Alii affirmant ea ordinata fuiſſe à Comitibus Herculis, relictis ab ipſo in Italiam: quia Saturni nomine, ac religione fuerant tuti à latronum incurſibus.

Alex. lib. 22. cap. 22. Tiraquel. ibi Tunger in Not. ad Iuſtin. lib. 43. cap. 1. Struchius lib. 1. cap. 33. Macrob. 1. Sat. cap. 7.

Inſtitutio.

Origo.

Alii volunt inſtituta fuiſſe in Inſulam Delum, ex Apollinis oraculo, erecta ara Saturno, & feſtum Saturnalium inſtitutum. Philocus verò probat, Cecropem primùm *Saturno*, & *Opi*, vt frugum, ac fructuum repertoribus, *aram* in Attica ſtatuiſſe, coluiſſeque eos, vt Deos; pro Jove, & Terra, atque inde ſtatuiſſe, vt fructibus coactis veſcerentur vnà cum ſervis, cum quibus patientiam laboris, in rure colendo toleraverunt: delectari enim Deum honore ſervorum cõtemplatione laboris. Quæ opinio magis arridet Macrobio, quem vide 1. Saturnalium cap. 7. vbi latè agit de Saturnalium origine, & cauſa. Quæ ſacra ve uſtiora Romæ, & ante Romam ſolemniter celebrata in Græcia, docet ipſe Macrobius citatus in fine capitis.

1720 Variè fuerũt *Saturnalia* nuncupata à diverſis Nationibus: enim Cretenſes ea ſacra vocitarunt *Mercurialia*; Theſſali *Peloria*; Athenienſes *Anthiſteria*; Græci *Kponia*; & etiam Athenienſes *Cronia*, vt L. Accius in Annalibus ſuis refert his verſibus, adductis à Gyraldo, & Macrobio:

Nomina. *Saturnalia. Mercurialia Peloria. Anthiſteria. Kponia. Cronia.*

Maxima pars gentium Saturno, & maximè Athenæ
Conficiunt ſacra, quæ Cronia *eſſe iterantur ab illis.*
Cumque dies celebrant per agros, vrbes ferè omnes
Exercent epulis læti famuloſque procurant
Quiſque ſuos, noſtrique itidem, & mos traditus iliis
Iſte, vt cum Dominis Famuli tum epulentur ibidem.

Apud *Hebræos* fuerunt ſolemnia *Tabernaculorum*, quorum eſt mentio in ſacris literis Levit. cap. 23. v. 34. & Deuteron. 16. v. 13. vbi dicitur: *Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per ſeptem dies.* De quo feſto Tabernaculorum, nuncupato quoque *ſcenopegia* egi tom. 1. cap. 26. à num. 579. à quo feſto veris immiſcendo falſa, ſumpſerunt Gentiles ſua Saturnalia, vt ex Plutarcho conſtat lib. 4. proble. 5. & dixi num. 594. Quòd cum aliis opinatur Tamayus in Martyrologio Hiſpan. hoc die.

1721 Ritus *Saturnaliorum* talis erat. *Primò* in hoc feſto Domini excipiebant ſervos *conviviis* liberalibus, & lautis, ac ipſi Domini muneribus ſervilibus fungebantur, & ſervis impunè quidquid liberent licebat loqui. Hinc in hoc feſto ſervi geſtebant *pileos* in

Ritus. 1.

ſignum

signum libertatis. *Secundò*, nedum à Dominis servi excipiebantur conviviis, sed mutitabant familiares, & amicos ad convivia, & epulationes. *Tertiò*, nefas erat sumere bellum in hoc festo, eo quod sub *Saturno* tempora fuissent felicissima, nullis vexata bellis, nec infesta latronibus. *Quartò*, iisdem diebus erat prohibitum exigere pœnas. *Quintò*, in iis diebus vltro, citroque sibi mittebant munera, & donaria, tum & magna lætitia se visitabant, salutabant, nuntiabantque prospera. *Sextò*, magnates mutabant vestes, se vestiendo purpureis, pretiosisque vestibus, mittebantque minoribus vasa, cum monetis quinque. *Septimò*, & aliquando mutabant vestes Domini, & servi, vt hi induti vestibus Dominorum, Domini viderentur. *Octavò*, aris erectis sacrificabant Saturno *ficis* recentibus coronati, placentas se missitando mutuo, mellis, & fructuum, horum repertorem existimantes Saturnum. *Nonò*, Saturno sacrificia offerebant, ipsi litando humana capita, putantes, ob oraculum Apollinis, victimis virorum Saturnum placasse: postea cruenta relata sacrificia, in incruenta mutarunt, non jam offerendo Saturno hominum capita, sed horum loco *oscilla* quædam, seu *sigilla*, quasdamque *imagunculas* ad humanam effigiem, arte simulata offerebant, idque accensis cereis, luminibusque. Sicque Saturnalia celebrabant, hoc ritu luminum, & cereorum significantes, quòd Saturno regnante, ab agresti, & tenebrosa vita, quasi ad lucem, & bonarum artium scientiam fuissent translati. Ita Macrobius 1. Saturnal. cap. 7. Roman in sua Rep. Gentilica lib. 10. cap. 7. Hospinianus de Festis, cap. 30. à fol. 144. Rosinus lib. 4. cap. 16. & alii. De Festo Sigillariorum in Saturnalis acto à die 20. hujus mensis, eo die dicam.

Sacrificia.

Saturnus.
Cicero de Nat. Deor.
Macrob. 1. Sat. cap. 22. & 8.
Gyrald. synt. 4. à fol. 118.
Cartar. à fol. 22.

1722 Saturnus, cui iis diebus cæca Gentilitas dicabat Saturnalia, fuit fabulatus filius Cœli, à Cœlo genitus, putatus *Sol*, & *author* temporum, dictus *conservator* omnium, quæ supra nos sunt; nuncupatus *Vranus*, seu *Cœlum*, de quo plura alia fabularunt. Aliqui volunt *saturnum* dictum à *saturando*, vel à *commiscendo*, vel à *satu*, eo quod præesse putabatur stercorationi agrorum, vel agriculturæ: quare, Macrobio teste 1. Sat. cap. 7. *Sterculius* vocatus fuit à Romanis. Quem pingebant 1. *Senem* stantem in pisce, qui vtràque manu tenebat *Rotam*, *Vrnamque*, quòd apud ipsos arcanorum erat symbolum. Pingebatur 2. *Senex* pannosus, *Discalceatus*, *Capite* aperto, altera manu tenens *falcem*, altera vero gestans quid involutum panno, quòd ad fauces conjicere videbatur, habens ad latus *tres infantes*. Quæ pictura sic exponitur à Cartario. Pingebatur *Senex* ad denotandam antiquitatem temporis: *Discalceatus*, *& vilibus vestibus amictus* ad indicandam simplicitatem ornatus corporis à principio mundi adamatam hominibus, qui contenti erant se tectos esse. *Capite aperto*, ad denotandum, quod in sæculo Saturni (aureo nuncupato) veritas erat nuda, & aperta, nec ita offuscata mendaciis, vt postea contigit. *Falx* in manu indicabat tempus, quo omnia metiuntur, in ipsoque incidunt. Id verò quòd ori admovebat tamquam voraturus, significabat omnia in tempore orta, temporeque tandem absumi. Per *tres infantes* ad latus, significabatur Saturnum solitum filios suos devorare, eosdemque rursus evomere, vti de ipso fabularunt. Vt omnia notant Macrob. cap. 8. & Cartarius citati.

Pictura.

Moloch.
Menoch. lib. 4. cap. 2. n. 9.
Cœlest. in Hist. Sacr. tract. 7. art. 6.
Lactant. lib. 1. de Div. Inst. cap. 21.
Lipsius in Monit. cap. 3.

1723 *Saturnum* fuisse Idòlum *Moloch*, de quo in pluribus Scripturæ locis est mentio, cum pluribus censent Menochius de Rep. Hebræor. & Cœlestinus à Monte Marsano: enim verò Saturno immolabantur pueri (quæ nefanda sacra è Syria migrarunt in Europam, & Africam, vt ex Ovidio, & Macrobio constat). Tradit Lactantius, Carthaginenses solitos immolare Saturno humanas hostias, & cum victi essent ab Agathoce Rege Siculorum, iratum sibi putantes Saturnum, vt diligentius sibi piaculum solverent ducentos (Horesco referente) optimatum filios mactasse immolavisseque *Saturno*: quam horridam immolationem, & Lipsius refert. Quod horridum sacrificium crudelissimi parentes Hebræi exercebant, ritu solemni, suos filios cremando, & immolando Idòlo *Moloch*, contra quos audi Dei minas Levit. cap. 20. à v. 2. *Si quis dederit de semine suo Idòlo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapidabit eum. Et ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch; & contaminaverit Sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum, &c.* Enim vt Psalmista inquit Psal. 105. v. 37. *Immolaverunt filios suos, & filias suas Dæmoniis.* Et Jeremiæ 32. v. 35. *Ædificaverunt excelsa*

Levit. cap. 20. à v. 2.

Ptal. 105. v. 37

Ierem. cap. 32. v. 35.

Digitized by Google

celsa Baal, quæ sunt in valle filii Ennom, vt initiarent filios suos, & filias suas Moloch. Dicitur *Moloch* Hebraicè *Molech, Milcom*, & *Malcam*, fuitque Idòlum Ammonitarum, vt patet 3. Reg. 11. v. 5. Aliisque in Scripturæ locis. Vox Hebraica significat *Regem*; quam ob causam ab idolatris illi inditum hoc nomen, vt significarent supremum esse Deum, ac veluti aliorum Regem, qualis fuit Jupiter apud Græcos habitus. Quare hunc effingebant: Idòlum *æneum*, capite *vitulino*, reliquo corpore *forma humana*, insignitum regalibus insignibus, ac Regio in Solio considens, & protendens manus, quibus pueros oblatos exciperet, quod igne intus accenso, pueros, quos brachiis excipiebat, aut etiam adstringebat, & amplexebatur, coneremabat. Ne autem pueri vllulatus exaudirentur, atque parentum animi commoverentur, Sacerdotes idòli tympana quatiebant, & tubis clangebant. Hinc fuit factum, vt locus hujus sacrificii dictus sit *Tophet*, à voce Hebraica *Toph*, quæ tympanum significat, vt totum notat Menochius marginatus, addens cum Eusebio de Præparatione Evangelica, Diodoro Siculo, & Ludovico Vives, quòd Moloch erat Saturnus, & hujus statua magnitudine enormi.

3. Reg. cap. 11. v. 5.

Pictura.

1724 Fueruntque iis diebus solemnes *Saturnales Ludi* dicati Saturno. Horum Ludorum fuit origo: quia dixerunt, à Jove filio pulsum, fugatumque fuisse Saturnum: quare hospitem latuisse in loco *Latium* nominato, inde nomen Latium de latebra acceptum. Ob id Romani hoc die Saturnaliorum, & sequentibus, quibus Saturnalia dicabant Saturno, & in ipsius honorem Ludos agebant. In quibus Romani mutuò se salutabant, ac nummismata alter alteri, cæteraque omnifariam munera missitabant, summique magistratus conspicuam sibi, & solemnem purpuram induendo (vniversis concelebrantibus; & Statuto commodi) ex ipso gladiatorio Ludo prodebant in publicum, victor præcedens armatus, purpuraque imperatoria vestitus, deducens gladiorum agmen in conspectu populi Romani, vt totum de Rep. Romanorum notat marginatus Vvolfgangus Lazius, addens, & fuisse in iis solemniis Saturnalibus Ludis *Apophoreta*, ideſt *Cœnationes*, quibus se mutuò excipiebant, & ad quas muneribus certabant. Quamplura alia de Saturnalibus vide apud Macrob. Lazium, & alios.

Saturnales Ludi. Origo.

Lazius lib. 10. de Rep. Rom. cap. 9.

Apophoreta.

1725 Hic igitur dies, *Quinquatrus* fuit appellatus, vti dixi, quo solemniter conveniebant ad ædem Minervæ: quam celebritatem, & agebant *Ludis Quinquatriis*, qui quotannis in Albano monte celebrabantur, in honorem *Minervæ*, cui collegium institutum fuerat, ex quo sorte ducti fungerentur magisterio, redderentque eximias venationes, & scenicos Ludos, super quæ erant Oratorum, ac Poëtarum certamina. Sic intelligendus Papinius 4. Sylvarum, ostendens se eo in certamine reliquos Poëtarum vicisse per sequentes versus:

Lux mihi Romanæ qualis sub collibus Albæ,
Cum modò Germanas acies, modò Daca sonantem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro.
Quo Albanam dux magnus in arcem
Albana nudus harena.
Hoc tibi Palladiæ seu collibus veteris Albæ,
Cæsar, & hinc Triviam prospicis, inde Themam
Albano redeuntia sæcula lustro.

Quinquatrii Ludi.

Lazius de Rep. Rom. lib. 10. cap. 10.

Certamina.

Origo.

Originem quinquatriorum ab initio Martii, in honorem Minervæ institutorum tradit Ovidius in 3. Fastorum, in oratione Martis, vbi à raptis Sabinis hos Ludos introductos testatur, & Lazius marginatus cum eo.

1726 Hic (inquam) dies optimus vocitatus à Gentilibus ob suâ Saturnalia, verè fuit optimus nostratibus, qui consummato feliciter cursu, in Cœlum conscendi meruére. Hi fuére Palestini martyres *Florianus* & socii *quinquaginta novem*, qui tempore Heraclii sub Saracenis palmam adepti sunt martyrii. Quem conscensum ad sempiternam gloriam, obtinuerunt & *Lazarus* præsul, quem Christus suscitavit à mortuis: & plures Heroinæ, vt *Vivina* virgo, clara miraculis; *Olympiades*, & *Begga* viduæ, hæc soror S. Gertrudis, filia Ducis Brabantiæ; illa vidua, & virgo, de qua vide Baronium. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis Christianizando verte ad sacra Brumalia, seu Ambrosiana, & Halcyona, vt in diebus 24. Novembris, & 11. hujus; vndè habes plura Themata pro hodiernis cœlicolis. Cumque & hic dies Quinquatrus foret Minervæ sacratus, & hæc ad sacra vertendo habes supra alia Themata num. 77. & 691. hodiernis adaptanda cœlicolis. Quòd si in Ludis Quinquatris erant

Martyrol. Rom. Baron. hoc die.

Themata

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Digitized by Google

certamina, & hæc vertendo ad ſacra, per triplex certamen, hodiernos encomia Sanctos, vt certantes *Sapientia* contra errores, *Virtute* armatos contra vitia, *Curſu* bonorum operum, meritorumque gloriæ. Tum & per Ludorum factiones, & colores, vt n. 1238. Tandem ſi hoc die celebrabant Veteres Saturnalia dicata Saturno, quem pingebant Senem cum rota, & vrna, quod erat ſymbolum arcanorum, & hæc verte ad ſacra, hodiernos encomiando Sanctos *Senes* prudentia: *Roteos* jam deſpectu mundi, jam tolerantia adverſariorum: *Vrneos* arcana magnitudine. Etſi ipſum Saturnum pingebant, pannoſum, diſcalceatum, diſcoopertum capite, & falcem geſtantem, in ſymbolum jam temporis, jam poteſtatis, & hæc ad ſacra vertendo, ipſos hodiernos encomia Sanctos, *Pannoſos* paupertate: *Diſcalceatos* à terrenis affectibus: *Diſcoopertos* capite, quatenus ſinceros, veritatiſque amatores: *Falceos* vt potentes contra vitia, & in patrocinio ſuorum clientum: Si decepti Gentiles ſuum fabuloſum Saturnum putarunt Cœlum, Solem, & Conſervatorem, & vertendo hæc ad ſacra pro hodiernis cœlicolis, eos encomia *Cœlum* virtutibus: *Sol* ſapientia, claritateque vitæ: *Conſervatores* ſuorum devotorum patrocinio. Si vltimò Saturnus fuit Moloch, & hujus ſtatua fuit ænea, igne intus accenſa, conſidens in Solio, & Regalibus Inſignibus ornata: quare & hæc ad ſacra vertendo, hodiernos encomia cœlites: *Æneos* fortitudine: *Accenſos* intus igne amoris in Deum, & proximos: *Conſedentes* ſolio virtutum: *Ornatos* & *Corona* gloriæ, & *Virga*, ſeu ſceptro potentiæ. Cumque delirarent Veteres humanas ſacrando victimas Idolis Saturni, & Moloch tubis, tympaniſque quatiendo, ne exaudirentur vllulatus; contra hæc impia, opponimus noſtratum pia ſacrificia, qui non vllulando, ſed canendo, ſe obtulerunt ad patiendum pro Chriſto: quare & hos encomia myſtica triplicia tympana *Ænea* fortitudine: *Argentea* claritate vitæ, & exemplo: *Aurea* charitate; vnde & verſum ad ſacra habes relatum prophanum Saturnalium ritum.

10. 11. 12. 13. 14. 15.

DIES XVIII.

A. D. 3128 1727 Hic dies, qui & 15. Kal. Januarias *Comitialis* nuncupatur in Kal. Maff.

Dies 25. *Brumaliorum*, ſeu *Aſſabroſiarum*, ex dictis cum Hoſpiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 7. & vltimus *Ludorum Lancionicorum*, ex dictis cum Hoſpiniano, & Lazio die 12. hujus menſis num. 1703.

Dies 8. quo agebant *Halcyona* ſacra *per dies* 13. extenſa, ex dictis cum Gyraldo, & aliis die 11. hujus menſis num. 1700.

Apud Athenienſes dies feſtus, dicatus *Æſculapio*, cui ſacra offerebant. Ita Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18. & Maſculus hoc die, quòd & notat Tamayus.

Dies 2. *Saturnaliorum*, quæ ſacra per *ſeptem* extendebant dies, vt cum pluribus dixi num. 1718.

De *Æſculapio* Medicinæ Deo, cui Athenienſes hoc die feſtum, & ſacra dicabant, quare ipſis fuit dies celebris, egi die 1. Januarii, & num. 64. dicta vide. Quo die & colebant *Solem*, ex dictis num. 49. & *Belum* ex dictis 16. hujus num. 1712.

1728 Hoc igitur die, quo ſuo in Æſculapio Medicinæ putato Deo Veteres delirabant, nobis venerandi occurrunt nobiliores Medici, qui non per ſanguinis miſſionem infirmorum, ſed Chriſtiana fide lactando alios, & proprium cruorem pro Chriſto fundendo plures ab infidelitate curarunt. Sic fecére illuſtres Martyres *Ruſus*, & *Zoſimus*, qui extiterunt ex eo numero Diſcipulorum, per quos primitiva Eccleſia in Judæis, & Græcis eſt fundata; qui & laureati martyrio obierunt. His meritò aſſociatur ad eandem palmam *Adjutor*, cum aliis pluribus Africanis Martyribus, vt cum omine nominis *Victuro*, *Victorino*, & *Victore*, aliiſque *triginta*. Cum iis meritò ad coronam gloriæ conſcendit Turonenſis præſul *Gratianus* multis clarus miraculis: & illuſtris præſul, *Auxentius*, qui olim miles ſub Licinio, hujus juſſu noluit vvas offerre Baccho; quamobrem ad ignominiam diſcinctus fuit militari balteo, quod ei ceſſit in decus: poſt factus Epiſcopus, præclarus meritis, in pace quievit. De quo ſequens tradit Maſculus Encomion:

Martyrol. Rom. Baron. & Maſculus hoc die.

Apud accenſam Baccho aram exarſiſti ad pugnam,
Scilicet nemo bellatorum aptior adverſus ebrium,
Quam tu ſobrius:
Numquam tàm liberè verba fudiſti,
Quam cùm increpuiſti liberi ſacra:

Iuſſus

Iussus apud ejus simulachrum exprimere uvas,
Malle te dixisti, tuum exprimi sanguinem,
Triumphalem illi abstulisti hederam:
Adhærens tu religioni firmius.
Palmam optasti manu præferre non thyrsum:
Non implere insano ululato nemora,
sed pio gemitu templa.
Ablatus est tibi adopprobrium militaris balteus
Hoc illustrior fuit victoria, quod vel à discincto parta:
Cum Bacchum inter gratias coli vidisti,
Habuisti videlicet tyranno gratiam,
Quod te Imperatorem fecit ex milite;
Discinctus captivum in triumpho traxisti liberum:
Solventem animos mero devixisti victor.
Versatus inter Martis cornua, fregisti Bacchum,
Damnasti orgia, quæ armantur in jurgia.
Trieterica æterno fugillasti decore:
Subiecisses, diguior quam ille, triumphali currui tigres,
Nisi pastor factus vertisses tigres in agnos.

Thema. Pro iis igitur, aliisque hodiernis Sanctis, verte, vt supra, ad sacra, tùm
1. Brumalia, & Ambrosiana, vt die 24.
2. Novembris: tum Halcyona, vt die 11.
3. hujus mensis: tum & Solis, ac Beli sacra, vt 16. hujus: tum tandem & Sa-
4. turnalia, vt die præcedenti num. 1726.
5. vndè habes quamplura Themata, facili-
6. mo negotio, hodiernis adaptanda
7. cœlicolis. Quod si Veteres suo fabulo-
8. so Baccho (cui dicabant Brumalia),
9. tribuebant *Thyrsum* fruticem à terra
10. surſum *erectum, pulchrum,* & *viridem, medicinalem, perfusum* rore Cœli, *ple-*
11. *num* ramusculis, & foliis: Hinc hanc
plantam prophane tributam Baccho,
vertamus ad sacra, vt per eam, hodier-
12. nos encomies Sanctos *Virides* virtute:
Pulchros puritate: *Erectos* in Deum re-
ctitudine, intentione, cogitatione, ver-
13. bo, opere, & merito. Tum & ipsos en-
comies *Medicinales* doctrina: *Perfusos* rore cœlesti gratiæ, & donorum: *Ple-*
nos ramusculis tenerrimis, & foliis pie-
tatis, & patrocinii, erga suos clientes,
verosque devotos.

Anglic. lib. 17. cap. 166.

Martyr. Hispan. hoc die.

Hodie *Hispaniæ* celebris est festivitas *Expectationis Partus B. Mariæ* Genitricis Dei, quam Concilium X. Toletanum instituit, sub *Recisvintho* Rege Gothorum, Catholico, disponente *S. Eugenio III.* Antistite Toletano, eo quod *Annuntiationis* Virgineæ haut poterat congruè celebrari in quadragesima, aut tempore Paschali; eamque postmodum S. *Ildephonsus* Eugenii in Sede successor, sub vocabulo *Expectationis* vocandam censuit, & à nostris vulgo vocatur solemnitas *Dominæ nostræ de la O.*

DIES XIX.

1729 Hic dies, qui & 14. Kal. Januarii, *Nefastus primo* notatur in Kal. Maff. A.D. 353.

Dies 26. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 9. quo agebant *Halcyona* sacra (ex dictis cum Gyraldo, & aliis die 11. hujus mensis) extensa *per dies* 13. num. 1700.

Hunc diem 14. Kal. Januarii habuerunt Veteres Romani *Principem revocandæ libertatis.* Ita Bungius de Mysteriis Numerorum, Num. 45. fol. mihi 522.

Apud Romanos olim dies celeberrimus: quia in eo incipiebant *Saturnalia*, dicata *Saturno*, donec C. Julius Cæsar dictator, emendavit Annum, & Decembri duos addidit dies, ita vt Saturnalia inciperent die 16. hujus mensis, vt eo die diximus, & præter ibi relatos, notat Lazius de Rep. Romanorum lib. 10. cap. 9. Tunc igitur institutum, vt hoc die celebrarent *Opalia* extensa per reliquos dies Saturnaliorum, sicque per *quinque dies*, dicata *Opi* Saturni conjugi, per quam, terram significare voluerunt: quia omnes opes tribuit humano generi. Ita Macrob. 1. Saturnal. cap. 10. Kalend. Maffeianum, Gyraldus de Mensibus fol. 620. Rosinus lib. 4. cap. 16. Tamayus hoc die, & alii. *Opalia.*

1730 De *Opi* egi supra à n. 737. Nunc autem addo, quæ de *Opaliis* dictis *Opi* vxori Saturni, veniunt dicenda. Hoc igitur die, & sequentibus, vsque ad diem 23. inclusivè, simul colebant Gentiles *Saturnum*, & *Opem*: quare eorum sacra nuncupabantur *Saturnalia*, & *Opalia*: quia Opem Deam Saturni conjugem credidérunt. Motivum cultus fuit, quia putarunt repertores fuisse, tàm frugum, quàm fructuum: quare coluerunt eos, quasi authores vitæ cultioris. Fuitque Saturnus Cœlum, & Ops, seu Opis Terra; dictam- *Saturnalia*, & *Opalia.* Origo. Macrob. cit. & Rosinus. S. Aug. lib. 7. de Civ. cap. 41.

Digitized by Google

Cartarius fol. 139.

quæ *Opem*, aut quia ejus ope vitæ alimenta quæruntur: vel ab opere, per quod fructus terræ, frugesque nascuntur; vel quod ejus ope meliora fiant opera: quam & *Matrem* nuncuparunt, eo quod terra nutriat: nam terra omnes peperit, & resumit denuò. Opem

Ritus.

colebant eo ritu, vt ara erecta sedentes vota libarent, *tangentes terram de industria*, vt ea cæremonia indicarent; *ipsam matrem terram esse mortalibus appetendam* (adverte Rosin. lib. 4. cap. 16.) quam *Opem* nedum matrem, sed & *magnam Matrem*, vitæque *elargitricem* cognominarunt, (Cartario teste.) Hanc pingebant *Primo* (ex Rosino lib. 2. cap. 4.) Matronam *pulchram*, & *cinctam*, quæ aperta manu dextera opem

Pictura. 1.

omnibus dare prætendebat, sinistra verò manu panem pauperibus porrigebat.

2.

Secundo (ex Cartario) eam pingebant, matronam *Fœcundam*, *Latam* pectore, *Floridam*, *indutam* veste contexta varietate colorum, gemmarumque vbertate, ac frugum.

1731 Hoc igitur die, quo delirabant Gentiles sua in Ope, Fastis Veterum opponimus nostratum Triumphos: quare contra Opem Veterum,

Martyr. Rom.

nobis venit venerandus *Adjutus* Abbas spiritu prophetiæ illustris: cui ad gloriæ coronam associatur matrona pietate insignis, cum omine nominis *Fausta*: ad quam coronam, martyrio laureatus pervenit *Nemesius*, qui, sub Decio, post varia supplicia, per Crucem complevit martyrium: ad quam palmam & pervenerunt *Zozimus*, *Paulus*, & *Secundus*, ac Nicomedienses martyres *Cyriacus*, & *Socii*, aliique martyrio laureati. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis vertendo ad

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

sacra, Brumalia, & Halcyona, habes Themata, vt 24. die Novembris, & 11. hujus. Quibus, & vertendo Saturnalia ad sacra, plura alia Themata adaptare poteris, ex dictis duobus diebus præcedentibus. Tandem & Opalia verte ad sacra, & adapta Opis picturas cœlicolis hodiernis, eos encomiando *Pulchros* puritate: *Cinctos* virtutibus: *Extensos* patrocinio, & exemplo. Tum & *Fœcundos* doctrina, & exemplo; *Floridos* virtutibus; *Latos* merito, & protectione erga suos verè devotos, verosque clientes.

DIES XX.

A. D. 354.

1732 Hic dies, qui & 13. Kal. Januarii *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 27. *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 10. quo agebant *Halcyona* sacra, per dies 13. *extensa*, ex dictis cum Gyraldo, & aliis die 11. hujus mensis, num. 1700.

Qui dies, vti & 20. cujusvis mensis, feriatus, & solemnis dicatus *Epicureo* ab Epicureis putantibus Epicurum natum die 20. vt cum Roman, & Alex. ab Alex. dixi num. 49. die 20.

Dies 4. Saturnaliorum, ex dictis die 17. hujus mensis, cum Macrobio, & aliis. Quo die erat continuatio Saturnaliorum, sed forma dissimili: nam hoc

Sigillariorum festum.

die sigilla quædam fictilia, quæ ad hoc venalia erant, inter amicos, & cognatos missitabantur, in obsequii, & amoris signum. Quare sacra hujus diei *Sigillaria* fuerunt nuncupata, & ex Lipsio in Saturnaliis, cap. 3. & 4. *dies Sigillariorum quinque*, ex quibus hic festus, reliquos feriatos, Macrobio teste 1. Saturnaliorum cap. 10. & 11. & Rosino lib. 4. cap. 16. dicentibus, quod *addita fuit Sigillariorum celebritas, quæ discursum publicum, & lætitiam religionis in septem dies extendit*: quare hæc celebritas extensa ad diem 24. ex Lipsio, vel vsque ad 26. inclusivè hujus mensis, ex Macrobio, & Rosino.

Quo & die *Oscilla* sacra Saturno, Jovi Latiari, aut Scato dicata, & per *sex feriatos dies* extensa, ex Gyraldo Synt. 17. fol. mihi 414.

Celebrabantur Romæ *Ludi ob Natalem Gordiani*. Ita Roman lib. 5. c. 22. fol. mihi 481. & Hospin. c. 24. fol. 135.

Erant & *Saturnales Ludi* in Saturnaliis, de quibus jam egi die 17. num. 1724. Præter hos Ludos actos in Saturnaliis, ipsis in iis Saturnaliorum diebus plures agebant Ludos, & *Sigillares*, *Oscellatos*, *Castellatos*, *Basilindos*, & *Respytiros*, vt Lazius notat, de quibus omnibus agemus breviter, cum præfato Lazio lib. 10. cap. 9. qui & *Lupercales*, ac *Bacchanales* ad Saturnalia refert.

1733 Erant igitur hoc die *Sigillaria* sacra, festumque sigillariorum. Causa, & origo hujus festi duplex assignatur à Macrobio. Altera, quia occiso *Gyrone*, Victor *Hercules* armenta duxit per Italiam, & cum pontem *Sublicium* construxisset, sociorum hominum

Sigillaria.

Origo.

Digitized by Google

Macrob. 1. Sat. cap. 10. & 11. Rosin. lib. 4. cap. 16. Tamay. hoc die. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 4.

minum simulachra, quos amiserat casu peregrinationis, in fluvium dimisit, vt aqua fœcunda in mare devecta, pro corporibus defunctorum veluti patriis sedibus redderentur, & inde mansisse vsum fingendi inter sacra talia simulachra. Alteram, & veriorem causam subjungit ex Pelasgis, scilicet, quod Pelasgi, (postquam felicior interpretatio, capita, non viventium, sed fictitia, & æstimationem, non solum hominem, sed etiam lumen significare, docuisset) cœperunt, *Saturno* cereos potius accendere, & in sacellum Ditis cohærens *Aræ Saturni*, quædam Oscilla pro suis capitibus ferre: ex quo fuit ortum, vt in Saturnaliis cerei missitarentur, & *sigilla* arte fictili fingerentur, ac venalia pararentur, quæ homines pro se, atque suis, facerent piaculum pro *Dite*, & *Saturno*; vt totum cum aliis marginatis tradit Tamayus hoc die.

Ritus.

Oscilla. Gyraldus Synt. 17. fol. mihi 414.

1734 Pergo ad *Oscilla* sacra, sic dicta, ex Hygino, & Servio, ab *ore oscillando*, id est movendo: ex aliis ab *ostulo*; enim oscillum volunt diminutivum oculi: ex Santra vetere scriptore ab *inclinando*, inquiente: Oscilla, quod oscillant, præcipitesque in os ferantur: ex Cornificio à celando, *Oscellantes*, inquit, ab eo quod os celare sint solitæ personæ, propter verecundiam eorum, qui eo genere lusus vtebantur. Causa autem ejus jactationis, ex Festo fuit, quod *Latinus* Rex ex prælio (quòd ei accidit adversus Mezentium Cæritum Regem) nusquam apparuit, quare judicatus fuit Jupiter Latiaris factus, & ideo per *sex dies* feriatos liberos, servosque requirere eum, non solum in terris, sed etiam qua viderentur Cœlum posse adire, per Oscillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, inqua altissima interdum ad infimum, infima ad summum efferuntur. At Hyginus in Tabulis agens de Icaro ait, *Ocillationem* fuisse celebritatem Athenienſium, qui cum laborarent pestilentia, consulto oraculo ipsis fuit responsum, vt celebrarent diem *festum Oscillationis*, ad expiationem *Icari*, & Erigones. Nec desunt qui putent Italos secutos exemplum Græcorum, vtque illi *Icaro Erigone* interfecto, ejus filia dolore impulsa suspendio perierit: quas neces, vt expiarent Attici, Oraculo moniti, *Oscillorum* celebritatem instituerunt, & in Aratum Grammatici retulerunt, vt omnia tradit Gyraldus citatus.

Origo.

1735 Venio jam ad varios Ludos, præter Saturnales, actos in Saturnaliis. Et primò ad *Sigillares Ludos*, qui & ipsi pars, sivè species erant Saturnaliorum, à genere muneris, quod donabatur, sic appellati, *Sigillares* scilicet à sigillis, idest paruis signis, sivè simulachris, quæ partim ex *ære*, partim ex *argento*, partim ex *auro*, ex fictili materia conficiebantur ad hunc vsum, quæ solebant conferre in sacellum *Ditis* aræ, quæ Saturni aræ cohærebat. Quare in iis Tiberius, & detulit ornamenta, ac honores Consularibus, ac in Saturnalia, ac Sigillaria dedit aureos quadraginta. Quibus in Ludis, & missitabant jam dona, jam annulum sigillaritium, jam cereos sigillatos, quæ mutuò mitti soliti fuerunt amici, & vicini in Saturnaliis. Cumque cereorum facta sit mentio. Hinc notandum fuisse morem Romanorum vti *Facibus*, & *Cereis* accensis tribus in solemnitatibus *Saturnaliorum*, *Parentationum*, & *Nuptialium*, ad quod discrimen alludit Ovidius 2. Fastor inquiens:

Sigillares Ludi.

Tranquillus in Claudio. Lazius lib. 10. cap. 9.

- *Dum tamen hæc fiunt, vidnæ cessare puellæ:*
- *Expectet puros pinea tæda dies.*
- *Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri,*
- *Comet virgineas hasta recurva comas:*
- *Cõde tuas Hymenæe, & ab ignibus ater in Aufer: habent alias mœsta sepulchra faces.*

Quæ omnia tradit Lazius marginatus de *Sigillariis*, addens, quod hæc & celebrabantur *16. Kalendas Decembris*: *per septem dies*, sicque à die 16. vsque ad 22. inclusive. Alii autem ab hoc die *per quinque extensa* putant celebrata; vt dixi num. 1723. Cum quo Lazio citato fol. 991. noto: quod Romani prius Saturnalia celebrabant per hos dies dicata *Saturno*: quæ & repetebant Calendis Januarii dicata *Iano*.

1736 Fuit & *Tibicinum* vsus in Saturnalibus, quæ festivitas, & lascivia *Idibus Januarii* incipiebat, ac per *triduum* durabat, sicque à die 13. vsque ad 15. inclusivè. Cujus festi origo fuit: quia à proximis Censoribus prohibiti fuerunt Tibicines vesci in æde *Iovis*, quod antiquitus ipsis permissum; idque ægrè ferentes Tibur vno agmine abierunt, ita vt nemo remanèret in vrbe, qui in sacris præcineret: quare Senatus Tibur misit legatos, vt Tibicines Romæ restituerentur. At Tiburtinorum adhortatione noluerunt reverti, sed Tiburtini cognitis geniis hominum invi-

Tibicinum festum.

Origo.

Lazius lib. 10. cap. 9. à fol. 991.

Digitized by Google

invitarunt eos ad diem festum celebrandum cantu, & vino, epularum causa; eosque oneratos vino, sospitosque, conjiciunt vinctos in plaustra, ac Romam deportant. Nec prius sensere, quam plaustris in foro relictis, plenos crapulis eos lux oppressit. Tunc facto concursu, impetratoque vt manerent, datum vt *triduum* quotannis ornati cum cantu vagarentur per vrbem, restitutumque jus vescendi in æde *Iovis* iis, qui sacris præcinerent; vt Lazius marginatus notat.

Oscillares Ludi.

1737 Fuerunt & in Saturnaliis Ludi *Oscillares*, in quibus pueri Ludebant cum ossiculis, & fictilibus, ac imagunculis. Ad quòd alludit Martianus hoc versu:

Oscilla ex alto suspendunt mollia quercu.

Erant, & tesserulæ *Oscilla*, quibus in hac solemnitate licebat impunè omnibus ludere. Erant, & alii Ludi *Occellati* nuncupati, in quibus ludebant cum nucibus, vel alia materia habente oculos pictos, & inde hi Ludi vocati *Occellati*, de quibus meminit Suetonius in Augustum, quòd hic animi laxandi causa, modò piscabatur hamo, modò occellatis nucibus ludebat, cum pueris minutis, quos vndique conquirebat facie, & garrulitate amabiles. Erant &

Occellati.

Castellati.

Castellati Ludi, qui & puerorum, cum pueri chartis castella efficiebant. Meminit Julius Capitolinus in Galieno, referens hunc castella composuisse de pomis. His addenda alia ludiera in Saturnaliis fieri solita, & præcipuè in Græcia, vt *Basilinda*. Erat autem hic Ludus *Basilindus*, cum aliquis sorte factus fuerat Rex, & pariter sorte aliquid laboriosum imperabat ministro; qui Ludus, & apud Germanos fuit in vsu. Sic & *Respitira* fuit Ludus latrunculorum. Et hi erant pueriles Ludi solemniter adhibiti in Saturnaliis, vt Lazius marginatus notat de Repub. Romanorum.

Basilindi.

Respitiri.

Lazius lib. 10. cap. 9.

Natalitii.

1738 Dixi supra cum Roman, & Hospiniano, quòd & hoc die erant *Ludi ob natalem Gordiani*, quod & notat Lazius marginatus, cum quo noto, morem fuisse Veterum in natalibus magnorum virorum celebrare Ludos vocatos *Natalitios*. Hæc porrò natalitia Romanorum Christo vendicata, non ineptè Sanctis Dei accommodo. Hæc est vera Festorum origo; quibus meliori fruentes conditione, Divos Apostolos, Martyres, atque Confessores, nos Christiani colimus; & quidem meritò certis per anni curriculum diebus, veneramur, vt de S. Hyppolito hoc carmine Prudentius Peristephanon cecinit, vbi, & reliquiarum, & venerationis Sanctorum mentio fit:

Lazius cit. à fol. 120.

Talibus Hyppoliti corpus mandatur opertis,
Propter vbi apposita est ara dicata Deo.
Illa Sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris appositæ.
Servat ad æterni spem vindicis ossa sepulchro,
Pascit idem sanctis Tribicolas dapibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara,
Spes hominum placida prosperitate juvat
Hic corruptelis, animique, & corporis æger
Oravi quoties, stratus opem merui.
Quod lætor reditu, quòd te, venerande sacerdos,
Complecti licitum est, scribo quod hæc eadem.
Hyppolito scio me debere, Deus cui Christus,
Posse dedit, quod quis postulet annuere.
Ipsa illas animæ exuvias, quæ continet intus,
Ædicula argento fulgurat ex solido.
Præfixit tabulas dives manu æquore lævi,
Candentes recavum quale nitet speculum.
Nec Pariis contenta aditus obducere saxis,
Addidit ornando clara talenta operi.
Mane salutatum concurritur, omnis adorat,
Pubes, eunt, redeunt, solis adusque obitum.
Conglobat in cuneum Latios simul, & peregrinos,
Permistim populos, religionis amor.
Oscula perspicuo figunt impresso metallo,
Balsama diffundunt, fletibus ora rigant.
Iam cum se renovat decursis mensibus annus,
Natalemque *diem passio festa refert.*
Quanta putas studiis certantibus agmina cogi,
Quæ ve celebrando vota coire Deo?

Vrbs

Digitized by Google

Vrbs Augusta suos vomit, effuditque Quirites,
Vna & Patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx vmbonibus æquis.
Discrimen procerum, præcipitante fide.
Nec minus albanis acies se candida portis,
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
Exultans fremitus variarum hinc inde viarum
Indigena, & Picens, plebs, & Hetrusca venit.
Concurrit Samnitis atrox habitator, & alta.
Campanus Capuæ, jamque Nolanus adest.
Quisque sua lætus cum conjuge, dulcibus & cum
Pignoribus, rapidum carpere gestit iter.
Vix capiunt, patuli populorum gaudia campi
Hæret, & in magnis densa cohors spaciis.
Angustum tantis illud specus esse catervis,
Haud dubium est, ampla fauce licet pateat.
Stat sed juxtà aliud, quod tanta frequentia templum
Tunc adeat cultu nobile regifico,
Parietibus celsum sublimibus, atque superba
Majestate potens, muneribusque opulens.
Ordo columnarum geminus, laquearia tecti
Sustinet auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breviore recessus,
Qui laterum seriem jugiter éxsinuent.
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis, exurgens editiore apice.
Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
Tollitur, antistes prædicat vnde Deum.
Plena laborantes agrè domus accipit vndas,
Arctaque consertis æstuat in foribus.
Materuum pandens gremium, quo condat alumnos,
Ac foveat fœtos accumulata sinus.
Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma,
Idibus Augusti mensis, vt ipsa vocat,
Prisco more diem, quem te quoque tanto magister,
Annua festa inter dinumerare velim:
Crede salutigeros feret hic venerantibus ortus,
Lucis honorata præmia restituens,
Inter solemnes Cypriani, vel Chelidonii,
Eulaliæque dies currat, & ista tibi.
Sic te pro populo, cui tibi tradita vita est,
Orantem Christus audiat omnipotens.

De Veterum Ludis in communi, & eorum pompa egi jam supra à num. 341. Vide ibi dicta, & ad sacra verte.

1739 Hoc igitur die, quo Veteres, inter alia delirabant Oscilla offerendo Saturno: ipsis Veteribus opponimus victimas nostratum, qui vera pietate, ac religione se ipsos obtulerunt in victimas: vti fecère Romæ Illustres martyres *Liberatus*, & *Basjulus*, qui suo martyrio decorarunt Romam; ad quam palmam pervenère Alexandrini milites *Theophilus*, *Ptolemæus* & socii: nec non & Presbyteri Illustres *Eugenius*, & *Macarius*. Quibus, aliisque meritò associatur ad coronam gloriæ *Philogomius* præsul, qui adversus Arium strenue certavit; claruisque meritis quievit in Domino. Porro & hoc die *Dominici* duo cœlitibus, associati, alter Brexiensis Præsul, alter Hispanus, & Abbas; qui præclarus in virginitate servanda, fidelis in Monastica disciplina tuenda, & omnibus vnus, & æqualis, sic vitam texuit, vt miraculis *Thaumaturgus*, virtutibus admirabilis, & proximis Munificus, gloriam inter opera charitatis & præmium inter facinora pietatis adinvenit æternum. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, vertendo ad sacra Brumalia, & Halcyona, habes Themata, vt die 24. Novembris, & 11. hujus mensis. Tum & per Saturnalia, vt die 17. num. 1726. à Themate 11. ad 15. vbi picturæ Saturni, & Moloch ad sacra vertuntur. Quód si hoc die Sigillaria celebrabantur dicando Saturno, & Opi sigilla ærea, argentea, & aurea, verte & hæc ad sacra, pro hodiernis Sanctis, eos encomiando *Æneos* fortitudine: *Argenteos* exemplo, claritateque vitæ: *Aureos* charitate in Deum, & proximum: Sigillum adumbrat fidem, charitatem, & Martyrol. Rom. & Hispan.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.

& triumphos: quare & inde Veterum sigillaria ad sacra verte, hodiernos Sanctos encomiando: sigillatos *Fide, Charitate, Triumphis.* Quòd si Cereos sigillabant Veteres, eosque offerebant suis in prophanis sacris, & hæc ad sacra vertendo, hodiernos encomia Sanctos mysticos cereos *Cera* pietatis *Illychnio* puritatis, *Luceque* exempli, bonorumque operum. Aliaque plura christianizare poteris, ex supra adductis.

Novar. in Sche. & alii,

14.
15.

DIES XXI.

A.D. 355.

1740 Hic dies, qui & 12. Kal. Januarii *Nefastus primo* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 28. Brumaliorum, seu Ambrosiarum, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris, num. 1628.

Dies 11. quo agebant *Halcyona* sacra, per 13. dies extensa, ex dictis cum Gyraldo, & aliis die 11. hujus mensis, num. 1700.

Dies 5. *Saturnaliorum*, ex dictis die 17. hujus mensis, cum Macrobio, & aliis, num. 1718.

Hunc diem, quemadmodum & 21. cujusvis mensis *Funestum* habuerunt Chaldæi, ob pueros castratos, & in Persidem missos à Præfecto Darii, ex dictis cum Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Dies dicatus *Herculi*, & *Cereri*, quibus sacrificabant *suem*, & *panes*. Ita Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 12. & Gyraldus de Mensibus fol. mihi. 620. Macrob. 3. Sat. cap. 11.

Ordicalia.

Ipso die *Ordicalia* festa dicata *Laribus*, quos ornabant pellibus canum, ut essent domorum fidi custodes, blandi domesticis, alienis formidolosi, quos *Lares* colebant *floribus, sertis, thure*, & *fruge*. Ita Alex. ab Alex. citatus.

Larentalia.

Quo & die Feriæ *Iovi* dicatæ, dictæ *Larentalia*. Ita Cæsar Calà de Feriis quæst. 1. fol. 31. à num. 118. ad num. 125. De iis dicam infra num. 1744.

Dies 2. *Sigillariorum*, ex dictis cum Macrobio die 20. num. 1732.

Dies celebris Romæ, & ob festum notatum dicatum *Herculi*, & *Cereri*, & ob alterum dictum *Divalia*, & *Angeronalia* dicatum Deæ Angeronæ: quam putarunt Deam *Silentii*. Ita Kal Maff. S. August. lib. 4. de Civit. c. 8. Rosinus lib. 4. cap. 16. & Hospinianus de Festis cap. 30.

1741 Fuit & apud ipsos Romanos celebris hic dies, ob festum dicatum *Angeronæ*, quæ & *Divalis* fuit nuncupata: quare hæc sacra dicta fuerunt *Divalia*, & *Angeronalia*. Quæ sacra dicabant Pontifices Angeronæ in sacello *Volupiæ*, ut tradunt S. Augustinus, Rosinus, & Hospinianus. Hanc putabant silentii Deam, eamque pingebant *Ore obligato, obsignatoque*, & ante dies festos *Iani*, hoc die colebant præforibus *Angeronam*, cui dicabant sacrum in sacello *Volupiæ*. Sed quare hocce simulachrum Deæ Angeronæ fuit collocatum in Ara *Volupiæ*? Dat rationem ex Masurio, Macrobius 1. Saturnal. cap. 10. fol. mihi 214. *Quòd qui suos dolores, anxietatesque dissimulant, perveniant, patientiæ beneficio ad maximam voluptatem.* Angerona igitur sic fuit nuncupata, eo scilicet quod *angores, ac animorum solicitudines propitiata depelleret*, ut ex Verrio Flacco tradit Tamayus, & idem sentit Hospinianus citatus fol. 147. Origo autem hujus festi fuit, testibus Macrob. & Hospin. cit. quia populus Romanus laborabat morbo dicto *Angina*, & facto voto *Angeronæ* liberatum fabularunt. Haneque *voluptatis Deam* appellat Calepinus in suo Dictionario. Addit que *Anginam* esse genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur, & stragulantur. Dictaque *Angina* quod angat guttur: quare Festus dixit: *Anginam vinariam habere dicuntur*, qui vino suffocantur. Quod & notavit Calà marginatus.

Divalia. Angeronalia. Dea Silentii. S. August. lib. 4. de Civit. cap. 8. Vives ibi. Rosin. citat. Hospin. de Fest. cap. 30.

Origo.

Calep. V. Angerona, & Angina. Calà quæst. 1. à num. 114.

1742 Cum enim hoc die *Angeronæ* Romæ dicarent sacrum, quam *voluptatis Deam* Calepinus marginatus appellat. Hinc noto Veteres coluisse *Volupiam*, quam & putarunt *voluptatis Deam*, quæ pingebatur: *Mulier* pallida, *sedens* in solio, instar Reginæ, quæ videbatur proterere pedibus virtutem, ut Cartarius tradit.

Volupiæ Pictura.

Cartar. fol. 249.

1743 Fuit igitur & hic dies celebris apud Romanos, ob festum dicatum *Herculi*, & *Cereri*, quibus per diem integrum dicabant sacrificia, *suem* scilicet prægnantem, *panem*, & *mulsum*, ut tradunt Macrobius, Rosinus, & Tamayus, de quo festo accipe Carmen Nausonianum, quod habetur 4. Fastor & adducitur à Lazio de Rep. Roman. lib. 11. cap. 3. à fol. 1034.

Circus erit pompæ celebris, numeroque Deorum,
Primaque ventosis palma petetur equis
Hinc Cereris Ludis, non est opus indice causæ,
Sponte Deæ munus, promeritumque patet.

Herculis, & Cereris. Festum. Macrob. 3. Sat. cap. 11. Rosin. lib. 4. cap. 16. Tamay. hoc die. Lazius cit.

Panis,

Digitized by Google

Panis erat primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo ſolicitante dabat.
Et modo carpebant vivax è ceſpite gramen,
Nunc epulæ è tenera fronde cacumen erat.
Poſtmodo glanſnata eſt, benè erat jam glande reperta,
Duraque magiſtras quercus habebat opes;
Prima Ceres Homine ad meliora alimenta vocato,
Mutavit glandes vtiliore cibo.
Illa jugo tauros collum prabere coëgit,
Tunc primum ſoles eruta videt humus
Aes erat in precio, chalybis jam maſſa placebat,
Eheu perpetuo debuit illa tetigi:
Pace Ceres lata eſt, & vos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificumque ducem.
Farra Dea, micaque licet ſalientis honorem
Detis, & in veteres thurea grana focos.
Etſi thura aberunt, vnctas accendite tadas:
Parva bona Cereri, ſint modo caſta, placent.
A bove ſuccinti cultos removete miniſtri:
Bos aret, ignavam ſacrificate ſuem.
Apta jugo cervix, non eſt ferienda ſecuri:
Vivat, & in Dura ſæpe laboret humo.

1744 Fuerunt hoc die Feriæ *Iovi* dicatæ, quæ *Larentalia* appellabantur: de quibus fabularunt, quod regnante *Anco*, editus Hercules per ferias otians, „ Deum Teſſeris provocaſſet, ipſo „ vtriuſque manum tuente; adjecta „ conditione, vt victus Cæna, ſcorto- „ que multaretur. Victore itaque Her- „ cule, ille *Accam Larentiam* nobiliſ- „ ſimum ſcortum per id tempus, intra „ ædem incluſiſſet cum Cæna; eaque „ poſtero die diſtuliſſet rumorem, „ quòd, poſt concubitum, Dei acce- „ piſſet munus: ne commodum primæ „ occaſionis, cum ſe domum recipe- „ ret offerendæ, aſperneretur: even- „ tum eſt, itaque, vt egreſſa mox è „ templo, à Carutio ejus pulchritudi- „ ne capto compelleretur: Cujus vo- „ luntatem ſecuta, ſumptaque nuptiis, „ poſt obitum viri, omnium bonorum „ ejus facta compos; cum decederet „ Populum Romanum nuncupavit hæ- „ redem; & ideo ab *Anco* in *Velabro* „ celeberrimo Vrbis loco ſepulta, & „ ſolemne ſacrificium ei conſtitutum, „ quo Diis manibus ejus, per flami- „ nem ſacrificaret, Jovique ipſæ feriæ „ dicatæ. Manes enim dii ab antiquis fuerunt creditæ animæ hominum, quæ é corpore migrarunt. Haſque ferias conſecrarunt Jovi: quia exiſtimarunt animas à *Iove* dari, & rurſus poſt obitum eidem reddi. Quæ feriæ, quia magnificentia ſepulchri: & annuæ parentationis dignatæ fuere, *Parentalia* nuncupatæ ſunt. Quæ omnia notant Macrobius, & Calà marginati. Nuncupabantur *Parentalia* convivia, quæ in parentum, aut propinquorum funeribus fieri conſueverunt, quod officii genus filii parentibus præſtabant. Erantque Parentales dies, quibus ſolemnes epulæ ad mortuorum ſepulchra ſolebant afferri. Quâ conſuetudine creditur primum ab Ænea emanaſſe. De quibus Laurentaliis feriis, relata tradunt Calà & alii, de ipſiſque lib. 3. Faſt. ſic Ovidius:

Non ego te tanta nutrix Laremia genitis
Nec taceam veſtras Fauſtule pauper opes.
Veſter honos veniet cum Larentalia dicam,
Acceptus geniis illa December habet.

Ecce quantum delirarunt Veteres. De qua *Larentia*, & *Laurentia* nuncupata egi ſupra num. 591.

1745 Fuit igitur hic dies à Veteribus ſacratus Jovi, Saturno, Herculi, Cereri, & aliis hujus farinæ monſtris, quibus primò opponimus *Thomam* Apoſtolum, qui monſtra Deorum poſtravit innumera, cùm Parthos, Perſas, Hyrcanos, Brachmanas adiit, ac demum in Indiam perveniens, populos in Chriſtiana religione erudivit, atque ipſas Herculis columnas prætervectus, fractis naturæ clauſtris, novum orbem terræ, novæ Romæ ſubjecit, multa religionis meſſe collecta: oportunè verò, & occurrit *Glycerius*, ſortitus nomen à ſuavitate, & dulcedine, quam ipſe quoque eſt in pœnis experſus, vt videlicet *Glycerius* opponatur mulſo, quo libabatur Herculi, atque Cereri. Feſtis Gentilium aptè opponimus, inter alios martyres, & *Feſtum*, in Tuſcia laureatum martyrio, ingreſſumque hodie ad æternum in gloria feſtum: quam ad glorioſam ſolemnitatem pervenêre

Larentalia.

Macrob. 1. Sat. cap. 10. Gelius lib. 6. Acticar. cap. 7. Cæſar Calà de Feriis quæſt. 1. à num. 119.

Origo.

Martyrol. Rom. Baron. & Maſc.

Digitized by Google

Thema. illustres præsules *Anastasius* Antiochenſis, & *Severinus* Trevirenſis, iſte Confeſſor, ille laureatus martirio, à Judæis ſæviſſimè necatus. Pro iis igitur, aliiſque hodiernis cœlicolis verte ad ſacra, Brumalia, ſeu Ambroſiana, Halcyona, Saturnalia, & Sigillaria: per quæ Chriſtianizata, & ad ſacra verſa (vt partim remiſſivè præcedenti die, n. 1739. habes quamplura Themata, facillimo negotio, hodiernis adaptanda cœlicolis.

1746 Gentium Deos reperio dictos *Stercoreos*, & meritò: aut in opprobrium, & contemptum ipſorum, vt alii volunt, aut quia aliquibus ipſorum ſtercus offerebant: quòd firmo cum Novarino, ex Salomone Tarthi de Belphegore dicente: *Stercus offerebant, & hæc erat cultus ejus.* Imò, & Veteres Romani ſuum Saturnum vocaverunt *Sterculium*, vt tradit Macrobius. Herculi quoque, hoc die culto, barbam deauratam tribuebant, quod irridet Sanctus Auguſtinus, iis verbis: *Qui aliquando dictus eſt Deus Herculas, Romæ jam non eſt. Hic autem barba deaurata eſſe voluit: quid enim mali infanſatus Lapis? Ille ergo nihil voluit, nihil potuit: ſed qui deaurati eum voluerunt, de auro erubuerunt.* Huic ergo fabuloſo Herculi, verum Herculem, & fortem Sanctum Apoſtolum *Thomam* opponimus, quòd ſi Herculi dicabant *Juvencum*, *Pyram*, & *Muſſum* confectum ex melle, & vino, ex dictis ſupra, ex Gyraldo ſyntagm. 17. & hæc ad ſacra vertendo, S. Apoſtolum Thomam encomia *Juvencum* fortitudine *Pyram* accenſam amoris Dei, & proximi: *Muſſum* myſticum ſuavitatis, doctrinæ, & beneficentiæ. Amplius, ſi ipſo Gyraldo teſte ſyntagm. 10. Herculem cognominarunt *Sanctum*, *Invictum*, *Paciferum*, non fabuloſo Herculi, ſed Sancto Thomæ elogia hæc competunt, vt ipſum encomies *Sanctum* gratia: *Invictum* fortitudine, adverſa ſuperando, idòla deſtruendo: *Paciferum* prædicatione, vita, miraculis, innumeram multitudinem convertendo ad fidem, & pacificando cum Chriſto. Amplius, ſi ipſo Gyraldo citato teſte, Veteres ſuum Herculem nominarunt *Clavigerum*, *Triumphalem*, & *Cuſtodem*, & hæc adapta tanto Apoſtolo, eum encomiando *Clavigerum* ob dexteram miſſam in latus Chriſti: *Triumphalem* contra idòla, idolatras, & tyrannos: *Cuſtodem* ſuorum clientum. Tandem *Thomas*, dicitur à *theos*, quòd eſt Deus, & meus: vndè Thomas, quaſi Deus meus, propter illud, quod dixit, cùm certificatus credidit: *Dominus meus, & Deus meus.* Vel dicitur *Thomas* à *thomos*, quòd eſt diviſio: aut quia mentem ſuam ab amore mundi diviſit: aut quia ab aliis in fide reſurrectionis diviſus fuit. Vel dicitur *Thomas* quaſi totus meaus in Dei amore, & contemplatione. Quæ tria habuit *S. Thomas*, qui Græcé dicitur *Didimus*, & interpretatur *abyſſus*, vel *gemellus*.

B. Max. in tom. 28.

19.

Novarin. in Sched. lib. 12. cap. 36.

Mocrob. 1. Sat. cap. 7.

S. Aug. ſerm. 6. ex 40.

16.

17.

18.

Hiſt. Lomb. lect. 5.

DIES XXII.

1747 Hic dies, qui & 11. Kal. Januarias, *Comitialis* notatur in Kal. Maff. A. D. 356.

Dies 29. *Brumaliorum*, ſeu *Ambroſiarum*, ex dictis cum Hoſpiniano die 24. Novembris num. 1628.

Dies 12. quo agebant *Halcyona* ſacra, per 13. dies extenſa, ex dictis cum Gyraldo, & aliis, die 11. hujus menſis 1700.

Dies 6. *Saturnaliorum*, ex dictis cum Macrobio, & aliis, die 17. hujus menſis num. 1718.

Dies 3. *Sigillariorum*, ex dictis cum Lipſio, Macrobio, & Roſino, die 20. hujus menſis, num. 1732.

Ad hunc diem refert Beyerline, hoc die, *Sigillaria* incepiſſe, per *ſeptem dies extenſa*, ex Macrobio 1. lib. Saturnal. cap. 11.

Dies lætus Romanis ob *Ferias Laribus* ſacratas, & ob *Ludos Compitalitios* dicatos ipſis Laribus. Ita Vet. Kal. Gyraldus de Menſibus fol. mihi 620. Roſinus in ſuo Kal. lib. 4. cap. 16. Calà quæſt. 1. à num. 100. ac Macrobius Saturnalium cap. 10. ſic dicente: *XI. autem Calendarum Januarii feriæ ſunt Laribus dicatæ, quibus Ædem bello Antiochi, Æmilius Regillus in Campo Martio curandam vovit.* Idque factum, Calà citato teſte, anno Mundi 4934. & ante adventum Chriſti anno 267.

Dies minor anni, *Solſtitium Hyemale*. Ita Macrobius 1. Saturnal. & alii.

1748 Dixi fuiſſe hoc die à Gentilibus celebratos *Ludos Compitalitios* in honorem *Larium*. Egi de Laribus ſupra à num. 113. Nunc dicam de Ludis Compitalitiis. Hi Ludi ſic dicebantur *Compitales* à compitis regione vrbis: vbi *ſigna*, & *Lares* poſita in menſis ornabantur. Tarquinius igitur Superbus Compitalia inſtituit Laribus ac Ma-

Compitales Ludi.

Lazius de Rep. Rom. lib. 10. cap. 4. Dionyſius in 4. Ant. Roſin. lib. 5. cap. 11.

niæ,

Digitized by Google

nia, quibus papaveris capitibus, pro capitibus hominum supplicabant. Posuerunt *Lares*, vt Deos domesticos in Compitis, & ex Libertinis eis assignarunt Sacerdotes *Augustales* appellatos. Quare Compitalia erant dies attributi Laribus, quibus diebus sacrificabant in Compitis: quia autumabant compita fuisse sub tutela Larium, vt constat, ex Nasono 1. Fastorum per hos versus:

Fistque gravis, geminosque parit, qui compita servant,
Et vigilant nostra semper in urbe Lares.

Jussu Servi Tulii Regis in compitis omnibus extructa fuerunt templa, vbi à servis peragebantur Anniversaria sacrificia Laribus, vt Dionys. Halicarnas. Sunt nonnulli, (Lazio marginato teste) qui hos Ludos *Compitales* asserunt celebratos mox post *Saturnales*, & separatos fuisse à Ludis *Popularibus*, sivè *Plebeis*. At Lazius, & alii apud ipsum, eos asserit fuisse Ludos *Compitales*, aut *Compitalitios*, *Populares*, *Plebeios*, & *Curiales*; in quibus dabant epulum, asportabant simulachra, eaque collocabant in compitis, populusque oblectabatur Ludis Curalibus, & *Scenicis*, epulisque, & pervigiliis, vt totum Lazius observat.

Populares. Plebei.

Curales.

1749 Cum in Ludis *Compitalibus* essent & *Scenici*, de his, & Scena noto: quòd *Scena* erat camera hinc, inde composita, quæ in vmbræ loco erat in theatro, in quo Ludi actitabantur. Primis namque temporibus *Scena* non habebat parietem, sed erat de frondibus, qui ad tales Ludos, comœdias, aut tragœdias dabant vmbracula (enim *Scena* dicitur à verbo Græco significante *vmbram*: nam & in vmbra Ludi Scenici fiebant, & ingenii arte excitabantur). Postea vero & numero, & divitiis aucta Romana Republica, tabulata componi cœpta fuerunt, parietibus clausa: hoc est *theatra*, & *amphitheatra*, in quibus erant pegmata, & tabernacula dicta *scenopegia*, vndè personæ prodibant. Thronus quoque theatri, vbi scena erat, pluribus contignationibus erat constructa: in quibus histriones recitabant, mimi, & cæteri Ludii edebant varios Ludos, ac gesticulationes. Hinc ab scriptoribus distinguntur tria scenarum genera, scilicet, *Tragicum*, sub quo genere comprehenditur *Comœdia*, *Comicum*, & *Satyricum*. Et quidem *Tragica* scena signis, & regalibus ornabatur. Cujus scenæ *Tragicæ* altera species est *Tragœdia*: quæ sic explicatur à Josepho Scaligero: Tragœdia est imitatio per actiones illustris fortunæ, exitu infelici, oratione gravi metrica. Quamquam & *Tragœdiam* aliquando extendant ad exitus felices in rebus magnis adversæ fortunæ. Tragœdiam dictam volunt, ab eo quòd, primum ejus poëmatis præmium fuerit *hircus*, aut *vter hircinus* vino plenus. Alii à *fæce* putant appellatam *Tragœdiam*, eo quòd scenici fæcibus perlinebant ora sua. *Comœdia* autem, ex ipso Scaligero, & Rosino cit. cap. 8. est: Poëma dramaticum, negotiosum, stylo populari, exitu lætum. Dictamque comœdiam à conventione humilium personarum, ad canendum, ludendum, & repræsentandum, ac epulandum. Distinctio autem Tragœdiæ, à Comœdia est, vti cum pluribus docet Calepinus citatus: quia in Comœdia introducuntur humiles, & privatæ personæ ad exitum tranquillum, & lætum. In Tragœdia autem introducuntur Reges, principes, nonnumquam heroes, & dii ad exitum luctuosum, & tristissimum. Quare qui Tragœdiam extendunt ad felices exitus, loquuntur de Tragœdia mixta cum Comœdia. Et hæc de scena Tragica.

Scena.

Lazius lib. 10. cap. 11.

Rosin. lib. 5. cap. 6. 7. & 8.

Scena quotuplex.

Tragœdia.

Rosin. cit. cap. 7. Calep. verbo Tragœdia.

Comœdia.

1750 *Scena Comica* habebat speciem ædificiorum privatorum. *Satyrica* autem *Scena* erat referta arboribus, speluncis, & rebus agrestibus. Quibus in *Scenicis Ludis* non solum edebantur Tragœdiæ, Comœdiæ, Satyræque, verùm & poëtæ interse, carmine scripto, & coram recitato, sub judicibus certabant: victi coacti erant scripta sua delere, laudare victores, præmiaque dare ipsis victoribus, qui & coronam accipiebant in præmium. Origo *Ludorum Scenicorum*, ex Livio, fuit: quia populus Romanus magna laborabat pestilentia, quam cum levare non possent, *Scenicos* instituerunt Ludos ad placandam iram cœlestem. Ad quos Ludos, ex Hetruria duxerunt *Ludiones*, qui sine carmine vllo, & sine imitandorum carminum actu, saltarent ad tibicinum modum, dando indecoros motus, modo Thusco; quos juventus imitari cœpit joculariè fundendo versus inconditos; motusque gestiebant à voce non absoni. Quam rem accipiebant sæpè vernaculis artificibus, & quia *histrio* Thusco verbo vocabatur *Ludio*, inditum fuit ipsis nomen *histrionum*.

Comica. Satyrica.

Scenici Ludi.

Lazius citat. Livius lib. 7. Decada 1.

Origo.

Ludii.

1751 Venio jam ad genera Ludorum Scenicorum, vt *Juvenales*, *Mimi*, *Atellanæ*, & *Olympici*, ex quibus: *Juvenales*

Juvenales Ludi.

Digitized by Google

venales fuerunt instituti pro salute Juvenum, vt olim plebei pro salute plebis. In his ludebant Juvenes varia peragendo spectacula: quibus in Ludis Nero immiscuit senes, & veteranas, teste Suetonio in Nerone. Ludi *Mimi*, qui & *Pantomimi*, *Dionysiaci* & *Technitæ*, nuncupati, quorum meminit Aristoteles in Problematibus, fuerunt & *Ludi* Scenici, acti ab iis, qui serviebant in Scena, & personas repræsentabant: quare nuncupabantur *Mimi*, & *Pantomimi*. Quo in Ludo poëmata risu moventia dicebant Mimi; quæ à Tragœdiis, fabulisque erant diversa. Fuerunt & *Atellanæ* Ludi Scenici, sic nuncupati à loco Campaniæ vbi celebrabantur Latinis fabulis, quibusdam mixtis jocularibus, ac satyricis. Quo in Ludo post jocum, ac fabulas, juventus ipsa, inter se, more antiquo, ridicula intexta versibus jactare cœpit. Quæ inde postea *Exodia* appellata. Qui Ludus, & *Atellanicus* nuncupatus fuit. Tandem fuerunt Scenici Ludi *Olympici*, qui in Olympia celebrabantur. Erat autem *Olympia* locus Oleastro vestitus, in agro Pisano, juxta fluvium Alphæum, vbi fuit templum Jovi Olympico dicatum, inclytum monumentis poëtarum, & historicorum. Hi primò fuére instituti à certamine Herculis, quo ipsum primum certasse dicitur, & palmam meruisse. Quo in templo erat simulachrum *Jovis Olympici* fabrefactum à Phidia celeberrimo statuario. Vbi Jovi Olympico dicabant Ludos Scenicos, in quibus varia exercebant ludicra, præcipuè poëtarum, cursorumque certamina proponebantur. Vt notat Lazius apud quem plura vide.

Mimi.

Pantomimi. Dionysiaci. Technitæ.

Lazius cit. fol. 1007.

Atellanæ.

Olympici.

1752 Hoc igitur die, quo suis in Ludis, prophanisque spectaculis Veteres delirabant, dat nobis vera Religio nobiliora veneranda spectacula, eorum, scilicet, qui mundo, & Angelis, & hominibus facti fuére spectaculum: vt Romæ *Triginta Martyres*, sub Diocletiano passi pro Christo, laureatique martyrio: ad quam palmam ibidem, sub Juliano Apostata, *Flavianus* pervénit: quibus associantur cum omine nominis *Honoratus*, & *Florus*: necnon *Ischirion*, qui à fortitudine fortitus est nomen. Quem & decorarunt diem *Zenon*, aliique plures Martyres, quibus effloruit Christiana Religio. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra, Brumalia, seu Ambrosiana, vt die 24. Novembris: Halcyona, vt die 12. hujus mensis: Saturnalia, vt die 17. Sigillaria vt die 20. quibus in locis plura habes Themata, hodiernis accommodanda cœlitibus. Cumque & diem hunc Veteres dicarent Laribus, quibus tribuebant floridam coronam, pingebantque, vt supra: vnde vertendo ad sacra, & per picturam Larium, & per attributa ipsorum habes Themata num. 118. & 605. ac à n. 632. Cumque (Hospiniano teste) Lares putarentur fidi custodes domus, domesticis blandi, alienis formidolosi, & ad nocturnos strepitus soliciti, sicut canes: eos pingebant *Discalceatos*, *Ornatos* pellibus canum, *Redimitos floribus*, & sertis. Hos, & colebant *thure*, & *frugibus*: in quorum sacris servabant, vt Sacerdotes dicerentur *Libertini*, & *Augustales*, vtque de sacrificio nihil foras mitteretur, sed omnia absumerentur: & hæc Christianiza, ac ad sacra verte.

Martyrol. Rom.

Thema.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.

Hospin. de Fest. cap. 30. Cartar. fol. 298.

Pictura.

Sacrificia.

Ritus.

DIES XXIII.

1753 HIc dies, qui & 10. Kal. Januarias *Nefastus primò* notatur in Kal. Maff. A. D. 357.

Dies 30. *Brumaliorum*, seu *Ambrosianorum*, ex dictis die 24. Novembris, num. 1628.

Dies 13. & vltimus, quo agebant *Halcyona* sacra, ex dictis cum Gyraldo, & aliis die 12. hujus mensis, n. 1700.

Dies 7. *Saturnaliorum*, ex dictis cum Macrobio, & aliis die 17. hujus mensis, num. 1718.

Dies 4. *Sigillariorum*, ex dictis cum Lipsio, Macrobio, & Rosino, die 20. hujus mensis num. 1732.

Ex Beyerlinc referente *Sigillariorum* inceptionem ad præcedentem diem 22. *Sigillariorum* dies 2. ex dictis num. 1747.

Quo die Indii *Diis* immolabant *equos*, & *tauros nigros*. Hoc enim die incipiunt dies augeri, & apud Indos patrius mos, vt cum dies primum augeri incipiunt, Rex cum regio comitatu ad fluvium lavaturus accederet, equosque, & nigros tauros Diis immolet, veluti felices, & fortunatos. Ipsi enim nigrum albo prætulerunt, & sanctius dixerunt. Ita Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

Dies Conceptionis *Romuli*, & *Remi*. Ita Minorita Victoria in Theatro Deorum tom. 1. fol. 728. Plutarchus, & cum eo Beyerlinc hoc die.

Quo die *Feria Jovi* dicatæ. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 620.

Rosi-

Digitized by Google

Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap. 4. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 26. & alii.

Tandem & hoc die *Larentinalia*, aut *Laurentinalia*, acta in honorem *Accæ Laurentiæ*. Ita Vetera Kal. Plutarchus, Varro, Ovidius, Gyraldus de Mensibus fol. mihi 620. Hospinianus de Festis cap. 30. & alii.

Fuit, & hic dies *Triumphalis*, ac nobilitatus duobus triumphis; altero, quem reportavit M. Fulvius, anno V. Conditæ 364. de *Ætolis*, & *Cephalenia*: altero, quem Commodus Imperator obtinuit, de *Suevis*, & *Sarmatis* V. C. anno 929. vt cum Plutarcho, & Goltzio, hoc die notat Masculus.

Larentinalia. 1754 Dixi, quòd hoc die fuerunt *Larentinalia*, aut *Laurentinalia*, dicata *Accæ Laurentiæ*, quæ & dicta fuit *Tarentia*, aut *Tarrutia*, vxor Fastuli, nutrix Romuli, & Remi. Quare Romulus Accæ Laurentiæ constituit aram, & festum annuum hoc die. Dixerunt igitur, vt plurium narrat historia, quod *Lupa* lac præbebat *Romulo*, & *Remo*, ac accurrentibus Pastoribus, & mirantibus, Fastulus educandos accepit: rediens domum, mœstam reperit vxorem, ob infantem mortuum. Solata fuit à marito tradens illi gemellos illos educandos pro vno extincto, & ob hanc educationem, quotannis, hoc die, celebrarunt solemne festum *Accæ Laurentiæ* dicatum, in quo festo, & erat Sacerdotum parentatio, Gyraldo teste, aliisque marginatis, ac Rosino lib. 4. cap. 16. Qui lib. 2. cap. 20. addit fuisse alteram *Accam Larentiam*, & *Tarunciam*, quæ & *Flora* ficta, de qua egi supra. *Accam* igitur *Laurentiam* nutricem Romuli, & Remi fuisse meretricem, inter alios, tradunt Macrobius, & Cartarius; addentes quòd ex meretricio quæstu ingentem hæreditatem acquisivit, & moriens scripsit hæredem Populum Romanum, qui ejus memoriam maxima veneratione prosequutus fuit. Sed quia flagitiosum arbitrabatur meretricem colere, ejus nomen commutarunt in *Florum*; finxeruntque Deam, quæ floribus præesset, ipsique dicarunt Ludos *Florales* nuncupatos, in quibus omnes nequitiæ, & lasciviæ dediti, nudis mulieribus peragebantur; in iis, & instituebantur venationes leporum, atque damarum, quæ bellua custodiuntur in hortis. Hi Ludi *Florales*, qui *Floralia* nuncupabantur, Græcis *Scenobatica* dicta: quæ *Floralia*, Ludosque Florales, & agebantur 4. Kal. Maii, seu die 28. Aprilis. Quam Floram, & fabularunt nuptam *Zephiro* vento, & à marito hoc mune affectam, vt omnium florum potestatem haberet: quam seducti Romani existimabant placare eo obsceno Ludo, vt Lazius marginatus meminit, addens quòd Cato cum olim præfatos spectaret Ludos, è theatro discessit: quare prohibitum fuit, ne meretrices nudarentur.

Origo. *Macrob. 1. Sat. cap. 10.* *Gyrald. syn. 17.* *Ovid 4. Fast.* *Hospin. cap. 30.* *Cartar. fol. 159.* *Lazius lib. 10. cap. 12.* *Flora.*

1755 Hoc igitur die, quo Veteres delirabant; jam in Baccho dicando ipsi Brumalia; jam in Stercorio Saturno: jam in scorto, Laurentia, Lactrice Romuli, & Remi: jam (vt alia omittam) in triumphis: iis omnibus opponimus veras victorias, nostratumque triumphatores: vti fuére *S. Anthimius* Nicomediensis præsul, *Diaconus*, qui litteras perferens ad martyres, tentus à Gentilibus, lapidibus obrutus, martyrium consummavit: ad quam pervenerunt palmam *viginti* Nicomedienses martyres; & Cretenses *Evaristus*, *Theodolus*, *Saturninus*, aliique plures, qui verè triumphatores extitére. His adjungimus veram victricem *Victoriam* virginem, desponsatam, & martyrem, quæ cum Romana foret, & desponsata Lucio Eugenio Turbulano pagano, ex Vrbe ejecta in exilium, authore Pontifice, quod Deos sperneret; ad Hispaniam venit, vbi in Civitate Turbula (nunc Tovarra) constructo celebri sacrarum virginum Monasterio, sub Decio, rogatu sui sponsi, gladio in corde percussa, martyrium complevit. Quare Accæ Laurentiæ, quæ insigne extitit scortum (quamobrem & vocata Lupa) meritò opponimus *Victoriam* virginem, cujus studium, atque cura in eo potissimum fuit, vt plures Virgines agno immaculato Christo dicaret. Hujus Heroinæ acta, triumphos, & victorias, vide in Martyrologio Hispano, tom. 6. à pag. 568. vsque ad 571. Pro iis igitur, aliisque cœlitibus hodiernis, verte ad sacra, Brumalia, vt die 24. Novembris: & Haleyona, vt 11. die hujus mensis: & Saturnalia ut 17. & Sigillaria vt 20. vnde habes quamplura Themata, hodiernis Sanctis adaptanda; vt sic prophana serviant sacris, vmbræque veritati. Præterea, & verte triumphos veterum, pro hodiernis Sanctis, iis adaptando colores, & coronas, vt num. 134. 583. ac 1149. Quòd si Accam Laurentiam putatam, & nuncupatam Floram colebant, habes & supra num. 591. per Floræ picturam Christianizatam, Thema hodiernis

Martyrol. Rom. & Hispan. Baronius hic, & Masculus.

Themata.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.

14.

diernis adaptandum cœlicolis. Tandem cum Orbis totus Catholicus colat hoc die *S. Victoriam* Virginem, & Martyrem, reflecte in nomine *VICTORIA*, & adapta literas, sic legendo per V, *Victricem*: per I, *Insignem*: per C, *Cæsarum*: per T, *Totius*: per O, *Orbis*: per R, *Romani*, aut *Romulei*: per I, *Insignitam*: per A, *Admirabilem*. Tum & literas invertendo nomen ipsius, ipsi sic adapta, vt V, legatur *Victrix*: T, *Tota*: A, *Admirabilis*: O, *Orbi*: R, *Romulei*: I, *Ipsius* puritate: C, *Cæsari* fortitudine: I, *Iovi* religione.

15.

Hunc tandem condecorat diem *B. Petrus Nicolaus Factor* Valentinus, qui ex Ordine Minorum egregius Ecclesiastes, sic fuit scientia, & virtutibus insignis, sic in prælaturæ munere celator acerrimus, sic prophetico splendore donatur, vt ad quamlibet natus virtutem videretur ex integro; denique miraculis clarus migravit ad Dominum. Vide acta hujus Sanctissimi Minoritæ apud Christophorum Moreno, Arcturum, & alios Scriptores citat. à Tamayo hoc die tom. 6. p. 572. & 574. Audi tamen *B. Ludovicum Bertrandum*, Ordinis Prædicatorum alumnum, virumque Sanctissimum, qui de ipso *Nicolao Factore* (quem optimè cognoscebat) loquens, dicere solitus erat: *Pater Nicolaus Factor, cum hujus mundi accola sit, Paradisum obtinet, atque cœlestibus alterius vitæ delictis fruitur.*

Tamay. hoc die, pag. 574.

DIES XXIV.

A.D. 358.

1756 Hic dies, qui & 9. Kal. Januarias, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 31. & vltimus *Brumaliorum*, seu *Ambrosiarum*, ex dictis cum Hospiniano die 24. Novembris, num. 1628.

Dies additus *Saturnaliis*: quare 8. & vltimus *Saturnaliorum*. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 620. & Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap. 4. & Beyerlinc, hoc die.

Dies 5. *Sigillariorum*, ex dictis die 20. cum Lipsio, Macrobio, & Rosino, referentibus ad eum diem Sigillariorum inceptionem.

Dies 3. *Sigillariorum*, ex dictis die 22. cum Beyerlinc, ad eum diem referente inceptionem Sigillariorum.

Quo die, Romæ *Ludi ob Natalitium* Titi Cæsaris. Ita Hospinianus cap. 24. fol. 135, Roman tom. 2. Reip. Gent. lib. 10. cap. 8. ac Rosinus lib. 5. cap. 22.

Dies item auspicatissimus Romanis juvenibus ob *Ludos Iuvenales*, actos à juvenibus. Ita Gyraldus de Mensibus fol. mihi 620. Rosinus in suo Kal. lib. 4. cap 4. Tamayus, & Masculus hoc die, ac Hospinianus de Festis cap. 30. fol. 147. qui cum Capitolino refert *hos Ludos per quatuor dies extensos*, sicque vsque ad 27. diem inclusivè.

Hoc die, vel sequenti *Ludi Compitalitii* celebrari soliti, juxta aliquos. Ita Lazius lib. 10. cap. 4. in fine.

1757 *Ludi Iuvenales*, ab hoc die per *quatuor* continuos acti, fuerunt instituti à Nerone. Cujus lasciviam, & luxum sequentes Romani juvenes in plurimis inciderunt deliriis, Principis amplexantes exemplum. Nam ii Ludi pro juvenibus instituti, acti primùm intra domos privatas, postea in hortis, ac demum in theatris, ita vt omnibus foret permissum juvenibus, puellis, ac magistratibus, more histrionum procedere; & per gestus, varioque scenicos modos infami representatione se excitare, & lasciv ire. In quibus, & turmæ puerorum primò ætatis flore, & juvenes generosi spiritus, vt equis instratis, hinc inde dispositis turmis, tamquam acie instructa, composito agmine, in modum justæ pugnæ cursitabant, gyros dando, & sibi invicem occurentibus, vt speciem agilitatis, & indolis sic præberent. Et quamquam hi forent instituti pro adolescentibus, tamen plerumque admittebantur anus, & grandevæ natu matres, senesque in ætate gravescentes, ac lasciv as perpetrabant, vt Hospinianus advertit.

Iuvenales Ludi. Suet. in Nerone cap. 11. & 22. Plin lib. 37. Tamay. hoc die. Hospin. cit. cap. 30.

1758 Hodiernis Lascivis, & Juvenalibus Ludis, in quibus, & puellæ juvenili licentia lasciviebant: opponimus *quadraginta Virgines*, & Martyres, quæ vel pudicitiæ, vel constantiæ mira virtute vitam dederunt pro Christo: quibus accedunt virgines duæ nobilissimæ *Tharsilla* S. Gregorii Papæ amita, & *Irmina*, aut *Firmina* Dagoberti Regis filia: quæ idcirco vnà convenire videntur in pervigilio magni Liberatoris, vt quasi choream instituant virginum principi paritaræ. Occurunt & inclyti martyres, vt *Gregorius* Presbyter Spoletanus, qui inter belluas, quibus objectus fuit, placidissimè lusit, tandemque decollatus martyrium complevit; ad quam palmam *Lucianus*, & alii plures, sub Diocletiano, passi pervenerunt. His adjungitur ad

Martyrol. Rom. & Hispan. ac Masc. hoc die.

coro-

Digitized by Google

eorum gloriæ *Delphinus* præsul Burdigalensis, natione Hispanus Pampilonensis, sanctitate clarus, Theodosii æquore, cujus acta ex Aulò H. Io. Burdigalensi Poëta, per sequentes versus, percurruntur:

Pampiona tuos construxit provida, Delphin,
Orius primævos, cujusque sacra paras.
Burdigala ast tibi pergrandes concessit honores;
Munera cui solvens, hæc tibi solvit ovans.
Cæsaris Augustæ sedens in conclave Patrum
Dogmata Priscilli tundis & ipse sidus.
Paulini tãdẽ (Nolana *præsul in urbe*
Post hæc) *baptismo te geris ipse chorum.*
Protinus ad Lampum, *quem Patrem Barcino nescit,*
Presbyter, vique fias, mittis amicus eum.
Post meritis plenus, faves, eu jam ductus in Astra,
Hispaniisque tuis, Burdigalisque meis.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis verte ad sacra, Brumalia, vt die 24. Novembris: Saturnalia, & Sigillaria, vt in diebus 17. & 20. hujus mensis, vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Cumque & hoc die in Ludis Juvenalibus versarentur Gentiles; despecta ipsorum obscœnitate, & per ipsorum factiones, & colores Thema habes supra num. 1538 hodiernis adaptandum Sanctis. Tandem si hoc die delirabant Veteres in suis Saturnaliis, & Sigillariis, dicatis Saturno, & Opi (ex dictis cum Beyerline die 22. num. 1745.) quem Saturnum nuncuparunt Cœlum, & Opem terram, in qua celebritate, *& discursum publicum, & latitiam religionis extendebant per septem dies, tangentes terram de industria*, quo ritu demonstrabant *ipsam matrem terram esse mortalibus appetendam*, vti advertunt marginati Macrobius, & Rosinus. Quam vetustatem christianizemus: enim Christiani hoc die celebramus *Vigiliam Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, secundum carnem*, qui Cœlum, & author Cœlorum est, quique natus est ex Virgine Maria terra immaculata, virginali, & fœcunda: quam Vigiliam prævenimus lætitia septem dierum, Antiphonas, O, nuncupatas lætè canendo: quòd si Veteres in suis Sigillariis *erigebant aram*, ab ipsis *fiebant supplicationes*, offerebant *vota*, & ea cæremonia, vt *tangerent terram de industria*: Hinc, prophana ad sacra vertendo, nos celebrando vigiliam nativitatis temporalis Christi, aras cordium præparemus, preces fundamus, vota bonorum operum offeramus Deo, nos prosternendo vsque ad terram, dum in Martyrologio annuntiatur *Nativitas Domini nostri* IESV CHRISTI *secundum carnem*. Sicque igitur, vti mos est, apud nos discursus publicus, & concio, vt ad tantam Nativitatem nostri Redemptoris celebrandam devota fiat ab omnibus Christianis præparatio; *Erigendo* aras cordium virtutibus: *Fundendo* devotas preces Deo: *Prosternendo* nos vsque ad terram, quanta poterimus humilitate: quia Æterni Patris Filius dignatus est nasci homo in Bethlehemitico stabulo, pro nobis, ex Maria Virgine.

Macrob. 1. Saturn. cap. 10. Rosinus lib. 4. cap. 16.

20.

DIES XXV.

1759 A.D. 359.

HIc dies, qui & 8. Kal. Januarias, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 4. *Sigillariorum*, ex dictis cum Beyerline die 22. hujus mensis, num. 1745.

Dies 2. *Iuvenalium Ludorum*, exercitorum per dies *quatuor*, ex dictis cum Hospiniano præcedenti die num. 1756.

Quo die inter Cives Romanos consignabatur *libertas*. Ita Tamayus hoc die, addens hocce festum celebratum Romanis, ludendo, & jocando Domini cum servis, & ancillis. Item & *Ludi* Compitalitii, ex eodem num. 1756.

Dies sacratus *Theseo*. Ita Kalend. Rom. & cum eo, hoc die Beyerline, & Masculus.

Quo & die, anno ipso Nativitatis Christi Domini, Augustus edicto vetuit se Dominum nuncupari. Ita Orosius, & cum eo Beyerline hoc die. Vide num. 1763.

Tandem hoc die, ipsaque hac nocte, qua de Virgine Matre natus fuit Jesus Christus, Romæ templum *Pacis* corruit, *omniaque idola corruerunt* cum eo. Imo & Romuli statua, omniaque idola, diversis in locis, subita ruina corruerunt. Ita Cæsar Calà de Feriis quæst. 1. fol. 79. à num. 352. Historia Lomb. leg. 65.

Dixi.

Digitized by Google

1760 Dixi, quòd hoc die, & templum *Pacis* corruit, omniaque corruerunt *Idòla* : quam historiam sic narrant marginati. Tempore Octaviani Augusti, cum pax esset in terris, Provinciisque, per annos duodecim, vt testatur Innocentius Papa : Romani construxerunt pulcherrimum templum *Pacis*, & ibi statuam Romuli collocarunt. Consulentesque Apollinem, (quem pro Deo colebant,) *quamdiu duraret templum hoc?* Aeceperunt responsum : *quousque virgo pareret.* His auditis dixerunt : *templum ergo in æternum manebit.* Impossibile enim credebant Virginem parere: vnde in foribus templi scripserunt: *Templum Pacis manet in æternum.* Quod templum ipsa nocte, qua Virgo Mater peperit, corruit, & omnia idòla corruerunt cum eo, secundum prophetiam Hieremiæ, & proinde Sacerdotes Idòlorum Virginem puerum in græmio bajulantem fecerunt, & in secreto loco templi ponentes adoraverunt. At in legenda Longobardorum legitur, quod ipso die Nativitatis Christi, Romuli statua, & omnia Idòla in diversis locis corruerunt, subita ruina. Joannes Valensis in summa, quam nuncupavit Margarita Doctorum part. 8. Compediloquii cap. 2. de Virg. sic aliter eveniisse narrat, & Calà cum eo : dicens : quod Virgilius nobile palatium construxit, in quo cujuslibet regionis subditæ Romanis vna imago lignea campanam manu tenebat ; quoties verò aliqua regio majestati Romani Imperii insidias moliri ausa esset, incontinenti proditricis lignea campana pulsabat, & miles æneus, equo insidens æneo, in summitate palatii hastam vibrans, in illam se partem vertebat, quæ regionem illam respiciebat; & tunc Romana juventus expediebatur, missa à Senatoribus, præparabatque se in hostes Imperii, vt non solum fraudes præparatas declinaret, sed in auctores temeritatis animadverteret ; quæsitus autem vates, quamdiu à Diis conservandum esset, illud nobile palatium ? Responderè consuevit : *Stabit dum pariet Virgo.* Hoc Romani audientes, & applaudentes dicebant : *Igitur in æternum stabit.* In Nativitate vero Redemptoris nostri, pientissimè fertur, dictam domum subitam ruinam fecisse. Hæc Cæsar Calà marginatus, & Cartagena citatus.

Histor. Lomb. leg. 6. fol. 8.
Cæsar Calà de Ferii quæst. 1. fol. 79. à n. 352.
Cartag. lib. 3. tom. 1. hom. 8.

1761 Addit iste Cartagena cum Nicephoro ; quod nascente Christo Domino, protinus idòla contieuerunt, neque deinceps ab eis vlla data responsa, præter vnum, quòd Imperator Augustus, de silentii causa, oraculum interrogans, aeccpit in hunc modum responsum:

Cartag. cit. lib. 3. hom. 8.
Nicephor. lib. 1. cap. 17.

Me puer Hebræus, Divos Deus ipse gubernans,
Cedere sede jubet, tristemque redire sub Orcum:
Aris ergo de hinc tacitis abscedite nostris.

Doroth. in Synopsi.
Comestor in Hist. Tobiæ c. 3.

Simile prodigium refert Dorotheus Martyr, inquiens, Prophetam Jeremiam sacerdotibus Ægyptiis, pro signo Nativitatis Christi prædixisse ruinam, & vastitatem omnium inanium Deorum : à quo tempore, dicit, illos coluisse imaginem pulchræ Virginis, puerum inter brachia tenentis, quo postea nascente, omnia Ægypti simulachra, & imagines conciderunt.

1762 Nec solum hæc, sed & alia plura prodigia contigerunt in terris, ipso die Nativitatis Christi : enim vt scribit S. Bonaventura, in Opusculo de *Festivitatibus pueri Jesu* : ea nocte Nativitatis Christi *Vineæ Engaddi floruerunt* ; nec tantum floruisse, sed & *fructum produxisse*, addit Bartholomeus Angles. Eusebius Cæsarienfis in Chron. Temporum, aliique tradunt, Romæ tunc in regione Transtiberina *ortum fuisse olei fontem*, quo significabatur fons ille misericordiæ vberrimus Christus, de cujus nomine dictum est: *Oleum effusum nomen tuum*

S. Bonavent.
Bartholom. Angles.
Cæsarienfis.
Cartagena citatus.
Cant. cap. 1. v. 3.

1763 Fuerunt & tempore Nativitatis Christi prodigia in Cœlo: enim vt S. Antoninus, aliique narrant : advertentes Romani insolitam pacem, & quietem Romani Imperii tempore Octaviani Imperatoris, idque Octaviani industriæ, atque prudentiæ attribuentes, ideo tanto beneficio grati, illum tamquam Deum colere, & venerari decreverunt. Id renuens Octavianus, vt vrgentibus Romanis satisfaeeret, consuluit Sybillam, ea tempestate nobilem in reddendis oraculis, quid sibi foret faciendum. Morabatur illa intra ædes Imperatoris, contemplansque responsum dandum Octaviano, sublatis repentè in Cœlum oculis, vidit propè Solem *aureum circulum*, in cujus medio intuita quoque fuit *pulcherrimam Virginem intra brachia fouentem infantulum.* Tunc aeeersito Imperatori, quod viderat in Cœlo miraculum indicavit, & puerum illum omnino futurum Dominum, cui Reges omnes parèrent prophetico spiritu prædixit,

S. Anton. 1. part. Hist. tit. 4. cap. 6. Cartagena citatus.

Prodigia 1.

Pro-

Digitized by Google

Protinusque fuit audita vox de Cœlo: *Hæc est ara Cœli*, (quod ita factum adhuc testatur, ex Imperatoris palatio, constructa, & Deo dicata Ecclesia sub titulo *Ara Cœli*, cum Conventu nostratum Ordinis Minorum) Sybillæque audito responso, Octavianus mandavit, hoc die, edicto, vt eum nemo Dominum diceret: quandoquidem jam, qui omnium erat verus, & legitimus Dominus, natus aderat. Magnus philosophus Calcidius super Platonis Timæum affirmat, sydus esse in Cœlo, quo Dei hominis nativitas notetur, cujus verba sunt: *Est & alia sanctior, ac venerabilior historia, quæ perhibet ortu Stellæ descensum Dei venerabilis, ad humanæ conversationis, rerumque mortalis gratiam*, quod vt verum approbat Minorita Pisanus lib. Conformitatum. Ipso tempore Nativitatis Christi visi sunt in Hispania *Tres Soles*, postea in vnum coëuntes, vti aiunt S. Thomas, Flavius Dexter, Cartagena, & alii quamplures, quòd certè fuit manifestum signum Incarnationis: enim in Christo tres simul substantiæ, nempe divinitas, anima, & corpus, quæ inter se distinctæ, in vnum, idemque divinum suppositum conveniunt, quale est Jesus Christus, ex tribus illis compositus naturis. Lucas Tudensis tradit, quod ea nocte, qua Christus fuit natus, fuit visa in Hispania *Nubes* lucis splendore ita mirabilis, vt instar diei nostrem illustraverit. Hic addo rem mirabilem, quam tradit Raphael Razius in vita S. Margaritæ de Castello Monialis S. Dominici, quod & refert Ferdinandus à Castello 2. part. suæ Historiæ lib. 1. cap. 41. quod mortua Sancta, ejus pectus fuit apertum, & (res mirabilis) intra illius cor inventæ fuerunt *tres imagines* ex carne formatæ, quarum vna præferebat *valdè pulchram virginem*, aureo diademate coronatam: altera *puerum* iacentem inter duo animalia: tertia, venerabilem *senem barba candida*, rejecto in humero palliolo: quibus simulachris satis apertè notabantur Virgo *Maria*, puer *Jesus*, & S. Joseph. Quæ effigies mirabiles adhuc custodiuntur in Civitate Castellana S. P. N. Dominici, pro testimonio, & exemplo Nativitatis Christi. Quod & tradit Cartagena citatus.

Calcid. in Timæo fol. 36. Pisan. fol. 15.

2.

3.

S. Thom. 3. part. quæst. 46. art. 3.

Flav. Dext. in Chron. Martyr. Hispan.

Tudensis in Hist. Hispan.

4.

5.

1764 Vt enim tradit Chronicon Politicum Chronicorum lib. 1. de Prodigiis, anno 1. ante Christum natum: Imperante Augusto, crebrò, & passim plus solito, pleraque ostenta, prodigiaque in Cœlo, & in terra visa sunt: Consulti Astrologi, vates sacrificuli, & aliorum oracula responderunt, principem, dominumque terrarum naturam parturire. Romani ad Augustum referebant, & plures interpretabantur de Christo Rege viventium, & Domino mundi. Notant periti Astrologi, vt Abumazar in suo Introductorio Astronomico, & Joannes Stophlerinus in Procli spheram, inter Persas, Chaldæos, & Ægyptios, communi opinione vulgatum haberi, quòd inter signa Zodiaci, sub signo *Virginis* est figura ex variis Stellis composita, quæ Persarum idiomate nuncupatur *Sclenidos de Barzana*, & per illam figuram representatur *Virgo pulcherrima* teneræ adhuc ætatis, *Honesta* habitu, *Crinibus* oblongis, & solutis, *Sedens* in solio eleganter exculto, *Gerens* in gremio puerum, & manu *Spicas* duas tenens. Qua pictura, Cartagena citato teste, adumbratur Virgo *Maria* puerum Jesum in gremio, & brachiis tenens, vt spicam duplicem: enim in Christo duæ sunt naturæ, divina, & humana.

Pictura sig. Virgin.

1765. Juxta Bedam, & Lucidum Mathematicum insignem, quos citatus Minorita refert hom. 7. col. 45. contigit Christi Nativitas *in solstitio hyemali*, quod certè singulari mysterio non caruit. Nam quemadmodum eo tempore Sol ad infimum Cœli punctum descendit, ita & *Justitiæ* Sol Christus ad humiliorem, & inferiorem terræ locum accessit, videlicet ad præsèpe porticus Bethlehem; quod Paulus Apostolus loquens de Christi adventu aperuit his verbis: *Descendit in inferiores partes terræ.* Et sicut solstitii hiemalis tempore, Sol incipit vultum suum ad nos convertere, & dies incipiunt augeri: ita Sol Justitiæ Christus hiberno nascens tempore, nobis apparens incipit mentem nostram perfundere luce veritatis, vnde verè dixit Augustinus: *Nascente vera luce; lucis, & dies augmentatur officium.* Voluit Christus nasci in *fine anni*, vt ostenderet se venire in vltima mundi ætate: in sexta feria conceptus; in *Dominica natus*: in sexta feria crucifixus fuit: & Dominica resurrexit, vt qui hominē in sexta feria plasmatū perdiderat, in sexta feria liberaret: & qui dixerat in Dominica: *Fiat lux*, in Dominica veniens, Oriens ex alto, vt nos illuminaret: vt Durandus, Nicephorus, & alii tradunt. Et quamquam circa mensem, & diem Nativitatis

Beda cap. 29. Lucidus lib. 7. cap. 2. Carthag. cit. S. August. in Psalm. 21.

Ad Ephes. cap. 4. v. 9.

Durandus in Rat. lib. 6. cap. Martyrol. Hisp. hoc die.

Genes. 1.

Digitized by Google

Christi varie fuisse opiniones, tenenda est ea, quam amplectitur *universalis Ecclesia*, scilicet, Natum Christum 25. die Decembris: cum Sol esset in signo Capricorni, & Cancer dimidium Cœli teneret, Libra adhuc duo brachia in Oriente monstrante, & Aries occasum tueret, vt Baptista Mantuanus in Fastis sacr. fol. 92. pulchrè cecinit, hisce carminibus:

Mox erat, & Capro junctus tellure sub alta
Sol gradiens nostri radiabat sydera Cœli;
Cancer *in excelso stellati cardine Mundi,*
Dux signorum Aries, Libræ *duo brachia in Ortu;*
Cum soboles divina Novem jam mensibus actis
Prodiit; & Christus terris apparuit infans.

Hora Nativitatis fuit in silentio noctis, & ad hujus medium: Dum enim medium silentium tenerent omnia, *& nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de Cælo à regalibus sedibus venit.* Quod tempus conveniens fuit: quoniam dum quis gravitate personæ, & authoritate pollens verba facit, conticère solent omnes, qui adsunt, vt de Æneæ loquente dixit Virgilius:

Sap. cap. 18. Cartag. hom. 7.

Virgil. in 2. Æneid.

Conticuère omnes, intentique ora tenebant.
Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto.

1766 Hoc igitur die, quo inter alia, delirabant Veteres suo in Theseo, de quo dixerunt oppressisse minotauros, alioqui plures vicisse monstruos; quæ Thesei acta sileant; eum hic dies verè sit Natalis Christi Jesu, qui monstra infernalia vicit, genus redemit humanum, Cœlum aperuit; ad quod, consummato per ignem martyrio, conscendit triumphatrix *Anastasia*, cum *ducentis viris*, & *septuaginta fœminis*, qui variis interfectionibus martyrium compleverunt: cumque id factum in Insula Palmaria, indicat eos cecidisse victores: quam victoriam, & consequuta fuit *Eugenia* virgo Romana jugulata pro Christo, cujus sacra liptana Solanæ in Hispania venerantur. Victores quoque nasci meruerunt in Cœlo *multa millia* martyrum Nicomediensium, qui renuentes venerari Jovem, convenientesque in Christi Natali ad Basilicam *Dominicum* aureum appellatam, jussu Diocletiani, ibi igne consumpti, hoc die nasci meruerunt in Cœlis, quo Christus in terris pro salute mundi nasci dignatus est. Quo & die obierunt in Domino Sancti illi tres Pastores, qui primi Domini Natalem, ab Angelis exaudire meruerunt, illumque infantem protinus adoraverunt. De quibus audi Flavium Lucium Dextrum in suo Chron. citantem pro se Julianum Perez. *Nunc*, ait, „maximè florent Bletissæ (hodie Ledesmæ) propè Salmanticam tres San„cti *Pastores*, translati ex turre *Ader* „Hierosolymis, inde Bletissam in His„paniis. Obierunt eodem die, scilicet „25. Decembris, anno post Christum „natum 40 jam ætate grandævi, mi„raculis illustres, vita, omni ætate „sanctissimè peracta, nomina horum, „vt in quibusdam libris legi, *Iacobus*, „*Isacius*, aut *Isaacus*, & *Iosephus*, inter„se cognati, & vt creditur virgines, „ex Vrbe *Nazaret* honesto loco nati, „erant Opiliones. Adlati fuisse creduntur à quodam Bletissano post annum „*nongentesimum*. Hæc Dexter, & Martyrolog. Hispanum. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlicolis, verte ad sacra Sigillaria, vt die 20. hujus mensis num. 1739. in fine: vnde habes Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Cumque & delirarent Veteres suis in Juvenalibus Ludis, per Ludorum factiones, & colores habes Thema num. 1149. iis adaptandum Sanctis. Si lætus erat hic dies Veteribus Romanis: quia suorum Civium consignatus libertati (vti dixi supra num. 1759.) & novis Romanis lætior sit: quia dicatus Natalitio Christi Liberatoris nostratium: quare (S. Ambrosio teste) *Sol novus*, olim hic dies dicebatur: quia in eo verus Sol Christus natus est. Quæ Nativitas, ex Novarino, & Oleastro marginatis, incidit in annum *remissionis*, qui & *Jubilæus* dicebatur. Cujus diei religiosa, devotaque celebratio, quam sit Christi obsequium, constat insigni miraculo, quod tradit Novarinus marginatus, & scribitur in vita B. Geltrudis: quæ *in Christi Nativitate versabat animo, ejus summam humilitatem, extremam paupertatem, & hujus generis alia: quorum cogitatio ei afferebat maximam mentis dulcedinem, excitabatque ad laudandum Deum, & gratias medullitùs agendas. Contigit quandoque, ea in hujusmodi meditationibus cum multa cordis devotione, & suavitate versante, seque Parvulo oblectante, vt ejus virginea ubera tumescerent, lacteque manarent*

Thema. 1. 2. 3.

Martyr. Rom. Hispan. Baron. & Masculus hoc die. Flauv. Dext. fol. 14.

Novarin. in Sched. lib. 5. cap. 1. S. Ambr. serm. 16. Oleast. in Isai. cap. 61. v. 2.

Digitized by Google

rent quotidie, à Christi die Natali, usque ad Purificationis festum. Quam solemnitatem appellavit S. Chrisostomus: *Metropolim Festorum omnium.* Quæ Nativitas *Mirabiliter* fuit facta: *Multipliciter* ostensa: & *Vtiliter* exhibita, vt ait Historia Lombardica, id multipliciter probans: vnde habes Themata pro hac sacra solemnitate. Tum & ex dictis num. 1762. adapta picturam Christo Nato, eum encomiando *Natum* ex Virgine, duplicem *Spicam*, ob duplicem naturam, divinam vnam, humanam alteram, in vnitate personæ; quare & Spicam duplicem *Confundentem* diabolum, destruentemque idòla; & *Allicientem* bonos. Tandem & in hoc devotissimo mysterio Natum Christum encomia per *Triplicem Nativitatem*, scilicet: *Æternam*, qua ineffabiliter à Patre genitus: *Temporalem*, qua mirabiliter in tempore natus, ex Maria Virgine: *Mysticam*, qua misericorditer renatus per gratiam in animabus devotis. Tum & ipsum parvulum Jesum, jacentem in præsepio, Omnipotentem encomia in *Cælo*, *Terra*, & *Inferno*.

S. Chrys. tom. 31. Hist. Lombard. lec. 6.

5.

6.

7.

8.

Hodie occurrit Barcinone in Cathalonia natalis S. Petri Nolasco Confessoris, ac Fundatoris Ordinis divæ *Mariæ* de Mercede Redemptionis Captivorum, virtute, & miraculis clari; cujus festum colitur Jussu Alexandri septimi pridie Kalendas Februarii.

DIES XXVI.

A.D. 360.

1767 Hic dies, qui & 7. Kal. Januarias, *Comitialis* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 5. *Sigillariorum*, ex dictis cum Beyerlinc, die 22. hujus mensis, num. 1747.

Dies 3. *Ludorum Iuvenalium*, extensorum per dies *quatuor*, ex dictis cum Hospiniano die 24. num. 1756.

Quo die colebant *Solem*, *Lares*, & *Belum*, ex dictis supra num. 49. propè finem, die 1. Maii, & die 16. Decembris.

Munus consummationis.

Hoc die, in veteri Kalendario Reusneri, notatur: *Munus Consummationis*, at quid per hoc significetur, apud nullum, ex veteribus scriptoribus, quos viderim, reperio apertè expressum. At conjector hanc *Muneris Consummationem* fuisse vltimum *Officium*, quo in fine anni *Manibus* parentabantur, & *Mortuis*. Ita probatur ex voce, qua vtuntur Scriptores: enim Plinjus lib. 33. cap. 3. loquens de Julio Cæsare ait: *Cæsar, qui postea dictator fuit primus in Ædilitate* Munere *Patris funebri vsus est.* Julius Capitolinus in M. Anton. inquit: *Funebre* Munus *Patri dederunt.* Tertulianus de Spectaculis cap. 21. *Munus dictum est ab Officio; quoniam* Officium *etiam* Muneris *nomen est.* Officium *etiam* mortuis, *hoc spectaculo, facere se veteres arbitrabantur.* Ex quo infero cum Tamayo hoc die, quod *Munus Consummationis* erat Officium, quo parentabantur *Manibus*, & *Mortuis*. De Parentalibus egi supra. Vide & Lazium lib. 10. cap. 13. vbi de Munere Consummationis idem sentit, ac Tamayus.

1768 Sumus in die *Tercentesimo sexagesimo* anni: quare de hoc numero, noto, quòd à Platone in legibus magnoperè commendatur, quod Civitatibus sit accommodatus. Concilium inquit, constet triginta duodenariis; quæ distributio exurgit ad *Trecentos sexaginta* viros: nam duodecim triginta hunc numerum constituunt. Cœlum quoque in tot partibus fuit ab Astronomis distributum: enim licet Sol in diebus 365. ferè sex horis totum percurrat signiferum: tamen quia hic numerus supputationibus reperiebatur incommodus, divisêrunt Zodiacum in numerum proximiorem partibus pluribus constantem, qui est 360. Vt sic vnumquodque signum constet partibus triginta: ductus autem 12. in 30. constituit numerum 360. Neque dumtaxat Heliophorum, sed & omnes cœlestes circulos Astronomi dividunt in partes 360. Porrò intra spatium, quod Sol signiferum perlustrat; Luna ad Solem duodecies revertitur, totiesque diametrum ei locum transit. Et quia interea dum Luna à Sole digressa, eundem rursus consequitur, triginta ferè elabuntur dies, ideo Cœli spatium, quod Sol medio tempore emensus est, in totidem partes secari intelligitur, quas à gressu solis diurno Neoterici videntur dixisse gradus. Ex quibus fontibus, quos ipsa monstrat natura, oritur hypothesis Astronomica dividendi circulos in duodecim partes, & earum quamlibet in gradus 30. quorum summa conficitur numerus 360. Quare Mathematici omnem Cœli spheram in 360. gradus partiti sunt ad locorum distantias, regionum differentias, & multiplices poli elevationes distinguendas. Quæ & alia Bungius de hoc numero notat.

Numer. 360.

Bungius de Num. à fol. 612.

Digitized by Google

1769 Dixi, quòd hoc die erat *Manes Consummationis*, idque erat Officium, quo *Manibus*, & *Mortuis* parentabantur. Egi supra de Parentalibus num. 290. Dictis addo, quod in *Parentalibus* assumebant fabas, & *Feralles* cœnas, lenteſque, & offas ferebant ad sepulchra illorum, quibus parentare jus erat: quæ & Ferialia dicta fuerunt, aut à *ferendis* epulis; aut à ferendis pecudibus, quas in defunctorum sepulchris apponebāt super nuda silice. His in cœnis præter *legumina*, & apium apponebant: quia contra ebrietatem ipsum existimabant, vt ait Gyraldus cum Festo, & Ovidio, ex isto addens sequentes versus:

Parentalia.

Gyrald. syn. 12. fol. mihi 450 Festus, Ovid.

Est honor, & tumulis animas placare paternas,
Parvaque in extructas munera ferre pyras.
Parva petunt Manes, pietas pro divite grata est
Munere non avidos Styx habet ima Deos.
Tegula porrectis satis est vallata coronis,
Et sparsæ fruges, parvaque mica salis.
Indeque mero mollita Ceres, violæque solutæ,
Hæc habeat media testa relicta via.
Hanc quia justa ferunt dixère feralia lucem,
Vltima placandis Manibus illa dies.

Quibus in sacris sepulchra defunctorum commendabant, eaque ornabant *floribus purpureis*. Quin & in ipsorum defunctorum honorem offerebant *Coronas*, *Fruges* sparsas, *Micas* salis, Vina, Violas, & Flores, vt totum cum aliis tradit Gyraldus.

Manium. Sacrificium.

1770 Sacrificabant & *Manibus*, quibus parentabantur, vtque ipsos propitios haberent, offerebant ipsis *juvencos*, *pecudes*, *vinum*, *mel*, & *Lac*. Cujus sacrificii ritus, sic Æneidarum 6. describitur.

Ritus.

Quatuor hic primo nigrantes terga juvencos
Constituit, frontique invergit vina Sacerdos,
Et summas carpens, media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima
Voce vocans Hecaten, cœloque, haberoque potentem.
Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suscipiunt pateris: ipse atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam:
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.

Quibus versibus Poëta (vt Gyraldus marginatus notat) vsus proprietate, artificioque verborum, descripsit ritus horum sacrorum, in quibus, & juvenci immolandi erant nigri, atque coloris, & inter ipsorum cornua intexta *cærulea serta*, vt lib. 5. Theb. Statius fecānit:

Tum fera cœruleis intexit cornua sertis.

Hæ parentationes dicatæ *Manibus*, & Defunctis aliquando extendebantur ad diem *tertium*, *septimum*, *nonum*, imò & quandoque ad diem *vigesimum*, *trigesimum*, & *quadragesimum* (vt Rosinus advertit lib. 5. cap. 39. de Funeribus, & Sepulchris) quare & celebrabant *Feralia*, *Novendialia*, *Vicenalia* &c. *lacte*, *vino*, *melle*, *sertis*, *floribus* &c. vt ex dictis constat.

1771 Hoc igitur die, quo delirabant Veteres per sigillaria, Ludos, Solem, Lares, Belum, Parentationesque Manium, & Defunctorum, iis inter alia, tribuendo flores, & coronas: dictis opponimus non incongruè *Stephanum* protomartyrem, qui meritò interpretatur Corona, quam martyrii lapidatus obtinuit: ad quam pervēnit, spreta Senatoria purpura, *Maximus* pro Christo equuleo punitus, in sartaginem conjectus, sed liberatus, igne conversō in rorem, objectus feris, & ab iis servatus illæsus: orans postravit idola, tandem percussus gladio complevit triumphum. Cum iis ad coronam gloriæ pervenére Pontifices duo *Dionysius*, & *Zosimus*. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra, Sigillaria, vt die 20. hujus mensis n. 1739. in fine: vnde habes Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Cumque & delirarent in Ludis Juvenalibus Veteres, per Ludorum factiones, & colores, Thema habes num. 1149. hodiernis adaptandum cœlicolis. Et cum in sole delirarent; per currum Solis alterum habes die 29. Januarii Thema, iisdem hodiernis accommodandum cœlicolis; necnon & plura alia supra per Solem variis in locis. Quòd si & delirabant in

Martyrol. Rom. Hispan. Baron. Mascul. hoc die.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Lati-

Digitized by Google

7. Laribus; per Latium attributa, ad sacra versa, habes die 12. Januarii Themata hodiernis adaptanda Sanctis. Quibus, & vetera sacrificia ad sacra vertendo, vt die 16. hujus mensis in fine, habes alia Themata, iisdem adaptanda Sanctis. Tum, si Veteres prophanè versabantur in Munere consummationis honorando suos defunctos per Juvencus, Pecudes, Lac, & Mel; & hæc ad sacra vertendo, hodiernos encomia Sanctos *Iuvencos* fortitudine: *Pecudes* humilitate, & mansuetudine: *Lacteos* puritate: *Melleos* beneficentia. Tum etiam, si in Parentationibus Veterum suis tribuebant Defunctis Violas, Flores purpureos, & coronas, & hæc ad sacra vertendo, ipsos encomia Sanctos *Violaceos* humilitate; *Flores* purpureos martyrio, aut flagranti charitate: *Coronatos* gloria. Tandem, si hoc die colimus *S. Stephanum* protomartyrem, & Stephanus Græcè, dicitur Latinè *Corona*, & Hebraicè *Norma*. Vel dicitur Stephanus quasi *strenuè fans*, aut laudabiliter *fans*, *instruens*, & *regens*: vnde tantum protomartyrem encomia strenuè *Fantem* prædicatione: *Normam* vitæ, & exemplo: *Coronatum* martyrio. Etsi Veteres in suis Parentationibus juvencum Offerebant nigrum cœrulea corona ornatum, & hæc verte ad sacra pro S. Stephano, eum encomiando *Iuvencum* fortitudine, *Nigrum* humilitate, *Cæruleum* vita cœlesti, *Coronatum* inclyto martyrio.

8. 9. 10. 11. 12. Hist. Lom. lec. 8. 13. 14.

DIES XXVII.

A.D. 361. 1772 Hic dies, qui & 6. Kal. Januarias, Comitialis notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 6. *Sigillariorum*, ex dictis cum Beyerline, die 22. hujus mensis, num. 1747.

Dies 4. & vltimus *Ludorum Iuvenalium*, ex dictis cum Hospiniano die 24. hujus mensis, num. 1755. & 1756.

Phebus. Ab hoc die, per *Triduum*, Romæ peragebantur sacra dicata *Phæbo*. Ita Vet. Kal. Reusnerus, Goltzius, Beyerline, & Masculus hoc die.

Opalia. *Opalia* dicata *Opi* acta hoc mense Decembris communiter sentiunt Machobius, Gyraldus, & alii. Quæ *Opalia* ad hunc diem tertium post Saturnalia refert Alex. ab Alex lib. 6. cap. 8. fol. mihi 309. Nos autem ea retulimus ad diem 19. hujus mensis, vbi de iis egimus:

Quo die colebant *Lares*, & *Belum*, ex dictis supra num. 49. propè finem, & die 1. Maii, ac 16. Decembris.

Dies *Triumphalis*, ob illustrem triumphum partum à G. Pompeio de *Æsculanis*, & Picentibus V. C. anno 664. Ita Goltzius, & Masculus hoc die.

Ludi Palatini per *octo dies* extensi. Ita Lazius de Rep. Romanor. lib. 10. cap. 15.

1773 Triumphis Veterum dignio- Martyrol. Rom. res opponimus triumphos nostratum: Hispan. Baron. enim *Ioannes*, non modo, quia aquila & Masculus. cum sole convenit, sed quia hic sole clarior fulsit; & idem, majore cum pompa quam Pompeius, egit triumphum, opimis spoliis Asiaticis onustus, perdomitis etiam Cerinto, & Ebionitis. Fuit & visenda illa triumphi species, quam postea exhibuerunt germani fratres *Theodorus*, & *Theophanes* strenuè pro religione, certantes cum Leone Armeno, pro cultu imaginum Cœlitum, quibus adjunguntur illustres præsules *Maximus*, & *Alvitus*, ille Alexandrinus, iste Legionensis: necnon & *Nicerates* virgo sanctitate clara, tempore Imperatoris Arcadii. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra, sigillaria, vt die 20. hujus mensis num. 1739. in fine: vnde habes Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Et cum delirarent Veteres in Ludis Juvenalibus, per ludorum factiones, & colores ad sacra versos, alterum habes Thema num. 1149. Cum & delirarent in Sole, Laribus, & Belo, & hæc ad sacra vertendo, habes inde plura Themata, hodiernis adaptanda cœlicolis, vt diebus 12. & 29. Januarii, ac 16. hujus mensis. Cumque & in Opaliis delirarent Veteres, juxta relatum Alexandrum, quæ Opalia dicebant Opi, per hujus picturas, habes supra die 19. hujus mensis in fine, Themata, iisdem hodiernis adaptanda Sanctis.

Themata 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

1774 Si Veteres hoc die sacra dicebant Phæbo, veteribus sacris merito opponimus mysticum Phæbum, & Solem Sanctum *Ioannem* Evangelistam, Apostolum dilectum Christi, Virginem, & Martyrem, qui, jussu Domitiani, missus in ferventis Olei dolium, ante portam latinam, illæsus exiit, quod juxta Adricomium contigit anno Christi 98. sexta die Maii, die Dominica. Quare S. Joannes Evangelista verè, & propriè fuit Martyr, vti & tres pueri injecti in fornacem Babylonis, qui

Histor. Lomb. leg. 9. Adrichom. in Chro. an. Christi 98. Alap. Psal. in Apoch.

&

& illæsi exierunt ab igne. Extat Romæ martyrii ejus locus sacello insignitus in cujus pariete, ipse est depictus in dolio olei bullientis, cum hac inscriptione : *Ioannes Christi Apostolus, Evangelista, Propheta, Martyr, è dolio ferventis olei vegetior exivit.* In aversо vero pariete hæc inscripta visuntur carmina :

Martyrii calicem bibit hic athleta Ioannes
Principii Verbum cernere, qui meruit.
Verberat hunc fuste Proconsul, forfice tondet,
Quem fervens oleum ladere non valuit.
Conditur hic oleum, dolium, cruor, atque capilli,
Quæ consecrantur inclyta Roma tibi.

Vndè constat *S. Ioannem* tunc & fuisse fustigatum, atque ignominiæ causa attonsum. Sic relegatus in Patmos.

Adrichom. an. Christi 109. Hist. Lomb. cit. Alap. in Prolog. Apocalip. Baron. in Martyrol. hoc die.

1775 Tempore Traiani, anno Christi, 109. Joannes Evangelista, anno post Passionem Domini 68. ætatis vero suæ 99. confectus senio, Ephesi virgo dormivit in pace, vocatus à Christo, Joannes perexit ad Ecclesiam, hortatus fuit discipulos, vt in fide essent stabiles, & in amore Dei ferventes. Post foveam quadratam juxta altare fecit fieri, & terram extra Ecclesiam jactari. Descendensque in foveam, expansis ad Deum manibus dixit : *Invitatus ad convivium tuum Domine Iesu Christe, ecce venio gratias agens : quia dignatus es me ad tuas epulas invitare : sciens quod ex toto corde meo desiderarem te.* Facta oratione : tunc splendor circumfusus tumuli, loci, hominisque aspectum ademit circunstantibus, quòd nullus in eum respicere potuit : post autem remittente, & recedente lumine, fovea *manna plena* fuit inventa, quòd in loco illo vsque hodie generatur, & scaturitur, ita vt in fundo foveæ instar minutæ arenæ scaturire videatur, sicut in fontibus fieri consuevit. Nec ipse post id tempus in terris visus est. In sepulchro autem ejus (vt fertur) non nisi *manna* invenitur, quod & *scaturire cernitur.* Vt totum observant Adrichomius, & Historia Lombardica. Plures putant S. Joannem Evangelistam necdum esse mortuum, ideoque habere corpus mortale, prædicaturum contra Anti-Christum, & ab eo martyrio afficiendum ; interim tamen per Dei dispensationem jam videre Deum, eoque frui. Ita de hoc Apostolo, sicut de Elia, & Henoch sentiunt S. Hypolitus Martyr, lib. de Consummatione Sæculi, Ambrosius Catharinus tract. de Gloria Christi consummata : Salmeron, & Barradas in illud Joann. cap. 21. v. 23. *Sic eum volo manére donec veniam.* At revera obiisse, & mortuum fuisse S. Joannem Evangelistam tenendum est cum S. Hieronymo, & feré omnibus veteribus. Vide Baronium, & Cornelium marginatos. Meritò S. Dionysius Areopagita Sanctum Joannem appellat *Solem Evangelii*, & cum Dionysio Cornelius, qui addit : Fuit ergo S. Joannes *Cherub* Dei, *Beniamin* Christi, *Adoptivus* Deiparæ, *Aquila* Evangelistarum, *Mathusalem* Apostolorum, *Abyssus* sapientiæ, *Incendium* charitatis, *Smaragdus* integritatis, *Virgo* sine labe, *Martyr* sine morte, *Amiantus* in igne, *Sol* Ecclesiæ, *Deliciæ* fidelium, *Vertex* Theologorum, *Apex* Prophetarum, *Fulmen* Cœli, *Tonitruum* orbis, *Secretarius* Verbi Æterni, *Thesaurarius* omnium ejus opum, & charismatum : per quæ elogia, à Cornelio marginato adducta plura Themata habes ad encomiandum tantum Apostolum & dilectum Christi discipulum. Quòd si Veteres, vti dixi, hoc die delirabant, sacra dicando Phœbo, meritò sacris Veterum hunc mysticum Solem Ecclesiæ opponimus, cujus vita fuit *Fulmen*; vox, *Tonitruum*; corpus, *Manna*; atque *Tunica* miraculis illustrata (Baronio teste). Et vti tradunt Theodoretus lib. 5. cap. 24. & Nicephorus lib. 12. cap. 39. Theodosio pio Imperatori, contra Eugenium tyrannum dimicaturo, & oranti, superumque opem imploranti apparuit S. Joannes, cum S. Philippo, vestibus candidis, & equo candido insidens, eique pugnam cum Eugenio edixit, ac suam opem, victoriamque promisit, quam & præstitit insigni miraculo, tela hostium in ipsosmet retorquens.

Elogia. 13. 14. 15. 16. 17.

DIES XXVIII.

A. D. 362.

1776 Hic dies, qui & 5. Kal. Januarii *Comitialis* notatur in Kal. Maff.

Dies 7. & vltimus *Sigillariorum*, ex dictis cum Beyerline die 22. hujus mensis, num. 1747.

Dies 2. quo peragebantur sacra dicata *Phœbo*, ex dictis die præcedenti cum Vet. Kal. Reusnero, Beyerline, & aliis. Quo die postea à Justiniano Impera-

Digitized by Google

peratore dedicatum fuit D. Sophiæ Constantinopoli celeberrimum illud Templum, vt divina sapientia magnitudine sui luminis obrueret superstitiosum, & stultum Phæbi cultum.

Dies *Triumphalis*, & celebris populo Romano, ob triumphum partum à Gn. Pompeio Strabone de *Picentibus*, & *Asculanis*, V.C. anno 664. Ita Reusner. in Diario Hist. fol. 192. & cum eo Tamayus in Martyr. Hispano hoc die.

Ab hoc die, mulieres se abstinebant à venere per *novem*, aut *decem* dies, ad celebrandum festum Isidis, die sexto Januarii ex Masculo, aut septimo ex Gyraldo de Mensibus, vt iis diebus dixi. Quare hic dies fuit primus præparationis mulierum Gentilium, abstinendo se à venere, & à viris, ad celebrandum festum Isidis. Ita Cæsar Calà de Feriis quæst. 4. à fol. 174. vt dicam infra numero sequenti, & 1778.

Quo die *Lares*, & *Belum* colebant Gentiles, ex dictis die 1. Maii, ac 16. Decembris. Dies 2. *Ludorum Palatinorum*, ex dictis cum Lazio die 27. num. 1772.

1777 Fuit mos Antiquorum per plures dies se abstinere à venere, mulieres à viris, virique à mulieribus, sic se præparando ad sua celebranda prophana festa, vt cum pluribus ait Cæsar Calà inquiens: mulieres solitas abstinere à viris per *novem* dies, vt se præparent ad sacra Isidis peragenda: quare Propertius dixit:

Calà quæst. 4. à fol. 174. Properlus lib. 2. eleg. 33.

Tristia jam redeunt iterum solemnia nobis
Cyntia jam noctes est operata decem.
Atque vtinam Nilo pereant, quæ sacra repentè
Misit Matronis Inachis ausoniis.
Quæ Dea jam cupidos toties divisit amantes,
Quæcumque illa fuit, semper amata fuit.

Idem Proper. ibidem eleg. 5. lib. 4. Et ipse Propertius lib. 4. elegia 5. sequentes addit versus:

Denique, vbi amplexu veneris premiseris empto,
Fac similes puros Isidis esse dies.

Ovid. lib. 1. amor. eleg. 8. Ad quod pertinet illud Ovidii in lib. 1. Amorum elegia 8. inquiens:

Sæpe nega noctem, capitis modo finge dolorem
Et modo, quæ causas præbeat Isis erat.

Liv. lib. 9. Belli Macedonia. Nam tunc credebant violari caduceum, cum tempore vetito conjuges coëunt. Quæ abstinentia (Livio teste) ad decem dies extendebatur: quia hic numerus dierum castimoniis, & hujus generis alia fuerunt præscripta: quare inquit: decem dierum castimonia opus esse, decimo die cœnatum, deinde purè lautum in sacrarium deducturum. Hæc cum citatis Calà, apud quem plura alia vide. Imò & apud Ægyptios mos fuit, vt illi, qui *Isidis* sacris initiari vellent, per dies decem jejunarent se abstinendo à carnibus, & vino, cui *Isidi* Sacerdotes Ægyptiorum capitibus derasis sacrificabant, vt totum notat marginatus Bungius, cum Apuleio.

Bung. de Num. 10. fol. 373. & in A. n. 200. fol. 73.

1778 Dixi, quòd hoc die, Veteres sacra dicabant *Phæbo*: quare noto, cum marginatis, quòd Assirii *Solem*, aut Phæbum, sub *Iovis* nomine colebant, quem *Dia Heliopoliten* nominabant, aut cognominabant, & in Civitate *Heliopolis* maximis cæremoniis celebrabant: cujus simulachrum diu habitum apud Assyrios, postea Heliopolim translatum, cultumque ritu magis Assyrio, quam Ægyptio, subeuntes Provinciæ Proceres *raso capite*, & longi temporis *castimonia*; & colentes *Phæbum*, ejus gestando simulachrum in vehiculo magna pompa, veluti in Ludis circensibus. Simulachrum autem Phæbi erat *Aureum*, specie *Imberbi* instar, dextera elevata cum flagro in *Aurigæ* modum, læva tenens *Fulmen*, & *Spicas*. Quam abstinentiam à venere practicarunt Gentiles in aliis suis prophanis sacris: enim (Porphyrio teste) Ægyptii cum aliquid in sacro cultu erant operaturi, à congressu venereo soliti erant se abstinere per aliquot dies, quandoque quadraginta duos, quandoque plures, aut pauciores, ita tamen, vt non minus, quam *septem*: enim opinabantur, Deos nollæ exaudire hominem, qui multis diebus ab operatione venerea non abstinuisset: quare in Epidauro hanc posuerunt templi inscriptionem: *Castum oportet templum sacratum intrantem esse*. Vt totum cum marginatis, & aliis tradit Calà citatus quæst. 4. à num. 73. & à fol. 174. Constat igitur ex dictis, præcipuè numero præcedenti, quòd Gentilicæ mulieres, ab hoc die per *novem*, aut *decem* se abstinebant à *venere*, à *vino*, & ab *esu carnium*, sic jejunando, & se præparando ad celebrandum festum *Isidis*. Quæ mulieres post relata jejunia in *Isidis* honorem (pariter peragebant in honorem Cybelis) vescebantur *phasianis*, delicatisque carnibus, quas arguit S. Hieronymus epist. 7. ad Lætam, vt

Pictura.

Porphyr. lib. 4. de Abst. ab esu carnium.

Calà cit. fol. 174. Clemens Alex.

& no-

& notat Novarinus in Schediasm. Sacro-Prophanis lib. 8. cap. 15. n. 73.

1779 Prophano cultui, quo delirabant Veteres in Solis honorem, meritò opponimus *Innocentes* pueros, qui vix dum Solis aspectu, ac lucis vsura potiti, ab impio Rege, pro Christo occisi, occumbendo vicerunt, laureati martyrio, virginitateque: quare meritò iis se adjungunt Africani martyres *Victor*, *Castor*, & *Rogatianus*: cumque Sancti *Innocentes* nuncupentur ab Ecclesia *Flores martyrum*, pulchré ipsis associantur *Domna*, ac *Theophila* cum sociis virginibus, laureatis & martyrio. Quibus, aliisque martyribus adjunguntur Monachi duo, Confessores illustres *Theodorus* Ægyptius, ac *Antonius* Lerinensis clarus miraculis. Pro iis, aliisque hodiernis cœlitibus, verte ad sacra Sigillaria, vt die 20. hujus mensis, num. 1739. in fine: vndè habes Themata, hodiernis cœlicolis adaptanda. Cumque & delirarent Veteres in Sole, Laribus, & Belo, & hæc ad sacra vertendo, plura habes Themata supra diebus 12. & 29. Januarii, ac 16. hujus mensis, hodiernis adaptanda Sanctis. Fuit & hic dies Sigillariorum vltimus: quare dictis de Sigillariis sacris die 20. addo, ex Plutarcho in Timoleone, sigillum apud Veteres significasse *Trophæum*; quo circa tradit; quod *Timoleon* pugnaturus contra *Iceten* tyrannum, jussit Præfectis sortiri, acceptis *annulis* à singulis. Quos conjectis, & confusis sua in lacerna, primum sorte eduxit, qui insculptum habebat *Trophæum*. Quod videntes juvenes læto clamore sublato, subitò cum hoste pugnantes, feliciter victoria potiti sunt. At nobiliori modo de tyranno Herode triumpharunt Sancti *Innocentes*. Quos sic laudat Ecclesia:

Martyrol. Rom. Hisp. & Baron.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Plut. in Timol. Novar. in Sched. lib. 1. cap. 39.

Eccl. in Offic. SS. Innocen. ad Laud. Hymn.

Salvete Flores *Martyrum*,
Quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit,
Ceu turbo nascentes rosas
Vos prima Christi victima,
Grex *immolatorum tener*,
Aram sub ipsam simplices
Palma, & coronis Inditis.

Quare Sigillaria Veterum ad sacra vertendo, Innocentes Martyres verè Sigillatos triplici trophæo encomia: vt *Victimas*, scilicet Christi, vt *Rosas* nascentes, vt *Flores* Martyrum. Si Veteres hoc die delirabant colendo Phæbum, seu Solem, & *dies Solis*, ex Novarino in Schediasm. Sacris-Proph. cum R. Ismaele, fuit nuncupatus *dies Nazarenus*, ac *Nazareus* (Lyrano teste), interpretatur *Floridus*, hinc nos Christiani *Floridum* hunc appellemus diem ob tot mysticos flores Sanctorum Innocentium Christo in victimas oblatos, quos tripliciter *Floridos* encomia: *Violaceos* fragrantia Sanctitatis: *Lilios* puritate, virginitateque: *Roseos* martyrio. Qui *Innocentes* nuncupantur *triplici ratione*, vt Historia Lombardica observat, scilicet *ratione vitæ*; *ratione pœnæ*; & *ratione innocentiæ assecutæ*. Dicti sunt Innocentes *Ratione vitæ*: quia vitam habuerunt innocentem, idest non nocentem: enim nulli vnquam nocuerunt, nec Deo per inobedientiam, nec proximo per injustitiam, nec sibi per alicujus peccati malitiam. *Innocentes Ratione pœnæ*: quoniam innocenter, & injustè passi sunt. *Innocentes Ratione innocentiæ assecutæ*, quoniam in ipso martyrio assecuti sunt baptismalem innocentiam, idest munditiam à peccato originali: quamquam forsan plurimi jam à præfato peccato forent mundi per Circumcisionem.

10.

Novar. lib. 4. cap. 5. n. 26. Lyran. lib. Diff.

11.

H. St. Lomb. sect. 10.

12.

DIES XXIX.

A. D. 363.

1780 HIc dies, qui & 4. Kal. Januarias *Faustus* notatur in Kal. Mass.

Dies 3. & vltimus quo peragebantur sacra dicata *Phœbo*, ex dictis cum Vet. Kal. Reusnero, & aliis die 27. hujus mensis.

Dies 2. quo mulieres Gentiles se abstinebant à *venere*, *vino*, & *esu carnium*, sic se præparando per *novem*, aut *decem* dies, ad festum *Isidis* celebrandum, ex dictis cum Cæsare Calà die 28. num. 1776.

Dies *Ater* Romanis. Ita Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. fol. mihi 247. & Beyerlinc hoc die.

Quo *Ius Civile* editum jussu Justiniani Imperatoris, V. C. anno 535. Ita Anton. Cont. lib. 1. & Beyerline hoc die.

Dies dicatus *Laribus*, & *Belo* ex dictis supra die 1. Maii, ac 16. Decembris.

Dies item Romanis lætus, & illustris, ob triumphum partum à L. Munatio Planco Proconsule de *Gallis*, V. C. anno 713. ob quòd celebrem, & famigeratum egit triumphum. Ita Reusnerus fol. 192. Masculus, & Tamayus hoc die.

Dies 3. *Ludorum Palatinorum*, ex dictis cum Lazio die 27. num. 1772.

Cele-

Digitized by Google

1781 Celebris (inquam) & lætus fuit Romanis veteribus præsens dies, ob triumphum partum à Planco Proconsule de Gallis, sed celebrior sanè novæ Romæ, ob illustriorem triumphum, quem ex ipsa Gallia Gentilica retulit *Trophimus* præsul, cujus meminit Paulus ad Timotheum scribens 2. cap. 4. v. 20. qui ab eodem Apostolo Episcopus ordinatus, primus Arelatæ ad Christi Evangelium prædicandum directus est: ex cujus prædicatione, vt scribit Sanctus Zozimus Papa, tota Gallia fidei rivulos accepit, sicque spoliis Deorum oneratus Sanctus præsul, triumphans de vanis Diis Gentilium. Triumphavit & *Thomas* præsul, de sævitia impiorum, strenuè pugnans pro Ecclesiastica immunitate, vsque ad sanguinis effusionem, vtque triumphus horum auspicatissimus sit, & ex omni parte perfectus. Accedunt illis laureati Martyres illustres, *Victor* ad plausum, *Dominicus* ad munus, *Calixtus* ad pulchritudinem, *Felix* ad omen, *Crescentius* ad meritum, *Honoratus* ad gloriam. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus, Veterum prophana Phœbo dicata ad sacra verte, vt à num. 481. & num. 594. aliisque in locis supra: vnde habes plura Themata hodiernis adaptanda cœlicolis. Cumque & in suis Laribus delirarent Veteres; & horum attributa, & dicata ad sacra verte, vti die 12. Januarii in fine: vnde & alia habes Themata pro hodiernis encomiandis Sanctis: quibus vti veris Triumphatoribus *quatuor* triumphantium Veterum coronas adapta, vt supra num. 784. sic hodiernis verè triumphatoribus, & adapta Veterum *Triumphos*, *classes*, *colores*, & *coronas*, vt diebus 5. Januarii, ac 20. vnde habes plura Themata pro ipsis hodiernis Sanctis. Tandem si *Thomas* interpretatur *Abyssus*, *Geminus*, vel *Sectus*: hinc hunc mysticum Solem Cantuariensem præsulem *Thomam*, encomia *Abyssum* profundum in humiliatione: *Geminum* in prælatione: quia geminatè præfuit, verbo scilicet & exemplo: *Sectus* in passione, & martyrio, in Basilica enim sua gladio percussus complevit martyrium, & migravit ad Christum.

Martyrol. Rom. Baronius.

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

Hist. Lomb. lect. 11.

DIES XXX.

A. D. 364.

1782 Hic dies, qui & 3. Kal. Januarias *Faustus* notatur in Kal. Maffeiano.

Dies 3. quo mulieres Gentiles se abstinebant à *Venere*, *Vino*, & *Esu carnium*, sic se præparando per *novem*, aut *decem* dies ad festum *Isidis* celebrandum, ex dictis cum Cæsare Calà die 28. num. 1776.

Quo die *Natalis* Vespasiani Imperatoris. Ita Suetonius, & cum eo Beyerlinc, qui ad hunc diem refert Commodum Imperatorem strangulatum, anno 193. Vrbis conditæ, quòd Marianus Scholus refert ad diem 20. Julii.

Dies à Gentilibus *sacratus Defunctis*, vti & 30. cujusvis mensis, ex dictis cum Suida, & Bungio num. 49. die 30.

Dies sacratus *Saturno*. Ita Gyraldus de Mensibus, cum Macrobio, fol. mihi 620.

Quo die, vti & triceno cujusvis mensis Græca juventus se exercebat in *Ludis Olympicis*, idque *cursu*, *saltu*, & *disco*, quos extendebant Ludos per *quinque dierum* spatium, ex dictis cum Cæsare Calà num. 49. die 30.

Dies dicatus *Soli*, *Laribus*, & *Belo*, ex dictis num. 49. in fine, & die 1. Maii, ac 16. Decembris.

Dies tandem *triumphalis*, & lætus S. P. Q. R. ob victoriam, & triumphum Q. Cæcilii Metelli Proconsulis de *Hispania* V. C. anno 782. Ita Reusnerus fol. 192. Beyerlinc, Masculus, & Tamayus hoc die. Dies 4. *Ludorum Palatinorum*, ex dictis cum Lazio die 27. num. 1772.

1783 De sacris, ac ritibus Defunctorum, apud Veteres, egi die 30. Januarii à num. 172. Tum, & die nono ipsius mensis num. 102. vbi egi de *Novendiali* sacro acto pro defunctis, de quo & aliqua tetigi die 9. Februarii; Quibus addo, quòd *Novendiale* sacrum fuit actum à veteribus *nono die* ab obitu defuncti, quo die pro defuncto sacrificium offerebant, de quo ritu, ait Maro in 5. Æneid.

Defunctorum sacra.

Calà de Feriis quæst. 1. à n. 71.

Mar. dic.

Tunc vicina Astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ, Tumuloque sacerdos,
Et lucus latè sacer additur Anchiseo.
Iam dies epulata novem gens omnis, & aris
Factus bonos; placidi statuerunt aequora venti.

Et in honorem mortuorum celebrabantur *Novendiales* nuncupati Ludi. In quorū mortuorū commemorationem, & honorem servabant aliquot dies, jam tres, jam septem, jam novem, quandoque

Digitized by Google

que triginta ; aut quadraginta , aut quinquaginta ; imò & aliquando centum : quare exequiæ defunctorum, non æqualiter exequebantur, nec eodem ritu, sed diverso apud diversas nationes. De quo præter dicta à nobis, plura vide apud Calà marginatum.

Martyrol. Rom. hoc die.

1784 Deliramentis Veterum, jam in Triumphis, jam in aliis, meritò opponimus nostratum veros triumphatores, vti fuère *Sabinus* præsul Spoletanus, *Exuperantius*, Venustianus, & alii illustres Martyres, qui de impio Maximiano gloriosè triumpharunt : quibus ad eandem martyrii lauream adjunguntur *Mansuetus*, *Donatus*, *Honorius*, & socii ; quam palmam & *Anysia* obtinuit. Cum iis ad triumphum gloriæ pervenère præsules illustres *Anysius*, *Liberius*, & alii. Pro iis igitur, aliisque hodiernis cœlitibus verte ad sacra, quæ de Phœbo, Laribus, Triumphis Veterum, ipsorumque factionibus, coloribus, & coronis dixi remissivè præcedenti die : vnde habes plura Themata facillimè hodiernis adaptanda Sanctis. Et cum etiam delirarent hoc die in suis Ludis Olympicis, & hos ad sacra vertendo, Themata alia, hodiernis adaptanda Sanctis, habes supra die 10. Januarii, num. 105.

Thema.
1.
2.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.

Hodie occurrit celeberrima, ac famigerata, non tantum in Ecclesiis omnibus *Hispaniæ*, sed etiam toto Christiano orbe, *Ierosolyma Compostellam*, festivitas *Translationis* Sacrorum Pignorum *S. Iacobi*, Zebedæi filii, Apostoli, Magistri, Doctoris, Martyris, ac Patroni nostri, quæ in monumentis conscripta sacris, singularissima devotione omnium Ecclesiarum *Hispaniæ* veneratur, & colitur.

Tamay. hoc die.

DIES XXXI.

A. D. 365.

1785 HIc dies vltimus anni, qui & pridie Kal. Januarias *Comitialis* notatur in Kal. Masseiano.

Dies 4. quo mulieres Gentiles se abstinebant à *venere*, *vino*, & *esu carnium*, sic se præparando per *novem*, aut *decem* dies ad celebrandum festum *Isidis*, ex dictis cum Cæsare Calà die 28. hujus mensis, num. 1776.

Demetrius.

Quem diem Athenienses dicarunt *Demetrio*, cui tot erexerunt statuas, quot anni dies fuerunt apud ipsos. Ita Alex. ab Alex. & cum eo Masculus in Fastis die 31. Julii. Vide num. 1062.

Hoc die Magistratus Romanus sacramento obstrictus. Ita cum Kalend. Rom. Beyerlinc hoc die, qui non aperit quid hoc esset.

Quo & die Q. Fabius Max. in Consulatu Romæ obiit : quare vnus, idemque visus est & tanti Ducis, & anni ipsius occasus. Ita cum Plinio, Beyerlinc, & Masculus.

Vesta.

Tutela Vestæ notatur hoc die in Vet. Kal. cum quo in suis Gyraldus de Mensibus fol. mihi 620. & Rosinus in suo lib. 4. cap. 4. hoc est sacra, quæ fiebant Deæ Vestæ, ob præstitam hoc mense tutelam, & juvamen Populo Romano, cujus favore à multis periculis liber evasère putabatur, ait hoc die Tamayus.

Fortuna.

Quo item die *Fortunam*, aut *Bonam Fortunam* celebant. Ita S. Hieronymus in Isaiam cap. 65. à v. 11. ad illa verba : *Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis nomen sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam. Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, &c.* super quæ verba audi S. Hieronymum: „*Est* autem in cunctis vrbibus, & ma„ximè in Ægypto, & Alexandria idoRitus. „latriæ vetus consuetudo : vt *vltimo* „*die anni, & mensis* eorum, qui extre„mus est, ponat mensam refertam „varii generis epulis, & poculum „mulso mistum : vel præteriti anni, „vel futuri fertilitatem auspicantes. Idem sentiunt ad præfatum locum Isaiæ, Menochius, Tirinus, & Cornelius, ac Cœlestinus à Monte Marsano in sua sacra Historia *Clavis David* tract. 7. art. 1. fol. 267.

S. Hieron. cit. in Isaiæ 65. v. 11.

Hoc sacrificium (prosequitur S. Hieronymus citatus) *faciebant Israelitæ, omnium simulachrorum portenta venerantes, & nequaquam altari victimas, sed hujusmodi mensæ liba fundebant.* Vbi Vulgata legit : *Et libatis super eam mensam* ; Heb. legitur : *Impletis ipsi Meni potionem*, vel *libamen*. Vertunt Septuag. *Impletis ipsi Dæmoni potionem*. Alii legunt *mini*, ideſt *absque Deo*: quia non Deo, sed contra Deum operabantur, & Dæmoni libabant. Pagninus, & alii, *mini* vertunt, *planetis*, Vatablus *fato*. Forerius per *meni* accipit *Mercurium* à radice *mana*, ideſt numeravit, supputavit : nam Mercurius fuit putatus præses computuum, & negotiationum. Sanchez probabiliter de radice *limni* vertit *ad numerum*, putatque alludi ad sacra in *Annæ Perennæ* memoriam instituta. Quibus in sacris *Annæ* superstitiosi Gentiles ad numerum bibebant,

Isai. 65. v. 11. B. Max. Alap. & Malu. hic. Sanchez hic.

bebant; putantes tot annos vitæ sibi adiiciendos, quot cyathos in ea solemnitate hausissent; de quibus Ovidius sic lib. 3. Fast.

Sole tamen vinoque calent, annosque precantur,
Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt,
Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
Qui sit per calices facta Sibylla suos.

Sic Arias, & Delrio adagio 810. putant hic, notari eos, qui in honorem Dei sui, tot bibebant cyathos, quot literas continebat ejus nomen. His ergo denunciare jubetur Propheta, cyathos illos vitæ annos non addituros, sed detracturos: neque enim ipsi numerabunt annos, sed potius ipsos numerabit gladius, vt in textu dicitur; Quæ omnia tradit Cornelius.

Constat ex dictis, quod Gentiles hoc die colebant, *Fortunam*, *Planetas*, *Fatum*, *Mercurium*, *Annam Perennam*, *& omnia Simulachra* suorum falsorum deorum.

Planeta. *Fatum.* *Mercurium.* *Anna.* *Vacuna.*

Hoc mense (etsi dies non assignetur) *Vacunalia* dicata *Vacunæ*. Fuit Vacuna Dea, quæ putabatur præesse vacantibus, & otiosis: à pluribus culta apud Sabinos, sub incerta specie formata, quam colebant Agricolæ post perceptos fructus agrorum, hoc mense. De qua Ovidius 6. Fastor.

Nam quoque quum fiunt antiquæ sacra Vacunæ,
Ante vacunales, stantque, sedentque focos.

Gyraldus Synt. 10. fol. 278.

Quæ omnia notat Hospinianus de Festis cap. 30. Vacuna igitur, (Gyraldo teste) fuit ab aliquibus putata *Minerva*: ab aliis *Diana*: à nonnullis *Ceres*: & à Varrone *Victoria*. Tandem dies 5. *Ludorum Palatinorum*, ex dictis cum Lazio die 17.

Abpaca Ξ

1786 Heræsiarcha Basilides fabulavit quendam summum Deum *Basilidem*, quem ipse nominabat ΑΒΡΑΣΑΞ, quod distertis literis ad finem hastæ gestabat. Quibus elementis (vt testantur Irenæus, lib. 1. cap. 23. Tertulianus de præscript. cap. 46. Epiphan. hæresi 24. August. de hæresib. cap. 4. & alii cum Baronio tom. 2. Annal. & Hadriano 2. à num. 9.) Basilides concepit summæ virtutis nomen, ex qua dii reliqui dimanarent, omnes numero *trecenti sexaginta quinque*, secundum numerum dierum anni, totidemque Cœlorum (vt somniabat) quibus singulis eodem numero dii, sive Angeli ab eo nominati præessent. Porrò eorum (vt dictum est) numerus literis illis exprimitur, quibus summi omnium Deorum *Abpaca* Ξ, nomen compositum est, nempe A, & B, *unum*, & *duo*, P. & A, *centum*, & *unum*, C, & A, *ducenta*, & *unum*, Ξ, *sexaginta* sunt, quæ simul juncta, summam efficiunt, CCCLXV. Ita enim S. Irenæus, & omnes Authores citati interpretantur, & numerant ex mente Basilidis. Vide Baronium citatum apud quem, & picturam, & plura alia invenies hujus ridiculi delitamenti, seu Idoli, in quo fabularunt, & numerari omnes dies anni, scilicet 365. & contineri, seu dimanari tot Deos, quot anni sunt dies, præsides ipsorum dierum. Ecce quantum cæca deliravit gentilitas.

Baronius citat.

Numerus 365.

1787 Sumus in die *tercentesimo sexagesimo quinto*, vltimoque die anni; quare de hoc numero noto, esse numerum anni *Solaris*: enim annus *Solaris* constat diebus 365. vt dixi tom. 1. tract. 3. cap. 2. de Anno: quem annum vt significarent antiqui *Ianum* pingebant, habentem facies quatuor, in cujus dextera CCC. in sinistra verò LXV. continebat, vt ipsum annum significaret, gestaretque manibus notam dierum totius anni, vt citato loco dixi cap. 3. num. 1510. Heliodorus docet *Nilum* nihil aliud esse quam *annum*: literis enim, quæ nomine Nilus continentur, in numeros distributis, consurgent *ter centum*, *& sexaginta quinque unitates*, quot & dies sunt anni, vt patet ex hac literarum nominis *Nilus*, & numerorum conbinatione, quam & affert Alapide:

Heliod. lib. 9. Æthiop. Alap. in Apoc. 13. v. 18.

N	50.
E	5.
I	10.
Λ	30.
O	70.
M	200.
Summa	365.

De supputatione per literas plura videre poteris apud Cornelium citatum Bungium de Mysteriis Numerorum, num. 666. & Maluendam de Antichristo tom. 2. lib. 9. à cap. 23. Addo cum Bungio in Additione ad numerum 365. quòd & Ægyptii amplexi sunt annum constantem hoc numero dierum, scilicet 365. quem annum signifi-

ficabant simulacro *Vulturis*, quoniam hæc ales *Trecentos illos, & sexaginta quinque dies*, quibus conficitur annus, ita distribuit: vt *centum* quidem, ac *vicennis* diebus prægnans maneat: *totidem* pullos enutriat: reliquis verò *centũ & viginti* diebus sui curam gerat; neque veterum ferens, neque alendis addicta liberis, sed se ipsam dumtaxat parans ad aliam conceptionem; *quinque* autem illos, qui supersunt anni dies, in venti compressionem, & coitum insumit. Cum enim amore concipiendi exarserit, vuluam aperiens ad *Boream* ventum, ab eo velut comprimitur per dies quinque; quibus nec potum, nec cibum omnino capit, fœtus procreationi intenta. Quam anni dimensionem constantem diebus 365. tenuère Ægyptii, quos sequuti sunt Persæ; qua de causa, *igni* illi suo, quem *sacrum*, & *æternum* vocabant, instituerunt Sacerdotes juvenes 365. qui canentes, ignem quaqua gestaretur, sequerentur. Hinc Q. Curtius describens agmen Darii Regis Persarum, cum Alexandro Magno congressuri, inquit: *Erant in eo Trecenti sexaginta quinque juvenes, purpureis amictibus velati, qui Magos sequebantur, totidem anni diebus numero pares.* Cabalistæ colligunt *Enoch* Gen. 5. fuisse translatum *anno ætatis suæ Trecentesimo sexagesimo quinto*, quot sunt dies anni Solaris, vt indicaretur ejus peritia in rebus cœlestibus. Nam & Eusebius lib. 9. Præparat. Evang. cap. 4. ex Eupolem. lib. de Judæis, testatur ipsum fuisse inventorem *Astronomiæ*, & à Græcis nominatum *Atlantem*. Hæc Bungius, apud quem alia vide.

Bungius de num. 365. in Addit.
Q. Curtius.
Eusebius lib. 7. cap. 2.
Damasc. de Fide lib. 2. cap. 7.

1788 Dixi supra num. 1785. hoc die cultam à Gentilibus fuisse *Fortunam*, vt S. Hieronymus, & cum ipso alii inquiunt, ad illa verba Isaiæ cap. 65. v. 11. *Qui ponitis Fortunæ mensam*, idest, disponitis, instruitis. Pro Fortuna Hebr. est *Gad*, idest felicitas fortunæ. Vnde Lia filium ex Zelpha ancilla sua natum vocavit *Gad*, dicens: *Feliciter*, scilicet hic mihi filius natus est, Gen. 30. v. 11. Quo loco plerique Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, ac cum ipsis Cœlestinus à Monte Marsano, *Bonam fortunam intelligunt*: Liamque locutam aiunt, quasi partui bene esset ominata. Et sanè Hebræi codices pro illa particula editionis, *feliciter* habent *Bagad*, idest, venit *Gad*, & nomen *Gad* apud eosdem Hebræos, idem est, ac *Felix*, *Felicitas*, *Fortuna*. Quòd Lia dixisse infantulo precando

Fortuna.

Isai. 65. v. 11. Alapide hic. Cœlest. Marsic. fol. 272. B. Max. hic.

fausta nomine fortuna, non est mirandum: quia adhuc retinebat Gentilitatis consuetudinem, vt observat S. Augustinus, & cum eo Cœlestinus à Monte Marsano citatus. Hinc constat (vt benè hic advertit Cornelius) *Gad* fuisse Deum Gentium, à quo in bellis fortunam, & victoriam pendère sensebant; quem proinde alii *Martem*, alii *Fortunam* vocabant. *Gad* enim deducitur à *gedud*, quæ radix significat & *turbam*, & *globum* militarem, cui Martem præesse censebant. Atque hinc Germani olim bellis, & rapinis addicti, Deum suum vocaverunt *God*, quasi fortitudinis æquè, ac fortunæ bellicæ præsidem. Enim in prælio, vt ait Poëta: *sors, & virtus miscentur in vno.* Hinc pro *Gad* Forster, & Forerius vertunt, *Martem*: R. Moyses, *Iovem*: Vulgata, Vatablus, Syrus, & alii, *Fortunam*: Arias, *bonam gratiam*, vel *bonum eventum*. Hæc Cornelius. Quamplura de *Fortuna*, ejusque picturis adduxi supra variis in locis. Addo de hodierno Gentilium cultu Fortunæ, quæ Novarinus tradit cum Guillermo Malmesb. de gestis Regum Anglorum, cap. 12. „ inquiens: Vindelici *Fortunam* ado„ rant, cujus idolum loco nominatissi„ mo ponentes; *cornu dextera* ibius „ imponunt plenum poculo, quo, „ Græco vocabulo, ex *aqua*, & *melle* „ *Hydromellum* vocamus. Idem S. Hie„ ronymus Ægyptios, & omnes penè „ Orientales fecisse, confirmat in 18. „ super Isaiam libro: vnde *vltimo die* „ *Novembris*, in circuitu sedentes, in „ communi prægustant: etsi cornu „ plenum invenerint, magno strepitu „ applaudunt, quòd eis futuro anno „ pleno copia cornu responsura sit in „ omnibus: si contra, gemunt. Et quamquam apud Vindelicos celebraretur Fortuna vltimo die Novembris, vt citati tradunt authores, at apud Ægyptios, & alios colebatur hoc die, vt supra dixi, cum S. Hieronymo, & aliis.

God.
God.
Mars.
Iovis.
Fortuna.
Novarin. in Sched. lib. 11. n. 195.
Gill. Malm. lib. 2. cap. 12.
Ritus.

1789 Hic igitur dies Veteribus Triumphalis, & lætus; potiori jure lætus, & triumphalis fuit nostratibus, qui nobiliori modo triumpharunt: sic *Columba* Virgo, & Martyr, quæ superato igne, sub Aureliano Imperatore, gladio cæsa martyrium complevit. Quæ non in Gallia apud Senones, sed in Hispania, in Senone nunc *Zamora* passa, rectè docet Martyrologium Hispanum (nec dissentit Baronius) afferens, ex Breviario Muzarab S. Isidori Hymnum, vt sequitur:

Martyrol. Rom. & Hispan.
Baron. & Masculus hoc die.

Nar-

Digitized by Google

Nardus Columbæ floruit,
Ligustra flagrant oculi;
Fulcite lætam floribus,
Stipate malis virginem.
Hæc Regis apta amplexibus,
Et osculis: gratissima
Christo fidem, quam spoponderat
Cruoris ara consecrat.
Igne gemellos sæculi
Stravit, subegit, depulit;
Flammam petulcam barbari,
Focosque admotos sibi.
Cùm in lupanar posita
Intrantes ad se, luridam
Libidinem compescuit,
Seseque flammis exurit.
Sic liberata ab ignibus,
Locis retractam scenicis,
Mucrone stricto plectitur,
Nuptura Cœlo adsciscitur.
Cui vox ab astris resonans,
Veni Columba *personat.*
Tu vocibus nostris favens,
Fac nos Polorum compotes.

Cui *Columbæ* ad eandem martyrii palmam associantur *Donata, Paulina, Rustica, Nominanda, Serotina, Hilaria*, & sociæ, quæ suo cruore decorarunt Romam. Nec tantum fœminæ, verùm ad eandem palmam pervenère viri, vt Catanenses martyres *Stephanus, Pontianus, Attalus, Fabianus, Cornelius, Sextus, Quinctianus, Minervinus, Simplicianus*, & *Flos*: cum quibus, aliisque pluribus sociatus hoc die cœlitibus *Silvester* Papa, sub quo hierarcha Religio Christiana plurimum accepit roboris, & ornamenti. Quod si hoc die anni vltimo Gentiles ponebant Fortunæ mensam refertam epulis varii generis, & libabant poculum mulso mistum, tum gratulantes pro frugibus anni præteriti, tum auspicantes anni ineuntis fertilitatem: quæ superstitio tantum roboris sumpsit, vt & apud Hebræos vigeret: quare exagitati acerrimis minis à Propheta fuére: cum omnia commoda accepta sint referenda vero Deo, qui providentia sua cuncta gubernat: quantò igitur æquiùs institui debet gratulatio pro tam frugifero, tam fœcundo omni genere virtutum, tam læto tot trophæis christicolarum exacto, vt vidimus? Ecquæ mensa tam lauta extrui potest, quæ tam jucundæ recordationi possit æquari? Aut ecquod mulsum gratius, & suavius tot Martyrum sanguinæ? Tot justorum victoriis? Quare meritò occurrunt *Flos*, & *Hilaria*, vt & nos hilariter tot justos celebremus. Sic enim expendebat Richardus Victorinus lib. 1. de præparat. animi ad contemplationem cap. 35. *Si gaudium est in Cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quanta tunc solemnitas erit super quolibet justo, pro justitia libenter moriente?* Pro hodiernis igitur cœlitibus, verte ad sacra, quæ de Demetrio diximus num. 1785. Vndé pro hodiernis Sanctis habes adaptandum Thema. Quòd si ipsi Démetriò erexerunt Athenienses tot statuas, quot dies erant in anno, & statuæ, apud Veteres (Novarino in Schediasm. Sacro-Prophanis teste), erant *Æreæ, Aureæ*, & *Togatæ*, inde hodiernos encomia Sanctos *Æreos* fortitudine, *Aureos* charitate, *Togatos* gloria. Et si hic dies fuit triumphalis, & vertendo Veterum triumphos, classes, colores, & coronas ad sacra, vt die 5. ac 20. Januarii, & num. 784. plura habes Themata, hodiernis adaptanda cœlitibus: pro quibus per Fortunam, Mercurium, Annam, vertendo ad sacra, plura habes supra Themata, variis in locis, hodiernis adaptanda cœlicolis. Colimus hoc die *S. Sylvestrem* Pont. Max. qui dicitur *Sylvester* à *Syle*, idest *luce*, & *terra*, quasi lux terræ, idest Ecclesiæ: quæ instar bonæ terræ habet *pinguedinem* bonæ operationis, *nigredinem* humiliationis, & *dulcedinem* devotionis: eumque per hæc tria agnoscatur bonitas terræ, inde S. Sylvestrum encomia *Pinguem* operatione: *Nigrum* humilitate, *Dulcem* devotione, exemplo, patrocinioque. Vel si *Sylvester* dicitur à *sylva*, & *theos*, quasi sylva Dei: quia homines sylvestres, idest, incultos, & duros ad Christi fidem perduxit; inde & mysticam sylvam *S. Sylvestrum* encomia *Viridem* virtute: Fertilem prædicatione, & merito; *Vmbrosum* patrocinio. Tandem si *Sylvester* dicitur, ex ipsa Lombardica Historia, *Viridis, Agrestis, Vmbrosus*, & *Nemorosus*, & hinc Sylvestrum encomia *Viridem* contemplatione cœlestium: *Agrestem* excolendo se ipsum: *Vmbrosum* refrigeratione ab omni concupiscentia: *Nemorosum* exaltatione, qua plantatus inter arbores Cœli. Cui Hierarchæ per lucem, alia Themata adaptare poteris. Etsi fuit mos fidelium (teste Novarino in Schediasm. lib. 2. cap. 29.) circuire, & Martyrum loca, & tumbas Sanctorum, in *Gyra* totius anni, tibi candide Lector, proposuimus & Fastos Gentilium, & Christianorum Fastos, hos præponendo illis, vt prophana ser-

Thema. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Histor. Lomb. lect. 12. 13. 14. 15.

viant

viant sacris, & de tenebris lux splendescat.

Mos Veterum hoc die.

1790 Fuit mos antiquorum in cunctis vrbibus Ægypti, vt vltimo anni die mensam variis ferculis refertam instruerent, & præpararent, ad præteriti, vel futuri anni fertilitatem auspicandam. Quam consuetudinem refert Oleaster in *Isaiam*, & Novarinus cum eo in Schediasm. Sacro-prophanis lib. 5. cap. 17. num. 74. Quam Veterum consuetudinem, & tentavimus ad sacra vertere, in hoc tomo, Lectori proponendo, & offerendo varia ferculæ, fastos varios, & prophanos, & sacros, illos respuendo, istos præponendo, vt venerentur, amplectantur, imitentur; vtque deserviant prophana sacris, vtque de tenebris lux splendescat. Nec fuit animus, vt omnia placeant Lectori, huc enim spes nostra non porrigitur; placeat saltem sibi noster labor, quo tot, tam diversa, & varia ex variis, diversisque collecta in vnum, hoc volumen conjecimus: nec parvus fuit labor in *Diaria* ista collectione, ex tam variis, antiquis, ac diversis, vt quæ tam sparsa, de vnoquoque anni die, in vnum habeas collecta: hic noster labor à pio Lectore spectetur. Si autem quid inveneris irrepsisse absurdum, aut incuria, aut inadvertentia, funditus amputa, & librum enim & me ipsum submitto correctioni S. Romanæ Ecclesiæ, ac doctiorum. Sisto hic igitur, & coronidem operi imponam verbis Salviani. Alloquitur ille vnum Salonium, ad quem scribit: ego vnumquemque cum ad omnes scriptio ista „ sit directa. Sic igitur inclamo: *Su-* „ *pereſt*, vt quia ego functus sum par- „ tibus meis, & tu fungaris tuis: ideſt, „ ores Dominum Deum nostrum, & „ orando id impetres, vt libelli ad Ec- „ clesiæ Christi honorem conscripti „ tantum apud Deum scriptori suo „ prosit, quantum eos prodesse ipse „ omnibus cupit. Nec injustum, puto, est desiderium, quo tantum sibi aliquis præstari postulat pro salute, quantum ipse optat cunctis pro *charitate*. Finem imponimus Valentiæ 4. Nonas Aprilis, anni 1724.

Cedantque omnia scripta (quæ & me ipsum iterum correctioni S.R.M.E. libens, lubensque subjicio) in laudem Omnipotentis Dei, Optimi, & Maximi, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quem in Trinitate perfecta vnum colimus, & veneramur; in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ, Dei-Genitricis, *Hispanorum* Tutelaris, *Francisc.mi* Cœtus singularissimæ Patronæ, absque originalis labe à primo suæ Conceptionis instanti Conceptæ, & in gloriam Stigmatizati, ac Seraphici P.N.S. Francisci, omniumque Sanctorum, & Sanctarum, quorum auxilium implorans, huic finem volumini impono sequentibus versibus:

Quorum suffragiis adjutus mens mea
secundi
Codicis, extremum explicit vltro pia.
Ergo Deus mihi Pater, adest & ipse
Filius, & Sanctus Spiritus adstet
idem.
Virgo Mater, Sancti quoque; quorum
culmina Cœli
Nomina conscribunt, dent mihi semper
opem,
Nec minus Hispani *Divi, quos volu-*
men promit,
Auxilium præstent, vt poliatur opus.
Obsecro nunc mihi vitam extendatis,
vt ipse,
Quod supereſt voto solvere digne queam.

INDEX

Digitized by Google

INDEX I.

RERUM, ET VERBORUM,

quæ in hoc ſecundo Tomo continentur.

Omnes numeri ſunt marginales.

A

Aaron voce præconis in dixit Vituli Apis ſolemnitatem celebrandam. num. 879. Vide Rationale. Obiit in monte Hor. num. 914.

Abpaca, ſummus Deus, à quo omnes Dii dimanabant, à Baſilide Hæreſiarcha fabulatus: & juxta literas hujus nominis, quæ numerum 365. conficiunt, totidem Deos concepit, vt tot ſint Dii, quot anni dies. num. 1786.

Abſintes gemma nigra, ponderoſa, diſtincta venis rubentibus, quæ calefacta igne, Septem diebus calorem retinet. num. 747.

Abſtinentia à venere ſe præparabant Gentiles in aliquibus ſacris, exiſtimantes à Diis non exaudiri, niſi per aliquot dies à congreſſu venereo ſoluti: quare in Epidauro templi hanc poſuerunt inſcriptionem: Caſtum oportet templum ſacratum intrantem eſſe num. 1778. Vide mulieres. Vide Ægyptii.

Acca, quæ & Laurentia, & Flora dicta. num. 591. Vide Flora.

Accenſio luminum; ſic quædam feſtivitas nuncupata. vide Feſtivitas, Accenſio luminum dicta. num. 1615.

Acervus Mercurii, quid ſit. num. 1459.

Accipiter avis, victoriæ hieroglyphicum: Ejus proprietatis, & quomodo renovatur. num. 967.

Actica victoria, qualis, & quo die reportata. num. 1330.

Adonis.

Fuit filius Cyneræ Cyprorum regis: à Venere ob ejus eximiam pulchritudinem adamatus: ab Apro interfectus; ſuſcitatus, laudatus, & cultus. n. 770. Adon, & Tammus vocatus: Sol putatus: à diverſis nationibus pro Deo habitus, quem Oſyrim Principem, & Deum Ægypti, & conſequenter Joſephum Patriarcham, plures putarunt. 771. Apud Byblos caput Adonidis è papyro effigiatur, vnoquoque anno ex Ægypto per fluvium deductum, & per ſeptem dies cultum n. 774. in cujus honorem ſolemne anniverſarium actum: ejus ritus, & planctus. n. 771. Ejus picturæ, & alia, quæ de ipſo fabulantur. à n. 770. vſque ad n. 774. & 778. & 779.

Ador, farris genus, & Adorea dicebatur, & vulgò ſemen. Hincque Adorea ſacra deducta: ab edendo Edor appellatum: pro gloria, & Victoria ſumptum. n. 289.

Adrianus Imperator: ob ejus natalitia ludi acti. n. 1521.

Ædes.

Concordiæ, & Fortunæ, Romæ dicata. num. 817.

Alia Jovi Invicto dicata, & conſecrata. n. 834. & 837.

Alia extra portam Marti conſecrata. num. 1067.

Alia Herculi Magno Cuſtodi ſacrata. num. 1114. vide Feſtum lignapeſia.

Ædes alia Victoriæ Deæ ſacrata. n. 1192. & 1198.

Ægyptii opinati ſunt de quibuſdam parcimoniæ deditis, eorum corpora ſponte auram ſuavem olentem emiſiſſe, odoratasque tranſeuntium vmbras miram inſpiraſſe fragrantiam. n. 1245.

Æmilius Barbula Romæ triumphavit. n. 960.

Æmilius Paulus de rege Perſeo per triduum triumphum egit. n. 1640.

Æquinoctium Autumnale, in medio Septembris. quando Sol in ſignum Libræ ingreditur. n. 1815. & 1835.

Æſcula-

Digitized by Google

Æsculapius.
Tres ejusdem nominis enumerantur: variè nominatus: Sol, & vis salubris putatus; atque medicinæ, auguriorum, & divinationum Præses. n. 62. Sanctus, & Deus salubritatis dictus: à Romanis cultus ob pestilentiam depulsam. n.63. Ejus picturæ, & alia, quæ de ipso fabulantur. n. 64. Ejus sacrificia, ritus, & alia. n. 1610. & 1611.
Agnus Castus, herba, sic nuncupata, quia odore, & visu reddit homines castos, sicut agnos. n. 616. Ejus proprietates, ac virtutes medicinales. ibid. Vide vitex. Agna Græcè pia. n.588.
Agonius, Deus, & Agonii dii, qui rebus agendis præsidebant. n.101. Eorum sacrificia, & alia. ibid. Vide Festa Agonalia.
Agricultura, quam Dii Rustici promovebant. n.9. Ejus fructus à Cœlo, & Terra tanquam à parentibus producti. n.10. Vide Dii Rustici.
Agrippa Triumphum de Sabinis reportavit. n.511.
Alabandina, seu Alabandia gemma preciosa, ab Alabanda Asiæ regione dicta. n.1019.
Albedo ex luce clara in puro, & perspicuo generatur: ad quam candor, albor. Pallor, & Livor pertinent. n. 1562.
Alauda avis, à laudando dicta: Ejus proprietates. n.1020.
Alcyone, seu Halcyone avis, navigantibus nota: Ejus natura, & proprietates. num. n.1700.
Alectoria gemma parva: Ejus proprietates. n.323.
Alecto, vna ex tribus Furiis infernalibus. n.1037.
Alexander Macedo natus die 6. Aprilis, qui postea ipsomet die vita functus. n.516. vel juxta alios die 28. Junii. n.896.
Alexander Mammæ filius à militibus occisus. n.896.
Alpheta stella, oritur in 10. gradu signi Arietis. n.400.
Amaranthus flos, qui exsicatus aqua irrigatus reviviscit: nec gelu, nec æstu immutatur. n.1569.
Ambrosia deorum nectar, & potio: Græcè dicitur immortalis. n. 1673. vsque ad n.1675. Est quædam planta viridis, ramosa, medicinalis, quæ invenitur in valle Romano, infernus nuncupato. n.1675.
Ambrosia, festum sic dictum, die 24. Novembris celebratum. n.1628.
Amethistus lapis Indicus: Ejus species, & proprietates. n.264.
Amiantus, Amatides, & Amaton, gemmæ Ejus proprietates. n.245. & 303.
Ambaruale sacrum, ad arva, & segetes lustrandas. Vnde dictum, & à quibus factum. n. 700. Festi hujus ritus, & sacrificii dicati Cereri. n.701. Vide n.40.
Ammon. vide Hammon.
Anaidos, quod Sol, & Luna interpretatur. n.1507.
Angerona, Dea ab angina, cui medebatur, dicta: Divalis nuncupata: Silentii Dea, cui sacrum in Sacello Volupiæ dicabant; sub cujus ara illius simulacrum collocabant: Ejus pictura, & festi origo. num. 1741. Vide volupia.
Anguis sidus. n.258. Ejus ortus. n.253.
Anna Perenna à Romanis culta ob beneficia ab ipsa accepta: Ejus fabula, & festum n. 424. & 428. & 429. & 430. Vide num. 1046.
Annibal, duce Flaminio, Romanorum exercitum superavit. n.879. in Italiam cum exercitu potentissimo ingressus. n. 1429.
Anniversarium, seu anniversarias exequias suorum mortuorum Veteres Romani, & Troiani quotannis agebant vario ritu. n.1548. Vide Defunctus.
Anniversarium solemne in honorem Adonidis occisi actum. Ejus ritus, & planctus. n.771. n.1573.
Triplex, Romuli scilicet, Numæ, & Cæsaris. n.21. Ejus differentia, vsque ad num. 24. à Jano dictus. n. 52.
Annus solaris constat diebus 365. Per Janum quatuor facies habentem: & per Nilum, & Vulturem annum significabant. num. 1787.
Annus Romuli dies 304. & menses 10. habuit. cap.4. n.21. annus Numæ habuit 12. menses lunares, & dies 355. à Januario inceptus in Jani honorem ibid. n.22. annus Cæsaris, qui & Solaris vocatus habet 365. dies per 12. menses distributos, ibid. n.23.
Antiochus Rex adominabile Jovis Olympii Idolum ædificavit, quod per Vniversas Civitates Judæ coluerunt. num. 1597 & 1598.
Anthesteria ab Athenienſibus Baccho exhibita; & simillima Saturnalibus, etsi majori luxu celebrata, ritusque turpissimos. n.1539. & 1541.
Anthos, idest, flos. n.252.
Antios Græcè Floridus: vnde Ancinæ vestes dictæ, quasi florum varietate contextæ. n.590.
Antium vrbs, in qua fuit celebertimum templum, Fortunæ dicatum: in cujus honorem Ludi Antii dicti fiebant: Vnde Fortuna nuncupata Antia, Antiana, vel Anatina ab anate ave n. 590. Antium ab Antios dicta. ibid.
Antoniana festa. vide Festa Antoniana.
Antoninus Caracalla, à Patre Severo dictus Imperator. n.661.

Digitized by Google

Antonius Pius Imperator: cujus natalitium die 19. Septembris celebratum. num. 1322.

Apis, qui & Serapis: omnium maximus Ægyptiorum Deus: variis nominibus nuncupatus: Ejus festum per 7. dies celebratum: Ejus fabula, quatuor picturæ: & alia, quæ de ipso fabulantur. à n.714. vsque ad n.720. Vide Osiris. atque n.964.

Apium herba; Ejus proprietates. n.563. ex apio coronabantur Victores in ludis funeralibus: nam & apii corona etiam sepulchra defunctorum ornabant: ab apice dictum. num.1116. & 1119.

Apollo.

Carneus vocatus: Sol putatus: Citharædorum, & Vaticinii Deus: inventor Medicinæ, & artium: Sagittarius, & legislator dictus. n.524. Quatuor Apollines nominarunt. ibid. Ei Musas tribuerunt, ac triplicem potestatem, vt Sol apud Superos: vt Pater in terris: vt Apollo apud Inferos. n.525. Cygnus, Gallus, Accipiter, & laurus erant ei Sacrati, sub cujus tutela lupos ponebant. ibid. Ejus variæ picturæ. n.526. Simulacrum Apollinis Cumani quatriduo flevisse dicitur; & fletus causa. n.503. Ter quotidie per annum cultus. cap.7. n.49. Vide Sol.

Aprilis, quasi aperilis dictus, eo quod aperiat flores: vel quasi aphrilis à spuma: vel quasi Aphrodis, Græcè Venus: Variè nominatus: Ejus elogia. n.500.

Aquarius signum Cœleste. vide signum Aquarii.

Aqua locus triplex, scilicet terra, aër, & Cœlum. n.1023.

Aquila sidus, oritur die 25. Maii, vel 1. Junii. n.725. & 760.

Aquilo ventus, Boreas dictus: Ejus proprietates. n.1693. & 1694.

Ara.

Dicta quasi alta, & à terra elevata. n.941. quædam habebat ignem, & palmam sculptam cum lemate: Pietas. ibidem. Ara Ditis Patris, & Proserpinæ in terra occultata, & pro hominum salute reperta. n.1003. Triplex erat, alta cum diis superis sacrificabant: in terra cum diis terrenis, & sub terra cum sacrificia diis Inferis offerebant. n.41. Vide n.1571. Ara Larium, focus appellata, corona ornata. n.611. alia Junonis Sospitæ dicta salutaris. n.189.

Arabia Asiæ Provincia, Sacra, thurifera & beata dicta; ibi nascitur Phœnix. n.680. Vide. 317. & 423.

Arbores pro diis habitæ, ac cultæ. n.643.

Arcana sacra Romæ acta in foro Boario, eorumque ritus. n.1637.

Archemorus Lycurgi Thraciæ Regis filius: cui attribuitur, quod de puerulo Ophaltæ dicitur. n.1116.

Archidamus Rex, cæsus in prælio commisso inter Lucanos, & Tarentinos. n.942.

Arculus, Deus arcanorum, & capsarum existimatus. n.1637.

Arctophylax constellatio Cœlestis: oritur die 11. Februarii. n.246. Occidit 5. Martii. n.378. dicitur Currus, Bootes, Septentrio, Arcturus: constat stellis septem, sitis in axe in se revolutis in modum circuli: signum mirabile: custos interpretatur. n.732. vsque ad n.734. Viden. 806.

Arcturus, & Orion Stellæ sunt altissimæ suo ortu excitativæ ventorum, & tempestatum. n.1085. Vide Arctophylax, vt supra.

Ariadna Dea, cui dicabant sacrificia cum mœrore, & Ludos cum lætitia. n.1227. Ejus simulacra, fabula, & corona Sellarum. ibid. & n.1228.

Aries signum cœleste, numero 7. notatur; in eo Sol creatus: Ejus qualitates, aspectus, & pictura. n.400. Ejus occasus. num. 579.

Aries pecus, ab aris dictus: Græcè virtus Vervex à verme nuncupatus. n.862. Triplex est, scilicet piscis, qui erecto capite extra aquam, solet natare: pecus laniferum, & signum Cœleste. ibid.

Argea sacra Herculi dicata: vnde dicta. num. 436. & 439.

Argea simulacra in Tiberim ex ponte præcipitata quotannis, aut per Virgines Vestales, aut per Sacerdotes. n.665.

Argestes ventus, Hispanè Maestral: Variè nominatus: Favonius dictus, eo quod foveat, quæ nascuntur: Ejus pictura. num. 609.

Aristoteles Deum nuncupavit primum ens, causam primam, & primum movens, quod cætera omnia movet. cap.1. num.3. Quomodo Deum invocavit. ibid.

Argyrites lapis quadrangularis: Ejus proprietates. n.1316.

Artemisia trophæi loco æneam Civitatis Rodiæ statuam erexit stigmatibus ornatam, pro æterna decoris memoria. n.1304. Vide Rhodus.

Asinaria celebritas, vnde dicta. n.1029.

Asini in sacris Vestæ, floribus coronati, per vrbem circunducti, atque molæ frumentariæ coronabantur. n.812.

Asylum, quid sit, & in quibus templis. num. 18. & 189. & 202.

Asbestinum, genus lini, quod igne non absumitur. n.644.

Asbestus, lapis ferrei coloris ab igne vocatus; quia si semel igne succensus, extingui perpetuò non valebit. n.644. Ex hoc lapide in quodam Veneris templo, construxerunt

Digitized by Google

xerunt candelabrum cum lucerna, quæ nulla tempestate, nulloque igne extingui poterat: hinc Asbestus latinè dicitur inextinguibilis. ibid.

Astartes, quæ Juno, Luna, & Minerva putata. n.1219. Vnde dicta, & à quibus culta. n.1220. omnium rerum domina fabulata. ibid. Ejus pictura, & adorationis ritus. n.1222.

Astarte, & Astaroth sic etiam Venus nuncupata, & Lucifer, ac Multimammea in symbolum fœcunditatis. n.1366. Vide n.1289.

Asterite, vel Asteria Dea; est etiam gemma candida continens lucem inclusam, sicut Stellam ambulantem. n.777. Vide. 922.

Astræa, sive Justitia pro signo Virginis putata. n.1261.

Astrion gemma Jndica Crystallo propinqua, centro lucens stella de qua dicitur rapere ab astris fulgorem. n.317. & 922.

Astrum obscurum consignatum. n.916.

Astra 30. Deos Consultores: & 12. signa Deos signiferos vocabant Caldæi. n.8.

Atergatidis Dea, Cui sacra ex piscibus tum veris, & coctis, tum simulatis ex argento, & auro offerebant. n.1260.

Athenas capta die 20. Augusti. n.1156.

Athenienses Victoriam de Persis reportarunt, ideoque Jovi Liberatori sacrabant. n.1426.

Athleta oleo vnctus, ac nudus certabat. num. 515.

Avernunci Dii mala avertentes, seu averruncantes. n.1037.

Aurelianus Jmperator natus die 9. Septembris. n.1259.

Aurelius Cotta, & ejus triumphus. n.543.

Augustus mensis, sextilis primò dictus, postea Augustus in honorem Augusti Cæsaris, fuitque populo Romano felicissimus. n. 1064. Numerus dierum hujus mensis Varius. n. 1065. sub Cereris tutela positus. ibid. Varie nominatus. n.1066.

Augustus Cæsar.

Navali victoria die 2. Septembris de Marco Antonio, & Cleopatra triumphavit. num. 1326. Ejus Convivium. n.251. *ad Romam reditus.* n. 1451. natus die 12. vel 23. Augusti. 1115. & 1122. Obiit Atellæ in Campania, vel die 19. Augusti. n.1151. vel 16. Septembris. n.1298.

Aurora appellata aurea hora, aura rorans, auri domus, aureas comas demonstrans, & solis vehiculum. n.919. Cujus filia: ejus fabula, epitheta, & picturæ. n.822. & 823.

Aurum exquo procreatum: Ejus proprietates. n.852.

B

Baal-Berith Idolum, quod interpretatur Dominus, Patronus, Autor puritatis, mundiciei, serenitatis, alimenti, & recreationis: quasi hisce rebus præesset. n.793. Deus confœderator, Mediator, Intercessor dictus, ac Mercurius fabulatus. ibid. Idem cum Deo Fidio. Vide Fidius.

Bal, Baal, Bel, Beel, & in plurali Baalim, est nomen generale numinum commentitiorum. n.1715.

Bacchus.

Deus vini, Liber vocatus. n.10. & 386. variè nominatus, & vnde dictus. ibid. Chamos, Belphegor, seu Priapus opinatus. ibid. Ejus nomina, & attributa. ibid. Quinque Bacchi picturæ. 387. plures coronas ei tribuerunt: Ejus fabula. 388. Ejus festa turpissima. Vide festa Bacchanalia.

Barcinona, seu Barchino, Vrbs Capitalis Principatus Cathaloniæ, Faventia cognominata: Vnde dicta: à quo, & quando condita: Vbi sita: ejus descriptio: quid Græcè significet: Olim ab Hercule Jovi dicata. n.252.

Bel, sive Beel, & Belus à Babiloniis per singulos anni dies cultus. n.1712.

Belus Nemrod, fundator, & primus rex Babilonis, ac Pater Nini; qui post diluvium multos post se aduxit de oriente in campum Sanaar ad fluvium Euphratem, vbi vnanimiter ædificarunt Civitatem, & in ea turrim, quam voluerunt (sed frustra) vsque in Cœlum extollere. Vide, & alia. n.1714.

Bellona Dea, à bellis dicta: Præses bellorum, inventrix acus: putata Pallas, seu Minerva: Soror, & vxor Martis: Variè nominata ob varia ei attributa: Ejus templum, ante quod erat columnella bellica; Cui Sacerdotes Sanguinem suum sacrabant, & alia. n.786. Ejus picturæ, & Templi dedicatio. n.787. & 788.

Bellonarii, Bellonæ Sacerdotes, seipsos cultris feriebant, ac proprio sanguine Deam placabant. n.786.

Bellum, Ejus hieroglyphicum. n.279.

Berecynthia, quæ & Cybele dicta. num. 465. Vide Cybele.

Bona Fortuna à Gentilibus culta, in cujus festivitate mensam ponebant. n.1785.

Bonus eventus, Deus Rusticus: Ejus pictura. n.11.

Bootes constellatio Cœlestis Stellæ Virgilia: Arctophylax, & Arcturus dictus. n.732. Ejus fabula. 1361. Oritur die 26. Septembris. n.1358. & 1359.

Bos Græcè Boetes; Ejus proprietates. num. 931.

Digitized by Google

Branchus puer Thessalus ab Apolline adamatus, quem in suis Templis sacrum habere voluit: ad sidera Evectus die 4. Octobris. n.1407.
Bromius, sic Bacchus cognominatus, qui Græcè Brumius. n.1630. Byblus Vrbs Phœnicea, in qua fuit insigne Templum Adonidi, aut Veneri dicatum: & ritus, quo ibi Adonis cultus. n.774.

C

CAduceus, erat virga, quam Mercurius dono ab Apolline accepit, qua projecta inter duos serpentes inter se pugnantes, eos reconciliavit: Ideo pacem, & concordiam significabat. n.178. & 495.
Cajus Duillus de Siculis, & classe Punica triumphavit. n.321.
Cajus Octavianus, in infantia Thurinus vocatus: inter Imperatores, primus Augustus nominatus, sicut Julius, Cæsar inter Cæsares. n.1330.
Canis custodiæ symbolum. n.978. Vnde dictus. n.1040.
Canis signum Cœleste. Vide Canicula.
Canicula stella duplex major, & minor: earum differentia: Ortus, & occasus. Major Canicula, Canis, & Syrius vocata; estque Stella magna, clarissima, ac ferventissima in medio centro Cœli cum sole. n.991. & 993. Cui canes sacrabant pro fructibus servandis. n. 1036. Vide num. 1040.
Caligula Imperator in Palatio occisus die 21. Julii. n.1018. vel die 24. Januarii. num. 146.
Cancer signum cœleste: 5. numero notatus: Ejus proprietates, aspectus, & pictura. n.77, & 379. Ejus occasus. n.74.
Cœna Pontificalis in honorem Cybelis matris deorum celebrata: unde dicta: Vbi facta: quid in ea manducabant. n.1030. & 1485.
Cœna funebris, Silicernium appellata: Senibus in defunctorum conviviis apparata. num.1638.
Cœnæ giennales à Gentilibus in nuptiis, ac in suorum Idolorum honorem celebratæ: in quibus lautè manducabant sedentes, unguentis delibuti, Crines pervncti, ac floribus coronati: & alia. n.1375.
Cœnæ centenariæ, & millitariæ, quales num. 1030.
Cœlum in 360. partibus ab Astronomis distribuitur. n.1788.
Capella sidus, oritur die 1. Maii. n.600.
Capitolium, quo die, & à quo inchoatum, & extructum: Jovi dicatum, postea combustum, & restauratum. n.1277. Vnde dictum. n.1278. Ejus descriptio. n.1279. & dedicatio. n.1280. ipso incenso, Jupitris Tonantis simulacrum cum fulmine combustum: Ornamenta, spolia, trophæa, & alia in fumum redacta. n.938.
Capra, Damula, sive Dama nuncupata, à carpendo dicta. Ejus proprietates. n.930. Vide n.931. & 1666.
Capricornus. Vide signum Capricorni.
Caprificus, ficus sylvester: Ejus proprietate. n.949.
Caprotina. Vide feriæ Caprotinæ.
Caput papyriceum Adonidis per quam in Byblum deductum per 7. dies. n.779.
Caristia, aut Charistia, solemnitas celeberrima in gratiarum actione. n.1114. Charistia Græcè gratia dictum, quod fratres, cognati, & affines ad conservandum mutuum amorem, & gratiam convenirent, & solemne convivium celebrarent. n.302. Vide n.299.
Carmenta Dea: fuerunt & duæ Carmentæ sorores à Romanis cultæ: Vna Porrima, aut Prosa dicta: altera Postuerta, quæ partibus rectis, & transversis præesse fabulantur. n.120. & 121. Vide festa Carmentalia.
Carna Dea, & Cardinalia, & Carneæ dictæ, militari specie, & modo in tentoriis celebrata per 9. dies. n.523. Ejus fabula sacrificia; pictura, & Templum. n.762. & 913.
Cassiopea constellatio cœlestis: Ejus descriptio, & occasus. n.1523.
Castor, & Pollux.
Duo fratres Jovis, & Ledæ filii: qui in Cœlum translati signum Geminorum constituunt: Tempestates depellere, & tranquilitatem reddere fabularunt, & aliæ. Eorum picturæ, & cultus, & Templum à Romanis dicatum. à n.155. vsque ad n.158. hujus signi descriptio. num.418. à pueris generosis culti cum ramis Olivarum; qui & Jovi panes ficorum, & melis. n.946. Vide. 947
Celebritas, Adonia vocata, à mulieribus planctu facta in honorem Adonidis: Ejus ritus. num.771.
Celebritas Theogenia dicta, qua omnibus diis exhibebatur sacrificium: instituta à Dioscoris, in qua, & Ludi agebantur, & præmium Victorum clamidis erat. num. 1539.
Centaura, Arbor: Ejus proprietates. n.617. est triplex, & arbor, & flos, & Stella num. 618.
Centaurus stella: Ejus ortus. n. 617. Ejus occasus: pro Sagittario sumptus. Vide signum Sagittarii.
Centenarius numerus pro multitudine magna ponitur. n.1007.

Digitized by Google

Centuria, sive festum Centenarium. num. 1002. Ejus origo, & quomodo celebratum. n.1003. Vide n.768. & 1030.

Ceres.

Filia Opis, & Saturni, vt de aculta: Rhea, & Tellus putata: à gerendis fructibus dicta: mater Jovis, & terræ: legifera, & alma appellata: & alia, quæ de ipsa fabulantur. n.149. Ejus festum, & picturæ. n.148. & 149. & 488. & 541. fuit etiam Latifundia nuncupata: Curru à Serpentibus alatis ducto evectæ corona spicea redimita. n.963. Vide n.1475.

Certamina Equestria in honorem Neptuni acta: à quo instituta. n.1132.

Charistia. Vide Caristia.

Choon est mensura capiens sextarios sex: est etiam festum Choon nuncupatum, Baccho dicatum: Ejus ritus. 417.

Chaos apud Gentiles omnium rerum, hominum, & deorum principium, & origo putatum. n.65.

Cicero in exilium Ejectus. n.1080.

Circum Maximum dictum, in quo Ludi Maximi fiebant: Soli consecratum: à Tarquinio Prisco V. Romanorum Rex extructum: à Traiano restauratum: ab Heliogabalo illustratum: vnde dictum, ac Ejus descriptio. n.620.

Citrus arbor, Ejus proprietates. n.280.

Civitates refugii quinque: Earum nomina. n.1313.

Clara, sic nuncupata Stella, quæ in leonis pectore occidit die 24. Januarii. n.146.

Clades funestissima apud Alliam fluvium facta. n.991.

Clementia dea sine Templo. n.14.

Columna miro artificio constructa, super quam Traiani simulacrum collocatum fuit; & postea in Ejus vertice Sixtus V. Sancti Petri Apostoli statuam æneam erexit. n.1319.

Columna excelsa stat ad ostium Templi Hierosolymitani nullam prorsus vmbram transmittere solita. n.1321.

Columna lactaria, in qua deponebant infantes lacte alendos. n.420.

Columna Ægyptiaca, in qua octo deorum nomina in symbolum justitiæ conscripta. n.236.

Columnæ duæ, altera ænea contra vim aquæ posita: altera latericia contra ignem. num. 958.

Columnæ marmoreæ, super quas, arma ad æternam memoriam, & juxta arma naves sculptæ; vt trophea: aliæ cum simulacris, & thesseris pro victoria, ac trophæis erectæ: alia variis nominibus nuncupatæ. ibid.

Columnæ Virginalis dictæ, quales. n.959.

Comœdia, quid sit, & vnde dicta. n.1749.

Commemoratio omnium fratrum. n.715.

Commodus Imperator die 20. Julii desiit strangulatus. n.1015. vel die 30. Decembris. n.1782.

Conceptio Veneris pulcherrimæ amoris matris die 8. Decembris. Vide festum Conceptionis Ejusdem. n.1677. die 8. Decembris.

Conceptio Romuli, & Remi. n.1753.

Concilium Nicenum, quo die inceptum. n.844. & 876.

Concordia dea, cui sacrificabant Ciconiam, Merulam, & Cornicem: Ejus picturæ, symbola, & elogia. n.144. Ejusdem Templum à Camillo factum: per Liviam Augustam reparatum, & à Tiberio Ejus filio dedicatum. n.119. & 818.

Consecratio Templorum Gentilium: Ejus ritus. n.939. & 940.

Concilium Civitatum (ex Platone) constare debet 360. viris consiliariis. n.1768.

Constantinus Magnus Imperator per quem latius, & Augustius Imperare cepit Christiana Religio. n.326. Ejus natalis die 26. Februarii: vel 7. Augusti. ibidem. & n.1096.

Constantius Imperator: Ejus natalicia. num. 1570.

Consus Consiliorum Deus: à Græcis Neptunus Equestris nominatus. n.973. Vide dictus. n.1135. Vide festa Consualia.

Contentio Minervæ cum Neptuno, quando facta. n.205. & n.1075.

Conventus Ægypti quinque præcipui, qui fidem Christi amplexisunt. n.1313.

Convivium Augusti Cæsaris. n.251.

Convivium, in quo ad mensam circumferebatur mortis imago, ad humanæ fragilitatis memoriam: vltimumque poculum absynthio miscebant. n.1375.

Convivia dia, placandæ iræ causa, apparabant: Eorum ritus. n.27.

Coriolanus Veturiæ, & Volumniæ lacrymis placatus. n.917.

Corona Ariadnæ pro Scorpionis signo putata: Ejus ortus die 21. Julii n.875.

Corona ex Oleastro, & olea Juvenibus victoribus in Ludis Olympicis dabatur. n.960.

Corona constellatio Cœlestis oritur die 8. Martii. n.403.

Coronæ variæ pro meritorum varietate. num. 901. Vide. n.221. & n.333. Militares coronæ, quot, & quales. ibid.

Coronis Dea sine Templo. n.14.

Corvus sidus: oritur die 13. Februarii. num. 253.

Crater, sidus: Ejus ortus. n.258. & 261. & 299.

Creatio Regum apud Romanos erat die 29. Januarii. n.167. Chrystallus lapis. n.932.

Cupressus, aut Cyparissus emblema luctus, acfunctis,

acfunctis, quam ad ſepulchra apponebant in ſignum nobilitatis. n.1113. ex qua fiebant deorum ſimulacra: eſt mas, & fœmina: Ejus proprietates, & vſus, & alia. ibid. dicata Diti, Plutoni, aut Orco. num. 173. Vide. n.252. fol.78.

Curſus equorum Romæ actus, in quo equus dexter Marti immolabatur. num.1461. & 1795.

Cuthæi, à Cothæo Perſidis fluvio dicti: vnde & Regio, Cuthæa nominata. n.1506.

Cybele Dea, magna mater Deorum: Variè nominata. Ejus feſta, & imago ſub nomine Opis. Ejus picturæ, & alia, quæ deipſa fabulantur. n.484. & 485. Vide n.1618. die 19. Novembris.

Cycopes, Vnde dicti: ſunt Gigantes, ſeu populi antiquiſſimi juxta Ætnam, habentes Vnum oculum infronte, qui omnium primi fabricam æris invenerunt: Hinc factus fabulæ locus, vt crederentur miniſtri Vulcani, atque Jovi fulmina fabricarent. n.1522.

Cygnus avis candida, à canendo dictus, qui imminente jam morte dulcius ſolito cantat, cantumque pro gemitu reddit: Ejus proprietates, & deſcriptio. n.754.

Cypariſſus, nomen pueri, in arborem ſui nominis converſus: vnde Cupreſſus, Cypreſſus, aut Cypariſſus dicta. n.1113.

Cyphi, quid ſit: Ejus compoſitio. num.49. in fine menſis.

D

Dagon Idolum: à Dagan, quod eſt frumentum, derivatur; vnde Deus frumentarius dictus: Jovis, Janus, aut Ceres putatus: à daga, quod eſt piſcis etiam nominatus: Ejus pictura. n.548.

Dama, ſive Damula. Vide Capra.

Damiata, Vrbs Ægypti à Chriſtianis occupata. n.752.

Darius Rex Perſarum ab Alexandro Magno victus die 25. Septembris. n.1355.

Decembet fuit ſub Veſte tutela, Saturno ſacratus: Ejus pictura. n.1646. Varia Ejus nomina. n.1647. opera, & officia, quibus ad vitæ ſolatium antiqui Philoſophi in hoc menſe vtebantur. n.1648. & 1649.

Dedalus ſtatuarius. n.1228.

Dedicatio Templi.

Romæ dedicatio Templi Caſtoris, & Pollucis. n.158. Alia Templi Jovis dedicatio ex voto ob partam victoriam. n.544. Alia Templi Fortunæ, & Concordiæ. n.501. & 725. Vide. n.516. & n.827. Alia dedicatio Templi Jovis fidei ſponſoris, à Rege Tarquinio, & Poſtumio extructi. num. 791. Dedicatio Templi Junonis Soſpitæ ex voto ob victoriam. n.189.

Dedicatio Templi Herculis. n.1650.

Alia Templi Romuli Dedicatio à Romanis facta. n.898. & n.902. Dedicatio ædis Junonis Monetæ. n.760. Delubrum Tempeſtatis conſecratum. ibid. Vide n.291.

Defunctus. Vide Inferiæ.

Defunctorum corpore collocata in vinis exculptis variis ſimulacris cum eorum fiebat cõmemoratio. n.290. & 291. Defunctis diem 30 Vnius cujuſque menſis Sacrabant: ſtatim ab obitu defunctorum Appollini Sacrificabant, trigeſimo poſt die Mercurio, putantes ab ipſo animas ſuſcipi. num.172. Ritus in funeribus à Gentilibus ſervatus. ibid. & n.173. & n.175. Pro defunctis vide feſta Novendialia, Parentalia, & Ambaruale: atque n.240 & 1657 & 1638. & 1770.

Delubrum, quid ſit. n.17.

Demetrius Antigoni Aſiæ Regis filius, ab Athenienſibus cultus. Ejus mores, & ipſius venerationis cauſa: Rex regum, & Deus ſervator fabulatus: quomodo ab Athenienſibus exceptus: Ejus triumphus: toc ſtatuas, quot anni dies ei erigebant: Ejus pictura. n.1645. Diem 30. cujuſvis menſis Demetrio dicarunt. n.49. ad diem 31. à jugo Macedonum Athenienſes liberavit. n.583.

Delphinus.

Triplex eſt piſcis, arbor, & Stella. n.825.

Delphinus piſcis, & Simon, quaſi auditor vocatus: Ejus natura, & proprietates. ibid. Delphius arbor, cujus flos Hyacinthus vocatus: Ejus proprietates. ibid. Delphinus Stella Oritur die 9. Januarii n.100. & occidit die 1. Februarii. n.192. Vide 825.

Dextera manus à n.200. vſque ad 2000. enumerat. n.1027.

Diana.

Ejus nativitas die 6. Aprilis, quo ejus Templum ab Heroſtrato incenſum. num.516. Vnde dicta: tres hoc nomine nuncupatæ: Virgo exiſtimata: ab hominem conſortio ſeparata: Venationi data, vt virginitatem melius ſervaretur: pro Dea venationis culta, ſub ejus tutela ſylvæ & Luci poſiti: fœminarum, maximè parturientium auxiliatrix. n.334. & 335. Luna, & Hecate, atque elementorum Præſes putata: ibid. vide Hecate. Dianæ, & Cervam, & canem ſacrificabant; hujus ſacrificii ritus. n.336. Adoleſcentes in Ejus cultum fortiter verberabant virginem, & puerum, qui forma eſſent præſtantiſſima, mactabant. n.334. Ejus variæ picturæ. n.336. Diana præcipuè culta, quia virgo certe exiſtimata: Apud Epheſum Ejus Templum ſic magnificum, vt inter ſeptem Orbis miracula numeretur: quod evertere noluit Alexander Magnus, quia dicatum erat ab omnibus, quæ appellaba-

Digitized by Google

cùr Magna Diana Ephesiorum. num. 537. in Templo hoc vota offerebant ob depulsum periculum, vel acceptum beneficium: Erantque ibi signa, & imagines Dianæ, aut Templi, literæque Ephesiæ, quas contra febres, morbos &c. habebant. ibidem. Dianæ elogia, & attributa. ibid.

Dies.

Festi, & Profesti, Intercisi, & Endotercisi nuncupati. n. 25. & 26. quales sint. n. 492. dies festi divisi in sacrificia, Epulas, Ludos, & ferias. ibidem. dies Profesti, in Fastos, Comitiales, Comperendinos, & Statos. n. 35. Eorum differentia. ibid. & n. 36. dies Intercisi communes diis, & hominibus, quales. ibid. dies Endotercisi in quo ab Intercisis diferunt. n. 25. Dies Præliares, & non Præliares; Fausti, Infausti, Atrii, Funesti, & alii. n. 37. Vide n. 492. diei spatium in quatuor partes, sive vigilias divisum: à qua hora incipiebat juxta varias nationes. n. 38. Dies, quos per singulos anni menses variis diis Sacrabant. n. 49. & 50. dies Canieulares sunt à 16. Julii vsque ad 24. Augusti. n. 991. vel à die 18. Julii, vsque ad diem 5. Septembris. dies solemnis magnorum mysteriorum apud Athenienses. n. 1478. & dies Jovi dicatus majori cotius anni solemnitate. ibid. Dies Austrina, & aëris conturbatio. n. 920.

Digiti manus, quo nomine vocentur. num. 1009.

Dii.

Gentilium in tres classes distincti. n. 6. Eorum numerus. n. 7. primæ Classis Selectos, & Consentes vocabant: ipsorum nomina: singulis eorum suum mensem Sacrabant. n. 8. Cur sic appellati. ibid. secundæ Classis Indigetes dicti; qui, & quare. ibid. tertiæ Classis erat eorum per quos dabatur ascensus in Cœlum. n. 9. dii minores Semones vocati, quare, & qui: Eorum officium agrorum Præsidis. n. 9. & 10. dii Rustici, eorum officia, ac nomina. ibid. Variarum rerum Præsides. n. 11. dii Miscelanei: eorum nomina. n. 12. dii Peregrini, cur sic vocati: Eorum nomina. ibid. dii Topici, Novensiles, & alii. ibid. dii Manes, sive Inferi. ibid. dii Consultores 30. astra esse dixerunt. n. 8. dii Gentilium quos Hebræi coluerunt. n. 380. dii Custodes Vrbium, & gentium. n. 8. dii 12. ex selectis consentes, & Vrbani, & quasi Jovis Consiliarii, sex mares, & sex fœminæ: & totidem ex diis Rusticis. n. 9. & 10. dii Avernunci vnde dicti. n. 1037. dii Fabulosi, alios Cælestes, alios Aëreos, alioque terreos nuncupabant. n. 1325.

Diluvium vniversale, Ejus fatales aquarum Strages die 17. Septembris cessare coepisse. n. 1316.

Diocletianus Imperator, cujus Regia incendio cœlitus emisso exusta. n. 1402.

Diogenes Cyrinus à militibus occisus. num. 898.

Dionisius, Liber Pater dictus: cognominatus Liberator, jam ab expeditione linguæ, jam à liberatione servitutis, jam ab indigio libertatis. n. 1514.

Dionisius lapis prætiosus: Ejus proprietates. n. 1442.

Dis Deus, Jovis, & Neptuni frater, cui omnis terra dicata; pro sole acceptus. n. 174.

Discus est quædam moles rotunda, Saxea, plumbea, vel ferrea. n. 49.

Domitianus Imperator, natus die 24. Octobris: cujus dies festus Romæ magnifice celebratus Ejus jussu, qui hunc mensem suo inquinavit nomine. n. 1516.

Domitius Calvinus Proconsul, Romæ triumphavit. n. 995.

E

EBur est dens Elephantis. n. 954.

El, lingua Syria vocatus Sol. n. 1716.

Electrum, gemma prætiosa, triplex: primum ex gummi arboris frigore indurata: Secundum est metalli species, quæ naturaliter invenitur: Tertium fit ex tribus partibus auri, & vna argenti. n. 1612. paleas attrahit sicut magnes ferrum: facile colorem, ac tincturam recipit: & aliæ proprietates. ibid.

Elephans ab Elphio monte dictus: Barrus, vel Barro ab Indis vocatus: Ejus proprietates. n. 954.

Elis, elidis, fluvius juxta quem Ludi Circenses in Jovis honorem agebantur. num. 979.

Epaminonda dux, qui in Lautrica pugna victoriam de Lacedemoniis reportavit. num. 791.

Epicurus pro Deo habitus: dies 20. cujusvis mensis ei sacratus. n. 49. fol. 12. Ejus imago in annulis, & poculis ferebatur insculpta. ibid.

Epulæ sive convivia deorum quomodo fiebant. n. 27.

Epulum Minervæ quale: Ejus ritus. n. 1375. Vide 1383.

Epulum Lectisternium nuncupatum, ad quod Jupiter, Juno, ac Minerva, placandæ ingratia, invitati. n. 1005. Vide 1589. & 1590.

Erebus inferorum fluvius n. 1245. Varie nominatus: ex eo, & nocte omnes miseriæ oriuntur. n. 1244.

Eumenides deæ speculatrices. n. 1036.

Exordium lætitiæ celebratum, eo quod à die

Digitized by Google

23. Martii sol diem longiorem efficiat. n.469.

F

Faba herba florem album, nigrum, purpureum, ac odoriferum producens. num. 915. & 638.
Fabius de Hispania triumphavit. n.1453.
Fabius Maximus in Consulatu; Romæ obiit. n.1785.
Fabiorum ædes, Ejus causa. n.217. & num. 257.
Faces, ac Cereos accensos, in tribus solemnitatibus Romani portabant. n.1735.
Fanum vnde dictum. n.16.
Farina à frumento, vel farre dicta. n.1033.

Faunus.

Primus fuit qui diis sacravit Fanum, seu Templum: & ideò pro Deo habitus. num. 16. Primus qui agrestes homines ad deorum cultum reduxit; Templa saeravit: Lucos, & jus sacrificiorum ordinavit, à quo Templa appellata Fana: à Romanis inter Deos Indigetes relatus: à fando dictus: Deus inferus; ac pestilens putatus, atque parturientium, sylvarum, & agrorum. n.255. Cui Templum, & Faunalia festa dicata: Ejus pictura, & sacrificia. n.256. Vide. n.1663. & 1664. Fauni propria nomina erant Satyri, Sylvani, Sileni, & alia. n.1664. Aliquos eorum vidit. S. Antonius Abbas: eorum forma, natura, & nominum etymologia. ibid. & n.1665.
Favonius à fovendo dictus. n.917.
Februarius Deo infero dicatus: sub tutela Neptuni positus: vnde dictus: Cur 28. diebus tantum constat, n.186. Ejus varia nomina. n.187. & 188.
Februa, seu Juno: Sopita vocata: mater Martis: Vnde dicta: Ejus festum Februa, seu Februm dictum: Ejus pictura. n.196. & 208. & 209. & 210.
Februalia acta in honorem Junonis Februæ matris Martis; vt ejus filius cultoribus victoriam de hostibus concederet: quod festum, & Ambaruale dicebatur, in quo Vrbem lustrabant cum cereis, radis; ac facibus accensis. n.190. & 252. Ejus ritus, in quo vtebantur ramo arboris puræ, quæ Agnus Castus nuncupatur, & Virga pinea. ibidem.

Feriæ, Feriæ.

Feria, vnde dicta: feriarum differentia. num. 1257. feriæ aliæ publicæ, aliæ privatæ: earum quatuor genera, scilicet stativæ, Conceptivæ, Imperativæ, & Nundinæ. n.33. & 34. Sementinæ feriæ Romæ celebratæ: à quibus hoc festum institutum; & cur Cereri dicatum. num.148. Feriæ Latinæ, Festum à Tarquinio institutum; qui & designavit Romæ Templum variis nationibus commune: vt convenientes quot annis in designatum locum nundinas, & inducias facerent, sacrificia, & epulas. n.586. feriæ natalitiæ ob fulgurum, & funerum expiationes institutæ, & celebratæ: earum ritus. n.886. Pastorum feriæ, putata Palilia, Pali Pastorum deæ dicata: earum ritus, causa, & sacrificia. num. 1486. Vide festa Palilia. feriæ Caprotinæ, in honorem Junonis Caprotinæ, ab ancillis cultæ. n.942. Origo, & ritus. n.943. feriæ Jovi dicatæ, quæ & Lalentalia dicta: hujus festi origo. n.1744. feriæ Marti, Carnæ, & Monetæ dicatæ. n.778. feriæ Lunæ. n.1174. feriæ Vertumni. num. 1531. & 1533. feriæ Pistorum. n.916.
Feronia, aut Ferona, à ferendo juvamen dicta. Vide Juno.

Festum, Festa.

Festum Apollinis magna cum solemnitate celebratum: comœdiis, conviviis, ludis, & variis spectaculis decoratum. num.928. Vide festum solis. festum Junonis Caprotinæ ab ancillis actum. Vide feriæ Caprotinæ festum Laribus sacratum: Ejus causa. n.49. & n.942. festivitas messium Ceteri dicta. n.960. & 961. in hoc festo quid faciebant mulieres. n.1107. festum Fortunæ Muliebris ob Templum ei dedicatum quòd prius agebatur Kalendis Decembris ob finitum bellum Coriolani; postea translatum ad diem 14. Julii, quo Ejus Templum fuit consummatum, publica pecunia extructum: hujus festi origo, & alia. n.976. & 977. & 1651. festum Puellarum. n.987. & puellarum, & puerorum simul, per dies 5. n.449. festum Castoris, & Pollucis ob Templum eis dedicatum: Ejus causa, & ritus. n.987. & 988. festum funebre ob Adonidis mortem. n.987. festum Lucaria dictum, in Asyli loco celebratum. n.202. & 1010. festum, sive Centuria, Centesimo quoque anno celebratum. Vide Centuria. festa Neptunalia per tetræ moribus facta. n.1023. festa Furinalia, & Furnalia Furrinaliaque dicta, in honorem Furinæ facta. n.1037. festum Bœdromiæ, in Jovis honorem ob victoriam factum. n.1066. festum Spei ob Templum ei dicatum: à quibus, quando, & vbi celebratum. n.1067. festum Lignapesia vocatum, in honorem Herculis Magni Custodis celebratum: Ob eadem ei dicatum. n.1114. festum Thesmophoria dictum: in quo per 9. dies primitia frugum Cereri offerebant, à Matronis celebratum. n.1107. vide. num. 1469. festa Augustalia Romæ per 4. dies celebrata ob natalem

Digitized by Google

natalem Augusti Cæsaris. n.1115. alia vt ejus ad Romam reditus. n.1451. festum Servorum, & Ancillarum Ob Dianæ Templum Sacratum: Ejus ritus. n.1122. Vide. n.610. festum Saccas nominatum, quo servi Dominis imperabant. n.1132. festa Traianalia ob natalem Traiani acta. n.1146. festa Consualia Deo Conso dicata: eorum origo, & ritus. num.1132. & 1134. & 1164. in hisce festis à laboribus cessabant etiam equi, & muli. ibid. vide. n.1710. festa, Equestria certamina vocata; Neptuno dicata: eorum ritus. n.1135. festa Antoniana ob natalem Marci Antonii, die 16. Augusti. n.1140. festa Fontanalia, & Fontinalia dicta, Fontibus dicata, in eis puteos coronabant: eorum ritus. n.1142. & 1450. & 1453. festa Portumnalia Portumno Deo dicata. n.1143. festa Tiberinalia fluvio Tiberi dicata. num. 1144. festa Terminalia Deo Termino dicata: Rusticorum solemnitas: à Numa instituta; Ejus sacrificia, ritus, ac Termini fabulas, & pictura. n.308. & 309. & 313. Vide dies 17. Augusti. festa Vinalia in Augusto celebrata: Rustica dicta, Jovi, aut Veneri dicata tempore Vindemiæ: eorum ritus. n.574. & 575. Vide 21. Augusti. Alia Vinalia celebrata. 22. sive 23. Aprilis. Vide. ibi Venatorum festum Dianæ dicatum: Ejus origo, & ritus. n.1158. festa Vulcanalia Vulcano dicata: eorum ritus. n.96. vide 23. Aug. festa Ambarualia Cereri dicata: Eorum Sacrificia. num. 151. vide n.700. & n.1180. festa Phallagogia à Matronis in Veneris honorem acta: eorum ritus. n.1187. festa Vertumnalia, seu Volturnalia Vertumno dicata, n.1123. vide n.1192. & 1194. & 1460. festum omnium Idolorum à Tartaris celebratum: Ejus ritus. n.1196. festum Piscium ab Ægyptiis actum, Ejus ritus, & origo: quibus diis pisces offerebant. num. 1259. & 1260. festum pangendi clavum in Capitolio pro nota numeri annorum: Ejus origo, ritus, & beneficia ab clavum fabulata. n.1283. festum Equorum probandorum à Romanis celebratum: Ejus origo. n.1289. & 1593. festum dictum Parentationes defunctorum dimicantium pro Gratia: Ejus ritus. n.1299. Parentalia festa pro defunctis. n.172. & 290. festi dies Aruales, & Ambaruales Cereri, & Baccho dicati, pro frugum, & vini vbertate à Romulo instituti: quo ritu. num.1334. vide n.700. festa Meditrinalia in honorem Meditrinæ, sive Medeæ à mulieribus tantum celebrata: vnde dicta. n.1384. & 1385. & 1447. festa Robigalia Robigini Deo dicata: à Numa instituta: eorum ritus, & alia. n.10. & 580. festum Luminum, & Lampadarum. n.96. & 209. festa Vulcanalia. ibid. n.96. festa Agonalia, sive Agonia, Deo Agonio, vel Jano dicata: à Numa instituta: Vnde dicta: eorum ritus. n 101. & 565. & 689. festum Novendiale per 9. continuos dies actum: Ejus origo, & ritus. n.102. festa Carmentalia Carmentæ deæ dicata, quæ & Nicostrata, & Themis vocata, Cœli filia, Carmine dicta, ex qua justitia, lex, & pax ortæ. n.107. ejus pictura, & festi origo. n.108. Hoc festum iteratum fuit pro pueris, & virginibus, & vt partus forent felices. n.121. festum Musicorum: Ejus origo, & ritus. n.139. festa Equiria, à cursu equorum vocata in honorem Martis instituta. n.163. & 423. festa Bacchanalia, quæ liberalia, Dionisia, & Orgia dicta, Baccho dicata: eorum turpis ritus, & prohibitio. n.380. vsque ad num. 384. Vide. n.436 festum Ancyliorum, à Saliis factum. n.348 & 354. & 408. festa Argea, vnde dicta: eorum ritus: Herculi dicata. n.436. festa Quinquatria Minervæ ob ejus natalem dicata: à pueris, & puellis celebrata: vnde dicta: ritus, & alia. n.450. & 451. & 455. Vide. 1001. & 1478. & 1606. festum Diamastigosis, ideſt, flagellatio appellata: ejus ritus. num. 469. festa Hilaria, vnde dicta: in honorem Matris Deorum facta: eorum ritus. n.469. & 473. Vide. n.1552. festa Magalesia dicata Cybeli: vnde dicta: eorum origo. n.484. festum Vernalia dictum Veneri sacratum: ejus ritus. n.501. festum Thargelia dictum Apollini, & Dianæ dicatum: à quo Aprilis denominatur, quo mense duos homines immolabant, Vnum pro maribus, alterum pro fœminis. n.501. & 503. Vide. 522 festum, sive solemnitas Apaturia: cur facta: Ejus ritus: quatuor complebat dies variis nominibus nuncupatos. n.503. festa Cerealia in Cereris honorem facta: eorum ritus. n.532. festa Fordicidia à Numa instituta, dicta à bove forda, seu gravida. vnde & Hordicidia appellata: eorum causa, & origo. n.551. festa Parilia, sive Palilia, Pali Pastorum, Hortorumque deæ dicata: cui Pastores pro partu pecorum, Agricolæ pro quodrupedum partu sacrificabant: Vnde dicta. n.570. festum Plinteria Cereri dicatum: tria in eo numina jurare permissum: ejus causa, & necessitas. n.581. festa à Græcis Pyanopsia, seu Pianepsia dicta, Apollini dicata: eorum ritus. num. 587. Vide n.1436. festa Floralia. n.591. & 596. festum Vmbraculorum: vnde dictum, in Minervæ honorem factum. num. 602. festum Solemne Majuma appellatum: Maiæ, quæ & Bona dea dicta, dicatum,

per

per 7. dies: Ejus ritus, & sacrificia à Virginibus, & Matronis castis, pro salute populi acta. n.603. festa Compitalia, seu Compitalitia quotannis Laribus dicata: eorum ritus: Crudele sacrificium, sed postea moderatum ex Junii Bruti instituto: & bis actum floribus vernis, & æstivis. n.610. & 611. festa Lemuria Romæ celebrata ad fugandos è domibus lemures, & terriculamenta, nocturna, à Romulo instituta: eorum causa, & origo. n.634. & 635. Vide n.1407. festum Luminaria nuncupatum, seu dies lampadarum Athenienſium: quæ celebritas fuit triplex, Minervæ, Vulcano, & Prometheo dicata: Ejus causa, & ritus. n.640. & 643. festum Monophagorum dictum, ab Ægineſibus celebratum: Ejus causa: Neptuno sacrificabant, & exercebant salutationem, & choream per 16. dies, Convivia silentio inter se celebrantes. n.650. festa Carnea Æpollini dicata per 9. dies: eorum origo, & ritus. num.520. & 523. Viden. 722. festum Opalia dictum, ab agrorum cultoribus Opi dicatum. n.738. Vide num. 1730. festum Hecatombeum Apollini dicatum. num. 765. festa Fugalia, Fugiæ deæ dicata, quæ Fugia, & Lætitiæ dea dicta. n.799. festa tria: Vnum Menti, alterũ veneri, alterũ Phœbo dicatum. n.807. festa Nudipedalia, Vestæ à Matronis dicata, quæ nudis pedibus ad Ejus Templum pergebant: eorum origo. n.810. in hiſce festis molæ furmentariæ, & asini floribus coronabantur: hujus causa. n.812. festa Matria Deæ Matutæ dicata: Ejus Templum à Servio Tullio Rege extructum, postea à Camillo ex voto refectum: Ejus Sacrorum ritus n.820. festum celebre Chronia, aut Cronica, à temporum diuturnitate dictum: Tempori, vel Saturno dicatum. num.831. festum Tibicinium, & Minusculæ, Quinquatrus appellatum: Minervæ Sacratum: Vnde dictum; Ejus ritus num.835. origo hujus festi. n.836. Vide n.1737. festum Solemne ob purgatum vestæ delubrum. n.845. festa Metoecia, in honorem Theſei instituta, eorum causa. n.847. festum Boëdromia dictum, in Jovis, vel Junonis honorem actum ob victoriam num.1066. Apollini dicatum, in memoriam Victoriæ à Theſeo de Amazonibus reportatæ n.888. festa Panathenea vocata, ab Erichthonio instituta, in Vulcani, & Minervæ honorem: postea à Theſeo quotannis in Minervæ cultum ampliata: eorum ritus. num.899. festum Theſmophoria sacra dictum, à Theſeo institutum, & à mulieribus honeſtis celebratum in honorem Cereris: Ejus causa, & ritus. num.1429. & 1469. festum Pyanepſia, seu Pyanopſia, seu Pyanopſia dictum: Apollini dicatum: Ejus origo, & ritus. num.1402. & 1436. & festa Oſchophoria in honorem Theſei: eorum ritus n.1437. alia in honorem Minervæ. n.945. & alia Apollini, & Minervæ dicata. n.1445. festa Elaphebolia in honorem Dianæ venatricis: eorum Sacrificia. n.189. & 319. festum Sacrum Vestæ putatæ præsidi ignis. n.189. festum Ambaruale, aut Lustrationis, Februo dicatum: Ejus ritus. n.190. & 195. festum Februum, aut Februalia dictum, actum pro defunctis. n.190. & 196. Vide n.345. festum Apophoreta vocatum: ejus ritus. n.191. festa Lupercalia in honorem plurimorum deorum: eorum sacrificia, & ritus: Lustrationis causa instituta n.265. festa Quirinalia, dicata Romulo, vocato Quirino. n.283. festa Fornacalia deæ Fornaci dicata ex Numæ cõstitutione instituta eorum causa, & ritus. n.288. & 293. festa Feralia diis Manibus, seu Inferis dicata. n.293. & 297. festum Chariſtia, seu Eucharistia vocatum, quo cognati, & consanguinei conveniri solebant, & invicem mutua dona donare, solemne convivium facere, pacis, amicitiæ, ac reconciliationis gratia n.302. festum Regifugium, actum in memoriam diei, quo Rex Tarquinius à Roma profugus discesſit ob patriæ libertatem n.318. festa Matralia, seu Matronalia, à Matronis acta in Martis honorem ob quinque causas: eorum ritus, ac tria Matronarum munia consecuta. n.357. & 358. festa Mamuralia, sive Aneylia Marti dicata, à Numa instituta: eorum causa, ritus, & pictura Saliorum festum celebrantium. n.354. & 355. festum Munychia Dianæ dicatum, ita dictum à menſe Martii Munychion dicto, vel à Munychio dicto, vel à Munychio rege, qui Templum ipsi Dianæ erexit. n.356. hujus festi causa fuit ad sedandam famen, aut pestem à Diana Athenienſibus immiſſam, propter Vrſam ab ipsis occisam ipsi deæ dicatam: Ejus ritus ibidem. Festum ob famem, pestemque sedandam Dianæ dicatum, & à virginibus celebratum n.356. festum Duodenarium, sic vocatum à 12. anni mensibus, in quibus Sacrificium ex 12. animalibus offerebant. num.350. festa Auguſtalia: sic dictus Auguſti Cæsaris ad Romam reditus. n.1451. festum Solemne Marti bellico dicatum, cui equus victor immolatus, & October vocatus: ejus ritus. n.1461. festum Armiluſtrium nuncupatum, ab armatis celebratum: Marti dicatum: à Servio Tullo institutum: ejus ritus, sacrificia, & luſtratio exercitus. num. 1478. festus Dies, quo mysteria magna, aut minora celebrata: soli, seu libero, aut

Digitized by Google

Baccho dicata. n.1485. festa Pambœotia, dicta Panhellenia, à tota Græcia Palladi dicata: Panionia nuncupata, quatenus à tota Jonia celebrata: eorum origo, & ritus. n.1496 & 1503. festa Chalcea Minervæ, Vulcano ab Athenienſibus inſtituta & dicata: eorum cauſa. n.1503. & num. 1535. festa Pyratheia vocata, in eis Perſæ ſolem, & lunam colebant, quibus fana Anaitides dicabant: eorum ritus. n.1507. festa Limna, aut Limina Baccho dicata à Theſeo inſtituta: eorum ritus. num. 1577. festa Pithægia Baccho dicata: in quibus vini dolia hauriebant, fundebant, libabant, & bibebant vinum: hinc Bacchus à Pithone occiſo Pithius vocatus, ejuſque festa Pithegia. n.1579. 1581. & 1589. feſtum Silicernium dictum n.1581. Vide Silicernium festum Choes nuncupatum à Themiſtocle in Bacchi honorem inſtitutum: ejus origo. n.1584. festum Chytra nuncupatum, in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant, & Baccho, ac Mercurio offerebant, hujus feſti origo, & ritus. n.1585. & 1705. feſtum Minervale dictum, actum in honorem Minervæ. num. 1588. feſtum Luctuoſum per quatriduum actum in luctum, & honorem Iſidis, in quo lugebant quatuor. n.1606. feſta Mercuralia in honorem Mercurii à Mercatoribus celebrata per dies tres. num. 1615. Vide 674. feſtivitas Accenſio luminum dicta, in Oſyridis inveſtigatione, & Vulcani cultu celebrata num. 1615. Ejus origo, & ritus n.1616. feſtum Solemne Epicureo dicatum. n.1620. feſta Brumalia Romæ celebrata à die 24. Novembris vſque ad 24. Decembris à Bruma, ideſt hyeme, dicta & Hyemalia vocata: à Græcis Ambroſia nuncupata, à Romulo inſtituta, Dioniſio, ſeu Baccho dicta: eorum ritus. n.1618. Vide. n.1671. & deinceps feſta Poſſidonea, vel potius Poſidonia dicta, à Græcis acta; in eis certamen Palladis, & Neptuni agitatum: eorum cauſa, & ritus. n.1650. feſtum Solis à Græcis quotidie per annum actum: Ejus ritus. n.49. Specialiter die 22. Octobris. n.1503. feſtum Oſcophoria vocatum, per ingenuos pueros Athenis actum in honorem Minervæ. n.942. & 945. feſtum ab equitibus Romanis actum more caſtrorum ob victoriam à Romanis de Latinis partam: magnis cum cæremoniis celebratum: Ejus ritus, alia. num. 987. feſta tria ſimul facta: Vnum Minervæ, alterum Jovi Invicto, alterum Adonio, Oſyridi, aut ſoli dicata. n.839. feſta Mæmacteria, Jovi Turbido, & Impioſo dicata, ad Jovialium. impetũ ſedandũ n.1218. feſta Termovena, Romæ celebrata. n.1539. & 1547. feſta Faunalia; eorum ritus, & Fauni fabula. num.255. & 256. Vide dies 5. Decembris feſtum Conceptionis pulcherrimæ Veneris ex albidis, Spumoſis vndis, die 8. Decembris celebratum ingenti omnium jubilo. n.1677. & 1678. ipſius Veneris ſimũlacrum, ſeu rara pictura in hac feſtivitate culta. ibid. feſtum Junonis Romæ factum, vt puellis factum matrimonium: nuptis felicem partum, viduis proſperum iter porrigeret, ejus ritus. n.1690. feſta Junonalia, Sacrata Junoni nuptiarum auſpici. n.399. feſta, ſeu ſacra Halcyona dicta, per 13. dies acta; eorum origo, & cauſa. num.1700. feſta, ſeu ſacra Septimonia nuncupata: eorum ritus. n.1701. feſta, ſeu ſacra Plumina, apud Indos à rege, & omni populo celebrata: diis ſuis equos albos, & tauros nigros immolabant pro regis ſalute, & incolumitate, ac totius regni, & populi. n.1703. feſta Saturnalia Saturno dicata, inſtituta à Jano, vel à comitibus Herculis: vel à Pelaſgis, eorum origo. num.1718. & 1719. Variè hæc feſta nominata juxta diverſas nationes. n.1720. eorum ritus, & ſacrificia. n.1721. feſta Sigillaria, eorum cauſa, & origo. num.1732. & 1733. feſta Oſcilla ſacra dicta Saturno, Jovi Laziari, aut Icaro dicata: vnde dicta, & eorum origo. n.1732. & 1734. feſtum Tibicinum in Saturnalibus actum: ejus origo. n.1736. feſta Angeronalia, Divalia dicta: Angeronæ dicata in Sacello Voluptiæ, eorum origo, & ritus. num.1741. feſta Orealia dicta, Laribus dicata: quos Canum pellibus, vt domorum fide Cuſtodes eſſe, ornabant, & floribus, ſertis, thure, & fruge colebant. n.1740. feſtum Herculi, & Cereri dicatum: ejus ſacrificia, & ritus. n.1743. Vide 785. feſta Larentinalia Aceæ Laurentinæ Aceæ Laurentinæ dicata: eorum cauſa, origo. n.1754. feſtum à Romanis celebratum die 25. Decembris quo inter cives Romanos conſignabatur libertas, & Domini cum ſervis, & ancillis ludebant. n.1759. feſtum Vacunalia dictum, Vacunæ vacantium, & otioſorum deæ, quam agricolæ poſt perceptos fructus colebant. num.1785. Vide Vacuna feſtum Mercatorum, & ſervorum. n.428. feſtum ob natalitia Veri Imperatoris. n.536. feſta tria ſcilicet Veſtæ, & Floræ, & Apollinis. n.595. feſtum Genio dicatum. n.564. & 1667. feſtum Matronarum nuptarum factum membra corporis invelata. n.883. feſtũ Ambroſia dictũ, die 24. Novembris celebratum. n.1628.

Ficus à fœcunditate dicitur: ejus proprietates, & præcipuæ quod tauri ferociſſimi ad ficum alligati repentè manſueſcunt. n.950. Vide 391.

Digitized by Google

Ficus arbor Romulea dicta: cunabulis Remi, & Romuli conſecrata: conſervata per 840. annos, poſtea arefacta Dei conſilio. num. 1329.
Fides Dea, cui ædes dicata in Capitolio, Jovi vicina: ejus cultus, ritus, & 5. picturæ. n. 1603.
Fidicula Stella: oritur die 16. Novembr. nomen diminutivum, quod parvam fidem, parvam lyram, & inſtrumentum torquendi ſignificat. num. 1535. 1599. & 1603.
Fidius, fidei Præſes, Sanctus, & ſemipater vocatus: ejus myſteriosum ſimulacrum cum amore, honore, & veritate conjunctum: hinc numen verbis trinum, re vnum dictus. num. 740. 792. & 797. pro Jove ſponſore fidei putatus: Præſes fœderum juramento firmatorum à fide dictus: Deus conſœderator, mediator, interceſſor, qui pacem, amicitiam, & fœdera inter Deos, & homines conciliat, & alia plura à n. 791. vſque ad 794. Vide Baal Berith.
Flagellationis, ſeu Diamaſtigoſis ſolemnitas. n. 469.
Flavius Honorius Imperator natus die 9. Septemb. n. 1259.
Fletus Apollinis. Vide Apollo.
Flora, & Acca, & Laurentia dicta: Flava cognominata: pulcherrima meretrix Zephyro nupta: Romuli, & Remi nutrix: à Romanis Dea conſtituta: Præſes, ac tutelaris arborum, florum, & fructuum: ejus ſacrificia: cui annuos ludos dicabant; ejus pictura. n. 591. Vide n. 11. & 1754.
Flores, & frondes virentes anne ædes in Templis ſternebant. n. 1009.
Fraxinus arbor: ejus proprietates. n. 1425.
Fœdus vnde dictum: à pace diſtinctum. n. 495.
Fœdus Pontificis cum Cæſare factum, & preces publicæ. n. 916.
Fontes tres raræ virtutis: vna in Africa, quæ voces canoras facit: alia in Italia, quæ oculorum vulneribus medetur: alia in Epiro, quæ faces accendit. n. 1455.
Fortuna Dea, vel Deus, rerum humanarum Præſidens: ejus cultus cauſa: pro variis Diis habita. n. 726. Ejus elogia, & convicia: bona, & mala nuncupata: poscentiſſima; ſuoſque beans. num. 727. Ejus 9. picturæ. 728. & 729. Virgo pulchra à virginibus culta; ejus ritus, & cauſa. 501. & 502. Ejus ſimulachrum bis locutum die quo Templum ei Matronæ dicarunt; ejus dedicationis ritus. ibid. Vide n. 937. & 976. Variè nominata, 590. Vide feſtum Fortunæ.
Fugia Dea. Vide Lætitia.
Fulgur, & fulmen in quo differunt. n. 867.
Fulmen vinum in doliis exhaurit, aurum in ſacculis conſumit, gladium in vagina liquefacit, & in dolabro facit ferrum diſſolvi, & æramen dolium, ſaeculum, vaginam, & liguum non ledit. n. 897. Vide fulgur.
Fulvius Flavius de Vulſinenſibus triumphavit. n. 1539.
Furiæ à Gentilibus cultæ. n. 72. & 74. Earum picturæ. ibid. Plutonis adminiſtræ; pœnas mortalibus infligentes; tres numerantur, & earum nomina. n. 33. & 1037. Ab aliis mites, ab aliis ſoveræ, ac benevolæ nuncupatæ, & earum ſacrificia. ibid. Vide feſta Furinalia.
Furina Dea, in cujus honorem Furinalia ſacra celebrata. n. 1036. Inter ſpeculatrices Deas, & vindices numerata; cui Flamen Furinalis attributus. ibidem. Dicta etiam Forina, & Furrina. 1037.
Furor, ejus pictura terribilis. n. 165.

G

GAd, Deus Gentilium, pro Jove, Marte, & Aſtris ſumptus: felicitas, & fortuna interpretatur: pro Fortuna Dea putatus: à quo belli fortunam, & victoriam pendere, fabulatur, n. 726. & 977. Vide n. 1788.
Gallina, conſtellatio Cæleſtis, in modum gallinæ habentis ſub ſe pullos; quæ quidem ſunt Stellæ in ſigno Tauri, vocatæ Pleiades, vel Atlantides. n. 1367.
Gallus avis pro emblema vigilantiæ poſitus. n. 978. Avis Solis vocatus. n. 1506.
Ganymedes puer, qui ob præſtantiſſimam ejus formam Jovis juſſu, ab aquila in Cœlum raptus. n. 785.
Gemini ſignum Cœleſte. num. 12. notatur: ejus qualitates, aſpectus, & pictura. num. 418. 687. & 688. Vide ſignum Geminorum.
Genius; Deus à gignendo dictus: Præpoſitus rebus agendis: hoſpitalis, hortator ad bonum, tutelaris; domeſticum numen, & proprium vnicuique: ceuſtos ad portam putatus, & alia, quæ de ipſo fabulantur. n. 566. Ejus ſacrificia, & picturæ variæ. ibid. Bonus vnus, & alter malus. Vide 1563. & 1668.
Genus humanum natum (vt quidam putant) die 10. April. quo, & Chriſtus mortuus, & mundus redemptus. n. 535.
Germanicus Druſi filius, Romæ de Cheruſcis, & Argivariis triumphavit. n. 731.
Germen eſt prægnans ſurculus, dictus à gerendo. n. 1536.
Geta Cæſar à fratre Antonino in matris gremio occiſus. n. 324.

Digitized by Google

Geodiensus, ejus natalitia Romæ ludo celebrata. n. 1738.
Gotholonia, seu Cathalonia Principatus, & Provincia Tarraconensis : Saletania, aut Laletania nuncupata : Vnde dicta, ejus descriptio. n. 252.
Gratiæ tres in manu Apollinis, Tibia scilicet, fistula, & lyra. n. 1150.

H

H, Quid significet. n. 267. & 268.
Hedera ab hærendo dicta : ejus proprietates. n. 1162. Alexander suis militibus triumphatoribus hederæ coronam tribuebat. n. 390.
Hedus Stella, ejus Occasus die 9. Octobr. n. 1440.
Halcyone. Vide Alcyone.
Hammon, seu Ammon : ejus natalis celebratus : Jovis putatus : ab arena nominatus : variis speciebus cultus : ejus fabula; festi origo, ritus, & picturæ. num. 859. & 860.
Harpocrates silentii Deus : Juvenilis, & imperfectus : digito ad labia appresso natus : ejus sacrificia, picturæ, & festum. n. 1199. 1205. & 1206.
Hecate Dea, Diana dicta, Jovis, & Cereris filia, vxor Persei : variè nominata : ejus fabula, & attributa : Triviorum Præses, & elementorum : Hecate vocata, quæ vox centum sonat, qua infinita multitudo designatus, cum infinitas habere potestates credebatur. n. 765. Ejus sacrificium, & ritus. 766. Empusa dicta, quia mutari in plures, imò in formas innumerabiles fabulatur. 767. Ejus variæ picturæ, & sub nomine Lunæ. ibid. & num. 768. Vide à n. 331. vsque ad 333.
Hecatombe celebre Græcorum sacrificium, dictum opacum, umbrosum, sumptuosum, & splendidum ; quod etiam Hecatombea celebritas nuncupatum : Hecati Deæ dicatum, in quo 100. victimas ; in 100. altaribus immolabant : at si essent pro Imperatore 100. leones, aut aquilas, & alia. n. 332.
Hebe, filia Junonis, quæ genita sine patre fabulatur : à Jove in officium pincernatus assumpta, & Dea juventutis effecta : ejus pictura, n. 1295. Hebe auream habens coronam interpretatur. ibid. Vide Juventa.
Hebenus, arbor, seu lignum pretiosissimum, peregrinum, Indicum, & Æthiopicum, nigrum, ponderosum, & medicinale : at igni appositum, suavem emittit odorem: benedictum, Sanctumque dictum: ejus species, proprietates, & alia. n. 1297.
Hebræi Solem coluerunt, equumque illum sacrificabant. n. 1505. Ab Antiocho Rege seducti Jovi Olympico sacrificium offerebant. n. 1628. De mora Moysis in monte Sinai impatientes, in seditionem versi, adversus Aaron congregantur : jubentque surgere, & facere sibi Deos. n. 817. à die 11. Junii vsque ad 16. ejusdem in Vituli operatione laborarunt. n. 827. vsque ad n. 854.
Helim, locus in quo filii Israel 12. fontes invenerunt, n. 251.
Heliogabalus Imperator, Romæ ortus militari tumultu die 24. Novemb. n. 1628.
Heliotropium gemma viridis, superfusa guttis puniceis, ac venis sanguineis : ejus proprietates. n. 750. Est triplex, scilicet herba, flos, & gemma. 751.
Heniochus sidus: ejus Occasus die 3. Octobr. n. 1404.
S. Henricus, III. Imperator Hungaros devictos fugavit. n. 934.
Hercules 12. certamina heroica ab ipso acta, inter alia numerantur. n. 666. & 667. Alia ipsius gesta præclara. 668. A Romanis vt pulsor musarum, febris, & pavoris cultus : Phœnices, & Hispani, præcipue Gaditani, vt Patronum, & Advocatum peregrinorum, aratorum, itinerantium, & laborantium coluerunt, Templumque ei dicarunt. n. 669. Ejus elogia : pro Deo ; & Sole habitus, & 12. heroica gesta totidem Zodiaci signa fabulantur. 670. Pro Deo eloquentiæ veneratus, cui Arcades Templum cum aliis Diis dicarunt : ejus picturæ, & sacrificia. ibid. & 671. Custos magnus dictus : ejus festum lignaspeia vocatum. n. 1114. Alia pictura. 1118. multi Herculis nomine vocati : ejus fabula. 666.
Herfilia, ora vocata, conjux Romuli pro Dea habita. n. 285. in fine.
Heroes appellati sunt homines, qui ob eorum heroica opera celebrantur pro Semidiis habiti, & culti ; nec omnino mortales, nec prorsus immortales putati. n. 781. Vnde dicti. n. 1640.
Hereconalithon gemma 60. lapidum varietas, quod in parva quantitate 60. colores habeat, vnde lapis multicolor dicta. n. 349.
Hierosolyma, seu Hierusalem, ejus subversio quando facta. n. 1282. ob discordias Christianorum in Saracenorum potestatem reversa die 2. Octob. n. 1402.
Hippona equarum Dea. n. 11.
Hispania, seu Spania, à viro Spano dicto, nuncupata, vel à Sphania Hebraicè navis, vel navium classis : Hesperia dicta à Stella Hespero, quæ & Venus, & Lucifer vocatur : aut à Rege Hispalo, vel Hispano,

no, in hac regione dominante: aut à Pane Pania ab initio nominata. n. 1490. Fuit devicta, & in Romanam Provinciam redacta, cujus victoria per 50. dies celebrata. n. 1074. & deinceps.

Hirundo, avis munda, vigilans, velociter volans: quæ & mittebatur, vt nuncia victoriæ. n. 325. Hirundinum adventus die 25. Februarii, n. 324.

Honor pro Deo habitus, ejus picturæ. n. 740. Ejus Templum. Vide Templum Virtutis est honor, reverentia alicui tributa ob dignitatem: vel est testificatio excellentiæ alterius. Sumitur pro pudicitia, pulchritudine &c. ibidem.

Horatius Flaccus Poëta, natus die 8. Decembr. n. 1677. obiit die 27. Novembr. n. 1637.

Hostia: plures hostiarum differentiæ: earum nomina. n. 40. Vnde dicta & in quo à victima differt. n. 46. Hostiæ Ambarvales pro frugibus à 82. Fratribus, seu Sacerdotibus, circa arva Cereri, & Baccho sacrificabantur: earum ritus. n. 40. cap. 6.

Hyades, quæ & Suculæ vocatæ, sunt 7. Stellæ pluviales in capite Tauri, quæ suo ortu pluvias generant. n. 556. & 1509. Earum ortus. num. 608. vel 736. Occasus 534. & 556.

Hyacinthus, triplex est: & lana, & flos, & gemma. num. 614.

I

Januarius mensis, anni clavis: janua temporum, & actuum initium: dictus à Jano, cui consecratus: Pater futuri sæculi appellatus, & Demetrius: à Numa institutus: ejus varia nomina. n. 51. & 52. Januarii 1. dies, festus, & solemnis Romæ, quo se mutuò salutare, bonos annos augurare, & novum Magistratum instituere, mos erat. n. 53. Quo die populus Romanus offerebat Magistratibus folia lauri pro omni gratia salutari. ibid. Quo etiam Gentiles multas superstitiones observantes, formas monstruosas assumentes, tantùm à cæde Christianorum abstinebant. n. 54. Dies auspicalis dictus, quo omne operis genus inchoabant, & quare. n. 57.

Janitrices potestates quatuor, Janus, Cardea, Foculus, & Libentinus. n. 68.

Janus Sol putatus, & janua: ideo geminus, qui vel oriens aperiat diem, vel Occidens claudat. n. 51. Latinorum Rex, inter Deos relatus: ejus picturæ, & fabula. n. 52. Anni Solaris symbolum, & quadrifrons depictus. ibid. Vide à n. 65. vsque ad 69. ab eundo dictus: Græcè Chaos, idest, principium omnium rerum; vnde hominum, Deorumque Origo. n. 65. Vide alia plura, vt supra, & n. 1787.

Idolatria: ejus species tres, & varia Idolorum genera. n. 6. Vide 1714.

Idus: omnes Jovi factæ: cui ovis Idulis vocata immolabatur, sed Idibus Januarii vervex. n. 18.

Jejunium Hebræorum. n. 713.

Jeroboam Rex Hierusalem vitulos aureos fecit, posuit, & colere voluit in Bethel, & Dan. n. 715. 1563. & 1564.

Jerosolyma à Tito Vespasiano capta, & exusta die Sabbatho 8. Septembris. n. 1249. Vide Hierosolyma.

Igois, ejus proprietates, & elogia. n. 237. Solis symbolum, perpetuò servatus à Persis. n. 1506. Ignis æternus dictus, qui in ara Vestæ Kalendis Martii à Sole accensus, à Virginibus Vestalibus inextinctus, per totius anni cursum servatus, sub pœna statuta, qua Virgo socors puniebatur. n. 348.

Ilium vrbs, ejus destructio. n. 574.

Immolatio, vnde dicta. n. 44.

Imperatores fœminis illustribus donaria mittebant in festo Apophoreta vocato. n. 191.

Incendium cœlitus emissum super Regiam Diocletiani Imperatoris, quæ brevi consumpta fuit. n. 1402.

Indigetes Dii, vnde dicti. n. 1100. Vide n. 8.

Indii die 23. Decembr. Diis suis equos, & tauros nigros immolabant: eorumque Rex cum Regio comitatu ad fluvium lavatum accedebat. n. 1753.

Inferiæ in foro Boario actæ cadaveribus militum ibi defossis. num. 1637. Sacra mortuorum dictæ quæ inferis solvebantur: earum crudelis ritus. 1638. Earum origo. 1639.

Joachim Rex Hierusalem se stigmatizavit in honorem Idolorum, quæ ipse colebat. n. 1304.

Joachim: nomen Jovis. n. 456.

Joseph Patriarcha, filius Jacob, Apis, seu Serapis putatur: pro Osiride, & Adonide habitus. n. 771.

Jovianus, Imperator in Persia ab exercitu electus. n. 894.

Jovis

Ejus Templum Romæ dicatum magna cum solemnitate: Rector mundi, vitæ autor: divum Pater, & hominum fabulatus; à juvando dictus. n. 60. à nomine Jehova ortus; tres Joves, imò 300. finxerunt; ejus fabula; ejus pictura in qua figura vniversi complectitur. ibid. & 61. Alia quinque picturæ. ibid. Vide n. 197. & 420. Liberator liberalis, Autor libertatis,

Digitized by Google

catis, & ſervator cognominatus. n. 1077. & 1078. Alia ejus pictura. ibid. Templum ex voto ob victoriam ei dicatum: & Jovis Victoris pictura. n. 544. Ferretrius dictus aut à feriendo hoſtes, aut à ferendo pacem: ejus ſub hoc nomine Templum, vbi per ejus ſceptrum jurabant; & lapide ſilice fœdus feriebant; in quo Templo & Spolia, & arma ab hoſtibus reportata ſuſpendebant. n. 673. Vide 664. 811. & 837. Plura alia, quæ de ipſo fabulantur. Vide num. 10. 895. 197. 314. & 1600.

Iris nuncia Deorum, Cœli, & pluviæ. n. 80.

Iſis Dea, cujus eſt filia: prima tritici, & hordei inventrix dicta: legifera nuncupata, tamquam prima legum inventrix: cui columna verſibus exornata dicarunt. num. 84. Luna, Ceres, & Jo putata: artium inventrix: Variè nominata, & ideo Myryonimos vocata, ibid. Ejus ſacrificium, & ritus. n. 85. Ejus picturæ, & feſtum. ibid. & n. 83. & 88.

Ira, ejus imago per Vrſum adumbrata num. 165.

Judæi in Galia Capti, & bona eorum confiſcata. n. 1021.

Jugatinus, Deus Præſidens Jugis montium. n. 11.

Julianus Apoſtata in expeditione Perſica periit. n. 798. & 890.

Julius menſis vnde dictus, n. 909. Jovi dicatus, & ſub cujus tutela poſitus. 910. Ejus encomia, & varia nomina. ibid. & n. 911.

Julius Cæſar, menſe Julii natus. num. 909. & 969. De Hiſpanis triumphavit. 569. Ejus natalitium à Romanis, laureas coronas geſtantibus, celebratum die 12. Julii 967. Vide 987. Ab ipſo Hiſpalis capta. num. 1102. Julius Imperator, primus inter Cæſares Cæſar nominatus. 1130. Julius Romanorum Rex Romæ de Hetruſcis triumphavit. num. 1631. Julii Cæſaris ſtatua in Templo Veneris Genitricis collocata. n. 1365. Interfectus à conjuratis die 15. Martii. n. 428.

Juncus, planta recta, odorifera, florida, & intus purpurea, odorem mittens velut roſa: vulgariter Squinantus, ideſt, flos Junci: dictus à Schæpu, & Antos: nam. Græcè Antos eſt flos, Schænos, Juncus: ſed Squinatus pro vtroque ſumitur. n. 1373.

Junius menſis vnde dictus: ſub tutela Mercurii poſitus: variè nominatus: Soli ſacratus; ab hoc menſe anni initium ſumebant. n. 756. vſque ad 758. Ejus denominatio, & pictura. n. 759.

Junius Pera Conſ. de Salentinis, & Meſapiis triumphavit. n. 217.

Junius Brutus ob vlteriorem Hiſpaniam ſubactam triumphavit. n. 809. & 815.

Juno.

Cujus filia, ſoror, & conjux; variè nominata, à juvando dicta; omnium Deorum mater. n. 58. Dies Kalendarum ei ſacratus; Dea Pacifica, & divitiarum dicta, cui pavorem ſacrificabant. n. 59. Ejus picturæ. ibid. Vide 201. Maxima, Domina, Potens vocata; ejus cupreſſea ſimulachra per Vrbem proceſſionaliter geſtabant, qua in pompa 29. Virgines canentes, choreamque ducentes ibant; quas ſequebantur decem viri laurea coronati. n. 252. Anthia, ideſt florida, & Ammonia, ideſt Arenaria, cognominata. ibid. Moneta, à verbo moneo, denominata; in ejus æde libri lintei continentes facta Romani Imperii, ſervabantur. Feronia, aut Ferona dicta, de qua fabularunt, ſuper prunas nudis pedibus abſque læſione ambulare; aliud Junonis ſimulachrum ex ebore, auro, & cupreſſo factum; cui juxta mare erexerunt Templum, quod in mari periclitantes voverunt. ibid. Ejus pulchra pictura, quam Zeuxis depinxit ex quinque ſelectarum Virginum idea; Sponſa Jovis, & ab eo aureis catenis capta. ibid. Cui ſuem, & agnam ſacrificabant, & coronas ex herbis, & roſis offerebant. num. 348. Vide n. 763. 942. & 943.

Jupiter, in Capitolio igni combuſtus. n. 938. Vide Jovis.

Juſtitia; in cujus ſignum octo Deorum nomina in columna Ægyptia ſcripta ponebant. n. 236. Pro Dea habita; ejus pictura. n. 104.

Juturna Nimpha, à juvando dicta; dotata fluviorum, Præſidens in fontibus, ſtagnis. n. 109. Ejus Templi dedicatio. 106.

Juventa, ſeu Juventas Dea Juventutis, à Græcis Hebe nuncupata; eius fabula. n. 1294. & 1295. Auream habens coronam interpretatur, varie nominata; ejus pictura. ibidem.

Juventus Græca, die 10. per ſingulos menſes, ludos Olympicos agebat; Victorque Oleaſtro, & olea coronabatur. n. 960.

K

Kalendæ.

Primus dies menſis; dictæ quaſi colendæ, vel à Kaleo Græcè, Latinè voco. n. 56. & 914. Vnde dictæ Fabariæ. n. 761. Kalendæ cujuſvis menſis Jononi ſacratæ. n. 348. Cui Regina ſacrificiorum fuem, aut agnam offerebat; cæteræ vero mulieres coronas ex herbis, ac roſis. ibid. Kalendæ Martii celeberrimæ ob plures triumphos ipſo die partos; & renovationis ignis æterni dictæ. ibid. & num. 360.

Digitized by Google

Kalendæ Octobris, sub Martis tutela, dicatæ omnibus Diis; sed præcipuè Junoni, Jano, Apollini, & Lari familiari. n.1396. Vide n.53.

Kamau gemma pretiosa, à caumate dicta: diversis imaginibus, ac figuris sculpta, & variis coloribus ornata. n.744.

L

LAcedæmonii pro victoria Marti sacrificabant: sed magis incruentam, quàm cruentam optabant victoriam. n.1496. Quartarios vini (sicut Spartæ) Apollini offerebant, ritus. n.1518. & 49.

Lacrymatum Apollinis simulacrum per quatriduum fabularunt: cujus deploratio opinati fuerunt denuntiasse Romanis prosperum, Græcis malum. n.503.

Lætitia dea, nuncupata Vitula, Fugia, & Victoria: lætitiæ Præses. n.933. Vide num. 799.

Lætitiæ exordium. n.469.

Læua in numero, ab vnitate vsque ad 99. signat: dextera à centenario, vsque ad 1000. n.1007.

Lamentum cultorum Matris deorum, actum per dies 17. à die 17. Martii inceptum. n.436.

Lampades, & ignes lustrales: ritus quo accendebantur. n.880.

Lares Dii

& Cœlestes, & Terrestres, & Subterranei, & Inferi: Præsides, ac Custodes familiarum, domorum, atque itinerum: quibus priùs pueros sacrabant, postea pro eis papaverum capita. n.113.& 611. eorum sacrificia, ritus, & finis. n.114. eorum pictura. 115. Lares Præstites, quibus thus, Vinum, & coronas florum offerebant. n.681. & 683. ipsi quotidie per annum culti. num.49. Vide num.601. & 795.

Latona Apollinis, & Dianæ mater. n.925. à Junone persecuta. ibid. cui Vacca aureis cornibus sacrata. n.928.

Lavatio matris deorum: ejus origo, & ritus. n.497.

Laurea: die primo Martii tam in Palatino, quam in Curiis, atque domibus flaminum, ac in fascibus consularibus Laureas veteras amovebant, & illarum loco nonponebant. n.348.

Laurus dicata triumphis: victoriarum nuntia: domorum exornatrix, ac Romanorum lætificatrix. ibid. Laurus à laudo dicta, laudea vocata. n.971. est arbor victoriæ, quæ semper virescit: Jovi, & Apollini dicata: ejus proprietates. ibid. & n.972. & 328. & 1110.

Laurentia, quæ Tarentia, & Tarantia dicta: Vide Flora, quæ ipsa est.

Lectisternia facta in Ditis, & Proserpinæ cultum. n.1003. & 1005.

Leo Græce, idem est quod Latinè Rex, eo quod sit omnium animalium rex. n.538.

Leo signum cœleste, ejus qualitates, & aspectus: domus Solis, & ejus exaltatio. n.363 & 539.

Lex quædam nuncupata duodecim tabularum, quia facta à 12. Gubernatoribus reipublicæ. n.1148.

Libertas dea, ejus Templum ex multatitia pecunia extructum, à Tiberio Graccho dicatum: pileo significata. n.545.

Libertas inter cives Romanos consignata die 25. Decemb. n.1759

Libra signum cœleste: numero 8. notatum: ejus qualitates, aspectus, & pictura. num. 404. ejus occasus. n.529. Vide n.1275.

Lilium, ejus descriptio. n 598.

Litera: literarum elementa certos numeros possident, per quos, in summam collectos, de rebus occultis instruimur. n.267. litera H, præcipua est nominis Dei Tetragrammaton: bisque in eo ponitur, & quare. Significat quinque, hoc est, quintum millenarium annorum Mundi. ibid.

Lucaria festa à luce dicta, quod propter lucem amissam instituta. n.1010.

Lucerna inextinguibilis è Cœlo delapsa. n.986.

Lucerna constat quatuor, scilicet vitro, aqua, oleo, & luce. n.1623.

Lucina partuum dea: ejus festum Kalendis omnibus celebratum: n.1068. Juno, & Diana nominata: vnde dicta, & vbi culta. ibid. ejus picturæ. n.1069 terra putata, & quare. n.1070. Vide Opis.

Lucinius Crassus Romæ triumphavit. n.923.

Luctus à Matronis factus per 30. dies ob inventam Proserpinam: ejus ritus. n.561. alius luctus Romæ ob eædem Servii à Tarquinio patratam. n.815.

Luctui sacratus dies 11. cujusvis mensis. n.1013.

Ludus: Ludi.

Ludus à lydis, ludo, vel luce dictus: eorum diversitas, & nomina: à n. 28. vsque ad 32. sacri, & votivi, & funebres, & ludicri vocati. n.29. quibus Diis dicati. n.30. Vide 341. Ludorum pompa, & ritus. n. 342. Ludi Apollinares, & Pythii, à Pythone serpente vocati: Apollini dicati: eorum causa, origo, & ritus. à n.924. vsque ad n.928. Ludi Romanorum in honorem Castoris, & Pollucis. n.946. Magni appellati, & quomodo facti: ob victorias de vicinibus Civitatibus partas instituti. n.947. Ludi Olympici à Græca juventute celebrati, die 10. & 30. cujusvis men-

Digitized by Google

mensis. n. 49. Ludi Circenses, quibus Diis sacrati. n. 973. vnde dicti, eorum ritus. 974. in eis asinos coronabant: & Marti Victori dicabant. n. 1152. Vide 654. Ludi Victoriales à quo instituti. n. 1001. Ludi sæculares in honorem Apollinis, & Dianæ: centesimo quoque anno celebrati pro salute hominum, & fraude dæmonum. n. 1002. & 1003. etiam pro salute totius Imperii, & Romani populi incolumitate, pro avertenda deorum ira, ira, & ab ipsis gratia obtinenda. n. 1004. Ludi Nocturni, ad aram Ditis, & Proserpinæ facti pro omnium salute, &c. n. 1003. eorum ritus. n. 1005. Ludi Neptumnales: eorum causa, & ritus. n. 1021. & 1023. Ludi votivi Jovi dicati per dies 10. n. 343. 1043. & 1533. ab Imperatoribus servati. n. 1100. Ludi Eleutéria, idest, liberatoria dicti: à quibus instituti: eorum ritus. 1077. Ludi Nemei à regione Nemea, & sylva nuncupati: funerales dicti. n. 1114. & 1116. eorum origo, ritus, & præmium. ibid. Ludi Romani vocati, & Circenses, & magni: eorum origo, & ritus. n. 973. 974. & 1237. Ludi Equestres in Romuli honorem acti: ejus ritus. n. 1328. Ludi triumphales ob Actiacam victoriam. n. 1330. Ludi quinquenales, decennales, Actii, Musici, & Gymnici ab Octaviano Augusto instituti. n. 1331. Ludi Natalitii in magnorum virorum natalibus acti. n. 1342. Ludi Fatales, qui & funebres, & Gladiatorum nuncupati: eorum origo, & ritus. n. 1379.

Ludi, Compitalia dicti Diis Laribus, ac Maniæ Larium matri dicati. n. 112. eorum ritus, & origo. 113. & 1748. Ludi Palatini ab Augusto Cæsare instituti. n. 125. Ludi Magalenses in honorem Cybelis matris deorum: casti putati: à nobilibus dumtaxat acti: eorum origo, & ritus. 512. Ludi Cereales, Eleusini vocati, in Cereris honorem acti, à Græcis inventi: eorum ritus. n. 541. Ludi antii, ab Antio vrbe appellati; vbi celeberrimum Templum Fortunæ dicatum, in cujus honorem acti. n. 590. Vide Antium. Ludi Floreales in honorem Floræ, annuatim à mulieribus noctu celebrati: eorum ritus, & origo. num. 591. Ludi Maximi vocati, quia in Circo Maximo acti. n. 619. etiam Compitalitii appellati Diis Laribus, ac Maniæ dicati, à Servio Tullo instituti: eorum causa, & ritus. n. 621. & 634. Ludi Persici nuncupati, quia ex Persia ducti, & in honorem ignis, & Solis acti. n. 658. Ludi Franciſci, & Frantia dicti. Ludi Alemanici ab Alemania. Ludi Sarmatici à Sarmata Barbarorum Provincia: hos Ludos Romæ celebrabant maxima cum pompa. n. 658. Ludi Piscatorum in honorem Phœbi, pro Piscatoribus Tiberinis, vt abunda piscatio, & quæstus fieret. n. 805. Ludi Alemanici, seu Germani, in honorem deorum Inferorum, seu Manium acti: eorum ritus, & à quibus se abstinebant. n. 1420. vsque ad 1422. Ludi Gothici per dies 6. acti. n. 214. & 250. Ludi Junona vocati: quinto quoque anno in Junonis honorem acti: in iis certamen cursus proponebatur Virginibus descriptis ex ætate in classes: eorum ritus. n. 274. Ludi Parentalia vocati: eorum ritus, in quo duas aras statuebant: vna dextra Apollini dicata: sinistra altera deo, aut deæ in cujus honorem Ludi celebrabantur, seu Parentalia, aut funebria sacra. n. 291. Ludi Plebi acti pro plebis libertate, & reconciliatione. n. 1468. & 1597. Vide n. 1606. & 1564. Ludi Solis Romæ acti. n. 1478. Vide 1565. Ludi Sarmatici per 7. dies celebrati; in quibus Cycoplem adornatum Græcis artificibus exhibebant: eorum ritus. n. 1521. & 1631. Vulcano dicati. n. 1522. Ludi Victoriæ, instituti à patre Cornelio Sulla: cum bellum civile finem acceperit. n. 1524. Ludi ob natalem Adriani Imperatoris. n. 1521. & 1524. Ludus Convivalis Chytrinda dictus, qui in Chytra à pueris actus: ejus ritus. n. 1586. Ludi ob natalitium Septimiani. num. 1593. Ludi Olympici: eorum ritus. n. 1602. Ludi Jancionici. n. 1606. Ludi Liberales, in honorem Nimpharum, & Heroum instituti. n. 1622. Ludorum pompa, & solemnitas. n. 1237. Ludi Augustales, ob reditum Augusti Cæsaris ad Romam: eorum ritus. n. 1451. Ludi Jovi Liberatori dicati. n. 1453. Ludi Jovi Liberatori dicati. n. 1453. Ludi Lancionici acti per 7. dies. n. 1703. Ludi Saturnales Saturni dicati: eorum origo, & ritus. num. 1724. Ludi Aphoreta vocati, idest, Cœnationes, quibus se mutuo excipiebant. ibid. Ludi ob diem natalem Gordiani. n. 1732. Ludi in Saturnalibus acti erant plures: nam præter Ludos Saturnales, agebant & Sigillares, Oscellatos, Castellatos, Basilindos, Respytiros, & alios. n. 1732. de quibus vide à n. 1735. vsque ad n. 1738. Ludi Scæniorum: eorum origo, & ritus. num. 1750. Ludi Juvenales, pro Juvenum salute instituti: vt olim Plebei pro salute plebis: eorum ritus. n. 1751. Ludi Mimi, qui & Pantomini, Donysiaci, & Technitæ nuncupati. ibid. Ludi ob natalitium Titi Cæsaris. n. 1756. Ludi Compitalitii, ibid. Ludi Juvenales alii à Nerone instituti cum dissolutione acti. Ludi Novendiales in mortuorum commemoratione acti:

Digitized by Google

acti: eorum ritus. n.1783. Ludi Junonis cum pompa celebrati. n.201. Ludi natalitii Alexandri Magni. n.223. Ludi natalitii Constantini Magni. n.167. Ludi funebres, & equestres: eorum ritus. n.241. Ludi natalitii Antonini. n.501. Ludi ob natalitia Ælii veri. n.536. Cæsaris dictatoris. num.969. & Constantini Junioris. n.1096.

Lumen quid sit: est triplex: reflexum, fractum, & directum: & hoc tam aëris quam corporum transparentium: estque perfectivum, decorativum, ac lætificativum. n.685. & 1619.

Luna vnde dicta, & quomodo vocata. num. 1175. ei, vt Regina Cœli placentas offerebant, & quales. ibid. Vide 1177. 1178. & 769. Candidissima, die 12. Augusti, in nostro hemisphærio apparet, proximior Sole; quinque fulgentissimis sideribus stipata. n.1114. Vide Diana.

Lunus deus, pro Luna positus, & cultus: ejus festi ritus. n.1617.

Luperca dea, vnde dicta. n.271.

Luperci à lupo dicti: erant Sacerdotes Panos dei Pastorum. n.1489.

Lustratio Civitatis quomodo, & quando facta: ejus ritus. n.208. & 517.

Lustratio segetum. n.700.

Lustrum à luendo, vel solvendo dictum: erat spatium quinque annorum, quo Civitas lustrabatur. n.464. Vide 517.

Lux, & lumen in quo differunt. 1617.

Lympha dea pluviarum. n.10.

Lyra, instrumentum musicum, à Mercurio inventa, & Orpheo tradita, qui lyræ modulatione feras mitiores reddebat: sylvas, & saxa movebat: fluviorum cursus prohibebat. n.86. est & signum cœleste, quod tempestatem significat: lyra à Græcis vocata, à Latinis fides: ejus ortus, & occasus. n.83. 86. 192. & 142.

Lysander homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedœmonios concitavit, victorias reportavit, post superatus à Cononе, & prælio occisus. n.433.

M

Maia, seu Bona dea: variè nuncupata. n.600. ejus festum Maiuma dictum. ibid & n.603. ejus pictura. 604.

Maius mensis: ejus encomia: etymologia varia: præcipuè dictus Maius à Maiestate dea magistratum, aut à majoribus, aut à Maia matre Mercurii: vnde Mercatores Maiæ, & Mercurio sacrificabant: à diversis diverse nominatus. num.599. ejus pictura. Vide in Diario Sacro. num. 2280.

Magistratus Romanus sacramento abstrictus die 31. Decemb. n.1785.

Magna Mater, idest, Ceres Romam adducta, die 12. April. n.540.

Malus Stella die 4. Septembris occultatur. n.235.

Malum punicum, ejus proprietates. n.968.

Manè dicitur à manando, quod tunc manaret dies ab Oriente. n.38.

Manes Dii, & Deæ, & furiæ inferi vocati: filii, aut nepotes Maniæ, per quos omnia ab inferis manare: Laruæ nuncupati. n.72. erant boni, & mali: boni Lares dicti: mali Laruæ: quibus pars Mundi inferior Sacrata. ibid. coronæ florum, & herbarum, & alia eis dicata: Pictura & Manium, & Furiarum tres. ibid. dies 2. 9. & 13. vel 15. mensis eis sacrata. n.49. fol. 10. eorum sacrificia, & ritus pro defunctis. n.1770.

Mania Nimpha Tiberina, Larium mater: variè nominata: ejus fabula. n.611. pueros ei mactabant pro domorum, & familiarum incolumitate. n.113. ejus pictura. Vide 611.

Mandragora herba aromatica, cujus radix habet humani corporis formam: mala ejus sunt suavè olentia: est duplex mas, & fœmina. n.427.

Manlius Torquatus triumphum de Phalicis egit. n.619. atque de Latinis, Campanis, & aliis. n.684.

Marcus Proconsul. de Liguribus triumphavit. n.1656.

Marcus Antonius Imperator natus die 19. Septembris. n.1322. obiit. 18. Novemb. n.1613.

Margarita gemma pretiosa, & rore cœlesti recepto in sinu conchæ inter maris vndas gignitur. n.320. & 1017. Vide 1000.

Maria claudebantur à die 11. Novemb. vsque ad 10. Martii, nè navigationi locus esset ob fluctuum pericula. n.1581.

Mare sic nuncupatum ob amaras aquas: dicitur pelagus, quasi pellens vndas: æquor ab æqualitate. n.1583.

Mars ex Jove, & Junone natus, dictus Mars, quod magna vertat: maribus in bello præsit: vel dictus à tollendo, interficiendo, imperando. n.164. ejus variæ picturæ. ibid. cui arma tributa: ira, & furor ejus comites. n.165. ejus sacrificia. ibid.

Martius mensis celebris, à Marte dictus: sub tutela Minervæ, seu Palladis constitutus: anni fuit primus ex Romuli constitutione. n.347. ab Athenienſibus veneri sacratus: variè à diversis nominatus. ibid.

Masinissa. Vide Syphax.

Matrimonium, à quinario numero nuncupatum; eo quod Gentiles putarunt contrahen-

Digitized by Google

hentes matrimonium, quinque deorum indigere patrocinio. n.218.
Matuta dea, Matura, Maturna, & aliis nominibus vocata. n.820.
Meditrina, sive Medea, à medendo dicta: Bona dea putata, & Fauna: insigni pudicitia prædita: ejus sacra à mulieribus tantùm celebrata: ejus fabula, & pictura. n.1384. & 1385. Vide 1223.
Megæra una ex tribus furiis infernalibus. n.1037.
Mel unde dictum: cæleste donum. n.1032. in Arabia, India, & Gallia in arboribus reperitur. ibid.
Mellona mellificationis dea. n.11.
Meni, à radice mana, quæ numerare significat, quid sit. n.726.
Mensa centenaria, qualis. n.1030.
Mensa deæ Fortunæ posita: quia auspiciebant vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem: putantes in hujusmodi mensa tot annos vitæ sibi adiiciendos, quot cyathos in ea hausissent. n.1785.
Mensdea, cujus Templum ex voto dicatum. n.803.

Mercurius.

Deus sermonis, & deorum nuntius: à mercibus nuncupatus: earum, & lucrorum Præses: ejus etymologia: quinque assignantur. num.79. Græcè dictus Hermes, & Trimegistus, ac ter maximus. & alia. n.80. ejus Encomia, & picturæ. ibid. & n.81. vide 979. Mercurio nomen Thoth, ideſt, Deus, antonomasticè tribuerunt, & alia nomina. n.1323. & 1324. cui Urbes, & Templa dicabant: deorum omnium naturâ habere fabulatus. ibid. ejus acervus, quid sit. 1459. alia ejusdem pictura. n.1558. ejus natalis dies felicissimus, & Sacer, quo ipsi ædes dicata, & Mercatorum collegium institutum. n.664. ab ipsis Mercatoribus cultus, qui nundinas celebrabant, & quodam ritu, in ejus fonte se abluebant. num. 674. Mercurius Quadratus, Sol putatus, legum dator, & literarum: omnium artium autor; quare in Gymnasiis ei quadratam ponebant statuam. 1659. ejus picturæ significationes. n.1660. quartus dies cujusvis mensis ei Sacratus. num.49. vide 923. & 978.
Meretrices, & puellæ Veneri sacrificabant. n.574.
Migrationes Romanorum, ex ædibus propriis in alienas. n.912.

Minervæ.

Dicta à minuendo, & monendo: dea & prudentiæ, & Sapientiæ, & belli: Virgo Olivæ, & artium inventrix: quinque hujus nominis assignantur. num.75. Cui numerus quinarius, & septimarius sacratus. n.76. ejus picturæ, & sacrificia. ibidem. ex capite Jovis nata fabulatur. num.510. ejus celebritas à pueris Athenienſibus acta. n.449. & 942. Oscophoria dicta ejus festa in quibus pueri ingenui Ramos, & palmites ferebant. n.945. ejus contentio cum Neptuno. n.205. ejus amuletum. n.998. dies 3. cujusvis mensis ei sacratus. n.49. Vide 920.
Milium herba Cannæ similis, parva, minuta, sicca, habens virtutem confortativam. n.571.
Milvius Stella Oritur die 17. Martij. n.436.
Moloch Idolum Ammonitarum à Salomone Rege in senectute cultum; in cujus fronte Stella Lucifer posita: unde dictum: pro quibus diis putatum: in Thopheth Judæi abominanda sacrificia ei dicabant, & ritus: ejus pictura: septem ei offerebant sacrificia in septem receptaculis ante Idolum Structis; & qui proprium filium offerebat, septimum occupabat. n.902.
Mons salis, qui quantum magis scinditur, tanto altius exurgit. n.252.
Mons Jovis Barcinonæ contiguus, in quo erat Templum ab Hercule erectum, & Jovi dicatum. ibid.
Moyses videns Vitulum, & choros, iratus contrivit vitulum. n.1048.

Mulieres.

In Thesmophoriis cereri dicatis, à cibis abstinebant, humi iacebant, ac viticum foliis cubilia sternebant: castitatem servabant, & se expiabant. n.1107: & 1419. Mulieres Thracienses quanto honestiores, tanto magis stigmatum plenæ; idque putabant gloriosum. num.1304. Mulieres variarum nationum antequam nuptia inirent, funiculis circundatæ in viis sedentes, cum transeuntibus viris, more patrio, dormiebant: & prostitutionis pretium Veneri dicabant. num.1368. Mulieres per novem, aut decem dies à Venere, Vino, & esu carnium se abstinebant, sic se præparando ad festum Isidis celebrandum n. 1776. & 1777. Vide dies 6. Januarii Mulieres prægnantes Cereas imagines Opigenæ, aut Junoni, ob partus felicitatem offerebant. n.1026. & 1029.
Mundus, ejus natalis dies apud Ægyptios solemnis. n.1018. Mundus patere, quid sit apud Gentiles: ejus ritus. num.1210. & 1421.
Munus consummationis, seu ultimum defectorum officium in fine anni. n.1767.
Munychia, seu Diana. n.348. Vide festum Munychia dictum. ibid. & 356.
Musæ Apollini attributæ: Cœli, & Terræ filiæ, & Virgines dictæ, earum numerus, & nomina: quæ ab eis inventa: deæ appellatæ, earum pictura, & natalis. n.527. & 834.

Musici

Digitized by Google

Musici antiquitus in magna æstimatione habiti, in quorum honoris memoriam festum actum. n. 139. Vide festum Musicorum.
Muta, seu Taciturna dea: variè nominata: cui sacrum quoddam magicum dicatum ad compescendas detrahentium linguas. n. 296.
Myrtus arbor, à mari dicta: ejus species, & proprietates. n. 504.
Mysteria majora, & minora à Græcis acta. Majora Cereri, minora Proserpinæ dicata. n. 1529.

N

NArdus herba ejus proprietates. n. 598. & 1163.
Natalitia Socratis, & Platonis apud Græcos celebrata. n. 520.
Natalitia Imperatorum, & Magnorum virorum, celebrata. n. 1115. & n. 1251. Natalitia Imperatorum Nervæ, Traiani, & Constantini die 8. Novembris.
Nautæ die 5. Novembris gratias Neptuno agebant pro liberatione à naufragio. n. 1559. ei sacrificabant. n. 1570.
Nemus consecratum, vbi ædificatum Capitolium. n. 205.
Neptunus Deus maris, vnde dictus: cujus filius: artis navigandi, & equitandi inventor. n. 91. terræ conquafator, cui aptarunt Tridentem, & quare. n. 1023. Pater omnium prodigiorum fabulatus: ejus filii quales: ejus sacrificia, & picturæ. num. 92. 93. & 94. dies 8. cujusvis mensis ei sacratus. n. 49.
Negel Idolum ab Hebræis cultum, quod erat Gallus gallinaceus, aut gallina Sylvestris: seu Gallus avis solis vocatus. Alii dicunt negel fuisse ignem perennem, solis symbolum. n. 1506.
Nero immanissimus Imperator, natus die 15. Decembris. n. 1710. & die 25. Novembris sibimet necem crudeli intulit manu. n. 1631.
Nerva Imperator natus die 8. Novembris. n. 1570. obiit die 27. Januar. n. 1318. Vide. 1640.
Nestea celebritas, hoc est, jejunium apud Græcos: eius origo. n. 410.
Nicopolis Civitas ab Octaviano Augusto condita: vbi ab ipso Imperatore ludi quinquenales constituti, & Apollini Naves sacratæ. n. 1331.
Nilus crescens 16. Cubitis, symbolum erat felicitatis: ejus colossi marmorei pictura, ac significatio: alia pictura. n. 275. estque anni solaris symbolum. n. 1787.
Nitrum gemma: dictum à Nitra Ægypti regione: ejus proprietates: & colores. n. 280.
Noe Janus putatus. n. 67.
November: requies nuncupatus: aliis nominibus nobilitatus. n. 1537. ejus etymologia, varia nomina, & pictura: sub tutela Dianæ positus. 1538. ejus descriptio. 1556.
Novendiale sacrum pro defunctis. num. 102. & 238.
Novenarium à mulieribus celebratum in honorem Cereris: earum per dies 9. præparatio ad Thesmophoria festa. n. 1429.
Nox, ejus divisio in partes. n. 38.
Numerare per literas, & manus. num. 1097. Vide læva, & dextera.

Numerus

Vnus: vnitas, aut mona dicitur, mas, & fœmina: par, & impar: non numerus, sed fons, & origo numerorum. num. 55. Vide. 193. hoc n. 1. signum Leonis notatum. n. 352.
Binarius quibus diis attributus: quid boni, & mali significet. n. 206. hoc numero signum Aquarii notatum. n. 365.
Ternarius funeribus sacratus. n. 173. atque Iustitiæ, Palladi, & Minervæ. n. 74. ad ipsum retulerunt Justitiam, & voluerunt conferre ad preces, & cultum religionis ter libando, ter sacrificando, ter preces fundendo: Vnus, & tres Jovis dictus, & quare. n. 212. Vide 372. hoc numero signum Capricorni notatum. num. 369.
Quaternarius à quadrata figura vocatus: Pan, quaternarius dictus: hujus numeri significationes. n. 215. hoc numero signum sagittarii notatum. n. 375.
Quinarius Minervæ, & soli sacratus, matrimonium appellatus: nuptiis dicatus: ejus significationes, & mysteria. n. 218. hoc numero signum Cancri notatum. n. 379.
Senarius: conjugium vocatus: Veneri attributus: primus harmoniæ genitor, & inter numeros, & perfectus, & perfectorum duos, & alia. n. 224. hoc numero signum Tauri notatum n. 393.
Septenarius similis duci, & rectoris Minerva nominatus: Virgo, & Pallas nuncupatus: Apollini attributus: Saturno accommodatus, & alia plura. n. 88. & 229. hoc numero signum Arietis notatum. n. 400.
Octonarius variis diis dicatus: justitia, plenus, solidus, perfectus vocatus: ad Cœli harmoniam aptus: placationis, & purgationis numerus, & alia. num. 90. & 236. hoc numero signum libræ notatum. n. 404. Vide n. 236.
Novenarius variis diis sacratus: expiationi dicatus

Digitized by Google

dictus ſ ad ſeptimam dictus pertinere, & alia. n.100. & 239. hoc numero ſignum Scorpii notatum. num.407. Vide num. 839.

Denarius, Græcè decas, vnde adductus: prima quadratura appellatus, & circularis, numerorumque finis: Hebraicè ſignatur litera Jod: Græcè Jota, Latini x. & 10. Ægyptiè ☥ & alia. n.103.& 244. eſt etiam Caſtimoniæ præſcriptus.n.1777. hoc numero ſignum Virginis notatum. n.411. Vide n.244.

Vndenarius, Ab Ægyptiis indice, & pollice circulatis notatus. n 106. imperfectus, diminutus, & vitioſus; quare à Sacerdotibus fuit cautum die 11. non ſacrificare diis: Luctui ſacratus,& alia.num. 247.hoc numero ſignum Piſcis notatum. n.414.

Duodenarius Jovis vocatus, quia ſol ſuum curſum per 12 ſigna decurrens totidem menſibus abſolvit à Platone multum commendatus, & quare. n 251. in hiſce ſignis, ſingulorumque cordibus duodecim dii, & quod eſſent, & præſiderent, finxerunt, & alia. ibid. Plura myſteria in numero 12. adumbrata, vide ibid. hoc numero ſignum Geminum notatum. n.418. Vide num.251.

Tertius decimus, vocatus leyma, ideſt, defectus, quo homo tardi ingenii, ac ſtupidi ſignificatus: in convivarum numero pro nota mali, & infauſti hominis habitus, & alia. n 254. Vide n 254.

Quartus decimus, diminutus, & hominis perfectionem, & humilitatem ſignificat, & alia. n.262.

Quintus decimus multam myſticam ſignificationem habet. n.266.

Decimus ſextus: Jovi, & Junoni conſecratus, ſed præcipue Junoni, quæ apud Elios, quinto quoque anno, magna celebritate à 16. Matronis colebatur, & alia. n.123. & 274 hic numerus pro ſimbolo felicitatis habitus, & perfectionis emblemate. 275. vſque ad.277.

Decimus ſeptimus: Ater, & infauſtus antiquis Romanis, & Judæis: iſtis ob fractas à moyſe tabulas die 17. menſis Tamum, propter populi Idolatriam: illis ob duas clades quibus fracti fuerant die 17. Julii. Hic numerus lamento matris deorum dicatus, quia per 17. dies lamentabantur. n.282. de hujus numeri infauſtis ſignificationibus. ibid. n.125.

Decimus octavus: hieroglyphicum victoriæ, & ipſa victoria fuit. n.128. Vide & alia. n.294.

Decimus nonus: nullam habet mathematicam elegantiam, cum non ſit trigonus, cubitus, ſphericus, neque perfectus; vnde addictus eſt vitiis, & malignitati. Vide alia. n.300.

Vigeſimus, litera K ſignificatus: omnis mali nota; nam K hominem malum: KK peiorem, K.K.K, peſſimum indicebant. hic numerus ad res triſtes, luctuoſas, & acerbas adhibitus, infamiam, immunditiam, ſervitutem, & alia ſignificat.num. 305. aliquando ad bona, & læta adhibetur n 306.

Vigeſimus primus: celebris, eo quod ſit trigonus perfectiſſimi Senarii. n.135.

Vigeſimus ſecundus: Deo gratus, claudens Hebræorum elementa: ejus plura myſteria. n.140.

Vigeſimus tertius, apud Pythagoreos fuit Ater, & infauſtus: habet indicia dignitatis: ſignificat ſapientiæ perfectionem: ſalutis complementum: continens ſummas Alphabeti Latini; & alia. n.143.

Vigeſimus quartus: quo plura myſteria ſignificantur, in ſenio myſtico n.145.

Vigeſimus quintus: Marti dicatus: naturalis mundi conditi die 25. & alia. n.152.

Vigeſimus ſextus Caſtori, & Polluci dicatus. n.155.

Vigeſimus ſeptimus: trigonus dictus defectus appellatus, cubus, & ſolidus, n. 159. Vide. n.1551.

Vigeſimus octavus: Trigonus, ac ditius harmoniæ ſymbolum: ejus compoſitio ex numeris: Lunæ competit, & quare n.162.

Trigeſimus: Nuptiarum hieroglyphicum: ſacratus luctui, & littera M. ſignificatus. n.171. Vide n.8.

Trigeſimus ſecundus: ſapientiæ adſcriptus, juſtitia appellatus, quo Ægyptii cubulæ maritalis, nautæ ventorum diſcrimina notarunt. n.194.

Trigeſimus tertius: numerus purificationis, & alia myſteria continens. num. 207.

Trigeſimus quartus: ejus myſteria num. 212.

Trigeſimus quintus; harmonia vocatus, ac ex conſonantia numerorum quibus conſtat liquido patet. n.215.

Trigeſimus ſextus: Mundus, & Tetractys vocatus, ejus myſteria ex vocalibus quibus conſtat. n.219.

Trigeſimus octavus: infeliciter in ſcripturis poſitus; numerus deſtituens Mathematica dignitate, qui ad languores, & alia pertinet. n.228.

Quadrageſimus: luctui accomodatus, litera M. Græce ſignificatus: Italice, litera N. ab aliis, litera F. eſtque nuptiarum hieroglyphicum, ſacer, & perfectus, & alia plura. n.240.

Quæ

Quadrageſimus ſecundus: ejus myſteria. n.248.

Quadrageſimus quintus: humani corporis perfectionem ſignificat, quia his diebus humani corporis forma perficitur: Mucis adſcriptus, juſtitia nominatus, & alia. n.263.

Quadrageſimus ſextus; ejus myſteria. n.267.

Quadrageſimus nonus: numerus climacterius: veneri addictus, à magis. num. 295.

Quinquageſimus: à Græcis litera N. notatus, à Latinis, litera L. remiſſionis, & Indulgentiæ nota, & alia. num. 301.

Quinquageſimus primus: Latinè ſignificatus, per literas L.I. & per literam K. quæ Græcè fuit ſignum mali omnis, mortis, & condemnationis. n.307.

Sexageſimus: qui literis Hæbraicè, Græcè, & Latinè ſignificatus: inter numeros ſacros habitus; atque Crocodilo (pro Deo culto) dicatus, qui & ſaxaginta annis vivere dicitur. n.349.

Septuageſimus: Hæbraicè per literam Aïn, Græcè per literam O. & Latinè per LXX. ſignificatus. n.415.

Septuageſimus quintus: per literas S. & V. ſignificatus. n.434.

Septuageſimus ſeptimus, ejus myſteria. n.442.

Octuageſimus, per literam R. ſignificatus, ejus myſteria. n.458.

Octuageſimus primus; Lunæ conſecratus, eſtque numerus climacterius. num. 461.

Nonageſimus: per literam N. ſignificatus; felicitatis nota, & alia. 498.

Trecenteſimus: pro magno numero poſitus, eſtque trigonus, qui perfectionem ſignificat; per Shim, & literam Tau, ac Latinè CCC. ſignificatus, & alia plura. 1525. uſque ad n.1527.

Trecenteſimus decimus octavus; per T. & I.H. ſignificatus. n.1594.

Trecenteſimus quinquaginta: numerus vitalis, ſalutiferus, abſolutionis, & largitionis, qui & alia plura ſignificat. num. 1713.

Trecenteſimus ſexaginta: qui numerus Civitatibus; accomodatus, quarum conſilium conſtare debet 360. viris conſiliariis; & alia. n.1768.

Trecenteſimus ſexaginta quinque: totius anni ſolaris dierum curſus: in Jano, Nilo, Vulture, & Abpaea ſignificatus; atque in totidem Sacerdotibus, qui igni illo (quem Græci, & Perſæ ſacrum, & æternum vocabant) cultum tribuebant. n.1787.

Nundina Dea; à nono die nuncupata. num. 241.

Nundinæ Romanorum. n.508. & 782. Vide n.40,

Nundinæ tertia die cujuſvis menſis factæ. n.49.

Nundinarum inſtitutio, dictæ quaſi novendinæ: earum ritus. n.241.

Nuptiæ Pythagoricæ quales. n.218. quando prohibitæ. n.82.

Nuptiales dii quinque. num.804.

O

Octavianus Auguſtus, natus die 25. Septembris, in cujus honorem duo templa erecta. n.1342. & 1343. in ejus monetis ſculpebant ſignum capricornii, ob felicitatem ſummam. n.1345. Curules trumphos Romæ per triduum egit. num. 1091. Vide n.1096.

Octavius Cæſar die 13. Januarii nomine Auguſti appellatus. n.117. & die 17. Imperator acclamatus. n.125. Pater patriæ dictus. n.217. Ejus aſſumptio ad Pontificatum maximum (qui fuit primus hoc inſignitus honore, protracto, vſque ad Gratianum) n.392. Vide n.554.

October menſis: Autumni medius; Aucupiis, ac venationibus familiaris: quo collectio fructuum, & cellæ Vinariæ muſto coronantur: in ejus medio Sol ingreditur in ſignum Scorpionis: ejus pictura. num. 1393. variis nominibus nuncupatus, & dies 31. ab Imperatoribus ei conſtituti. n.1395. ſub Martis tutela poſitus, Libero ſacratus, ibidem.

Olea; hieroglyphicum victoriæ. n.997. Ob litem inter Palladem, & Neptunum, orta fabulatur; & in Athenarum incendio, ſimul cum vrbe arſerit, & eodem die ad menſuram duorum cubitorum excreverit. n.998.

Olympia Civitas magna inter montes Olympum, & Oſſam poſita; in qua totius Græciæ erat feria; Templumque celebratiſſimum, & ditiſſimum Jovis Olympii in latere montis conſtructum. n.1601. Erat Olympia locus Oleaſtro veſtitus in agro Piſano, juxta fluvium Alphæum, vbi fuit Templum Jovi dicatum. n.1751.

Olympus mons in Græcia altiſſimus, cujus cacumen nubes ſuperaſſe, vel ad Cœlum attigiſſe dicebant; vnde Poetæ Olympum Cœlum nuncuparunt, ejus deſcriptio. n.1601. Hoc in monte celebratiſſimum Jovis Olympii Templum erat ſitum, à Deucalione fundatum, ab Adriano Imperatore reſtauratum. Jovis Olympii pictura ibidem.

Digitized by Google

Opheltes filius Jovis, puerulus à draconе necatus; quare instituerunt ludos funerales, qui Nemei dicti. n. 1116. Vide Archemorus.

Ophiveus, aut Ophivchus, est sidus Cœleste aliquando Anguitenes appellatur, qui putatus Hercules, aut Æsculapius. n. 870. Oritur die 20. Junii. n. 869.

Ops quæ Lucina, & Juno, & Lucretia, ac Luna fuit nominata, à juvando, & lucendo; etiam opigena dicta, opinantes dare lucem nacentibus, & opem ferre laborantibus in partibus. n. 1070. Vide Lucina. Vide num. 737. Ejus festa vnde dicta. n. 1730. Vide Tellus.

Ordo celeberrimus Equitum aurei velleris à Philippo cognomento Bono Burgandiæ Duce institutus. n. 853.

Orion Stella canis vocatur. n. 1085. Tria signa Geminis videlicet Tauri, & Arietis pulchrificat. ibid. Ejus ortu cum Arcturo excitat ventum, ac tempestatem. ibid. Gladius dictus; armatum sidus, & alia. n. 486. Ejus occasus. n. 529.

Ornamenta Romanorum triumphantium qualia. n. 953.

Oscophorion; locus vbi Templum Minervæ erat constructum; à quo ejus celebritas Oscophoria dicebantur. n. 945.

Osyris quem periisse existimarunt die 17. Novembris, quarè per quatriduum fuit actum festum luctuosum, in luctum, ac honorem Isidis, ejus vxoris. n. 1606. Ejus fabula, & nomina; generationis Deus putatus, artis seminandi inventor dictus. n. 1607. A fratre Typhone in frusta discerptus; ejus variæ picturæ. n. 1608.

P

PAles Dea Pastorum, & Hortorum; Vertumni vxor; ejus pictura. n. 570. Vide n. 11.

Palma; arbor victorialis, nobilis, & pulchra; Græcè vocata Phœnix, estque masculus, & fœmina. n. 225.

Pallas.

Dea, quæ & Minerva; vnde dicta; ex Jovis capite à Vulcano adamantina securi scisso, nata fabulatur; ejus picturæ n. 370. & n. 77. Ejus simulacrum Palladium vocatum, quod cælitus delapsum credebatur, Romæ in veste Templo repositum; ita custoditum, vt nec ad tangendum, nec videndum nemini pateret, accensus, nisi cuidam ex virginibus, in cujus custodiam traditum erat. n. 371. Estque numerus ternarius Palladi sacratus; vndè Tritonia cognominata. n. 372.

Pan; Deus naturæ; Græcè dictus omne; ejus festa n. 11. Jupiter, & Sol putatus; Pastorum, & sylvarum Deus. n. 1487. & 1488. An de illo dictum; Magnus Pan mortuus est. n. 470. Ejus picturæ. n. 472.

Pana. Vide Capricornus.

Panniculatia; dicuntur ea, quæ in custodiam receptus secum attulit, vt vestem; numos, &c. n. 1539.

Panniculatis dies, sic nuncupatus dies in quo prisci omnibus Dus sacrificabant; ibid.

Pandora, idem est, quod omnium donorum aggregatio; mulier omnium pulcherrima, à vulcano facta, & à Diis singulis, singula perfectione decorata. n. 808.

Parcæ tres. n. 13.

Parentalia; Anniversaria Romæ acta, in honorem, & memoriam defunctorum Parentum, & eorum origo. n. 290. & 291. Vide pro defunctis. n. 172.

Parentatio tumulorum, n. 253. & 1299.

Panagyrin Canum, celebratum à Romanis, in memoriam vrbis captæ à Gallicis. n. 1212.

Papyrius cursor de Samnitibus triumphavit. n. 253.

Papaver, totius terræ, & seminis heroglyphicum. n. 963.

Pastores Athenienses eorum mos erat, die 20. April. Ovilia purgare, flammas transilire, Lupa, & milio, sacrum facere; geniales dies cœnas, & alia agere. n. 564.

Pantheon; quod toti Dii sonat; à Pan, quod est totum, & à Theos, quod est Deus. Fuit Templum magnificum, omnium Deorum à Marco Agrippa extructum, & Jovi vindici consecratum; in cujus medio omnes Provinciæ Romanis subiectæ suum Idolum collocarunt, & quarè n. 1540. Bonifacius Papa IV. ab Imperatore Phoca hoc petiit Pantheon; vt illud ab antiquæ Idolatriæ sordibus expurgatum; in honorem Dei genitricis Mariæ, & Sanctorum Martyrum Domino consecraret; & factum est ibid.

Pax; æterna Dea, cui Templum Romæ dicatum. n. 1606. Ejus magnificum templum, in quo reposita fuerunt vasa, & ornamenta templi Hierosolymitani, à Tito, & Vespasiano asportata, sed incendio consumptum postea fuit. n. 176. Ritus Paci sacrificandi ejus picturæ, & elogia. n. 177. & 178. Vide n. 495.

Pegasus Stella; equus alatus, ejus fabula. n. 1266. Estque emblema Principis benefici. n. 399. Oritur die 7. Martii. ibid. & occidit die 10. Septembris. n. 1265.

Penates Dii, quasi penites dicti; Patrii, & Vrbani appellati: ac mortalium Præsides, & Custodes. n. 181. Eorum varia genera nomina, munera, numerus, & sexus. num.

Digitized by Google

num. 182. Eorum picturæ. num. 183.
Persæ, igni sacrificabant. n. 238. A. Græcis ingenti clade superati. n. 516. & 847.
Persea, arbor cujus frondes linguæ, & fructus cordi sunt similes: quam Harpocrati silentii Deo offerebant. n. 1199.
Pestis Romæ sedata, in cujus rei signum Scutum é Cœlo demissum. n. 354. Vide pro Peste. n. 356. 394. 927. 979. 1610. & 1734.
Pestilentia à Mercurio sublata. n. 979.

Pictura Deorum.

Invenies Deorum picturas, vbi de ipsis tractatur.

Pinus arbor, ejus proprietates. n. 1611.

Piscis, & Pisces.

Pisces dicuntur à pascendo: eorum proprietates, & descriptio. n. 1262. Singulis annis in India ad littora confluebant, & se capiendos exhibebant. ibid.
Pisces, Melanuri panem in mare projectum capientes; ad nullum cibum in quo hamus fuerit, accedunt. ibidem.
Pisces Rotæ nuncupati, quaternis radiis distincti. ibid.
Pisces arbores valdè spansi ramis, facti ad similitudinem arcuum. ibid.
Pisces in quibusdam Occeani Indiæ partibus per singulos annos ad littora confluentes, seque pro libito capientes, spatio septem dierum tantum, & postea non aparebant. ibid.
Piscis Stella nuncupatus, quia ad ejus similitudinem factus, quinque habet radios; ejus color, ac proprietates. ibid.
Piscis signum cæleste, numero 11. notatur ejus qualitates, aspectus, & pictura. num. 414.
Piscis aureum vellus nominatus, ejus lana in speciem metali genita. n. 853.
Piscis Tobiæ Lucius, vel Callyonimus (id est pulchri nominis) vel Vranoscopos vocatus: Lapidem Crystallo similem in cerebro gerit. n. 298.
Pisces, quos, & quibus Diis sacrabant. num. 1259. vsque ad num. 1262.
Phallus, quid sit. n. 1187.
Philomena avis, dicta à philo, quod est amor, & mene, quod est defectus: ab aliis Luscinia, Credula, & Cantilena nuncupata. n. 935. De ea pulchrum carmen. ibidem.
Philippus Macedo vno die triplici gaudio delibutus, scilicet ob victoriam quadrigarum suarum: ob inimicorum fugam, & ob sibi filium Alexandrum natum n. 516. & 798.
Phœbus, quid ei in sacris offerebant. num. 1029.
Placentæ, quas Reginæ Cœli, id est Lunæ, offerebant; quomodo fiebat, & quas imagines in eis sculpebant. num. 1175.
Platanus arbor pulchra, fervida, ficca, lenitiva, alta, & magna. n. 568.
Platenses Jovi liberatori, sacrificabant, ob victoriam de Persis partam. n. 1076.
Plato discumbens in nuptiis, remotis dapibus expiravit anno vitæ suæ 81. die 7. Novembris, quo natus fuerat. n. 461.
Pleiades à pluralitate dictæ: sunt septem Stellæ ante genua Tauri; Vergiliæ vocatæ à vere: Botrus appellatæ à multitudine Stellarum: earum occasu hyems, ortu æstas significatur. n. 506. Variis nominibus nominatæ. ibid. earum ortus 13. Maii. n. 656. & occasus die 2. Aprillis. n. 505. & 506. Vide n. 660.
Pluto Deus inferorum, hominumque mortuorum à divitiis dictus: orcus nuncupatus ab vrgendo: Dis dictus, quod omnis terra vis, ac natura ipsi dicata: eique Furias tribuerunt: pro sole sub terris degente acceptus: summanus item vocatus, quasi summus Manium; cui nocturna fulmina attribuebant. n. 174. Ejus quadriga, & sacra pro defunctis, & ritus, & pictura. n. 175. Vide n. 1287.
Pluvia; mos fuit Græcorum, & Romanorum Gentilium, nudis pedibus incedere; vt arescente terra pluviam de Cœlo impetrarent. n. 810.
Pollux: Vide Castor.
Pomana Dea, pomis præposita. n. 11.
Pompa dicta ab ostentatione publica. num 493.
Pompeius Imperator, ter magnus dictus, scientia videlicet, Bello, & bonitate: natus die 30. Septembris. n. 1383. & 1388. A. Julio Cæsare die 20. Julii superatus. n. 1015. Vide n. 1396.
Populus arbor à multitudine dicta, ob ramorum densitatem: ejus genus duplex, nam altera alba, & altera nigra invenitur: ejus proprietates: Herculi dicata, ex qua coronas pupuleas Herculis cultores gestabant. n. 1676.
Populus Romanus in 30. Curias, velut Parroquias distributus, & singulæ Curiæ singulos Curiones, id est Sacerdotes habebant. n. 702.
Portæ veritatis apud Ægyptios juxta quas erecta Justitiæ statua. n. 794. Vide veritas.
Portumnus Deus maximus variis nominibus nuncupatus. n. 1143. Ejus festa: Portarum præses, & custos: ejus pictura. ibid.
Pontinus de Allobrogibus ex Gallia triumphavit. n. 1535.
Preces publicæ. num. 916.
Priapus Deus obscenus. num. 11.
Proserpinæ Erebi Regina vocata. n. 1244.
Puella pulchra, Jovis, & Cereris filia: à

Plutone

Digitized by Google

Proserpina rapta, & ad inferos ducta: pro Dea frugum, & seminum habita: vnde dicta: ejus pictura. n.559.
Prometheus pro Deo habitus; artis statuariæ inventor, & primus qui hominis simulacrum, è terra finxit, & igne de Cœlo, ab eo furato statuas animavit vt fabulatur. n.640. ejus fabula. n.641. Athenis cultus, atque ejus festi ritus. n.97.
Pueri castrati in Persidem missi. n.135. Vide die 21. vniuscujusque mensis.
Pueri apud Romanos vsque ad annum 15. toga puerili, sive purpura prætexrata induti: sed anno 16. aliud togæ genus sumebant, quæ & virilis, & pura, sive candida dicta fuit; qua admonebantur, vt abjectis puerilibus oblectamentis, vitæ candori, morumque puritati studerent. n.276.
Pulcher dicitur quasi rubens pellis. n.519.
Pulchritudo hominis in quibus agnoscitur. ibid.
Purificatio Gentilium triplex. n.210.
Purpura est liquor piscis ex concharum genere habentis sub lingua in vena candida hunc liquorem pretiosum purpureum, quem salivando emittit. n.692.
Pyramidis in planitiæ Jordanis Jobo erecta, cum ave Phœnice, palma, & sole. n.958.
Pyrethi erant Magi à Pyretho igne sic nuncupati. n.1507.
Python Serpens ab Apolline infantulo sagittis interfectus: hinc Apollo dictus Pythius. n.925.

Q

QVadrangulus quo Athenienses Hermen, seu Mercurium, & sapientiam indicarunt. n.982.
Quirinus Deus pro Marte, sivè Romulo habitus. n.505.

R

RAtionale in quo erant 12. lapides, & in eis sculpta 12. nomina filiorum Israel: vel duodecim signa Zodiaci. n.251.
Regia claritas ab Ægyptiis depicta per mulierem pulchram, cinctam, ornatam tribus coronis. n.955.
Regifugium festum actum in memoriam diei quo Rex Tarquinius è Roma profugus discessit ob patriæ libertatem. n.316. 318. & 321. Vide n.722. & 890.
Regum creatio die 29. Januarii. n.167.
Remus. Vide Romulus.
Robigus Deus, seu Rubigo à rubigine dictus, qui putabant avertere à segetibus rubiginem. n.10. Vide festa Rubigalia, & n.580. & 583.
Rodericus Gotorum Rex in Hispania per 7. dies cum Saracenis pugnant, tandem occidit. n.1226.

Rhodus

Civitas, quomodo antea nuncupata. n.1131. Civitas Solis dicta, & quare. ibid. In qua Artemisia statuam Æneam trophæi loco erexit ornatam stigmatibus pro æterna decoris memoria. n.1304.
Rhodus Insula, quam Equites Sancti Joannis die 15. Augusti à Turcis eripuerunt. n.1129. hac insula aurum pluisse dicitur ob ejus felicitatem. n.1131.

Roma

quo die primum vrbis fundamenta jacta. n.531. & 564. in quibus signis erant Planetæ anno quo fuit fundata. n.570. Palilia, aut Parilia sacra, quasi anniversarium fundationis vrbis celebrata: quo ritu. n.570. fuitque à Gotis primò capta. num.1174. à Gallis occupata, à Nerone incensa per sex dies arsit. n.1001. quo die à militibus Caroli V. Cæsaris capta, & direpta. n.626.
Roma victrix tres inspexit Consules de hostibus ovantes. n.1589. ejus solemnitas ob sacra Honori, Opi, ac Virtuti acta. n.736.
Romani de Turcis victoriam reportarunt. n.942. eorum mos antequam alicui arma inferrent. n.708.
Romani de Sabinis triumphum reportarunt. n.1186. etiam de Samnitibus. n.1339.

Romulus

Peculiaris Deus Romanorum: Quirinus vocatus: primo Romus dictus à Ruma, id est mamma lupæ, aut à virtute, & rebore. n.284. Romuli, & fratris ejus Remi historia à num.284. vsque ad n.286. ejus pictura, & alia. ibid.
Romuli, & Remi conceptio fuit dies 25. Decembris. n.1753. eorum natalitia die 21. aut 22. Septembris. n.1328. & 1333.
Romulus equestrium ludorum institutor in Martis honorem. n.329. obiit à Senatoribus discerptus, & non appasuit. n.942. vel obiit ictu fulminis, vt alii volunt. 1043.
Rusina Dea, qui rura commissa. n.11.

S

SAbina herba: in Templorum Gentilium dedicatione sparsa. n.939. ejus proprietates. n.941.
Sabinæ, quomodo à Romulo, ac Romanis raptæ. n.1151.
Sacerdotes plures à Numa Pompilio instituti:

Digitized by Google

[illegible]: primi generis Curiones, à Curiis vocati, quorum officium erat orare, docere, & offerre sacrificia publica: qui omnibus præsidebat Curio maximus vocatus. n. 702. Saberdotes secundi generis Flamines nuncupabant: tres solos tribus numinibus institutos habebant, nempè Dialem Jovi, Martialem Marti, Quirinalem Romulo, Quirino vocato. Mediocri Flamines erant, qui aliis Diis sacrificabant: Diali, qui Flaminum erat quasi Episcopus, aut Patriarcha, concessa fuerunt 22. privilegia; lege n.703. tertii Sacerdotes generis Tribuni dicti, eorumque officium. n.704. quarti generis Haruspices vocati, eorum officium, ex quo Sacerdotes adivini, ac augures, Titii sodales nuncupati. n.705. quintum Sacerdotum genus erat Virginum Vestalium, ex quibus Sacerdotissæ creabantur, quarum officium erat conservare ignem sacrum semper ardentem in Templo Vestæ. num. 706. Vide 198. sexti generis Sacerdotes Salii vocati, eorumque officium. n.707. septimi generis Sacerdotes à Fædere appellati, eorumque officium. n.708. Sacerdotes octavi generis, Pontifices nominati ex quibus supremus Pontifex maximus vocatus, eorumque munus. num. 709.

Sacerdotes Pytagorici die 11. Maii non sacrificabant Diis superis, nec ignes accendebant. n.647.

Sacerdotes 365. à Græcis, & Persis constituti, qui ignem, ab illis sacrum, æternumque fabulatum, punicis amiculis velati canentes sequebantur totidem anni diebus, numeros pares. n.1787.

Sacerdotes Gentilium in Bellonæ sacrificiis humeros, & brachia vulnerabant. num. 1106.

Sacrum, & Sacra.

Sacrum Genio bono dicatum, in cujus honorem gustabant vinum post flatum Favonii. n.1564.

Sacra Græca, seu Cerealia, Cereri ob inventam Proserpinam dicata: dicta Græca, quia ritu Græco acta, per 30. dies extensa: ritus hujus festi, & alia. num. 562.

Sacra Isiaca Romæ per 4. dies celebrata, Isidi dicata. n.1529.

Sacra Ternovena, vnde dicta: decreto Pontificum fieri solita à 27. Virginibus variè ornatis, in Jovis, & Martis honorem: ritus, ornatus, & alia. n.1547.

Sacra Soteria apud Græcos Arato dicata, eo quod Patriam à Macedonica servitute vindicaverat. n.1559. quæquidem sacra, Soteria à salute parta, dicta; vnde Aratus pro Patriæ liberatore, & servatore habitus: hujus festi, & origo, & ritus, & dies, & nomen. n.1560.

Sacra Limna: Vide Festa Limna.

Sacra Hysteria in Veneris honorem celebrata, ab Argiuis Athenis instituta: cui Deæ Suem sacrificabant propter Adonidis mortem. n.1578.

Sacra Cacodœmonibus dicata. n.1644.

Sacra Faunalia Romæ Faunis, Sylvanis, & cæteris Sylvarum numinibus dicata: eorum ritus, & causa. n.1663.

Sacra Pyratheia à Persis celebrata in Solis, & Lunæ cultum: eorum ritus. n.1507.

Sacra Jano, Concordiæ, Saluti, Paci, & Eleusinæ Cereri dicata. n.487. & 494.

Sacra duo, vnum Jovi victori, alterum libertati Deæ dicata. n.543.

Sacra Boëdromia Apollini dicata in memoriam victoriæ à Theseo de Amazonibus reportatæ. n.888.

Sacra, victoriæ Deæ instituta. n.953.

Sacrum, vulpium combustio dictum, in honorem Cereris actum: ritus, & origo. n. 558.

Sacrificium.

Sacrificium Deæ Mutæ, & Taciturnæ dicatum, n.296. Vide Muta Dea.

Sacrificium, ejus etymologia: victima, & hostia dictum n.39.

Sacrificia quotidiana, & Hebdomadalia, mensalia, & centurialia. à n.49. vsque ad 50.

Sacrificiorum quatuor genera, scilicet sacrificium, holocaustum, oblatio, & libamen; in quo differant. n.949.

Sacrificia Gentilium: eorum ritus, ac cæremoniæ. à n.42. vsque ad n.45. in his instrumentis musicis vtebantur. n.48.

Sal est albus, rufus, purpureus, lucidus, ac splendidus. n.490. dictus à Salo, Sole, & exilio. ibid.

Salambona vocabatur Idòlum veneris: vnde dicta, ejus Simulacrum pulcherrimum ex sale compactum, ejusque pictura. n. 1014.

Salomon. Ejus Solium 12. Leunculos habebat. n.251.

Salus Dea: ejus annuum festum, longo tempore intermissum, & postea instauratum. n.1087. ejus templum ex voto extructum, & depictum. ibid. ejus picturæ. ibid. & n.489. & 495.

Salus dicta à Sale. num. 490.

Sambucus arbor, in qua canes crucifigebant Gentiles: ejus descriptio. n.1214.

Sanguis, ejus proprietates: ex ala dextra columbæ, vel hirundinis extractus abstergit maculas. n.272.

Sanguis humanus hebetat aciem gladii: lignum aridum fæcundat, cementum solidat. n.70. in fine.

Digitized by Google

Sardonix gemma, triplex in Arabia inventa. n.317.
Sarmatæ populi Scytiæ juxta Danubium, à studio armorum dicti, & hinc ludi Sarmatici. n.1522.
Saturnus Deus, à saturando, vel à commiscendo, vel à satu dictus: filius Cœli, Sol, & author temporum fabulatus: omnium conservator, Vranus, seu Cœlum nuncupatus: Stercarius, eo quod præesset stercorationi agrorum, vel agriculturæ, vocatus: ejus picturæ. n. 1722. filios suos devorare, & sursus evomere finxerunt. ibid. fuit Idòlum Moloch, cui Hebræi crudelissimi, filios suos, & filias immolabant. Moloch id est Rex, nuncupatus, quasi aliorum Deorum Rex, vt Jupiter apud Græcos. n.1723.
Saxum ingentis magnitudinis, duorum scilicet centenariorum cum dimidio de Cœlo cecidit propè ensisheim Alsatiæ oppidum. n.1567.
Scena, erat quædam Camera composita in theatro, in quo ludi actitabantur, & Comœdiæ recitabantur; eratque triplex. n. 1749. & 1750.
Scipio Asiaticus de Antiocho Rege triumphavit. n.340.
Scirpea Simulacra in Tiberim projecta. n. 661. & 664.
Scorpio, seu Scorpius, signum cœleste, n.9. notatum: ejus qualitates, aspectus, & pictura. n. 407. medius occidit. n 433. & totus. n.301. Vide n.1574.
Scorpius sic dictus quia ictu cædit, estque vermis, piscis, sidus, seu signum cœleste, & sagitta. n.501.
Scorpius multiplex, est animal venenosum cauda feriens: & instrumentum militare; & genus tormenti: & herba; & piscis, & signum cœleste. n.628.
Scyphus gemmeus, quem Hercules dono accipit à Sole, aut à Diana plenum nectareo liquore. n1120.
Scyra celebritas popularis Athenienſium. n.752.
Semidei, quibus, ac Varonibus heroicis dies 2. vniuscujusque mensis sacratus. num. 49.
Senatus legitimus Romæ institutus, decreti Augusti, die 1. vniuscujusque mensis. n. 49.
September, vnde dictus. n.1215. variè à diversis nominatus. n. 1216. & 1217. fuit sub Vulcani tutela, & ejus pictura. ibid.
Septimianus cujus natalitia Romæ ludis celebrata. n.1593.
Serapis; Vide Apis. Serapidis nomen Ægyptiè lætitiam, ac hilaritatem significat; & hinc festa Apis hilaria nuncupata. n.719.
Serpens excelsæ magnitudinis fuit Salaminæ, qui omnem illam regionem devastabat: patrocinio Cereris ejectus. n.963.
Serpentes magis fugiunt fraxini vmbram, quam ignem. n.1425.
Servius Tullius Romanorum Rex, natus ex ancilla. n.1122. de Hetruscis triumphavit. n.1635.
Severus Imperator Eborati in Britania die 21. Novembris obiit. n.1637.
Sextim, regio in qua sunt ligna Sextia, arbores pulcherrimæ; leves, imputribiles, &c. n.398.

Signum, & Signa.

Signa, vel insignia militaria Romanorum. n.1105.
Signum Libræ: ejus descriptio, & pictura. n.404. Vide Libra.
Signum Leonis: ejus descriptio, & pictura. n.352. quod Poëtæ in Cœlo finxerunt in memoriam luctæ Herculis cum Leone. ibid.
Signum Aquarium: ejus descriptio, & pictura. n.365.
Signum Capricorni: ejus descriptio, & pictura. n.369. quod signum in numismatibus Octaviani Augusti sculptum, Pana nominatum, ejus fabula. n.1345.
Signum Sagittarii: ejus descriptio, & pictura. num.375. ejus tabula. n.1518. Vide 1520.
Signum Cancri: ejus descriptio, & pictura. n.379. Vide Cancer.
Signum Tauri: ejus descriptio, & pictura. n.393. Vide n.662.
Signum Arietis: ejus descriptio, & pictura. n.400.
Signum Scorpii: ejus descriptio, & pictura. n.407.
Signum Virginis: ejus descriptio, & pictura. n 411. Vide 1261. & 1859.
Signus Piscis: ejus descriptio, & pictura. n.414.
Signum Geminis: ejus descriptio, & pictura. n. 160. sunt duo sidera Castor, & Pollux dicta. ibid.
Signa Zodiaci Pythagorici numero 12. notabant. n.351. Vide Zodiacus.
Silicernium, funebre convivium, aut à silentio convivarum, aut quia silentes cernerent vmbras, nuncupatum: ejus ritus. n.649.
Socrates natus die 6. Aprilis. n.516.
Socoth Benoth Deus Babyloniorum, idem ac Gallina cum pullis. n.1367. ejus Templum, & turpis in eo mulierculorum consuetudo. n.1368. vel Socoth Benoth propriſſimè sunt tabernacula ipsarum mulierculorum. ibid.

Sol.

Sol dicitur à Solon, quod est commune, vel quasi solus. n.481. à Persis cultus sine tem-

templo, & cur. n. 15. vocatus El, elector Phœbus id est quasi pulcher, & adolescens: & Apollo, id est Medicus; & Titan, id est robustus excellens, victor, & alia. n. 481. Vide n. 525. & 1716.

Sol à Persis cultus, nomine Mithræ, à Græcis nomine Apollinis, ab Ægyptiis nomine Osyris: ejus simulachrum, ritus, & sacra, quæ Amiera, & Mithriaca dicta. n. 1504. ejus picturæ. num. 1505. à Syriis Adad, id est, unus appellatus, ab aliis Dux, Princeps, & Fons lucis. n. 1506. lingua Syria El vocatus. n. 1716.

Sol per annum ter quotidie colebatur, ipsique litabant resinam in ortu, myrrham in meridie, & circa obitum Cyphi. n. 49. per singulos dies mensis alii, alia sacrificabant. ibid. & deinceps. Vide num. 593. & 1626.

Sol in signum Virginis ingreditur die 24. Augusti. n. 1174. Vide 411. & in signum Scorpionis die 19. Octobris. n. 1478. in Pisces. n. 265. in Arietem. n. 441. in Taurum. num. 561. in Geminum. n. 683. in Aquarium. n. 123. in Cancrum. n. 864. in Libram. n. 1272.

Soli, dies primus, & septimus cujusvis mensis sacratus. n. 49.

Solis aqua, sic vocatus fons, qui oritur apud Troglodytas: cujus aqua, Oriente Sole tepebat, meridiè frigebat, vesperi calebat, nocte autem media fervebat. n. 859.

Solemnitas.

Solemnitas Cœnæ Pontificalis, quo die celebrata. n. 1029.

Solemnitas Romanorum per 50. dies triplici pompa celebrata, ob victoriam de Hispanis partam, qua in Provinciam illorum fuit redacta. n. 1074.

Solemnitas celeberrima Athenienſium, Caristia, aut Charisteria nuncupata, in gratiarum actione celebrata ob libertatem. n. 1114.

Solemnitas appellata Diamastigosis, id est flagellatio, apud Lacedemonios acta. n. 469.

Solemnitas sacrilega dicta, vitulis aureis per dies 7. instituta à Jeroboam Rege Hierusalem. n. 1458.

Solstitium æstivale. n. 876.

Solymitana Civitas à Barbaris capta, & Saladino Imperatori tradita. n. 1406.

Smaragdus à viriditate dictus, qui inter gemmas virides obtinet principatum: ejus proprietates. n. 435.

Spectaculum sumitur pro Theatro, & re spectanda, videnda, & admirandâ. num. 1045.

Spes Dea à Romanis culta: Templum ei dedicatum, ejusque causa. n. 1067. Templi ictu fulminis destructio: ejus hieroglyphicum. n. 1073. ejusque picturæ. Vide ibid.

Spicarum sacrificium. n. 608.

Stellæ.

Stella cor Leonis vocata, ejus occasus. num. 961.

Stella, ut index prosperitatis, & felicitatis (Julio Cæsare sublato) apparuit, quare ipsum pingebant habentem supra frontem, Stellam præfixam. n. 1515.

Stella, Sydus, & Astrum, inter se differunt. n. 506.

Stellæ Cardinales 4. Græcè Arctos, Dysis, Anatolè, Mesembria: quæ literis initialibus dicunt Adam. n. 268. pro quatuor Mundi partibus sumptæ. ibid.

Stercus, aliquibus Deorum offerebant, unde meritò Deos stercoreos nuncupabant. n. 1746.

Stigmata, quibus plures nationes corpora insigniebant, quod glorioſum putabant, in signum honestatis, militiæ, dilectionis, nobilitatis, ac servitutis, & alia. n. 1304. Vide Rhodus.

Strenæ, quæ in Kalendis Januarii, sibi mutuo dabantur, quales, & cur. n. 57. dictæ à Dea Strenia, vel Strenua: quasi Trenæ earum origo, & usus. ibid.

Strenia, vel Strenua Dea: à Strenuè faciendo denominata. ibid.

Sulfur est vena terræ igneæ, aut gleba præstans candorem: ejus color, & proprietates. n. 567. & n. 846. & 210.

Sulpitius longus de Samnitibus triumphum reportavit. n. 912. & 1531.

Summanus, qui & Semon, Deus, cui nocturna fulmina tribuebant, sicut Jovi diurna: dictus quasi summus Manium: Pluto, Vulcanus, aut Orcus putatus, ejus sacrificia, & ritus. n. 865. & 1247. Vide n. 174.

Sunonalia sacra Junoni Reginæ dicata: eorum ritus. n. 401.

Sylvanus Deus pecorum, & agrorum. n. 11.

Sylla bello civili Pontieum Telesinum ingenti prælio superavit. n. 1539.

Syphax à Masiniſſa superatus, & Hasdrudal cæsus. n. 869.

Syracusani ob victoriam felicem agebant diem 24. Martii. n. 467.

T

TAga idem quod Taba.

Tarquinius Rex, è Roma profugus discessit ob patriæ libertatem. num. 316. & 318.

Tarquinii, & auxiliares Hetrusci prælio à Romanis superati. n. 340.

Digitized by Google

Taurus ad arborem hei alligatus, statim mansuescit. n. 950.
Taurus signum cœleste. Vide signum Tauri.
Tellus magna mater, Cybelè, & Ops appellata. n. 1024. ejus pictura. ibid. Vide n. 484. & 737.

Templum.

Templum Fortunæ bonæ, publica pecunia extructum. n 977.
Templum Telluri, & Neptuno commune dicatum. n. 1023.
Templum Virtuti, & honori dicatum tali dispositione, vt virtutis delubrum antea fuisset, & postea honoris; vt ostenderent aditum non patere ad verum hominem, nisi per virtutem. n. 739.
Templum Hierosolymitanum incensum die 10. Augusti à Tito, Vespasiani filio. num. 1106. Vide n. 1282.
Templum Veiovis consecratum. n. 399.
Templum Jovis exustum. n. 441.
Templi Fortunæ publicæ consecratio die 25. Maii. n. 725.
Templum Romæ variis nationibus commune. n. 586.
Templum Bellonæ dicatum. n. 785.
Templum Vestæ, Romæ apertum. n. 798.
Templum Dianæ conflagratum. ibid. aliud ei sacratum. n. 1122.
Templum à Romanis Summano dicatum, tempore belli. n 864.
Templum Capitolium Jovis, exustum, reparatum, & dicatum. n. 873.
Templum Laribus dicatum: & aliud Jovi Statori conditum. n 894.
Templum Herculi, & Musis dicatum. n. 906.
Templum Fortunæ muliebri dicatum. num. 936. & n 976.
Templum Deæ Salutis dicatum, quo die simul Dea Spei culta. n. 1086.
Templum Serapidis dirutum: & dicata Basilica vbi Baptistæ reliquiæ collocatæ. n. 1206.
Templum Pacis æternæ Romæ dedicatum. n. 1606.
Templum celeberrimum Sanctæ Sophiæ Constantinopoli à Justiniano Imperatore dicatum. n. 1776. & 1778.
In Templis, in conviviis Deorum, ante Templa & juxta eorum aras, frondes, & flores omnis generis sternebant. num. 27. convivæ vnguentis delibuti, ac rosa, & nardo coronati, sedentes epulabantur. ibid.
Tempus pro Deo Saturno habitum, tribus capitibus, Leonis scilicet Canis, & Lupi depictum, propter tria temporis spatia præteritum, præsens, & futurum; ejusque picturæ. n. 831. & 832.
Tempestas pro Dea culta: ejus delubrum consecratum. n. 769. & 778. ubi Templum dicatum, & cur. n. 764.
Terminus Deus sub cujus custodia erant agrorum fines. n. 11. fuit lapis non multum grandis in Templo Apollinis Delphis suffoditus, de quo aliqui olei quotidie, & maximè diebus festis stillasse fingebant. n. 1145. ejus pictura. ibid.
Terra pro Dea habita pluribus nuncupata nominibus, ob ejus munera. n. 737. Vide Tellus. Geminam vim habet, masculinam, & femininam: prima quod fœmina producat; secunda quod ipsa recipiat. ibid.
Terra sigillata, quæ vena terræ frigidæ est dicta, ejus proprietates. n. 314.
Terræmotus gravissimus Antiochiam invasit, qui domos ejus ferè omnes dejecit cum populissima foret Civitas. n. 1288. item alius terribilis terræmotus horrendum inmodum concussit Vrbem Constantinopolitanam, domos subvertit, & solo æquauit. ibid. & deinceps. Vide Festa Neptunalia.
Terræmotus ingens per vniversam Syriam, & Arabiam Vrbes plures obruit. n 996.
Thammuz Adonidis Idolum. n. 77. Vide Adonis.
Thargelia sacra Apollini, & Dianæ dicata. n. 503.
Theatrum auro illucidum, & Stellis distinctum, à Herone factum. n. 847.
Theba in Bœotia à Cadmo condita, & ab Alexandro Magno funditus eversa: fuit Bacchi, & Herculis patria: varie nuncupata. n. 1156.
Theodosius Imperator Mediolani moritur die 17. Septembris, ejusque victoria. n. 1302.
Theodosius Secundus Imperator Catholicus, obiit die 28. Julii. n. 1051.
Theogenia sic nuncupata celebritas, in qua omnibus Diis simul sacrificium offerebant, à Discoris instituta: in qua ludi agebantur, & præmium victorum chlamys erat. n. 1539. & 1540.
Thesea celebritas, & communis gratulatio de Thesei reditu, post interfectos latrones. n. 809.
Theseus Athenis cultus, qui penè adolescens à patre veneno interiit: ejus gesta. n. 151. & 153. ejus navis salutis indicium vocata: ejus ossa ad Athenas translata pro pestis remedio, fabulatur. n. 394. Vide alia. ibid.
Theseus è saxo obiit præcipitatus, & alia. n. 1573.
Theseus cujus ossa diù latuerunt, quæ inventa ad Vrbem honorificè translata, & juxta gymnasium collocata: vbi asylum servis humilibus, ac pauperibus nunquam

Digitized by Google

ædium Patronus constituerunt. n.1573. Cultus ab Atheniensibus, vt fortis, benignus, victor, ac Patronus. ibid. Cui dies 8. cujusvis mensis sacratus. n.49.

Thestis Dea, Cœli, & terræ filia, pulcherrima: in diversas formas transfigurata: ejus variæ picturæ. n.1095.

Thoth; id est Deus, nomen antonomasticè Mercurio attributum. num.1323. Cui ex melle, & sicu sacrum dicabant, eo ritu, vt simul dicerent: Dulcis veritas. n.1324. Humano cruore placatus: vnde dictus. ibid.

Thrasceas Philosophus, cum jussu Neronis abscissis venis sensim extingueretur, manu extensa exclamavit: Jupiter liberator, hunc tibi sanguinem libo. Sed hoc aliqui Senecæ attribuunt. n.1077.

Thus est nomen Arboris, & gummis inde emanantis: ejus proprietates; nascitur in Arabia; nisi à sacris, & religiosis non pollutis contactu mulierum, nec colligi, nec incidi Arbores thuriferæ licebat. n.680.

Tiberius Cæsar natus die 16. Novembris. n.1599. & die 10. Maii triumphavit. num. 639.

Tigranes Asiæ Rex, à Romanis victus. num. 1426.

Timoleo victoriam de Syracusis reportavit. n.577.

Tisiphone vna ex tribus furiis infernalibus. n.1037.

Titus Vespasiani filius: Patris sui natalem celebravit; atque in Ludorum spectaculis aliquot milla Indæorum bestiis laceerandos obiecit. n.1606. Natus die 24. Decembris. num. 1756. Sed febri correptus obiit die 13. Septembris, aut 28. Maii. n.1276. & 743.

Toga libera, quam Adolescentes sumebant à Veteribus datam; qui plures Togas liberas distinxerunt, ex coloribus. n.438.

Topatius, vel Topazion: ejus proprietates, & virtutes, & vbi primò inventus. num. 1034.

Trabea triplex Regum ornamentum, Nobilium, & Militarium, seu vestis triumphalis; ejus differentia coloris. n.1292.

Tragedia quid, & quotuplex sit. n.1749.

Trajanus Imperator, origine Hispanus, ejus natalis. n.670. A Nerua Augusto adoptatus; Cæsar creatus, & postea Imperator. n.1317. Ejus elogia, & pictura. n.1319. Ejus obitus 11. Augusti. n.1111. Hadrianum adoptavit, & biduo post obiit. num. 1103. Cujus obitus fuit apud Selinuntem Civitatem Siciliæ, cujus Ossa translata Romæ; & collocata in aurea Vrna, sub quadam columna ab ipso erecta in foro. n.1319.

Translatio ignis sacri in demum Palatinam. n.395.

Translatio liberi Patris ex Vrbe in Eleusinam. n.1478.

Troia à Græcis capta, & incensa. n.684.

Tria festa in vno die acta. Vide festa tria.

Tribus veterum Romanorum erant 35. num. 1525.

Tribus 14. Romanorum Fabia vocata, à Fabiorum præclara gente, quæ in eam relata fuit. ibid.

Triumphans purpura, Toga picta, & palmata, lauro, Palma, & aurea corona ornabatur. n.493.

Triumphus Victorum, quomodo eum celebrabant Romani. n.1093. dictus ab exultatione. n.493.

Triumphus Romanorum, ejus ritus, & descriptionum. 132.

Trophæum à fuga hostium dictum. n.493.

Tuba, à quibus inventa; quasi Tova, id est Cava, & concava dicta: ad quos vsui habita. n.697.

Tubiluſtrium, quid sit, in quo Agna alba Minervæ sacrata; ejus ritus. n.464.

Tubiluſtria sacra, bis in anno celebrata: Prima dicata Minervæ, Secunda Vulcano. n.699. 989. & 713.

Tusci, quo die Regem salutabant, ac consulebant. n.956. & 1574.

Tutela, seu Philotis Ancilla Romana, & Ancillarum ductrix. n.943.

Tyber die 8. Octobris, repentè redundavit, & maximam jacturam Romanis intulit. n.1435.

V

VAcuna Dea, quæ & Minerva, & Diana, & Ceres, aut Victoria putata; vacantibus, & otiosis præses à Sabinis culta sub incerta specie formata, quam colebant Agricolæ post perceptos fructus agrorum. n.1785.

Valentia Civitas in Hispania Tarraconensi; prius dicta Roma, à Romo Hispaniarum Rege; nam Roma lingua Aramæa, Latinè Valentia sonat. n.141.

Valentinus die 15. Novembris dictus Imperator. n.1597.

Valens Imperator à Gothis in Prælio cæsus. n.1103.

Valeria prima Sacerdotissa Fortunæ muliebris Deæ. n.1651.

Valesius vir locuplex pro filiorum suorum salute deprecans, eam à Diis obtinuit. n.1003. Aram sub terra absconditam, Ditti Patri, & Proserpinæ inscriptam reperiens erexit, & immolavit tribus continuis noctibus. ibid.

Digitized by Google

Valerius Corvinus, de Marsis, & Hetruscis triumphavit. n.1624.
Veiovis, qui & Veiupiter, & Vedius appellatus; ac Jupiter nocivus, ejus pictura; quæ ei oblata, & alia. n.399. & 401.
Ventidius Victoriam de Parthis reportavit. n.1637.
Ventus quadruplex, sivè quatuor venti Cardinales, & octo collaterales: eorum nomina, & etymologia. n.848. & 1694.

Venus.

Venus generationis, voluptatis, imò pudoris, ac Castitatis; Hortorum, & Agricolarum Dea: Vnde dicta, & nota. Quatuor Veneres assignantur: Prima à Cœlo, & die orta: Secunda ex maris spumis: Tertia ex Jove, & Dione: Quarta Syria, Syroque concepta, quæ Astarthe vocata. num. 230. Variè cognominata. n.231. Myrtum, Cycnos, Columbas, & Rosas ei sacrificabant. n.232. Ejus picturæ. n.233. Cui vinalia solemnia dicabant, vt sedaret, & liniret tempestates. n.1153.
Venus Verticordia, culta, vt Puellarum animos Lascivos, castitatem verteret. n.501. Vnde dicta Erycine. n.804.
Venus Genitrix: ejus Templum à Julio Cæsare Romæ ex voto dicatum: ejus pictura, & varié nuncupata. n.1365. Vide Astarthe.
Verbena herba, quam ante ædes Deorum sternebant: Græcè Peristereon, id est Columbina nominata, qua Columbæ delectantur. n.1592.
Vergiliæ, quæ Hyades, ac Diodonides vocatæ, in Tauri fronte collocatæ: earum occasus. n.1509. Vide Hyades.
Veris descriptio. num.242.
Veritas, ejus picturæ. n.794. Vide portæ Veritatis.
Vertumnus Anni Deus putatus, cujus naturam cunctis figuris opportunam putarunt, & alia, quæ de ipso fabularunt: ejus pictura, & vnde dictus. n.1123. Vide num. 11.
Vespasianus Cæsar natus die 17. Novembris. Vide n.1606. & 1782.
Vesta Dea à Vestiendo, seu à vi stando dicta: cujus filia, & vxor putata: Variis Deorum nominibus nuncupata, ejus cultui dicatæ Virgines dictæ Vestales: quo ritu, ætate, & religione. n.198. Quomodo ignis in ejus Templo à Virginibus servatus: ejus Simulacrum. n.199. Vestalium conditiones, habitus, & ornatus: ritus quo Vestæ litabant: ejus picturæ. num. 200.
Via lactea ex lacte Junonis facta, ac filia alba genita fabulatur. n.666.

Victoria.

Victoria Dea à Græcis, Romanisque culta; ejus Patres, cum Minerva nutrix, & ab ipsa nominata; Templum ei sacratum, & ejus festiva dedicatio. n.1081. Variis nominibus nuncupata. ibid. ejus simulacrum. n.968. Ejus picturæ. n.141. & 1082.
Victoria dicta, quod vi, id est virtute adepta. n.493.
Victoria die 14. April. ab Augusto de Modenensibus reportata. n.547. & Martiæ Victoria, ab Atheniensibus parta. n.634.
Victoria Sarmatica. n.1048. Alia ab Atheniensibus de Persis reportata. n.1080.
Victoria navalis de Perseo Macedonum Rege reportata. n.1650.
Victima quid sit, & vnde dicta. n.39.
Victimæ humanæ Saturno, & Mamæ Sacratæ. n.1356.
Vinum ita dictum, quasi in Vite natum, vel à Vena, eo quod potus ejus venas sanguine citò repleat: inter liquores, & succus Arborum obtinet Principatum: ejus proprietates, & vsus. n.683. In Romuli sacrificiis prohibitum. n.1326.
Vindimiator, Stella oritur die 5. Martii. n.380.
Virgilius natus die 15. Octobris. n.1458.

Virgo, & Virgines.

Virgo signum cæleste. Vide signum Virginis; ejus pictura. n.1261. Vide. num. 411.
Virgines in tres classes distinctæ current in ludis: Primo impuberes, post grandiores, & postremo natu maximæ, quibus Ludis præerant Matronæ 16. n.274.
Virgines, & Matronæ honestæ festum Maiæ Deæ agebant, ramis, ac floribus ornatæ, n.603.
Virgines quotannis Thesei memoriam agebant in gratiarum actionem pro ejus prosperitate. n.392.
Virgines Fortunam virilem colebant. num. 501.
Virtus Dea: ejus Templum diversas cellas habebat; & ejus septem picturæ num. 739.
Virtus dicitur quod virum maximè honestet: vel est vitium fugere; ejus pulchra descriptio in septima pictura. n.739.
Vitex est frutex in arborem assurgens, à Græcis vocatus Agnus castus; ejus descriptio, fructus, & virtus. n.1108. Vide n.252. post medium.
Vitis arbor pura, & casta dicta. n.1469.
Vitula letitiæ, & Victoriæ Dea. n.952. Ejus festum ob Victoriam de Tuscis reportatam Præses frugibus dicta. ibid. Vide. num. 935.
Vituria, & Volumnia Matronæ Romanæ, lacrimis à Coriolano impetrarunt, quod omnes Armis, ac precibus non voluerunt. n.957.

Digitized by Google

Vicus Hebræorum Typus ex argilla factus. num. 841.
Umbra est triplex una concava, alia tendens in altum, & alia in acutum. n. 1245.
Unitas, unum aut mona dicitur mas, & fœmina: par, & impar; non numerus, sed fons, & origo numerorum, quæ ad summum Deum, & animam refertur. n. 55. Vide plura ad. n. 193.
Unitas, trina est, quia tria hæc, silicet unitas, æqualitas, & connexio sunt unum: quo adumbratur Deus in essentia unus, & trinus in personis. n. 193. Unus, & tres Jovis dictus. n. 212.
Volupia Voluptatis Dea, quæ Angerona vocata; à Romanis culta; quia cum Populus Romanus, morbo Angina dicto, laborasse voto Angeronæ facto liberatus, fabulatur: ejus pictura, & alia. n. 1741. & 1742. Vide Angerona.
Volumnia. Vide Vituria.
Votum Diis Manibus factum pro Tiberii Cæsaris salute. n. 1552.
Ursa, Animal, Dianæ sacrata, ejus proprietates. n. 361.
Ursa Stella polaris quæ dux optima vocatur. ibid.
Vulcanus Deus, quomodo fabulatur genitus ex Junone: unde dictus; inventor ac Præses ignis: ejus artes; Ægypti Rex, de formiis, sed pulchræ veneris maritus. num. 95. & deinceps. Ejus Templum & pictura n. 1169. Item aliæ quatuor ejus picturæ. num. 98.
Vulcani feriæ, quibus Flamen Vulcanalis Deæ Maiæ sacra fiebat. n. 699. Cui dies 8. cujusvis mensis sacratus. n. 49.
Vulpes quam plures, in Cereris cultum, & populi risum in Circo cum stipulis ardentibus mittebant donec comburerentur. n. 558.
Vultur, Avis anni solaris symbolum, num. 1987.

X

Xerxes in auspicium felicitatis corona oleagina coronatus; vidit in somnio ex arbore ramos qui totam terram occupabant. n. 998.
Xerxes copiosissimo Exercitu cæso, ad Thermopylas victus, & fractus. n. 841. & 1067.

Z

Zephyrus est ventus, Latinè Favonius; quasi vitam ferens dictus: resolvit germina floresque produxit. n. 848. Pro Deo habitus, floræ maritus, quæ & Dea florum fabulata: Zephyri pictura. num. 849. Flare cæpit die 6. Februarii. n. 223.
Zeuris, pulchrum Junonis simulacrum depinxit pro idea habens quinque selectarum Virginum perfectiones. n. 252. circa finem.
Zodiacus est circulus obliquus distinctus in duodecim æquales partes, quæ signa vocantur: unumquodque dividitur in 30. gradus: gradus verò in quadraginta minuta: minutum in 60. scrupula: Unde triginta gradus faciunt unum signum. Ex duodecim signis Zodiaci quatuor sunt cardinalia, videlicet Cancer in summo, Capricornius in imo: Aries, & libra, in medio: Duo prima Solstitiaria dicta. Tria signa, videlicet Aries, Leo, & Sagittarius sunt ignea: Tria terrea, videlicet Taurus, Virgo, & Capricornus: Tria aërea, silicet Gemini, libra, & Aquarius: Tria verò aquatica, silicet Scorpio, Cancer, & Pisces. n. 351.

Zona.

Zona orionis, ejus ortus. n. 890.
Zona circulus cælestis, via lactea nuncupatus, Græcè Galaxia, Cæteris Cœli circulis, & pulchrior, & candidior. n. 877.
Zona, seu cingulum, erat signum Virginis, & Virginitatis. n. 1370.

INDEX

Digitized by Google

INDEX II.

THEMATVM, SEV IDEARVM, quæ in hoc ſecundo Tomo continentur : & etiam plura alia , quæ hic invenies ex rebus applicandis deſumpta.

Omnes numeri ſunt marginales.

A

Abſintes gemma, ob cujus proprietates adumbrat Sanctos, Nigros humilitate; ponderoſos virtute; rubeos amore, aut paſſione pro Chriſto tolerata; tenentes conceptum ignem ferventiſſimæ dilectionis Dei, per ſeptenarium uſque in finem vitæ. n. 747.

Accipiter Avis regia; ejus myſtica renovatio adumbrat pœnitentiam, obedientiam, rectitudinem, & profectum Sanctorum. n. 957. Item, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, Regios charitate: animoſos contra animæ inimicos, armatos fide. n. 957. Item deſignat Sanctos, nobiles virtute: directè in Cœlum volantes, per rectam intentionem: renovantes ſe radiis Solis Juſtitiæ: expoliantes veterem hominem. ibid.

Adorea, ex qua encomia Sanctos, adoreos humilitate, victoriis, & gloria. n. 292.

Aër ob ejus tres effectus adumbrat Sanctos: modeſtos temperantia vitæ: benignos charitate lætificantes fideles, eos illuſtrando doctrina, exemplo, & patrocinio. n. 1275. Item aër modificat, inflammat, & lætificat: hinc adeſt Sanctos modificantes ſe ipſos mortificatione: inflammantes proximos dilectione: Eccleſiam Dei lætificantes eorum cultus veneratione. ibid.

Aëter adumbrat Sanctos, quia ſeparatos à mundanis affectibus: expertes corruptionis peccati puritate vitæ: igneos charitate: altos meritis; ſplendentes, hic virtute, & exemplo; ac in Cœlo gloria. n. 1050. Vide pro Sancto Aeterio.

Sanctus Ægidius Abbas.

Dictus Ægidius ab è, quod eſt ſine, & geos, quod eſt terra, & Dian, quod eſt clarum, ſive divinum: nam ipſe fuit ſine terra terrenorum deſpectu: clarus illuſtratione ſcientiæ; divinus amore, quo Chriſto ſimilis. n. 1225. Vide dicta num. 1224.

Æſculapius, ex cujus pictura lauda Sanctos tenentes bacillum potentiæ ad domandas paſſiones, & mira patranda: præmentes adverſarium: coronatos lauro gloriæ. n. 1611.

Sanctus Agabangelus Mart. Hiſpanus.

Ex victoriæ pictura eum encomia, pulcherrimum puritate, ornatum virtutibus, & donis: laureatum triumphis; coronatum palma martyrii. n. 145.

Sancta Agatha.

Agatha dicitur, ab Agios, quod eſt Sanctus, & Theos, quod eſt Deus, quaſi Sancta Dei. Tria, quæ faciunt Sanctum, in Agatha reperiuntur, ſcilicet munditia, præſentia Spiritus Sancti, & affluentia bonorum operum. n. 222. Vel Agatha dicitur ab A, quod eſt ſinè, & geos, quod eſt terra, quaſi ſine terra, & amore terrenorum. Vel dicitur ab Aga, quod eſt loquens, & Thau, quod eſt conſummatio, quaſi conſummatè perfectè loquens. Vel dicitur ab Agad, quod eſt ſervitus, & Thaas, quod eſt ſuperior, quaſi ſervitus ſupe-

Digitized by Google

superior. Vel dicitur ab Aga, quod est solemnis, & Thau, quod est consummatio, quasi solemniter consummata, & sepulta. Vnde eam encomia exutam terra: loquentem perfectè, servitutem superiori, ideſt Deo: consummatam solemniter triumpho, merito, gloria, sepulchro. ibid.

Agna Græcè pia: ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, pios, mansuetos, humiles, & vtiles, n. 588. Item per eam designantur pietas, mansuetudo, humilitas, & vtilitas Sanctorum. ibid.

Agnus castus (Latinè vitex) herba ex cujus proprietatibus, adumbrat Sanctos, inducentes puritatem exhortatione, & exemplo: sanantes infirmitates virtute: exiccantes superflua, & nociva, intercessione: foventes ad bonum, & vtile patrocinio. n. 616. Item Sanctos encomia per Agnum castum, Minervæ sapientiæ Deæ sacratum, verè Sapientes, verè Agnos, verè Castos. ibid. Vide Crux Christi. Item ex ejus floribus encomia Sanctos, claros per vitæ Sanctitatem: albos per virtutum puritatem: purpureos per perfectam charitatem. n. 1430.

Sancta Agnes V. & Mart.

Quæ præsefert, & nomine innocentiam, & re fortitudinem, devotionem supra ætatem, virtutem supra naturam. n. 136. Item ex fruticę, Agno casto, Beata Agnes, quasi Agna reddit homines castos, sicut Agnos, odore, & visu. n. 138. Item ex hujus fruticis proprietates B. Agnes semper viret virginitate: floret charitate, pellit vitia, & venena, sanctitate. ibid.

Agonius mons ex tribus ejus collibus, encomia Sanctos, Martiales, pugna contra vitia, & Tyrannos: salutares doctrina: laterales protectione. n. 102. Item ex rebus hujus montis Sanctis voca, imagines virtutum: templa Dei vivi, & veri: signa à nobis sequenda, & imitanda. ibid.

Alabandina, seu Alabanda, gemma pretiosa, adumbrat Sanctos claros, per honestatem crystallinos, per meritorum prætiositatem: subrufos per humilitatem, pœnitentiam, martyrium, aut charitatem. n. 1019.

Alauda avis à laudando dicta, ob cujus proprietates Sanctos, & electos Dei adumbrat, levatos à terrenis: tendentes versus Cœlum solidis virtutibus: modulantes multiformiter Deum laudando, & ei gratias agendo: proximos in viam salutis dirigendo. n. 1020.

Albedo, ob quatuor ad albedinem pertinentes, Sancti habuerunt candorem puritatis fidei: alborem castitatis: pallorem compassionis: livorem pœnitentiæ; aut martyrii. n. 1562. Vide color albus.

Alcyone avis, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos; parvos humilitate; sapientissimos doctrina, veraque religione, fœcundos virtutibus. n. 1702. Item eos nomina mysticos Alcyones, cæruleos vitæ cœlesti: virides spe: rubicundos flagranti charitate, aut martyrio. ibid.

S. Alexius.

Triumphavit de Parentibus, de se ipso, & de sponsa. n. 996.

Allectoria gemma parva, ob ejus proprietates Sanctos adumbrat, & præcipuè Sanctum Mathiam Apostolum, qui fuit parvus nomine, atque adeò gratus Deo, & Angelis, & hominibus. n. 323. Item extitit constans in fidei confessione: in virtutum operatione: in Apostolica observatione. Item extitit victor mundi per paupertatem: Dœmonis per humilitatem: carnis per castitatem. Item extitit egregius orator, Christum verbis prædicando: operibus ipsum imitando: signis veram fidem confirmando. Item fuit discretus quia eligenda sapienter discernebat: omittenda prudenter prævidebat: agenda rectè perficiebat. ibid. Hæc dicta Sanctis applica. Vide S. Mathias Apostolus.

Amaranthus flos ob ejus proprietates S. Amaranthum martyrem adumbrat: virentem virtutibus, constantem in adversis, purpuratum martyrio: florem immarcescibilis gloriæ. n. 1569.

Sanctus Amantius. Vide Awiantius.

S. Ambrosius Epis. & Doctor.

Ab Ambrosia dictus: Græcè Ambrosius Latinè idem est, ac immortalis, divinus, suavissimus, & dulcissimus. n. 1675. Item ex Ambrosia extitit S. Doctor odoriferus sanctitate, fragrans exemplo, suavis patrocinio. ibid. Item ex hujus plantæ proprietatibus encomia Sanctum Ambrosium, viridem virtutibus: medicinalem sapientia, & doctrina: odoriferum sanctitate, & exemplo; ramosum patrocinio. n. 1676. Item ex proprio nomine encomia S. Doctorem, suavissimum sapientia, dulcissimum beneficentia, divinum per participationem gratiæ: immortalem gloria. ibid.

Amethistus lapis indicus, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, radiantes colore roseo, ob virtutum suavitatem: violaceo ob demissam humilitatem: purpureo ob flagrantem charitatem. n. 264. Item in Sanctis purpura adumbrat potentiam: rosa amorem: viola humilitatem. ibid. Item flammulæ adumbrant claritatem exempli, honestatisque vitæ: & mollities, subie-

Digitized by Google

subjectionem obedientiæ, ibid. Item ex hoc lapide encomia Sanctos cœlestes, violaceos humilitate : roseos fragrantia omnium virtutum : purpureos flagranti charitate, aut martyrio. n.264.

Amiantus, seu Amatom gemma ob ejus proprietates Sanctos, & præcipuè Sanctum Amantium adumbrat, quia resistit igni luxuriæ : non ardet flamma tentationis : purior apparet merito impugnationis. n.245. Item adumbrat Animas in Purgatorio existentes, quæ purgantur igne, obiant pœnæ reatus : apparent nitidiores, vt splendeant gloria. ibid. ex hac gemma eucomia Sanctos resistentes igne libidinoso puritate : apparentes pulchriores constantia in tolerando adversa : obiantes mala patrocinio. n. 245. Item pro Animabus in Purgatorio eas considera purgantes satis passione: obiantes pœnæ reatus : apparentes nitidiores vt splendeant gloria. ibid.

Animæ in Purgatorio existentes. Vide Amiantus, & defectus.

S. Andreas, Apostolus.

Cum Demetrio confertur, & hinc eum voca magnum ducem religionis : egregium forma virtutum : insignem terrore contra inimicos Christi : illustratum splendore de Cœlo descendente. num. 1645.

S. Angela de Fulgino.

Ex tertia pictura Paeis : habuit olivam pietatis : rosam charitatis, spicam meritorum : laurum triumphorum, victoriarumque. n.496.

S. Anna, Mater V. Mariæ.

Cui omnes debent, nam dedit Christo Matrem, Angelis Reginam, hominibus Patronam, advocatam, asylum, mediatricem. n.1046. interpretatur gratiosa, misericors, requiescens, & donans. ibid. fuit enim gratiosa Spiritu Divino plena; misericors beneficentia in pauperes : donans hominibus mediatricem, suis devotis patrocinium : requiescens magnifica gloria. ibid. Item fuit vere beata, ac ter beata, qua à Deo decorata vt esset Mater Mariæ : Avia Christi, & spes omnium nostrum. n.1047. fuit ter magnificata, scilicet gratia, Filia, & Nepote. ibid. quæquidem ascendit in Cœlum dealbata puritate vitæ : ornata virtutibus, & meritis, elevata ad ineffabilem gloriam favore, ac subsidio sui Nepotis. ibid.

Annuntiatio B. V. Mariæ. Vide Mariæ Annuntiatio.

Anser avis, mystice adumbrat Sanctorum volatum per contemplationem : vigilantiam in Dei obsequio : curam proximorum. n.560. item dilectionem herbæ sanæ doctrinæ & aquæ compunctionis, & devotionis, & gratiæ. ibid.

S. Antonius Abbas.

Fuit nobilitatus innumeris pugnis, atque victoriis partis de teterrimo hoste, mundo, & carne. n.127. Item ex imagine hujus Sancti : primo ex Cruce, quæ & Thau littera ; encomia eum victorem, salutarem, laureatum gloria. ibid. Item ex symbolis tintinabuli, lauda ipsum Sanctum per famam sanctitatis ; per tutelam suorum clientum : per tesseram insignis gloriæ. ibid. Item ex baculi mystica significatione, encomia cumperfectum viatorem, ejus firmam fidem, erectam spem ; & carnis temperantiam. ibid. Item ex libro qui in manu Antonii adumbrat: primo visibiles res creatas ex quibus ipse sumebat documenta ad faciendum scalam ad Deum : secundo ipsum Sanctum cœlesti sapientia eximiè instructum ad Ethnicos, & hæreticos convincendos. Tertio ipsum Sanctum mysticum fuisse librum exaratum vitalibus literis virtutum. ibid. Item virum modestum, humilem Thaumaturgum potenter. ibid. Item ex sue ad Sancti pedes stante, qui triplicem victoriam à Sancto reportatam significat : Prima de Ethnicis. Secunda de hæreticis. Tertia de peccatoribus, qui omnes jure in suibus adumbrantur. ibid. Item triplicem signat victoriam de triplici sapientia. Ethnica videlicet, terrena, & diabolica. ibid. Item Sancti Antonii adumbratur victoria de Dœmone, triumphus de carne, tutela animalium. ibid. Item ex igne picto ad magni Antonii pedes, qui Sancti hujus signat prærrogativas avertendi ignem infernalem : restringendi ignes luxuriæ, sanandi contactos igne sacro : vlciscendi delinquentes in ipsum, aut asportantes res ipsi Sancto dicatas. ibid. Item ignis ipse Sanctum Antonium designat, igniferum charitate: auspicem, & Principem vitæ monasticæ : virginem anima, & corpore : ferventem in exercitio omnium virtutum. ibid.

S. Antonius de Padua.

Decus Ordinis Minorum, qui castitate, sapientia, virtutibus, & miraculis extitit admirabilis. n.838. Item Antonius dictus quasi altitonans (sic Jovis die 13. Junii cultus cognominatur) vnde ex Jovis attributis fuit S. Antonius invictus, quia vinci non potuit ab hostibus animæ, mundo, dœmone, & carne. Item victor quia in omnia elementa triumphans, & ignis, & aër, & aqua, & terra suæ vocis imperio obtemperant. Item opitulus ; id est, opis lator ; quia suos devotos adjuvat oratione ; subvenit protectione ; ditat dono-

Digitized by Google

donorum largitione. n. 837. & 838. Vide Jovis. Item ex attributis Osyriris die 13. Junii culti, qui & Serapis dictus applica Sancto dicta. n. 716. Item ex Sole prædicto die culto. Vide Sol, Apollo, & applica. Item Antonius ab Anthos Græcè flos dictus. Vide flores, & applica. Item Antonius lilio assimilatur, quod est inter flores excelsius: propter excellentem castitatem: propter miram sanctitatem: propter famosam celebritatem. n. 840. Item ex Minerva Dea sapientiæ, hoc die 13. Junii culta. Vide Minerva.

Apis, ex cujus prima pictura ad n. 717. vitulus, adumbrat Sanctos, nigros humilitate, candidos castitate: albos rectitudine intentionis: Aquilinos contemplatione. n. 856. Vide Vitulus.

Apium herba, qua triumphatores coronabantur Justum adumbrat qui est purgans proprios defectus rigida mortificatione: sanans aliena peccata fraternali correctione: lætificans audientes sancta conversatione: succurrens morsibus venenatis culparum sacramenta li confessione. n. 563. Item Apii radix, est anima Justi, alba puritate: odorifera virtute: grata patrocinio, & exemplo. n. 1119.

S. Apollinaris Episc. & Mart.

Dictus ab à, quod est sine, & polluo, & aces quod est virtus, qui virtuosus sine pollutione vitiorum. Vel dicitur à pollens, & ares, id est, pollens virtute. Vel à pollo quod est mirabilis, & ares quasi admirabilis virtute. n. 1027. hinc extitit virtuosus, sine vitiorum pollutione: pollens virtutibus: mirabilis potentia contra Idòla; miraculis, gratia, & gloria. ibid.

Apollo.

Ex ejus prima pictura Sancti sunt Soles (juxta illud Matthæi 13. fulgebunt Justi sicut Sol) habentes aureum Tripodem fidei videlicet, spei, & charitatis. n. 128. Item habent sagittas defensionis fidei: prædicationis, & amoris. Item habent Citharam sonantem virtute, Rectitudine, & Tolerantia. ibid. Item prout Tripus est ornatus gratia; Justi gestant in capite pro ornatu triplicem gratiæ coronam; prima virginitatis in via: secunda martyrii in morte: tertia gloriæ in patria. ibid. Item gestant sagittas divini amoris: arcum pacis, & reconciliationis: pharetram ignitæ aspirationis. ibid. Item gestant citharam divinæ laudationis: suavis prædicationis: consonantiæ vnionis. ibid. Item ex secunda pictura habet Apollo tres gratias, seu charites, quæ Aglaia Thalia, & Euphrosyna vocantur: & juxta earum interpretationem Sancti accepernnt à Deo tres gratias, prima lætitia in tribulationum passione: secunda hilaritas in bonorum largitione: tertia fœcunditas in virtutum germinatione. ibid. Item tres gratiæ dicuntur divitiæ, pulchritudo, & sapientia. Has Sancti à Deo acceperunt, quia pro temporalibus contemptis æternas divitias congregaverunt: pro corporali despecta, spiritualem pulchritudinem invenerunt: pro humana abjecta divinam Sapientiam meruerunt. ibid. Item ex prima Apollinis pictura pro S. Leone Hierarcha. Vide S. Leo, & n. 481. Item ex tribus aliis gratiis Apollinis, & præcipuè ex Tibia, encomia Sanctos sacratos Deo fide, religione, virtute: Conspicuos puritatis splendore: compactos vt armonioſas Lyras acorde virtutum varietate. n. 1150.

Aqua, ejus locus triplex, nempè terra, aër, & Cœlum Sanctos adumbrat degentes corpore in terra, à terrenis remotos; spiritu in aëre per contemplationem: in Cœlo per glorioſam fruitionem. n. 1023. Item ob aquæ proprietates Sanctos encomia, puros, per castitatem: speculares per bonitatem: fœcundos per charitatem. ibid. Item adumbrat Sanctos scandentes in sublimè, per contemplationem: temperantes Cœlum per orationem, fœcundantes terram per protectionem. ibid.

Aquarius, signum cœleste, ex ejus pictura encomia Sanctos: per faciem Lunæ, claros claritate vitæ: per faciem veneris, amatores Dei, & proximi; per faciem mercurii, mediatores inter Deum, & suos clientes patrocinio. n. 264. Item encomia Sanctos mysticas, regias Stellas, ac lampades. Vide Stella, & Lampas.

Aquila, adumbrat Sanctos, nobilissimos gratia: levissimos volatu contemplationis: siccos laboribus, & adversitatibus, & martyrio: calidos ferventi charitate in Deum. n. 857. Item ex Aquilæ volatu, volarunt Sancti volatu fortitudinis, volatu virtutis, volatu perfectionis. Item, volatu ad electionem desideriorum, volatu ad contemplationem æternorum in gloria. ibid.

Ara.

Dicta, quasi alta, & à terra elevata, Sanctos adumbrat altos, elevatos à terrenis: igneos charitate in Deum: pios pietate in proximos: ornatos Palma triumphorum. n. 941. Item adumbrat Sanctos, profundos humilitate: solidos virtutibus, altos merito. n. 1711.

Arabia.

Ob ejus proprietates, adumbrat Sanctos: beatos per octo beatitudines, præcipuè quia pauperes spiritu, quia mites, quia

Digitized by Google

misericordes, & quia persecutionem patiuntur propter Justitiam. n. 317. Item Sanctos adumbrat, thuriferos per orationis fervorem; sacratos per dignitatis honorem: aromaticos per virtutum odorem. ibid. Item sunt mysticè Arbores habentes vmbram ad protectionem: medicinam ad curationem, myrrham ad mortificationem. ibid. Vide Sardonix.

Sancta Arabia Mart.

Ex Arabia Provincia: fuit ferax myrrhæ pœnitentiæ: balsami misericordiæ, & Cinnamomi odoris virtutum. Item dicitur sacra, quia sacrata Deo, thurifera quia in igne charitatis exarsit: beata quia in terra posita agebat in Cœlis. Item ex triplici Sardonyche fuit Sardonyx; primo propter fidem fulgentem: secundo propter spem confidentem: tertio propter charitatem ardentem. n. 423. hæc themata applica Sanctis, & ipsæ Sanctæ applica, quæ de Arabia dicuntur.

Arctophylax.

Est constellatio cœlestis, quæ currus dicitur, constans Stellis septem, Sanctos adumbrat per septem Virtutes, tres Theologales, & quatuor Cardinales. Hæc Sanctis adapta, qui ad polum, id est Christum se appropiant fide, operibus credendo: spe, virtutibus progrediendo: charitate meritis perveniendo. n. 734. Item Viri Sancti in via perfectionis vtuntur prudentia rectè agendo: justitia justè operando, fortitudine patienter tolerando: temperantia æquè moderando. ibid. Item hæc constellatio adumbrat Sanctos propter numerum, quia sunt septem Stellæ, id est septem Spiritus Sancti dona: propter situm, quia vicina polo, id est Christo, per ejus imitationem: propter aspectum, quia apparet radiosa, & rutilans per virtutum splendorem: propter motum, quia sub polo locata semper vertitur circa axem, per cursum ipsorum rectum circa Deum. ibid. Item septem Stellæ adumbrant septem virtutes, Sanctos decorantes quibus regnntur septem: Tria ex parte animæ, & quatuor ex parte corporis. Ex parte animæ primo est vis rationalis quæ fide illustrat ad cognoscendum verum: secundò est vis irascibilis, quæ spe erigitur ad malum declinandum: tertio est vis concupiscibilis, quæ charitate incenditur ad diligendum bonum. n. 735. Item tres primæ hujus signi Stellæ adumbrant fidem qua Sancti cognoverunt verum: spem qua erecti fuerunt ad sequendum bonum, & declinandum malum: charitatem qua flagrantes bonum dilexerunt. ibid. Item ex parte corporis; aliæ quatuor Stellæ Virtutes Cardinales adumbrant cum alluſione ad quatuor elementa, ex quibus humanum corpus componitur. Regnntur ergo Sancti igne fulgente, id est justitia purgativa, fæces vitiorum, ac imperfectionum purgando: Aëre, id est prudentia illuminativa per viam salutis progrediendo: aqua, id est temperantia refrenativa, motus concupiscibiles castè temperando: terra, id est fortitudine in Dei servitio immobiliter permanendo. num. 736.

Arcturus.

Arcturo assimilantur Sancti, propter situm; aspectum, motum, & affectum: primò propter effectum à terrenis coarctati; secundò proper motum semper ad supera tendentes: tertiò proper aspectum operibus radiosi, virtutibus micantes: quartò propter situm, merito, & gloria Altissimi. n. 1363. Vide Arctophylax.

Armabellica, onerant, ornant, & tegunt, sic arma spiritualia; Justos onerant pondere humilitatis: ornant decore sanctitatis: tegunt protectione charitatis. Item inter arma militaria sunt scutum, galea, & pharetra: ex quibus scuto adumbratur fides: galea, spes: pharetra amor. Item scuto adumbratur fides, Crux, tutela, & decus. n. 578.

Ariadna.

Culta fuit, luctu, lætitia, & ludo. Ex luctu beati lugentes, &c. Mathæi 5. Lugendum est triplici luctu: primò luctu pœnitentiæ, propter peccata: secundò luctu affectus pietatis, & compassionis, propter Christi passionem: tertiò luctu spei, sive cum spe, obtinendi consolationem æternam. n. 1230. Item ex ludo: qui est honestus puritate vitæ, gravis modestia christiana: spectabilis etiam ipsis cœlestibus, humilitate, pacientia, fortitudine, &c. Quibus facti sunt spectaculum, Mundo, & Angelis, & hominibus. 1. Corinth. 4. v. 9. n. 1231. & 1045.

Aries: ob ejus proprietates adumbrat Sanctos laniferos gratia Christi: placidos, & mansuetos hilaritate, mansuetudine, & pacientia: fortes laborando, & patiendo pro Christo: duces aliorum doctrina, & exemplo: tutores patrocinio. num. 862. Item Sanctos designat, quia virtuosos: quia fortissimos in Dei obsequio: quia Arietes mactatos pro Christo: quia bidentes id est videntes Deum in gloria. ibid. Item ex triplici Ariete, marino videlicet terrestri, & cœlesti, encomia Sanctos per marinum, elevatos à mundanis, & contemplantes cœlestia: per terrestrem ornatos gratia, & fortes virtute: per cœlestem, fulgentes velut Stellas.

Digitized by Google

las. ibid. Item signum Arietis ob ejus qualitates adumbrat Sanctos, igneos ardenti charitate: nobiles obedientiæ velocitate: masculinos virtutum probitate: diurnos clara veritate. n. 863. Item ex tribus faciebus signi Arietis, Sancti habent faciem veneris, qua Dei, & proximi amatores: faciem Martis qua fortes in laborando, & patiendo pro Christo: faciem Solis quà lucidos gratia, & virtutibus in hac vita, & in alia, gloria. ibid. Vide Vervex.

Asbestus Martyres adumbrat, qui lucent perenniter, vt nec imbre mundanæ prosperitatis, nec vento adversitatis, & tribulationis extinguantur; imò ardent amore, & dilectione: splendent exemplo, mirabilibus virtutis operibus. n. 644.

Asterites, aut Asteria gemma, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, candidos castitate; lucentes charitate: candidantes alios exemplo, & doctrina. n. 777. Item adumbrat Sanctos verè Asterios, quia candidos castitates: lucentes religione, & doctrina, velut Stellas ambulantes in Dei obsequio: candidantes, & illustrantes alios charitate, & exemplo. num. 922.

Astrion gemma Indica crystallo propinqua Sanctos adumbrat ex qua eos encomia Astriones pretiositate vitæ: crystallinos puritate: lucentes doctrina, gestis, exemplo. num. 317. Vide Crystallus. Item in centro habet Stellam lucentem, puta Christum in corde per affectivam passionem: in operibus per perfectam imitationem: in voluntate per sanctam dilectionem. ibid. Item adumbrat Sanctos lucentes quasi Luna plena: claros honestate habentes in centro cordis Stellam Christum per gratiam fulgentes in Cœlo per gloriam. 922.

Astra sunt Sancti fulgentes virtute, merito, gloria, & patrocinio. n. 921.

Athleta: Athletæ spirituales sunt qui pro Christo legitimè certant: vncti oleo charitatis: nudi paupertate: deorsum humilitate. n. 515. Item vnctio Athletica est magna virtutum exercitatio: portus tranquillus; nutrix confidentiæ: & porta perfectionis.

S. Augustinus Ecclesiæ Doctor.

S. Augustinus omnes fidei hostes insectans factus est, propugnaculum fidei: virtutis exemplum, & sanctitatis speculum. n. 1200. Item encomia ipsum, Virum prudentia: Leonem fortitudine: Bovem pacientia, & Aquilam sapientia. ibid. Item ex prophanis hujus diei voca Sanctum Doctorem: Lunam pulchritudine virtutum; Solem Ecclesiæ doctrina: Mitram præsulatu: victoriam, aut victorem trophæis partis de inimicis Ecclesiæ, & animæ, ac de se ipso. n. 1201. Item ex Luna veste nigerrima visa, Sanctum voca Lunam quia lucentem fide, religione, puritate: Luciferum doctrina, & exemplo: Splendidum operibus, merito, gloria. n. 1202. Item ex Lunæ quatuor faciebus, huic Sancto adapta dicta. n. 1177. Item ex Lunæ pictura tantum Doctorem encomia, album puritate: Croceum florida humilitate: roseum flagranti in Deum charitate, & amore. n. 1202. Item ex Solis pictura lauda Sanctum, Solem doctrina sua: calcantem crocodilos hæreticos, illuminantem Catholicos: navem ducentem ad æthera doctrina, vita, religione, exemplo. n. 1203. Vide in die 29. Januarii, & 26. Martii. Item ex pictura victoriæ: encomia Sanctum Doctorem pulcherrimum vitâ à die suæ conversionis: discalceatum terrenis affectibus: cinctum puritate, virtutibus: alatum fama: laureatum trophæis. n. 1204. Item ex pictura Harpocratis: nudum à terrenis affectibus: obsignantem digito suæ sapientiæ, ac doctrina, hæreticos, ipsisque imponendo silentium: Mitrarum, Præsulum exemplum. n. 1205.

Aurora.

Ob ejus epitheta adumbrat Sanctus luteos humilitate: Croceos pœnitentia: aureos charitate. Item roscidos misericordia, & pietate: lucidos operibus; roseos exemplo, charitate, aut martyrio: splendidos gloria. n. 824. item ex prima ejus pictura, Aurora adumbrat Sanctos ornatos coma flava per cognitionem cœlestium secretorum: iduos veste aurata per pretiositatem meritorum: sedentes in aureo Solio per possessionem gloriæ præmiorum. n. 822. Item ex secunda pictura adumbrat Sanctos, vectos spiritu in Cœlum per flammigeram contemplationem: Solis justitiæ nuncios per Evangelicam prædicationem: gestantes faeem per clarissimam illuminationem: fulgentes per virtuosam operationem: conspergentes rosis aerem per sapientissimam locutionem. ibid.

Aurum, ex ejus compositione Sanctos adumbrat, albos castitate; vivos gratia: rubeos ardore charitatis, aut passione martyrii n. 852.

Auster ventus, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, humidos gratia: calidos flagranti amore Dei, & proximi, fulmineos zelo honoris Dei: rosantes patrocinio in suos clientes, verosque devotos. n. 1717.

Digitized by Google

B

BAal Berith, ex ejus interpretatione; vir Sanctus dicitur per gratiam Deus, Dei filium imitando: Dominus, sibi ipsi dominando: Patronus, fideles adivuando. n. 793. Item Sanctus dicitur autor puritatis eam promovendo, autor munditiei, eam exercendo: autor serenitatis, eam consequendo: autor alimenti, ipsum exhibendo: autor recreationis, honestè loquendo. ibid.

Bacchus, ex ejus quinta pictura, encomia Sanctos, cinctos zona castitatis; rubicundos fortitudine; flavos humilitate; cœruleos vita cœlesti, quarè gestant coronam gloriæ. n. 389. Item ex Bacchi attributis: in Sanctis viguit facula fidei: illychnium candidissimum puritatis: splendor virtutum, meritorum, & exemplorum. ibid.

Baculus. Vide Osyris.

S. Basilius Magnus.

Cujus virtus, doctrina, & sapientia effulsit Vincendo Valentem Cæsarem: exarmando Arium: confortando fideles: confundendo infideles, & patrando miracula. num. 842. Item fuit Sanctus Basilius ter magnus: magnus sapientia: magnus potentia: magnus sanctitate. ibid. Magnus verè castitate, moribus, & vita ibid. Item magnus Doctor: magnus Prælatus: magnus Sol Orientalis Ecclesiæ. ibid. Item Sol tribus constat literis: S, quia solus. O, omnia: L, lustrans; sic Beatus Basilius fuit Sol, quia solus omnia lustravit. Item ex columna ignis, &c. encomia S. Basilium jure magnum, & columnam ardentem charitate: lucentem sapientia; sustentantem virtute: protegentem patrocinio. n. 843.

S. Barbara V. & Mart.

Ex Mercurii attributis extitit ter maxima, puritate, doctrina, & constantia. n. 1662. Item ter maxima vt fax fidei: vt Sal prudentiæ: vt Sol Ecclesiæ. ibid. Item ter maxima tribus laureata sertis, virginitatis, scilicet doctricis, seu ductricis, & martyrii. ibid. Item fuit Sancta Barbara angelica puritate: nuncia Christianæ fidei: ductrix ad Christum: quæstrix animarum: & datrix gratiæ, seu patrocinii suis verè devotis. ibid.

S. Bartholomæus Apost.

Si ejus festum celebretur die 24. Augusti, huic Sancto adapta Themata dicta verbo Luna à n. 1175. vsque ad n. 1177. & præcipuè, ei adapta hostiam mactatam, excoriatam, & Lunæ litatam. ibid. Item ex pellibus Libri Legis, encomia S. Apostolum, habentem pellem albam puritatis vitæ: nigram, & humilitatis, & potentiæ in Dœmones: rubram martyrii, viridem, & floridam immarcescibilis gloriæ, ac patrocinii. Item fuit hujus Sancti pellis vexillum quadruplex, iis quatuor pellibus, velut vexillis designatum. num. 1183.

Bartholomæus dicitur à Bar, quod est filius, & Tholos, quod est summitas: & moys, quod est aqua; hinc interpretatur filius suspendentis aquas; quo nomine triplex notatur ipsius Apostoli suspensio; prima suspensio elevationis ab amore mundi: secunda, intentionis amore cœlestium: tertia, innixionis gratiæ, & auxilii Dei. n. 1183.

Belus ex materia ejus statuæ, encomia Sanctos, luteos humilitate, Aereos fortitudidine: aureos charitate. n. 717. Item ex nomine Beli, quod est idem, ac Sol. Vide Sol.

Belli hieroglyphicum ex gladio, sceptro, & corona colligatis descriptum. n. 279.

Bellona, ex ejus pictura encomia Sanctos, indutos Christo, cinctos virtutibus, & præcipuè fide, spe, & charitate: furentes contra vitia, & Dœmones; vibrantes flagellum mortificationis, ad subjiciendam spiritui carnem; tenentes facem doctrinæ, & exemplo. n. 790.

Berecynthia Deorum mater, dicta à flore hyacintho, & viola, ex quo encomia Sanctos violaceos, humilitate; floridos virtute, & exemplo; hyacinthos vita cœlesti. n. 466.

Beniamin filius Jacob, ex Rachele; ex ejus nominis interpretatione, pro Tertio Ordine S. Francisci; nam filius doloris, mœroris, & pœnitentiæ interpretatur. num. 1239.

Sanctus Bernardus Abbas.

Ex venatorum festa, eum encomia verè catulum contra vitia latrantem; verè narcidum puritate fragrantem; verè facem Orbem illuminantem. n. 1159. Item est lux puritate, & doctrina; catulus latratu, & custodia; lumen charitate; lampas expellendo tenebras illuminando Orbem. n. 1160. Item Sanctum encomia triplicem catulum, piscem, pascendo doctrina; animal rutile flagranti charitate; sydus, fulgentem in Ecclesia militante, ac triumphante. Item, catulum latrantem, dirigentem, & custodientem. n. 1161. Item ex facibus. Vide n. 941. die 6. Julii. Item ex hedera, encomia Sanctum, virentem honestate; adhærentem Deo amore; suis patrocinio, ac custodia; nutrientem lactè doctrinæ mellifluæ. n. 1162.

Bernardus dicitur à Ber, quod est puteus, vel fons, & nardus herba humilis, calida, & odo-

Digitized by Google

& odorifera; aut dicitur Bernardus, quasi ardens, arduus; aut bona nardus; ex hoc encomia ipsum Sanctum ardentem fervore, sublimem vita, nardum odore. Item ex nardi proprietatibus encomia; nardum spinosam pœnitentia; modicam humilitate; calidam amore; odoriferam exemplo. n. 1163.

S. Bernardinus Senensis.

Ex attributis Minervæ, Palladis, & Herculis, extitit sapiens fructuosa prædicatione; pugnans pro nominis Jesu gloriosa exaltatione; fortis fide in ejus acerrima defensione. n. 690. Item sapiens per doctrinæ veritatem; velligerus, contra mundi vanitatem; fortis, contra vitiorum malignitatem. Item ex Minervæ pictura, extitit Sanctus Bernardinus accinctus virtute castitatis; armatus verbo veritatis; galeatus honore dignitatis. n. 691. Item extitit indutus veste triplici colore; aureo, potestate miraculorum; purpureo, affluentia donorum; cœlesti, gloria conversorum. Item ex purpura; extitit roseus corporis candore, & mentis decore; violaceus propria humiliatione, & aliena despectione; purpureus nominis Jesu amore, & ejus gloriæ fervore; sublucidus insignis triumphi honore, & suæ famæ splendore. n. 692. Item ex Beryllo; extitit candidus per conscientiæ puritatem; pallidus per pœnitentiæ austheritatem. Viridis (smaragdo similis) per virginalem honestatem; aureus per fervidam charitatem. n. 693.

Beryllus lapis prætiosus, qui in concha purpurea generatur Sanctos adumbrat; candidos puritate; pallidos humilitate, & pœnitentia; virides spe, honestaque conversatione; aureos ferventi charitate, n. 693.

S. Blasius Episc. & Mart.

Ex pictura Minervæ ipsum, & alios Sanctos, encomia cœlestes vita; aureos charitate; purpureos martyrio. n. 213. Item ex sacrificiis Larium, Sancti habuerunt thus orationis; thymiama virtutum; flores exemplorum; & coronas gloriæ. ibid. Item ex pictura Mercurii, hunc Sanctum, & alios encomia luctatores Christi; nudos à terrenis affectibus; gestantes Crucem; alatus charitate, erga Deum, & proximum. n. 217.

S. Bonaventura, Eccl. Doct.

Fuit Aquila ingeniorum, Sophiæ Phœnix, Theologiæ lumen, splendor Orbis, candor Cœli. n. 981. Item Cherub Ecclesiæ, sapientia; Seraph, charitate; monstrum sacrum sanctitatis. ibid. Item ex bonæ Fortunæ pictura, Sanctum Doctorem lauda, ex omni parte ritè quadratum; magnum virum in Dei Ecclesia; sapientem, mirabili sapientia; discalceatum terrenis affectibus; stolatum tot dignitatibus, muneribus, signis, ac virtutibus decoratum. n. 982. Item ex Mercurii pictura lauda Seraphicum Doctorem, pulchrum aspectu Angelico; cinctum castitate: album Cherubica sapientia, Seraphica charitate; gestantem Caduceum pacis, ac concordia. n. 983. Item ex elogio Mercurii, qui ter maximus fuit nuncupatus, nam Seraphicus Doctor extitit maximus sapientia, maximus virtute: maximus miraculis. n. 984. Item ter maximus sapientia, maximus ad profligandos errores: maximus ad illuminandos fideles, illustrandoque Catholicas veritates: maximus ad inflammandum affectum, dum erudit intellectum. ibid. Item ter maximus, quia sal terræ, lux mundi, sidus clarissimum Ecclesiæ: maximus quia fax Evangelii, falx Hæreseon, ventilabrum dogmatum Ecclesiasticorum: arx fidelium, securis arborum infrugiferarum. ibid. Item maximus, quia lucerna lucens, miræ doctrinæ splendore: & ardens Seraphico amore; atque illustrans mirifico puritatis candore. ibid. Vide S. Dominicum, & festa tria, & num. 985.

Bootes constellatio cœlestis. Vide Vergiliæ, quæ Stellæ Bootes dictæ.

Bos, Sanctos Martyres adumbrat, summè diligentes aratrum fidei, & religionis, per ductionem, directionem, & dilectionem. Item per generositatem, altitudinem, & pietatem. n. 553. Item perfectos Sanctos significat, pios charitate in proximos: mites mansuetudine, ac cordis humilitate: mundos puritate vitæ. Item altos virtutibus, signis, meritis, gloria, ac patrocinio. n. 931.

Sanctus Brunus.

Carthusianæ Religionis institutor, ex ejus epitaphio extitit Doctor Sapientissimus: præco Christi Apostolicus: cultor Eremi Sanctissimus: velut Stella micans fulgentissimus. n. 1428. Vide Stella.

C

CAmau, seu Kamau gemma prætiosa, variis coloribus ornata, ex qua Sanctos encomia, albos castitate, nigros humilitate, rubicundos charitate, aut Martyrio, variatos virtutum varietate. num. 744.

Cancer signum cœleste, ex tribus ejus faciebus encomia Sanctos, vt Lunam pulchros, vt martem bellatores Christi; vt Venerem splendentes; hic Christiana vivita, illic felici gloria. n. 77. Ex hujus

signi

Digitized by Google

ſigni lemate, nempe ad ſublimia retrorſum, adumbrat Sanctum virum, qui coercendo ſenſus, fugiendo honores, calcando terrena ad faſtigium perfectionis conſcendit. n. 379.

Candela tribus conſtat, cera, ellychnio, & lumine. Vide Mariæ Purificatio.

Canicula triplex, piſcis, animal terreſtre, & ſidus vt Stella, quæ canis ſyrius vocatur, cum Sole aſcendente, dat honores, authoritatem, & faſtum magnum: ſic Sanctus Eccleſiam honorat decore vitæ: eam authorizat dictis, & factis vt in ejus feſtivitate faſtum magnum ſolemneque agat. n. 584. Item Sancti ſunt fulgentia ſidera in Cœlo nata; fervida Dei dilectione: magna virtutis perfectione, ſplendida gloriæ fruitione. ibid.

Cantica ſunt quatuor, ex quibus encomia Sanctos, fortes in tribulatione: victores in agone: lætos in paſſione; adhortantes in prædicatione. n. 123.

Capra ob ejus proprietates Sanctos adumbrat ſagaciſſimos in diſcernendo, & amplectendo veram virtutem, & doctrinam: velociſſimos, obedientia, & in Dei ſervitio: acutiſſimos contemplatione: dulciſſimos patrocinio. n. 931. Vide Damula.

Capricornus ſignum cœleſte, cujus domus eſt Dominii, Regni, Gloriæ, & Imperii, quæ Sanctis adapta, quiquidem domus Dei myſticè ſunt. n. 1345. Item ex ejus trifacie prima Jovis, & hæc adumbrat bonitatem: ſecunda Martis, & hæc luctam, & laborem: tertia Solis, & hæc gloriam, & honorem. ibid. Item encomia Sanctos myſticos Joves bonitate Chriſtianarum virtutum: Martes lucta, & labore pro ſequenda, & defendenda vſque ad mortem Chriſtiana religione: Soles poſt mortem, à Deo gloria, & honore coronatos. ibid. Vide Capra.

Caprificus, ficus ſylveſter, ob eius proprietates adumbrat Sanctos, virides honeſtate vitæ: molles Chriſtiana manſuetudine: lacteos puritate, & charitate: tenentes facem veræ fidei, cum igne charitatis, & ſplendore virtutum. n. 949.

Carna Dea, ex ejus pictura encomia Sanctos pulchros caſtitate: cinctos virtutibus: coronatos gloria: geſtantes virgam potentiæ à Chriſto acceptæ ad noxia arcenda, ſuoſque clientes, ac devotos fovendo. n. 914.

S. Carolus Borromæus Epiſc.

Cujus nominis anagramma eſt carus Sol, ſeu clarus Sol. Vide Sol. Item ex Mercurii pictura, eum voca myſticum Bovem fortitudine, conſtantia, & pacientia: oculatum vigilantia in paſtorali ſolicitudine: clarum caſtitate, & doctrinæ puritate: cæruleum vita cœleſti. num. 1558. Vide Mercurius.

Carmenta Dea, ex ejus pictura Sanctos encomia, pulcherrimos puritate: alatos amore Dei, & proximi: redimitos corona virtutum; honoratos palma gloriæ. n. 110. Item carmenta à canendo dicta, quaſi canens, vnde ex vocis proprietatibus encomia Sanctos, claros puritate: altos contemplatione, virtute, merito: fortes pugna contra hoſtes Chriſti, & animæ, ſuaves patrocinio in clientes. n. 122. Item ex quatuor canticis voca Sanctos, fortes, victores, lætos, adhortantes exemplo. ibid.

Sanctus Caſimirus Conf.

Qui illuſtris triumphavit de ſe: de Mundo, & de Dæmone. num. 376. Item fuit virgo, miſericors, & egenorum defenſor. ibid.

Caſtor, & Pollux.

Qui eſt ſignum Geminis, ex ejus tribus faciebus Sanctos encomia, per primam potentes potentia à Chriſto accepta ad vincendos inimicos; per ſecundam, Martiales Chriſti virtute, fortitudine, conſtantia; per tertiam Soles puritate, fulgore, beneficentia, & patrocinio. num. 157. Item ex hujus ſigni pictura, encomia Sanctos formoſos puritate; robuſtos virtute; flammeos amore in Deum, & proximos; Stellatos fulgore. ibid. Item, formoſos virtute; robuſtos fortitudine, ac conſtantia; indutos albis tunicis caſtitatis; geſtantes flammam igneam flagrantis charitatis. n. 989. Item formoſos caſtitate; aureos cœſarie cogitationum cœleſtium, ardentique charitate; laureatos triumphis; habentes Stellas patrocinii ad ſuos clientes protegendos. n. 990. Item ex Ludorum inſignibus, Sanctos encomia indutos toga picta virtutum; armatos conſtantia, & fortitudine Chriſtiana; coronatos triumphis partis de Tyrannis, de Carne, Mundo, ac Dæmonum. ibid. Item ex pileis, voca Sanctos, pileatos quia pugnatores pro fide, & virtute; quia nobiles nobilitate gratiæ; quia liberos conſummata libertate gloriæ. ibid.

Sancta Catharina Senenſis.

Quatuor coronis vt ſponſa Chriſti redimita; prima ſpinea admirandæ pœnitentiæ; ſecunda argentea, infuſæ ſcientiæ; tertia florida ex viola humilitatis, lilio virginitatis, nardo odoratiſſimi exempli; quarta aurea flagrantiſſimæ charitatis. n. 597. Vide Corona.

Sancta Catharina virgo Bononienſis Ordinis Sanctæ Claræ Abbatiſſa, prænuntiata veluti fulgentiſſimus Sol, ex quo ei applica illud, Eccleſ. 48. v. 2. Sol in conſpectu

Digitized by Google

pectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus excelsi. n. 416. Vide Sol.

S. Catharina V. & Mart.

Ejus nomen anagrammate dicit; natis chara, & merito, quia fuit chara Angelis, ob puritatem; chara Deo, ob charitatem, chara hominibus, ob pietatem. n. 1633. Chara, inquam, patrocinio, scientia, & cœlica facundia. ibid. Item Catharina, littera N. mutata in S. dicit charitas; quia diligendo Deum, & nomen accepit, quia Deus charitas est. Vnde in Sancta Catharina fuit, Deus gratia donorum recta operando; gratia privilegiorum mira patrando; gratia labiorum errores confutando. Item Catharina dicitur à Catha, quod est vniversum, & ruina, quasi vniversalis ruina; nam omne ædificium Diaboli in ea vniversaliter corruit. Corruit in ea per humilitatem ædificium superbiæ; per virginitatem, ædificium carnalis incontinentiæ; per paupertatem spiritus, ædificium mundanæ concupiscentiæ. num. 1634. Item Catharina dicitur quasi cathenula, quia sibi cathenam fecit constantem quatuor gradibus, innocentia operis, munditia cordis, despectione vanitatis, & locutione veritatis. ibid. Vide Via lactea.

Cathedra Sancti Petri Apostoli, quam tradit S. Irænеus, munitam doctrina; locupletatam traditionibus, illustratam meritis; auctam dotibus. n. 129.

Ceres Dea.

Ex rebus ei sacris, Sanctos encomia ferentes flores virtutum; spicas plenas meritorum: coronas gloriæ. n. 150. Item ex ejus pictura: habentes facem doctrinæ: fasciculum fructuum bonorum operum: coronam meritorum gloriæ. ibid. Item ex fasciculo papaveris Sanctos encomia, albos puritate, & doctrina: roseos charitate, & fortitudine: purpureos martyrio, & zelo religionis. ibid. Item ex calatho seminum ei sacrato lauda Sanctos erumpentes frondem virtutum, & patrocinii: flores doctrinæ, & exemplorum: culmen meritorum, & gloriæ. ibid. Item ex Cereris Spicis Sanctos encomia (mysticas Spicas) rotundos paupertate spiritus: aculeos contra inimicos Christi, oneratos laboribus: alatos meritis: latos Patrocinio. ibid. Item ex alia pictura Cereris encomia Sanctos, pulchros castitate: cinctos virtutibus: coronatos spicea corona opimorum meritorum. n. 963. Item ex face: ardentes charitate: lucentes virtutibus: splendentes exemplo. ibid. Item ex papavere, voca Sanctos albos castitate, nigros humilitate, roseos charitate, purpureos martyrio. ibid.

Centaura Arbor. Vide Crux Christi.

Centenarius numerus, designat complementum virtutis, & gratiæ, perfectionis, salutis, gloriæ, ac perseverantiæ. n. 1008. Gerit imaginem virginitatis, & martyrii, ac cujusque rei eximiæ, in Ecclesia. ibid.

Cera ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, albos castitate: puros candore vitæ: odoratos exemplo, ac redolentia famæ: dulces clementia, & beneficentia, in suos devotos. n. 1028.

Cereus Sanctos adumbrat, mysticos cereos, cera pietatis, illychnio puritatis, luce exempli, bonorumque operum. n. 1739.

Certamen Ludorum, ex quo habes Sanctos certantes sapientia contra errores: virtute armatos contra vitia: cursu bonorum operum, meritorumque gloriæ. n. 1726.

Certamina equestria, ex quibus encomia Sanctos, galeatos fide, armatos virtute, aureos charitate, argenteos fama sanctitatis. n. 1136. Item encomia floridos, vt lilios puritate: hyacinthinos vita cœlestis roseos flagranti charitate, aut martyrio. ibid. Vide n. 697. & 698. pro tubis.

Chrisma ex oleo, & balsamo benedicto conficitur, quo significatur lux gratiæ: nitor doctrinæ: redolentia bonæ famæ. num. 1035.

Sancta Christina V. & M. pro ipsa vide Topazius.

S. Christophorus Mart.

Dictus quasi Christum ferens, & hoc quatuor modis: in humeris per traductionem, in corpore per maceration em; in mente per devotionem; in ore per confessionem, & prædicationem. n. 1040. Item ex triplici canicula ipsum encomia, caniculam piscem pascendo doctrina fidei: canicula animal terrestre ruptile, flagranti charitate in Deum: canicula sidus fulgentem in gloria. ibid. Item Sanctum Christophorum lauda rutilem charitate: fidelissimum fide; pugnacissimum pro Christo Domino; custodem patrocinio. ibid. Ciconia ex qua voca Sanctos Ciconios, adversus viperas infidelium, & adversus peccata; peccatores vt filios foventes. n. 124.

Citrus est arbor viridis, odorifera, & laureo folio, ex quo adumbrat Sanctos, virides virtute; odoriferos exemplo; laureatos triumphis, gloria. n. 280. Item Sanctos adumbrat semper virides gratiæ virore; odoriferos Sanctitatis odore; laureo similes gloriæ explendore. ibid.

Sancta Clara Virgo.

Primogenita S. Francisci, cum sit ex Familia Scyphorum orta, Scyphea dicta, adeòque Scyphus gemmeus nectareo li-

Digitized by Google

quore plenùs, quem Hercules manu dextera gestabat, non immerito tantæ heroinæ attribuitur, eamque vocat mysticum Scyphum gemmeum virtute: niveum pudore; ac puritate: nectareum donis cœlestibus. n.1120. Item ex notatis num. 1114. Sanctam Matriarcam encomia claram Lunam lucendo, Dianam ducendo vita, virtute, regula, exemplo sponsas ad Christum: Hecatem jaciendo per Mundi cardines, radios virtutis, patrocinii, & exempli. n.1121. Item fuit sacra Diana quæ virgo, & virginum ductrix dicta, ex ejus pictura S. Clara extitit stolata, stola puritatis: discalceata, virtute paupertatis: stans constantia bonitatis: succincta balteo virginitatis: armata scuto fidelitatis. 1121. Item ex muneribus matronarum Diaconissarum encomia Sanctam Claram: nudantem fœminas mundana vanitate, custodientem earum portas, regulari clausura: animantem ad vitæ Evangelicæ sequelam. ibid. Vide Luna, & Diana.

Classes sex, seu factiones ludentium, à coloribus distinctæ; ex quibus encomia Sanctos, albos puritate: virides spe: cæruleos vita cœlesti. n.1238. Item auratos virtute: purpureos charitate flagranti: roseos exemplo, ac bonorum operum fragrantia. ibid. Item albos puritate: coccineos charitate: virides spe firma in Deum: cæruleos vita cœlesti. n.82. Item; albos castitate: rufos constantia, fortitudine, martyrio: virides formositate virtutum; cæruleos puritate cœlica. ibid. Vide n.975.1149. & 1247.

Clavis. Vide n.1146.

Clavus (ex solemnitate Romanorum, qui in æde Minervæ clavum fingebant) adumbrat Sanctos, & Christum patientem, vota Religionis, virtutem, amorem, silentium, obedientiam, & alia Sanctis adaptanda. n.1286.

Clypeus Sanctos Martyres significat, qui verè sunt Clypei igniti amore Dei: armati virtute: rubrefacti proprio cruore: fortes protectione. n.1527.

Coccinus color, ex quo encomia Sanctos, spadiceos fide, religione, sapientia; phœniceos raritate, ac splendore virtutum: roseos ardenti charitate, aut martyrio. n.1149.

S. Coleta Virgo, Ordinis S. Claræ.

Quæ meritò fuit speculum virtutis: regula morum: decus Virginum. n.397. Item Ordinis reparatrix: parens fœcunda, gloriæ suæ gentis. n.397. Item S. Coletæ adaptatur pictura Vestæ, & indè eam encomia pulcherrimam Virginem: albam puritate: cinctam obedientia, paupertate, &c. coronatam triumphis, merito, gloria. ibid. Vide n.816.

Cœlum. Vide Ignis.

Color albus, ex quo Sanctos Martyres Cæsaraugustanos, quorum cineres in globulos candidos conversi fuerunt, encomia, diaphanos charitate vitæ: igneos charitate in Deum: claros gloria, & fama. n.1555. Vide Globus. Item ex colore subrubeo ipsarum reliquiarum, Sanctos encomia puros castitate: igneos charitate: claros virtute, merito, gloria, miraculis, fama. ibid. Item ex albedine, quæ adumbrat Sanctos puros castitate: perspicuos claritate vitæ, & doctrinæ: impermixtos terrenis affectibus: sicque verè albi affecti per calorem amoris Dei, per frigorem patiendi pro Christo. n.1561. Vide Albedo.

Color animæ sanctæ à sole Christo accepto triplex: primus sublimitas, qua magna coram Deo, & hominibus: secundus voluptas, qua spiritualiter in Deo delectatur; estque Paradisus voluptatis à Domino plantatus: tertius claritas, qua Cœlestia contemplatur, juxta illud Corinth. revelata facie gloriam Domini speculantes. n.456. Vide 691. & deinceps. Item veste ex triplici colore Sancti induti sunt: aureo charitatis: cœlesti spei, vitæque cœlestis in terris: purpureo pacientiæ, virginitatis, ac martyrii. n.691. Vide Classes.

Columna multiplex Sanctos adumbrat: lacteritia, eorum humilitate: Ænea, fortitudinem, & constantiam: marmorea, candorem. n.958. Item Sancti sunt Columnæ stantes ob constantiam in fide: virginales, ob puritatem vitæ: trophæales, ob eorum victorias, partas de Mundo, Carde, Dœmone, ac tyrannis: memoriales ob gesta præclara. n.959.

S. Columba Virg. & Mart.

Ex hujus avis proprietatibus S. Columbam encomia candidam per virginalem castitatem: felle carentem per Sanctam simplicitatem: rectè aspicientem per veram charitatem. n.1789. Item in undas se immergit, vt veram pœnitentem: lota evadens ad vitam resurgentem: meliora grana eligens Eucharistiam recipientem. ibid. Item fuit S. Columba vt columba munda puritate intentionis: fœcunda fructu bonæ operationis: inter Deum, & homines signum reconciliationis: nuntia pacis æternæ benedictionis, Christo sacrata per martyrium in ara passionis. ibid.

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum. Vide Defunctus.

Concordia Dea, ex rebus ei sacratis, encomia Sanctos mysticas cornices concordia;

Digitized by Google

Ciconias victoria, merulas, gloria. ex n. 124. Item Cornices vera concordia, & vita solitaria à terrenis affectibus abstractos; ciconias adversus viperas infidelium, & contra peccata: merulas pœnitentia lætè tolerando adversa, & canendo æternaliter in gloria. ibid. Item ex ejus sexta pictura Sanctos voca decoros puritate: compactos adunatione virtutum bene coloratos exemplo: gratiosos servicio, Deo, patrocinio hominibus. ibid. Item ex septima pictura Sanctus proclama decoros puritate: cinctos obedientia, & virtutibus: discalceatos terrenis affectibus. ibid. Item crateros receptione laborum pro Christo: cornucopios exemplo. ibid.

S. Conradus ex 3. Minorum Ordine.

Fuit clarus nobilitate: clarior charitate: clarissimus sanctitate. n. 303. Item sui, carnis, & Mundi victor: nitescens virtutibus: prophetiæ dono, ac crebris miraculis. ibid. Amianto assimilatur. Vide Amiantus.

Cornix avis ex qua encomia Sanctos Cornices vera concordia, vita solitaria, & à terrenis affectibus abstracta. n. 124.

Corona.

Triplex pro triplici statu, scilicet, virginitatis, matrimonii, & viduitatis. n. 955. Item præmium Sanctis præparatum: donum Martyrum: munus Virginum significat. n. 1008.

Corona quæ data est Sanctis victoribus (juxta illud Apoc. 6. v. 2.) triplex est, aurea propter sapientiæ claritatem: siderea propter conscientiæ puritatem: lapidea propter pacientiæ firmitatem. n. 1291. Vide n. 1125. & 1401. Item triplex corona, prima ferrea fortitudinis: secunda aurea charitatis: tertia argentea decoris, famæque virtutum, aut miraculorum. n. 73.

Corona; ex variis coronis Sanctos encomia gramineos humilitate, quercueos fortitudine: myrteos viriditate honestatis, & lætitia in Christo obsequio: aureos charitate: laureatos martyrio, aut corona gloriæ ob triumphos partos de animæ inimicis. n. 901.

Corona florum, quadruplex, quam Sancti meruerunt: liliam virginitate, castitate: violaceam humilitate: nardeam virtutum famositate: roseam flagranti charitate, aut martyrio. n. 1039. Item corona, quam dat Deus amicis suis quadruplex, 1. spinea pœnitentibus: 2. lapidea patientibus: 3. aurea contemplantibus: 4. siderea triumphantibus. n. 1125.

Coronæ florum, quibus redimiti epulum Minervæ celebrabant, adumbrant Sanctos, violaceos humilitate: lilios castitate, ac puritate: roscos martyrio, aut charitate: vnctos Spiritus Sancti vnctione, id est gratia, & sanctitate. n. 1372. Vide n. 391.

Coronæ triumphantium, ex quibus encomia Sanctos, castrenses pugna: oleaginos benignitate, ac pietate: murales patrocinio: triumphales victoria parta de tyranno, de adversis, de tormentis. n. 221. Item ex triumphantium insignibus, encomia Sanctos, currus humilitate: equos albos puritate, togatos toga palmari triumphorum, sceptros potentia ad suos veros clientes subveniendo: coronatos gloria. ibid. Vide Triumphus.

Coruscatio, adumbrat Sanctos, veloces obedientia, zelo in Dei obsequium, & lucratione animarum: claros doctrina, & exemplo: igneos charitate. n. 868. Item albos castitate: rudeos martyrio, aut charitate, claros conscientiæ puritate. ibid.

Crux Christi.

Arbor vitæ, per Agnum castum significatur; nam cum sit planta, latinè vitrix, inter arbores collocatur, ex cujus proprietatibus Crux est sicca erutiatum ariditate: calida perfecta charitate: semper virens virtutum fœcunditate. n. 616. Item Crux inventa animam lætificat: odorata corpus purificat, visa vtrumque glorificat. Item verius quam agnus castus, inducit castitatem: sanat infirmitatem: exiccat superfluitatem: fovet charitatem. ibid. Item die 3. Maii oritur Centaurus Sidus, & est quædam arbor Centaura, à Centauro dicta, symbolum Sanctæ Crucis, quia sedat dolorem, clarificat visum, curat paralysim, necat vermes, consolidat vulnera. n. 617. Item Centaura est amarissima, medicinalis, sicca, calida, & vocatur febrifugia, & fel terræ: quas proprietates Cruci adapta, quia Christo amarissima passione tormentorum: nobis medicinalis curatione peccatorum: sicca Christo ariditate dolorum: calida nobis amore meritorum. ibid. Item Centaura est triplex, arbor videlicet, flos, & Stella: vt arbor humbrat, & protegit: vt flos curat: vt Stella dirigit; sic Crux Christi. ibid.

Crux est triplex, Trabea, aut triumphale signum; videlicet purpureum Christo vincendo Dæmonem, per mortem & lignum: album nobis per gratiam: cæruleum Sanctis per gloriam. n. 1292.

Crystallus, seu Lapis Crystallinus, quem pisces Tobiæ, Lucius nomine, gestat in cerebro Sanctos, & præcipuè S. Lucium adumbrat, ex qua encomia eos Collyonios

Digitized by Google

mos pulchritudine: Vranoscopos rectitudine in Deum: Lucios, aut lucidos vita, doctrina, gestis, & exemplo. n.298. Item ex aliis crystalli proprietatibus Sancti sunt similes crystallo, quia radiis Solis Justitiæ percussi flammas charitatis emittunt se ipsos inflammando: infideles illuminando: ipsum Christum contemplando. ibid. Item martyrii ferro percussi inflammantur ob divinam dilectionem accenduntur, ob Christi imitationem: exardescunt, ob fidei defensionem. ibid: Vide S. Lucius. Item crystallus; Sancto. adumbrat, puros simplicitate: frigidos honestitate castitatis: lucidos constantias ac perseverantia: splendidos gloria. n, 922.

Cupressus, sivè Cyressus, & Cyparissus, ex cujus proprietatibus, encomia Sanctos, semper virides virtute: pulchros puritate: altos, & sublimes merito, gloria, & patrocinio. n.1113. Item rectos fide, religione, intentione: solidos virtute, constantia firmitate: fugantes doctrina vera, tineas infidelitatis, & peccatorum: odoriferos exemplo: vtiles patrocinio. ibid. Item, pulcherrimos puritate: solidos virtute: imputribiles à peccato: firmos perseverantia in bono. n.1381. Item rectos in Dei obsequio: virentes castitate: jucundissimos exemplo, & patrocinio. ibid.

Currus Solis, ex ejus quadriga, encomia Sanctos Actœones luciditate virtutum: lampos charitate ardentes: erythreos, aut martyrio, aut flagranti dilectione: philogæos patrocinio, amore, & beneficentia in suos verè devotos. n.169.

Cybele Dea.

Ex ejus pictura encomia Sanctos discalceatos affectibus terrenis: sedentes in curru gloriæ: coronatos triumphis: magnos revera cum cœlestibus computandos. n.1618. Item ex alia pictura Sanctos invenies, cinctos zona puritatis: inductos viriditate, cœlestis vitæ, floribusque virtutum, & exemplorum: tenentes sceptrum potentiæ contra passiones, & tyrannos: & clavem ad mira patranda. ibid. Item ex ejus labatione, Sanctorum instar nos labare debemus. 1. imbre lachrymarum: 2. imbre mortificationum: 3. imbre lætificationis. n.499.

Cygnus avis candidissima adumbrat Sanctos, candidos castitate; nigros humilitate: rubeos charitate, aut martyrio. num. 754. Item instar Cygni, Sancti in mari Mundi hujus pervenerunt ad portum navigando, remigio prudentiæ, gubernaculo obedientiæ, clause juxta Dei legem: elevatis per contemplationem: altæ meritis, suaviter modulando in laudando Deum. ibid. Vide Venus.

D

Damula, seu Capra ob ejus proprietates Sanctos adumbrat, Damulos à fugiendo vitia: Capros carpendo aspera pro Christo: ibices volatu contemplativo in Deum: dorcas manendo in excelso virtutum monte. n.1666. Item Sanctos encomia velocissimos in cursu virtutum: levissimos spirituali saltu, abstractioneque à terrenis: sagacissimos discretione: dulcissimos patrocinio. ibid. Vide Capra.

Dedicatio Ecclesiæ; ex more Hebræorum, & Gentilium, qui templum dedicabant circumeundo, lætieanendo, ramos virides gestando, musica instrumenta tangendo. n.1285. Item Sancti sunt mystica Dei templa, & ex gyro, qui est instar Coronæ, encomia Sanctos triplici gyro, aut corona ornatos, videlicet honestate vitæ viriditate operum, exemplorum: harmonia in Deum colendo, laudando, diligendo. ibid. Item Dedicatio templi ex ritu Gentilium, qui face, tuba, igne, statuis, aris, donariis, oleo, prece, ac sacrificio, in suis dedicationibus vtebantur. Vnde ad sacra vertè facem verè fidei: tubam prædicationis: ignem amoris Dei: statuas, seu Sanctorum imagines colendas, dejectas statuas peccatorum: aras cordium in Deum erectorum: donaria eleemosynarum: oleum benignitatis, & charitatis: preces humiles: sabinam viridem honestatis vitæ, ac sacrificia totalia honestrorum cordium. n.940.

Defunctus, vel Defuncti.

Preces, quas in Ternovenis fundebant Gentiles pro Defunctorum suorum expiatione; Christianizatæ, suffragia Fidelium adumbrant, scilicet, per vinum, sacrificia Altaris: per lac, orationes: per sanguinem, opera pœnalia: per flores purpureos, eleemosynas ex charitate factas. n.1550. Item Animæ in Purgatorio existentes adjuvantur à nobis ex tripliei dimensione numeri 27. Prima, in intelleetu ad cognoscendas, ac perpendendas pœnas, quas patiuntur: secunda in memoria, ad reeolendam obligationem, vtilitatemque nostram in ipsis animabus subveniendo & adjuvando: tertia in voluntate, vt ipsas opere diligamus, suffragiisque adjuvemus. n.1551. Item defunctus, vel defuncti quibus ternarium numerum sacrabant Gentiles, quia ter clarum inclamabant defunctum, ex quo lauda

Digitized by Google

laudat eos, qui in Christo obvierunt, ter claros, vita, merito, & gloria. num. 173. Vide Amiantus, & dicta. n. 172. Item, ex ritu defunctorum Sanctos encomia vexillatos fidei trophœis: armatos virtutibus: coronatos gloria. n. 1639. Item ornatos floribus virtutum: delibutos unguentis exemplorum: accensos facibus amoris Dei, & proximi: purpuratos martyrio, aut flagranti charitate. ibid. Item ter claros Sanctos encomia, scilicet vita, merito, & gloria.

Delphinus piscis, & Simon quasi auditor dictus, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos: quia delectantur in melodia Verbi Dei: quia veloces in obediendo, & Dei præcepta exequendo: quia spirantes, & anhelantes, non in aqua bonorum temporalium, sed in aëre spiritualium, ea desiderando: quia habentes oculos in parte superiori elevatos, scilicet ad Deum contemplandum; & cœlestia appetendum. n. 825. Item ex Delphino arbore, encomia Sanctos virides, honestate: gratiosos, charismatibus cœlestibus: violaceos, humilitate: purpureos charitate, aut martyrio: Hyacinthinos vita cœlesti. n. 826. Item ex Delphino Stella, encomia Sanctos; mundissimos puritate, & gratia: sphericos paupertate, & contemptu temporalium: luminosos operibus justitiæ: altissimos, quia ad altissimam contemplationem, gloriamque cœlestem elevatos. ibid. Item ex triplici Delphino: Sancti sunt pisces, quia à Deo cibo eucharistico, & rete amoris capiuntur: arbores, quia bonos fructus dignos pœnitentiæ faciunt: Stellas, quia splendore virtutum illuminant. ibid.

Demetrius, pro Deo habitus ex ejus attributis omnes Sanctos in uno charitatis vinculo conjunctos, encomia benefactores largiente bonitate: servantis à malis protegente pietate: Reges cœlestes suprema potestate. n. 1062. Item ex oblatis Demetrio, Sanctis omnibus offeramus (ultimo anni die) vinum lætitiæ, eorum triumphos celebrando: odores gratos orationis eos devotè deprecando: coronas laudum de ipsorum præmio congratulando: erigentes in cordibus nostris unicuique eorum, tot aras, quot sunt anni dies, in quibus cultum, gloriam, & honorem Deo, ejusque Divis solemniter tribuamus. ibid. Item ex materia statuarum, quas ipsi Demetrio erexerunt, encomia Sanctos æreos fortitudine, aureos charitate, togatos gloria. num. 1789.

Deorum (sive Divorum) tres sunt classes, prima eorum, qui cœlites habiti sunt semper, ut Angeli; secunda eorum quos merita in Cœlum vocarint, ut Sancti; tertia Divarum, propter quas datur ascensus in Cœlum, ut virtutes. n. 1101.

Diaconissæ: fuerunt Matronæ in primitiva Ecclesia, quarum præcipua munia erant tria, scilicet nudare fœminas, custodire earum portas, animare fideles. n. 1121.

Diana.

Ex tribus festivitatibus ei dicatis, encomia Sanctos, succinctos castitate: currentes virtutibus: spectacula gestis mirandis ipsorum. n. 338. Item ex ejus pictura encomia Sanctos, ninpheos pulchritudine puritatis: succintos virtutibus: armatos potentia accepta à Deo, ad mira sustinenda, & patranda. ibid. Item ex alia pictura, cœlites encomia discalceatos à terrenis affectibus; alatos contemplatione in Deum: Leones fortitudine: panthereos fragrantia virtutum, & exemplorum. ibid. Item ex ejus cognominibus, encomia Sanctos luciferos vera fide, & religione: splendidos virtute: Hecateos radiis doctrinæ, & exemplorum. n. 1124. Vide Luna, & n. 331. & deinceps.

S. Didacus Ordinis Minorum.

Extitit fidei integritate plenus, spei fidelitate constans, charitatis officio conspicuus. n. 1587. Item fuit imbutus religionis observantia, morum puritate, perfectionis sanctitate. ibid. Item fuit clarus miraculis, sublimatus in Cœlis, & à Regibus veneratus in terris. ibid.

S. Dionysius Areopagita.

Ex lapide pretioso, qui Dionysius dicitur, ipsum encomia nigrum humilitate, fuscum pœnitentia, & laboribus pro Christo toleratis: contritum aquis adversitatum: fragrantem vino amoris Dei: resistentem, & confundentem Gentilicam ebrietatem. n. 1442. Item Dionysius dicitur à Dia, quod est duo, & nisus, quod est elevatio. Vel dicitur à Diana, & syros, quasi pulcher Deo. Vel dicitur à gemma Dionysia, valente contra ebrietatem: hinc Sanctum encomia elevatum corpore de Mundo per terrenorum perfectam renuntiationem, fugamque mundanorum: elevatum spiritu, per internam contemplationem, & sapientiam plane cœlestem: pulchrum Deo, per virtutum decorem: valentem contra vitiorum ebrietatem, seu constantia in tolerando adversa pro Christo. n. 1443. Item ex Dionysii cognominibus, encomia hinc Sanctum Præsulem, Theosophum sapientia cœlesti: alatum duplici ala, amoris, scilicet, Dei, & proximi: Macharium possessione beatitudinis: Jonicum protectione, & sustentatione. n. 1444. Item ex

Joni-

Digitized by Google

Jonica columna: ipse est columna protectrix clientum: Ecclesiæ sustentatrix, per planè cœlestem doctrinam. ibid.

S. Dominicus Ordinis Prædicatorum Fundator.

Victoriis innumeris clarus: spoliis opimis onustus: laureatus agmine suorum. num. 1082. Item ex Mercurii dictis Sanctum Patriarcham encomia, nuntium Christi, ad Mundum reformandum: legiferum suam verè magnam, præexcelsamque Religionem instituendo: custodem animarum, contra hæresim, vitia, & peccata purgando: datorem gratiæ, miracula patrando, & suis devotis beneficia largiendo. n. 1083. Item ter maximum, scilicet, lumen Mundi, columen Ecclesiæ, scutum Fidei. ibid. Item maximum virtutibus, donis, miraculis, ac patrocinio: maximum sanctitate, scientia, pugna. ibid. Item encomia hunc Sanctum ter maximum, vt Canem Domini, contra vitia latrando: vt librum sapientiæ, Ecclesiam defendendo: vt Stellam splendentem sanctitate eximia. ibid. Item ter maximum prædicatione, dilectione Dei, defensione Ecclesiæ. ibid. Item maximum, quà susceptum in nativitate à B. Virgine: quà Stellam micantem splendore vitæ: quà Solem fulgentem in gloria. num. 1084. Item ex face, Sanctissimum Patriarcham encomia, tripliciter facem: 1. pellentem tenebras: 2. illuminantem orbem: 3. inflammantem homines. ibid. Vide num. 1085. Festa tria, & S. Christophorus Martyr. Item adapta Sanctissimis Patriarchis Dominico, & Francisco illa verba Job 9. vers. 9. qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyades, & interiora Austri, ex quibus eos encomia Arcturos mysticos Ecclesiæ vita Evangelica: ducentes Plaustrum Israelitarum, vsque ad Bethsames, quo domus Solis interpretatur: Orionas Stellas, à gladio dictas, eo quod Stellarum sint luce terribiles, & clarissimæ; quia hi Patriarchæ toto in Orbe clarissimi sanctitate, vita, ac miraculis: terribiles per se, & per suos, Hæreticis, obstinatis, ac dæmonibus: Hyades, quibus quinque Stellis significentur quinque verba Pauli 1. Corinth. 14. v. 19. scilicet, verbum orationis, laudis, consilii, exhortationis, & confessionis, in quibus Sanctissimi Patriarchæ micarunt: interiora Austri Sancti Spiritus perflantes in interioribus secreta mysteria, dona, magnitudinem mirabilem, ad quam electi à Deo, vt velut fulgentissimi Soles luceant. n. 1416. & 1417. Vide n. 1160.

Draco ob ejus proprietates, mysticè adumbrat Sanctos vigilantes in Dei obsequium: subslavos, pœnitentia, & martyrio: calidos charitate in Deum, ac proximum: volantes contemplatione. n. 1611.

E

Ecclesia. Vide S. Sylvester Pontifex maximus.

Electrum, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, albos puritate: virides spe, cœlestique vita: rubicundos charitate, aut martyrio. n. 1612.

Elephans, Sanctos, ob ejus proprietates adumbrat nobiles munificentia, insignes temperantia, conspicuos æquitate, declinatores insaniæ, cultores pietatis, celebres mansuetudine, regalesque animo. n. 954. in fine.

S. Elisabeth Portugaliæ Regina.

Per Regiam claritatem adumbrata, quia filia Regis, vxor Regis, ac mater Regis: quam encomia cinctam puritate; pulchram virtutibus: ornatam egregiis dotibus: coronatam gloria. n. 953. Item ex tribus coronis, quibus erat regia claritas redimita, quas hæc Regia Heroina meruit, 1. in statu Virginitatis, ob virginum exemplar: 2. in statu Vxoratus, ob Conjugatarum normam: 3. in statu Viduitatis, ab Viduarum exemplum. ibid.

S. Elisabeth, Vngariæ Regis filia.

Cœtus Minoritarum ornamentum; virtutibus admiranda: clara miraculis. n. 1618. ex pictura Osyridis, ipsam encomia baculum rectitudine, fortitudine, potentia, & protectione. num. 1614. Item ex pictura Cybelis, eam encomia discalceatam affectibus terrenis: sedentem in curru gloriæ: coronatam triumphis: magnam revera cum cœlitibus computandam. n. 1618. Item ex alia pictura Cybelis, eam encomia cinctam zona puritatis; indutam viriditate vitæ cœlestis, floribusque virtutum, & exemplorum: tenentem sceptrum potentiæ contra passiones, & tyranni, clavem ad mira patranda. ibid.

Epiphania.

Ex Lyra; quæ est instrumentum musicum; & sidus (Græcè fides) quod si Lyra allicit, oblectat, & mulcet pectora, hæc præstitit Stella ex Jacob puer Jesus sua in Epiphania alliciens Magos ex Oriente, super montem victorialem visa, &c. oblectans suo aspectu: mulcens ipsorum Magorum pectora, gratiis, & charismatum donis. n. 87.

Epulum Minervæ, ex cujus ritu encomia Sanctos violaceos humilitate: lileos, castitate, & puritate: roseos charitate, aut martyrio: vnctos Sancti Spiritus vnctione gra-

Digitized by Google

gratiæ, ac donorum. n. 1377. Vide num. 1375. Item ex ritu Epuli lactisterni encomia Sanctos, virentes virtute: florentes exemplo: laureatos triumphis: coronatos gloria. n. 1592.

Equus in bello, ex cujus proprietatibus Sanctos encomia, generosas Christi quadrigas: exultantes in palestris virtutum: odorantes bellum cognitione, præparatione, & munimine: excitatos, & provocatos ad cursum voce inspirationis: gaudentes in Christi victoria. n. 163. Item ex Apoc. 6. v. 2. encomia Sanctos Equos albos puritate vitæ: arcum gestantes fortitudinis, & constantiæ: vincentes in prælis: coronatos victoriis. n. 1401. Item Sancti sunt Equi Christi velocissimi ad prædicandum: promptissimi ad obediendum: fortes ad pugnandum. ibid. Item sunt viriles superando hostes: agiles exequendo jussa Dei, cooperando divinis inspirationibus: ductiles mansuetudine, commiseratione, patrocinio. ibid. Item sunt Equi Christi albi puritate conscientiæ, veritate doctrinæ, claritate eloquentiæ. Item ex hoc debetur eis triplex Corona. Vide Corona. n. 1291. Item ex Equorum solemnitate, encomia Sanctos viriles in persecutione: agiles in prædicatione: ductiles in obedientia, & aspiratione. num. 1291. Item albos puritate conscientiæ, veritate sapientiæ, claritate eloquentiæ. ibid. Item albos baptismali regeneratione: pœnitentiali reformatione: virtuali candidatione. ibid. Item viriles in hostis persecutione: agiles in operis executione: ductiles in cordis mansuetudine.

S. Eulalia Emerita Virg. & Mart.

Ex quatuor ventis lauda eam, vocando Orientalem, aut subsolanum ventum ab Oriente gratiæ per baptismum: Australem, aut Meridionalem, quia repletam rore cœlesti, & amore Dei: Aquilonarem in sustinenda passione, tantoque martyrio: Occidentalem, seu Favonium, quia fovent em, protegentemque clientes suos n. 1698. Vide Ventus.

S. Eulalia Barcinonensis Virg. & Mart.

Eam encomia Virginem puritate: Sponsam perfectam Christi Jesu, charitate: dissidentem, ac pugnatricem cum falsis numinibus, vel tyranno: laureatam triumphis, præclaro martyrio. num. 252. Item ter maximam voca, quà Tellurem Deo sacratam: quà lucinam veræ fidei doctricem, virtutumque prædicatricem: quà aëream veluti in aëre regnantem cum stupendo miraculo, è regione aërea inducta fuit nive. ibid. Item ter maximam, quà pulchram omni virtute: quà consortem gloriæ, ibique regnantem cum Christo: quà Junonem veram juvando clientes; vti veram patronam. ibid. Item extitit Beata Eulalia maxima, Domina, & potens: maxima virtute, Domina passione, potens miraculis. ibid. Item eam encomia floridam sanctitate, & virtute: monetam doctrina, prædicatione, martyrio: Feronam juvamen suis clientibus ferendo. ibid. Item Sanctæ Eulaliæ tribuitur ramus castus puritatis: lana gratiæ vbertatis, & virga potestatis ad mira patranda. ibid. Item ex agno casto eam encomia veram arborem agnam castam, vtpote virentem virtute, florentem gratia, & exemplo, pellentem noxia patrocinio. ibid. Item ex cupresso ipsam Virginem encomia veram triferam, & rectitudine fidei, & nitore puritatis, & soliditate, ac constantia in martyrio. ibid. Item triferam etiam encomia Sanctam Eulaliam triplicitèr laureatam, ebore, aut laureola virginitatis: auro sapientiæ, vt primariam doctricem veritatis: cupresso, aut laureola martyrii, quà inflexibilem tot tormentorum pondere. ibid. Item ex Junonis pictura Beatam Eulaliam encomia pulchram vitæ puritate: coronatam martyrio: tenentem sceptrum potentiæ ad mira patranda: laureatam nube protectionis: cinctam iride, vti nuntiam pacis. ibid. Item ex alia Junonis pictura lauda Virginem puritatis candore: pulcherrimam gratiæ splendore: cinctam fortitudinis decore: discalceatam à terrenorum amore. ibid. Malum punicum in dextera tenentem pro signo charitatis, sceptrum in læva pro indicio potestatis: Coronam in capite pro insignia Majestatis. ibid. Item ex alia Junonis pictura Sanctam Eulaliam encomia Cruci affixam aureo funè charitatis in Deum: mediatricem inter Deum, & homines: gravitatem duobus ponderibus amoris erga suos clientes ad benefaciendum eis, & in terra, & in mari. ibid.

F

FAba herba habet florem album, nigrum, purpureum, & odoriferum; & Sanctos adumbrat, albos castitate: nigros humilitate, aut martyrio: odoriferos exemplo. n. 638. Item fabæ hasta triangulata Sanctos adumbrat triangulares per triplicem virtutem, theologicam fidem, spem, & charitatem. ibid. Vide S. Gregorius Nazianzenus.

Farina, ob ejus proprietates Sanctos adumbrat quà separatos, à furfure peccatorum: quà candidos castitate, ac honestate

vitæ;

Digitized by Google

vitæ; quâ fractos mortificatione, pœnitentia, aut martyrio. n. 1033.

Faunus, ex ejus pictura encomia Sanctos, ornatos virtute: rubeos flagranti charitate, aut martyrio: fidereos fulgore meritorum, & gloria. n. 260. Item arundineos vacuitate affectuum terrenorum: fœniculos viriditate virtutum: lileos puritate, & altitudine meritorum. ibid. Item voca Sanctos verè rubeos per nigredinem humilitatis, pœnitentiæ, tolerantiæque in laboribus, & martyriis: per albedinem puritatis: per claritatem doctrinæ, igneique amoris Christi: ac per perspicuitatem vitæ, operum, meritorumque. ibid. Item ex ejusdem pictura, per rubeum colorem, lilia, & sidera, encomia Sanctos rubeos ardore charitatis; lilia candore puritatis; sidera splendore sanctitatis. ibid.

Favonius ventus, ob ejus proprietates, adumbrat Sanctos nutrientes charitate, germinantes vitæ honestate; producentes flores virtutum, fructus meritorum; fragrantiam exemplorum; foventes patrocinio. n. 917. Vide Ventus.

Fax accensa Sanctos adumbrat lucentes fide & exemplo; ardentes lumine Christi; splendentes miris operibus. n. 941. Item fax ardet, lucet; & splendet. Sic Sancti sunt ardentes charitate, lucentes virtutibus; splendentes exemplo. n. 963. Item fax Sanctos designat, cereos humilitate; illychnios puritate; lucidos vita, gestis, & exemplo. n. 216.

Februalia, ex eorum sacrificiis Sanctos encomia, aqueos contritione, & pœnitentia; sulphureos amore; faceos exemplo. ibid.

S. Felix Episcop.

Fuit Sol, quia communis ovibus: quia solus à mundanis abstractus; quia fons benefaciendo: quia illustrans doctrina, moribus & exemplo. n. 481. Vide Sol.

Feralia, ex quibus encomia Sanctos lacteos puritate vitæ: melleos dulcedine contemplationis: vineos amore, flagrantique charitate. n. 298.

Feriæ Latinæ, in quibus sacrabant lac, agnam, & taurum, designant Sanctorum Martyrum dies, quia pro Christi confessione seipsos sacrabant lac per fidei candorem, agnam per veritatis amorem: taurum per martyrii laborem. n. 588.

Festum, & Festa.

Festum solemne omnibus Sanctis dicatum, propter quatuor fuit institutum. 1. propter dedicationem Templi Pantheonis in Dei Ecclesiam: 2. propter suppletionem omnium festorum: 3. propter expiationem negligentiarum nostrarum in festis: 4. propter faciliorem impetrationem. n. 1545. Item de Sanctorum gloria tria notantur: primum, stipendium præmiale, & glorioſum: secundum, habitaculum regale in domo Dei: tertium, officium æternale, & gaudioſum, Deum laudando in gloria. ibid. Item festa tria vno die celebrata; 1. larium, qui cœlites vocati: 2. vmbraculorum: 3. Maiuma, applica Sanctis, quia cælites, hic vita, in patria societate, & gloria. n. 606. Item quia vmbraculum protectionis, consolationis, & defensionis. ibid. Item, quia Maiuma, id est virides, florei, odoriferi, spe, scilicet exemplo, virtute. ibid. Item triplex festum agere debemus: 1. Virginum, observantia castitatis: 2. Confessorum, puritate confessionis peccati, laudisque divinæ: 3. Martyrum, gaudendo in tribulatione, adversa lætè, & ritè tolerando pro Christo. n. 951. Item alia tria festa vno die celebrata: 1. Mercurialia Mercurio dicata: 2. Quinquatra Minervæ: 3. Lucaria in memoriam calamitatis passæ. n. 1012. Hinc Sanctos encomia Mercuriales, quia ter maximos, sapientia, potestate, & dignitate Ecclesiastica. Vide n. 984. Item cinctos castitate, fortitudine, charitate: alatos ad protegendum, ad succurrendum: ad contemplandum. num. 983. Item Quinquatros vera sapientia; ornatos vt discant vera, vt doceant recta, vt ament æterna: lucos luce gratiæ acceptæ ad fidei confessionem: ad admirabilem operationem: ad glorioſam pro Christo passionem. n. 1012. Item alia festa tria: 1. Menti: 2. Veneri; & 3. Phœbi dicata: ex quibus encomia Sanctos Templum Dei, quia suas mentes vero Deo sacrarunt: cœlestes, quia in terris vitam cœlestem egerunt: vulcanos, quia igne amoris in Deum, & proximum flagrantes se totos Christo dicarunt. n. 807. Item alia festa tria Palladi, Minervæ, & Summano dicata, verte ad Sanctos, fortes, honestos, & summos, in Christiana religione, virtuteque amplectenda, tuenda, excreenda. n. 866. Item alia festa tria, scilicet Dianæ succinctæ: Equiriorum, seu cursus Martis, & spectaculi ludorum Apolinarium: ex quibus Sancti sunt verè succincti, verè currentes, verè spectaculum. n. 338. Item ex tribus festivitatibus Dianæ dicatis, encomia Sanctos succinctos castitate, currentes virtutibus; spectacula gestis mirandis ipsorum. ibid. Item alia festa tria die 15. Maii Herculi, Mercurio, & Jovi dicata: ex ipsorum attributis habes in Hercule Sanctorum fortitudinem; in Mercurio scientiam: in Jove potentiam. n. 676. Item alia festa tria

Digitized by Google

vno die celebrata, Minervæ scilicet, Jovi invicto, & Adonio, seu Soli dicata: ex quibus encomia Sanctos, per Minervam, sapientes, misericordes, & fortes: per Jovem invictum, potentes, invictos, & magnos: per Adonium, seu Solem, puros, beneficos, & fulgidos. n. 839.

Ficulnea, ex qua encomia Sanctos ficulneos fœcunditate Christianarum virtutum: argenteos puritate vitæ: æneos fortitudine, & constantia in tolerando labores: corios separatione à carnalibus desideriis: rubeos flagranti charitate, aut martyrio. n. 1190.

Ficus, ex ejus proprietatibus Justi ficui comparantur, quia parvi humilitate: fœcundi bonis operibus: ferentes fructus dulces charitatis, & mansuetudinis. n. 950. Item, quia sunt facientes vmbram patrocinio nequientes inseri alteri, sed in solo Deo accumbentes. ibid. Item ficus adumbrat Sanctos fœcundos operibus bonis; lacteos castitate; vnctos pietate; coagulatos charitate. n. 391: Vide n. 1191.

Fides pro Dea habita, ex ejus picturis Sanctos encomia, albos puritate; cinctos justitia; discalceatos terrenis affectibus; extensos manibus, patrocinio. n. 1605.

Fidicula, ob ejus significata adumbrat Sanctos, verè Fidos fide divina; Lyras suaviter sonantes cogitatione, verbo, & opere; Tortos martyriis pro Christo passis; Astra gloria laureata. ibid.

Fidius ex ejus simulachro, encomia Sanctos veros fideles annulo verè fidei decoratos; amatores Dei; honorantes ipsum; laureatos martyrio. n. 796. Vide Marmor, ex quo erat Fidii simulachrum. Item Fidius à fide dictus, ex ejus attributis Sancti sunt fideles, Ecclesiæ defensores; Dei, & hominum confœderatores; suorum clientum intercessores, ac mediatores. n. 793. Vide n. 797. & Baal Berith.

Flora, ex ejus pictura encomia Sanctos, verè floreos, quia discalceatos terrenis affectibus; cinctos Zonis Christianarum virtutum; ornatos veste versicolore donorum, & meritorum; coronatos gloria. n. 592.

Flores quibus Sancti coronantur. 1. Lilio candoris vitæ, & castitatis; 2. Viola humilitatis, & fragrantiæ exempli; 3. Rosa ardentissimi amoris in Deum, & proximum, aut martyrii. n. 814. Vide Viola.

Flores, Heliochrysum, qui immarcescibilis, & albus Sole percussus aureus videtur, Hyacinthus, Rosa, & Viola, Laribus sacrati, Sanctos adumbrant, Heliochrysos. puritate: Hyacinthos vita cœlesti: Roseos amore, fragrantiaque famæ, & exemplo: Violaceos passione. n. 613. Item Flores mysticè delectant virtutum colores: Famæ sanctitatis odore: beneficentiæ lenitate in juvando suos clientes: hinc Ecclesiæ campum pulchrificant meritis, decorant miraculis, & hornant exemplis. n. 622.

Flos, adumbrat Sanctos pulchros puritate, decoros virtute, administros fideles Christi. n. 252.

Fontes sunt Sancti, clari puritate, & vita fœcundi virtutibus: recreantes patrocinio. num. 1455. Item ex triplici fonte Sancti sunt canori religione, & laude Dei: medentes patrocinio: accendentes charitate. ibid. Item Sanctus assimilatur fonti, voces canores facienti, per studium prædicationis: vulneris oculorum medenti per gratiam curationis, vel illuminationis: faces, id est corda accendenti per charitatem communicationis. ibid. Item ex coronis quibus fontes coronabantur, habent Sancti corona mlileam puritatis: violaceam humilitatis, fragrantiæque exemplorum: Roseam ferventis charitatis, aut martyrii. ibid.

Fontes, & Putei in Jani, ac Portumni festis coronati, ex quibus nota, quod quatuor à vulneribus Christi fontes derivantur, gratiæ videlicet, sapientiæ, charitatis, & misericordiæ, per quos encomia Sanctos gratiosos, sapientes, charitativos, & misericordes. n. 1146. Item pro coronis, tribue Sanctis coronam lileam puritate, violaceam humilitate, roseam charitate. Item pro clavibus: tres claves à Deo Sancti acceperunt: 1. clavis gratiæ: 2. clavis sapientiæ. 3. clavis potestatis. ibid.

Fornacalia ex eorum ritu Sanctos encomia; per aquam puritatis vitæ: per farrem humilitatis: per salem doctrinæ, & prudentiæ. n. 292.

Fortuna Dea, ex ejus attributis encomia Sanctos: aureos charitate: fortes constantia in adversis, & martyrio: regios virtute, & potestate à Deo accepta: mammosos beneficentia; conservatores patrocinio. n. 730. Item, ex ejus pictura, encomia Sanctos, cinctos castitate, discalceatos affectibus terrenis: pulchros virtutibus: tenentes forficem mortificationis: sceptrum potentiæ à Christo acceptæ, ad mira patranda: redimitos in Cœlo corona gloriæ. n. 828.

S. Franciscus de Paula.

Minimorum institutor; assimilatur Stellis Pleiadibus, quia fuit Nimbosus imbre doctrinæ: Vergilius delitiis contemplationis cœlestium: micans ardore charitatis. n. 506. & 507. Item habuit flores virtutum: fructus miraculorum: greges filiorum. ibid. Vide n. 1361.

Digitized by Google

S. Franciscus Patriarcha Minorum.

De Erebo, Mundo, & Carne triumphavit. n. 1408. Qui præfert homines, ob humilitatem, & subiectionem Christi Vicario, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ: præfert leones ob fortitudinem in servanda vita Evangelica, tuendaque religione: præfert Boves, ob patientiam in tolerando adversa pro Christi fide, vsque ad proprii cruoris effusionem: præfert aquilas ob sapientiam ad orbem lustrandum, fidemque tuendam. ibid. Item Seraphicus Patriarcha fuit Eliæ similis, vnde ei adaptatur illud, Eccl. 48. v. 1. Surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui verbo Domini continuit Cœlum, & sic amplificatus est mirabilibus suis: qui receptus est in turbine ignis, & curru equorum igneorum, &c. Hinc Franciscum encomia igneum charitate in Deum: faculam ardentem dilectione in proximum, cujus verba velut facula flagrabant, & velut sagittæ acutæ penetrabant corda: mediatorem inter Deum, & homines: amplificatum mirabilibus. n. 1410. Item Seraphicus Franciscus fuit fax orbem illuminando per se, & per suos: lux, puritate vitæ Apostolicæ, & Evangelicæ: ignis amore Seraphico. ibid. Item fuit facula ardens: 1. charitate Dei, qua docendo, & prædicando alios accendebat: 2. zelo honoris Dei ad vitia exterminanda: 3. corde igneo ex quo eructabat verba inflammantia, ac miraculis confirmabat verba, & opera. ibid. Item fuit S. Franciscus alter Elias igneus charitate, & zelo Dei honoris: igneus doctrina, & vita cœlesti; igneus, quasi Imperator ignis, cui ignis præbuit obsequium; igneus triumphali gloria fulgens. num. 1411. Vide num. 169. Item ex quatuor faciebus animalium currus. Ezech. 2. v. 1. Encomia Seraphicum Franciscum, hominem clementia, & benignitate, & beneficentia; leonem fortitudine, generositate, ac animi magnanimitate; bovem sacrificio, desiderioque martyrii; aquilam celsitudine sanctitatis, donorum, sapientiæ, ac Seraphicæ contemplationis. num. 1413. Item per quatuor præfata Ezech. animalia, quatuor Angeli significantur, & per eos quatuor Virtutes; 1. Michael, ecce Justitia; 2. Gabriel, ecce Fortitudo; 3. Raphael, ecce Beneficentia; 4. Vriel, ecce Sapientia, quæ quidem Seraphico Francisco adapta. num. 1414. Item quatuor prædicta animalia quatuor Prophetas significant, scilicet Isaiam, qui salus Domini interpretatur; Jeremiam, idest celsitudo Domini; Ezechielem idest fortitudo Domini; Danielem, idest Dei judicium. Item ex Brancho puro ab Apolline adamato, & in Cœlo, velut sidere evecto, fuit Sanctissimus Patriarcha, quasi Stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis, & quasi Sol refulgens, sic ille refulsit in Templo Dei. Ex Eccl. cap. 50. num. 1415. Item Sanctissimis Patriarchis Dominico, & Francisco, adaptatur illud. Job 9. vt in die 4. Augusti invenies. Vide n. 1416. Item ex n. 4. Sanctum Franciscum encomia arcanum. 1. vita Apostolica, & Evangelica; 2. sanctitate admirabili in toto Mundo; 3. stigmatibus à Christo acceptis; 4. reparatione, & Ecclesiæ sustentatione. num. 1417. Item ex 40. Epithetis plura pro Seraphico Patriarcha possis efformare themata ad n. 1418. Item ex litteris nominis Francisci. Primò, F, Filius, R, Regis, A, Altissimi. Secundò, N, Nulla, C. Carens, I, Integritate. Tertiò, S, Signis, C. Crucifixi, V, Verè, S, Signatus; vt sit Franciscus Filius Regis altissimi, nulla carens integritate, signis Crucifixi verè signatus. num. 1419. Item F. R. A. dicunt figuram-Redemptoris-accepit. N. C. I. nulla-carens-integritate. S. C. V. S. Seraphicus-Crucifixi-Vulneribus-Signatus. ibid. Vide S. Dominicus, & pro Stigmatibus. Vide Stigmata S. Francisci.

S. Franciscus Xaverius.

Indiarum Apostolus; zelo Dei plenus; charitate in proximos imbutus. n. 1654. Item cum Protheo confertur, & ideo fuit Angelus puritate; Cherubinus sapientia, Seraphinus charitate. ibid. Item fuit S. Franciscus, etsi natura homo, plusquam homo gratia; extitit enim Apostolus Evangelica prædicatione; Angelus omnimoda perfectione; Christus assidua imitatione. Item de isto mirabili Sancto benè dici potest, illud Eccl. 60. quasi Stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet; & quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in Templo Dei. Item fuit enim Stella stando in constantia sanctitatis; Luna illuminando in nocte infidelitatis; Sol irradiando in die æternitatis. Item Stella fuit doctrina Indos erudiendo; Luna augmento fidei ad Christum convertendo; Sol in charitate plurimos fovendo.

Fraxinus arbor, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, rectos fide, & religione; rotundos humilitate; floridos virtute; altos merito; frondosos patrocinio. num. 1425.

Fructus boni, tres sunt conditiones; 1. pulchritudo; 2. suavitas; 3. utilitas; ex quo Sanctos laudat pulchros castitate, mundos fide,

Digitized by Google

fide, & operibus; delectantes consideratione tantæ munditiæ; suaves mansuetudine, & patientia; vtiles charitate, & benevolentia. n. 711. Item ex fructuum differentia Sanctos encomia, albos castitate; longos patientia; rotundos obedientia; rubeos charitate, aut martyrio. num. 712.

Fuga Sanctorum multiplex; 1. à peccatis; 2. ab occasione peccandi; 3. à consilio maligno, & mundana conversatione; 4. à detrimentis virtutum; 5. à timore parvulorum. n. 468.

Fugalia festa, à fugandis hostibus dicta; vnde Sancti verè victores in spirituali certamine fugarunt mundum paupertate; diabolum humilitate; carnem castitate. n. 801. Item ex Deis quibus fugalia dicabant, encomia Sanctos fugales hostium animæ; lætos in Dei obsequio; vitulos assiduè laborando pro Deo, & ipsi se offerendo in sacrificio; victores veros, quia & hostes & se ipsos vicerunt. ibid. Item ex victoriæ pictura Sanctos lauda pulchros castitate, modestia, religione; alatos amore Dei, & proximi; volantes contemplatione, & zelo salutis animarum; gestantes palmam martyrii, aut triumphorum devictorum hostium; coronatos lauro gloriæ sempiternæ. ibid.

Fulmen triplex, ex quo encomia Sanctos nigros humilitate; rubeos charitate, aut martyrio; claros honestate, virtute, & meritis in hac vita, gloria in patria. n. 867. Item fulmen est gratia Spiritus Sancti, quâ in anima consumuntur vinum carnalis delectationis; aurum sapientiæ secularis, seu amor substantiæ temporalis; gladius, ideſt spes fiduciæ, & potentiæ mundialis; ferrum duritiæ, & pigritiæ ad spiritualia exercenda. n. 897. Item ex fulminis proprietatibus lauda Sanctos; claros castitate; igneos charitate; inflammatos zelo veritatis; rubicundos, aut martyrio, aut ferventi dilectione. ibid.

G

GEminis signum, ex tribus ejus faciebus, Jovis, scilicet Martis, & Solis Sanctos encomia potentes ad vincendos inimicos; Martiales Christi virtute, fortitudine, & constantia; Soles puritate, fulgore, beneficentia, & patrocinio, num. 157. Vide 160. Item hoc signum adumbrat Sanctos, Geminos, per charitatem; Aëreos, per constantiæ puritatem; masculinos, per virium spiritualium probitatem; mediocres, per prudentiam, & maturitatem; diurnos, & luminosos, per veritatem. n. 687. Item Sancti sunt Gemini, per charitatem; pulchri, per honestatem; fortunati, per bonorum operum multiplicitatem. n. 688.

Genius, ex ejus picturis Sancti habent Platani pulchritudinem; flores virtutum; clamydem stellatam cœlestium splendorum gloriæ. n. 568 Item ex epithetis Genii, Sanctus est custos continuus suorum cultorum; Tutelaris, ad salutem appositus; Hospitalis pauperes excipiendo; hortator, ad bonum inducendo, ibid. & n. 566.

Germen; Sanctos adumbrat, nigros humilitate; virides virtute, spe quæ superna; rubeos flagranti charitate, aut martyrio, n. 1596. Item adumbrat Sanctos in culmine sanctitatis, frondosos virtute; floreos puritate; fructuosos merito. ibid.

Gladius, ex quodam ejus lemate, gladio Sanctus probatur fortis in Bello; perficitur, mortem pro Christo sustinendo; refulget, victoriam consequendo; tuetur palmam gloriæ possidendo. n. 279.

Globus triplex, quo Sancti Martyres ludo Christiano luserunt; 1. globo argenteo puritatis vitæ; 2. aureo claritatis in Deum, & proximum; 3. Æneo fortitudinis in patiendo pro Christo. n. 1555. Vide Ludi Olympici, & color albus.

Gramen, ex quo graminea corona; ob quam encomia Sanctos, gratos Deo; dulces contemplatione; salubres doctrina; diffusos protectione. n. 137.

S. Gregorius Magnus.

Fuit velut Sol lucens doctrina, splendens exemplo, magnus dignitate, meritis, prodigiis. n. 419. Vide Sol. Item fuit Ecclesiæ Doctor, Sal, Sol, & Civitas supra montem posita. ibid. Item magnus nobilitate, virtute, sapientia, dignitate, ac miraculis. ibid. Item ex columna lacteria, fuit mystica columna lactans doctrina fideles; subveniens populi necessitatibus, sustentans Ecclesiæ veritates. num. 420.

S. Gregorius Nazianzenus Episcop.

Ex faba quæ veram adumbrat sapientiam, & est viridis, purgativa, & optima dicta; sic Sanctus Doctor fuit viridis virtutibus; purgativus doctrina; optimus meritis. n. 638. Vide Faba.

Gyrus in Templi dedicatione actus, triplicem Sanctorum coronam adumbrat, qui Templa viva Dei ornati sunt, honestate vitæ, viriditate operum, & exemplorum; harmonia in Deum colendo, laudando, ac diligendo. n. 1285.

Digitized by Google

H

HEbe Dea. Vide Juventas.

Hebenus arbor pretiosa. Vide Summanus.

Hecate Dea, ex tribus ejus faciebus, vocat Sanctos: equinos per velocitatem ad currendam viam mandatorum Dei: caninos per vigilantiam ad Domum Domini custodiendam: humanos, per rectam elevationem ad contemplanda Divina mysteria. n. 339. Item Equinos velocitate cursus in Dei obsequio: caninos vigilantia: humanos erectione sursum in Deum, rectitudine, intentione, & operatione. ibid. Item ex Hecates pictura encomia Sanctos lucidos, quia candidos castitate: aureos charitate: gestantes facem fidei: laureatos martyrio, aut gloria. n. 776. Vide Asterite gemma.

Hedera, adumbrat coronam gloriæ, & viros perfectos, qui eam meruerunt semper virendo honestate vitæ: adhærendo proximis per compassionem, prædicationem, consolationem, & subventionem: connectendo se Deo, & proximis per amorem. n. 390. Vide S. Bernardus Abbas.

Heliotropium gemma, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, virides honestate: superfusos guttis puniceis charitatis: ornatos venis sanguineis, id est dulcedine, & pietate: mirabiles in operibus. num. 750. Item, ipsos Sanctos voca mysticos heliotropios, quia radiis Divinæ gratiæ percussos: stringentes sanguinem, id est superfluitatem voluptatum, & deliciarum: pellentes venena peccatorum: facientes suo fervore, dilectione, & patrocinio, vt vapor ascendat, id est intercessio, ac descendat pluvia beneficii: valentes ad plura patrocinando clientes, suos verè devotos. ibid. Item ex triplici Heliotropio Sanctos encomia Heliotropios herbeos: virides honestate: floreos virtute, & exemplo: gemmeos merito, & pretiositate. n. 751. Item ex ejus proprietatibus Heliotropium adumbrat Sanctos, quia sequentes Christum verum justitiæ Solem, eum imitando: quia aperientes cor suum, ipsi Christo per desiderium, devotionem, affectionem, & amorem: quia claudentes humilitate, recludentesque se ab affectibus terrenis. ibid.

Hercules, ex ejus encomiis Sanctos adumbrat fortes in passione: victores in persecutione, tutores in protectione. n. 672. Item habentes virtutem ad dimittendum: gratiam ad vincendum: crucem ad triumphandum. ibid. Item Sanctos adumbrat, peregrinos in mundo, ipsum contemnendo; patronos in terris, suos protegendo; advocatos in Cœlo, ipsos defendendo. n. 669. Item ex Herculis pictura, encomia Sanctos: robustos fortitudine Christiana: gestantem clavam Crucis, id est, disciplinam rationis, & rectæ operationis: continentes tria poma, id est, tres Theologicas Virtutes, Fidem, Spem, & Charitatem. n. 1118. Vide Poma tria. Item ex secunda, Herculis pictura, encomia Sanctos, armatos Clypeo fidei sagittis amoris in Deum, & proximos: enſe doctrinæ: thorace justitiæ: clava Crucis. n. 670.

S. Herculanus Episcop.

Cum Hercule magno custode confertur, quia verè magnus virtute, merito, gloria. n. 1117. Item fuit, ex epithetis Herculis, verè magnus, minimis legis observando: verè victor, se ipsum negando; verè triumphator Carnem, Dæmonem, ac Mundum superando: verè defensor suos clientes patrocinando. n. 670.

Heroes adumbrant Sanctos: 1. per Christianas virtutes: 2. per amorem in Christum: 3. per facundiam, & animositatem respondendi ante Reges, & Præsides, pro fide, & veritate: 4. quia sunt, à juvando, & protegendo suos clientes, nuncupati. n. 781. Item Heroes, encomia Sanctos, quia virtuosos virtutibus Christianis: amantes Deum, & proximum: facundos in tuenda religione, evertendo vitia, & convertendo ad Deum peccatores: juvantes clientes suo patrocinio. n. 1641.

S. Hieronymus Ecclesiæ Doctor.

Magno Pompeio assimilatur: vnde tot magnus, imò maximus in scientia, scilicet, & in expositione sacrarum scripturarum; maximus in bello, triumphis, & victoriis: maximus in sanctitate, quia ad omnia bonus. n. 1388. Item fuit Sanctus Hieronymus: Athleta Christianæ fidei: lapis angularis Sanctæ Matris Ecclesiæ: sidus, nunc radians in cœlesti gloria. num. 1389. Item ex hoc fuit eximius Athleta: eximius lapis angularis: eximium sidus cœlestis gloriæ. ibid. Item fuit magnus in vitæ excellentissimæ sanctitate: mirabilis in prodigiis insuetis: metuendus ob sibi à Domino traditam potestatem. ibid. Item fuit Sanctus Doctor alter Elias pœnitentia, abstinentia, & vita eremitica: alter Samuel in sapientiæ ineffabilis profunditate: alter Joannes Baptista, sanctitate, & gloria. n. 1390. Item fuit magnus Sanctus, & excelsus in sapientiæ profunditate: magnus, & præexcelsus in majoris, nunc gloriæ quantitate. Mirabilis, & laudabilis, & gloriosus in prodigiis invisis, inauditis, & insuetis. Metuendus, colendus, & venerandus, ob sibi traditam à Do-

à Domino potestatem, honorem, & gloriam sempiternam. n.1392.

Mirando ex ejus proprietatibus, encomia Sanctos, mundos puritate; vigilantes in Dei obsequio; volantes, nedum victoriæ nuncios, sed veros victores. n.325.

Honor triplex, ex quo encomia Sanctos habentes honorem virtutum, honorem martyrii, honorem gloriæ. n.137.

S. Hyacinthus Confessor.

Hyacintho flori assimilatur. Vide n.614. & Hyacinthus.

Hyacinthus triplex, lana videlicet, flos, & gemma. Lana adumbrat gratiam; flos virtutem, gemma merita. n.614. Item flos designat fragrantiam sanctitatis, charitatis, & exemplorum. ibid. Item Hyacinthus flos est purpureus, & similis violæ in flore, & radice; undè signat charitatem in corde, in ore, & operatione. ibid. Item Hyacinthus gemma est nunc cæruleus, nunc subrufus, nunc purpureus; sic Sancti, sunt cærulei, vita cœlesti; subrufi, formositate operum; purpurei, aut martyrio, aut flagranti charitate. ibid. Item hic lapis lætificat, confortat, fugat tristitiam, & resistit pestilentiæ; sic Sancti lætificant clientes, confortant debiles, fugant tristitiam, resistunt nociva, contraria, & adversa. ibid.

Hyades Stellæ, adumbrat Sanctos, florentes fidei veritate; fervantes charitate; splendentes operibus virtutis, irrigantes patrocinio. n.555.

S. Hyppolitus Martyr.

Dictus ab iper, quod est supra, & litos, quod est lapis. Vel ab, in, & polis, quod est Civitas. Vel dicitur Hyppolitus, quasi valdè politus. Fuit igitur supra lapidem Christum benefundatus, virtutibus; Civitas munita firmitate, & constantia; bene politus tormentis. n.1125.

Humilitas triplex est. prima afflictionis; qua quis dicitur humiliatus; secunda, considerationis, quæ procedit ex cognitione sui; tertia devotionis, quæ procedit ex cognitione creatoris. n.323.

I

S. Iacobus Apostolus.

Qui fuit à Christo Domino Boanerges; id est Tonitrui filius nuncupatus; & meritò; quia velut fulmen, & tonitruum extitit ore, opere, & miraculis. Ore, zelo fidei prædicando, ac malos terrendo: opere, claritate vitæ: miraculis, pro Christianis fidelibus dimicando, quasi fulmen, & vindex Maurorum. n.1041. Item filius Tonitrui, quia sua prædicatione malos terrebat, pigros excitabat, & alios in suæ altitudinis admirationem convertebat. ibid. Vide n.897. Item Jacobus vindex hostium triplicium, scilicet vindex Magorum: vindex dæmonum: vindex Maurorum. num.1041. Item fuit hic Apostolus elevatus à Christo præ aliis: decoratus virtutum pulchritudine: Catulus Leonis rugiens, contra fidei inimicos: vincens eos in auxilium fidelium. n.1042.

B. Iacobus à Marchia.

Fuit vir præclarissimus altissima paupertate: vitæ austeritate in Deum, & homines eximia charitate. n.1641. Item fuit Heros virtutibus, amore Dei, & proximi, & miraculis. ibid. Item Heros, quasi Semi-Deus, facundia in tuenda religione: in evertendo vitia: & convertendo ad Deum peccatores. ibid. Item fuit Heros juvando Ecclesiam Sanctam, operibus: peccatores oratione: clientes patrocinio. ibid.

Iesus.

Nomen excellentiæ, honoris, & salutaris. n.70. Item ex prima hujus Santissimi nominis litera, Græcè jota, quæ decem significat: quia hujus nominis virtute decem præcepta servamus: preces fundimus: petita, si expediunt, obtinemus. ibid. Item ex literarum numero; Jesus est principium Testamenti novi: Dominus æternitatis: autor salutis, & dator gloriæ. ibid. Item ex numeri significatione Jesus operatur triplex resurrectio. 1. resurrectio corporis, ad vitã: 2. resurrectio animæ, ad gratiam: 3. resurrectio utriusque ad gloriam. ibid. Item ex sanguine in ejus Circumcisione effusa; Jesu sanguis hebetat aciem gladii Divinæ Justitiæ: fœcundat lignum, rationale hominis: causat solidum cementum virtutis. ibid.

S. Ignatius de Loyola.

Ex triumpho Demetrii, cui vinum, odorem, & coronas offerebant, dignius habuit vinum ardentissimi amoris in Jesum Christum: odorem, famamque virtutum, exemplorum, ac miraculorum: coronam gloriæ. n.1062. Item Græci, fructus distinguunt in Demetrios, Horeos, & Oporas, quos Sanctissimus Patriarcha Ignatius fecit. 1. Demetrios, quà bellicosos contra Carnem, Mundum, Dæmonem, & Hæresim: 2. Horeos, quà ortos sub canicula ferventissimi amoris Dei. 3. Oporas lactarios, & dulciarios, id est, fructus aurei exercitiorum libelli, quos Sanctus percipiebat in extases. n.1063. Item Ignatius dicitur, quasi ignem patiens: Anagrammate idem est Ignatius de Loyola, ac è ignis à Deo illatus; quia

fuit

Digitized by Google

fuit igne Divini amoris renatus: igne educatus: igne elevatus: igneque orbem vniversum illuminans. ibid. Vide Ignis, & n.941.

Ignis.

Ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, se renovantes oris confessione: dissolventes, operis satisfactione: pascentes, cordis contritione ex n.237. Item; illuminantes Mundum prædicando: potentes, miracula patrando: excelsi, beneficia impetrando. ibid. Item; trahentes sursum corda, contemplatione: custodientes Dei mandata, legis observatione: clari, ac splendentes divina illuminatione. ibid. Item; ignis adumbrat Sanctos, igneos charitate: puros castitate: tendentes sursum contemplatione: sublimes meritis, gloria, patrocinio. n.941. Item; ex igne Sancti sunt dissolventes mala: renovantes in bonum: pascentes proximos doctrina vera: trahentes sursum ad Deum charitate, vita, exemplo. n. 237. Item; encomia Sanctos claros puritate: splendentes virtute: illuminantes vera doctrina: custodes patrocinio: potentes potestate à Deo accepta admira patranda: excelsos meritos. ibid. Item; ignis quo Gentiles, putabant renovari in suis Vulcanaliis. n.1169. Ex quo Sanctos encomia renovatos in Christo, mysticos ignes: renovativos aliorum: excellentes virtute: proximos Deo. n.1171. Item; igneos charitate: sublimes gratia: supereminentes merito: excelsos gloria. ibid. Item; encomia Sanctos, claros vita: illuminativos zelo, doctrina, religione: splendidos operibus: emicantes gloria, exemplo. ibid. Item; ex pileo Vulcani, Sanctos encomia nobiles nobilitate gratiæ: liberos à passionibus terrenis: liberatores clientum suorum patrocinio. n.1172. Item Sancti Cœlo sunt similes, quia cœlati, & sculpti virtutibus, meritis, donis, & exemplis. n.1173. Item; encomia Sanctos sublimes gratia, stabiles constantia, fortitudine: Spectabiles operibus, exemplis, miraculis. ibid. Item; encomia Divos ex Cœlo, claros sapientia, puritate, vita; rotundos obedientia: perspicuos, veritate, harmonia gratiarum, & operum. ibid. Item; altos contemplatione: fortes virtute, patientia: amplos charitate: pulchros honestate, ac virtutibus. ibid.

Imber triplex est in Sanctis: 1. purificans charitate: 2. mortificans pœnitentia: 3. lætificans gloria. n.498. Item nos autem purificemus imbre lacrymarum: imbre mortificationum: imbre lætificationis. ibid. Item; imber est purificans animam: mortificans corpus: lætificans totum hominem. ibid.

Imperator, dum ingrediebatur vrbem, milites compositè incedebant, se invicem ad hoc hortabantur, quo populi oculos in se converterent, & admirationem spectatoribus parturiebant, ex hoc igitur nos incedamus compositè in observatione Legis Christi: hortemur nos invicem: pergamus ita modestè, vt populi oculi ad nos convertantur, & admirationem spectantibus parturiamus. n.453.

Inaures, adumbrant Sanctorum obedientiam, charitatem, & bona opera. n.829.

Sancti Innocentes.

Ex sigillariis eos encomia, victimas Christi, v rosas nascentes, vt flores Martyrum. n.1779. Item ex Sole, cujus dies nuncupatus fuit, dies Nazareus, id est, floridus, Sanctos Innocentes encomia triplicitèr floridos. 1. violaceos fragrantia sanctitatis: 2. lilios puritate, ac virginitate: 3. roseos martyrio. ibid. Item fuerunt hi Sancti, tripliciter innocentes. 1. ratione vitæ: 2. ratione pœnæ: 3. ratione innocentiæ assecutæ. ibid.

S. Ioachim B. Mariæ Virg. Pater.

Qui Jovis interpretatur, & sicut fabulosus Jovis tribus oculis insignitus, curam erga terrena, maritima, & cœlestia, beneficè in eis influendo agebat, sic B. Joachim. n.456. Item per tripliceem curam tres respectus hujus Sancti designantur: 1. ad Christum: 2. ad Mariam: 3. ad clientes. ibid. Vide Jovis, & huic Sancto applica, & etiam vide color animæ sanctæ à Sole accepto.

S. Ioannes Baptista.

De quo tria notantur, scilicet, quod sit magnus, sublimis, & vtilis. Magnus, quà præco, & Præcursor Christi: sublimis, quà lux refulgens; vtilis, quà ad Christum direxit. n.886. Item, ex lucis proprietatibus Baptistæ appropriatis: lux est natura sua impassiva per extraneam actionem: confortativa per vitium corroborationem, & visus delectationem: directiva per radiorum expansionem: arguitiva, per rerum occultarum manifestatione: inflammativa, per radiorum repercussionem, & multiplicationem. ibid. Item Sanctus Joannes Baptista fuit lux impassiva, per mentis, & carnis integritatem: confortativa ad pœnitentiam animando: directiva ad Christum ducendo: arguitiva peccatores arguendo, vt facerent fructus dignos pœnitentiæ: inflammativa in verbis, operibus, & exemplis. ibid. Item magnus fuit multipliciter; 1. sanctificatione in vtero: 2. humilitate profundissima: 3. castitate eximia: 4. pœnitentia exemplari: 5. zelo Seraphico; 6. vita eremitica: 7. officio Præcursoris;

Digitized by Google

foris: 8. vita tota, quæ non tam humana, quam Angelica fuit, vt à Judæis putaretur esse Messias: nam prophetia sublimis: decima martyrio nobilissimo. num. 887. Item ille erat lucerna lucens, & ardens. Joan. 5. Lucerna eximia, & singularis sanctitate, & officio: ardens cognitione, & amore Dei: lucens aliis exemplo sanctitatis, fervoreque prædicationis. ibid. Item fuit Joannes fons parvus, humilitate: qui crevit in fluvium prædicatione: lux lucens, & illuminans; Sol ardens amore Dei: redundans in aquas plurimas beneficiorum erga suos clientes, verèque devotos. Ex cap. 10. v. 4. Esther. ibid.

S. Ioannes Evangelista.

Ex ejus elogiis fuit sol Evangelii, Cherub Dei, Benjamin Christi. n. 1775. Item fuit filius adoptivus Deiparæ: Aquila Evangelistarum: Mathusalem Apostolorum. ibid. Item Abyssus sapientiæ, incendium charitatis, smaragdus integritatis. ibid. Item Virgo sine labe, Martyr sine morte, Amiantus in igne. ibid. Item Sol Ecclesiæ, delitiæ Fidelium, vertex Theologorum. ibid. Item Apex Prophetarum, fulmen Cœli, Tonitruum orbis. ibid. Item Secretarius Verbi æterni, thesaurarius omnium ejus opum, & charismatum: Arcanum Mysteriorum Dei. ibid. Item fuit Apostolus, Evangelista, Martyr, Doctor, & Virgo. ibid.

S. Ioannes à Capistrano Ord. Minorum.

Fuit fidei defensor, & auctor: Ecclesiæ tutor: Christi tuba, vitæ speculum: doctrinæ maximus index: Sanctissimi Nominis Jesu glorioſus defensor. n. 1511. Item Joannes voce, & opere: Cruce Turcas fugans: morbos sanans: cunctos juvans. n. 1512. Item lumen Italiæ, Stella Bohemorum: nova lux Germaniæ, pavor Barbarorum: clara fax Vngariæ, decus Polonorum. ibid. Item zelator Fidei: persecutor Hæreticorum: lumen virtutum: exterminator Turcarum: Prædicator egregius: Doctor populorum. ibid. Item fuit S. Joannes triplicirer liberator (ex libero Patre:) 1. prædicatione egregia, peccatores convertendo ad pœnitentiam; sic eos à diabolica servitute liberando. 2. doctrina infideles confundendo, eos ab infidelitate liberando. 3. potestate, populos Christianos à Turcarum oppressione liberando: infirmos à variis dolentiis, ad hoc stupenda miracula patrãdo. n. 1514. Item fuit B. Joannes lux, doctrinæ claritate: lumen, Dei, & proximi charitate: Stella virtutis stabilitate; vel fuit Stella directionis ad Deum, consolationis ad proximos, felicitatis ad populos. num. 1515. Item Stella super caput S. Joannis apparens, signum fuit felicitatis, prosperitatis, & lætitiæ ipsius, & aliorum per ipsum. ibid.

S. Ioannes Chrisostomus.

Extitit aureus, virtute, eloquentia, charitate, adjutorio. n. 160. Item ex proprietatibus signi Geminis; extitit masculinus virtute, & constantia: mediocris prudentia: diurnus claritate, & doctrina: aëreus puritate vitæ, habitaculoque Spiritus Sancti. n. 161. Item adapta Sancto Doctori, quæ de signo Geminis dicuntur. ibid.

SS. Ioannes, & Petrus Mart. Ord. Minorum.

Ex hieroglyphico Metropolitanæ Ecclesiæ Valentinæ, vbi passi sunt, ipsis adapta Ensem Martyrii; Palmam triumphi: columnas patrocinii. n. 1208.

SS. Ioannes, & Paulus Martyres.

Ex constellatione Orionis eos encomia, nobiles pulchritudine, virtute, fulgore, magnitudine. n. 891. Item pulchros castitate, armatos virtutibus; fulgentes meritis; magnos potentia accepta à Deo. ibid. Item Orion adumbrat hos Sanctos maximos, quà ornatos gratia: purificantes doctrina, & exemplo; decoratos martyrio: mittentes pluviam beneficiorum in suos verè devotos. n. 892.

S. Ioseph B. M. V. Sponsus.

Palmæ assimilatur, quæ quidem dat floribus ornamentum; fructu alimentum: foliis vmbraculum. Sic Sanctus Joseph, floribus virtutum: fructu spirituali, id est, Christo: foliis patrocinii. n. 452. Item Palma Crucem signat, cujus fructus est triplex: 1. justificatio peccatorum: 2. Christus qui est nobis Viaticum: 3. gaudium nobis promissum; sic B. Joseph mystica Palma, & Crux. Vt nos igitur hos apprehendamus fructus, ascendamus in Palmam triplici ascensu primo super Mundum, Josephum imitando: 2. super cor nostrum, ipsum deprecando: 3. super Palmam carnem macerando, Crucem gestando. ibid.

Iovis.

Ex ejus pictura encomia Sanctos stabiles in fide, & virtute vsque in finem: rectos supremo Dei auxilio: conspicuos puritate vitæ: nudos passionibus terrenis. num. 423. Item ex alia pictura Sanctos encomia stantes firmissimos fide: tenentes sagittas amoris Dei, & proximi: habentes hastam erectam rectæ, puræ, ac sinceræ intentionis. n. 1078. Item ex rebus ei sacratis Sanctos voca, tauriferos fortitudine: auratos charitate: agnos albos castitate: arietes laniferos gratia. ibid. Item ex tribus malis punicis, quæ Martyres

Digitized by Google

res significant, encomia Sanctos tripliciter florentes: 1. desiderando martyrium: 2. ad ipsum se offerendo: 3. voluntarie tormenta sufferendo. n. 423. Item Jovis fuit, & Pompeius, & Sol, & victor, & conservator nuncupatus, cujus nomina Sanctis merito applica, & quemlibet eorum voca, Pompeium Mundo imperando: Solem, ipsum illuminando: victorem superando: conservatorem fide propagando. n. 535. Item Jovi tribuerunt sceptrum, aquilam, & victoriam. Ex sceptro; Sanctis attribuuntur fides, spes, charitas, Crux, & cura. n. 546. quia habent fidem Christi confessionis: spem certæ repromissionis: charitatem Dei, & proximi dilectionis: Crucem assiduæ mortificationis: curam populi salvationis. ibid. Item ex Aquila, cui Sancti assimilantur, per rectitudinem operationis: per sublimitatem contemplationis: per magnanimitatem largitionis: per generositatem conditionis: per sedulitatem protectionis. Item, ex victoria: quia Sancti reportarunt victoriam, de Mundo, despectione; de Carne, castigatione; de Dæmone, oratione; de Tyranno, fidei confessione. ibid. Item ex pictura Jovis statoris, encomia Sanctos, innixos hastæ veræ fidei; nudos, à mundanis, terrenisque affectibus; exutos veteri homine, & indutos novo, qui secundum Deum creatus est; ornatos fulmine gratiæ Spiritus Sancti; qua adjuti magna egerunt, patrarunt, meruerunteque. n. 896. Item ex alia pictura, encomia Sanctos, candidos puritate; stellatos virtutibus, ac meritis; redimitos corona gloriæ. n. 204. Item ex coloribus trium fulminum Sancti habent fulmen nigrum potentiæ in adversarios, & humilitatis in se ipsos; clarum puritatis vitæ; rubeum, & adurens flagrantis charitatis, aut martyrii. ibid. Item ex tribus Tintinabulis; Sanctos lauda Æreos fortitudine, constantia in adversis, & pœnitentia; argenteos, fama gestorum, celebritate nominis; aureos charitate. ibid. Item ex Jovis Olympici simulacro; encomia Sanctos, luteos humilitate; eburneos puritate, fortitudine, & constantia; aureos charitate. n. 1604. Item Jovis, qui descensor, pluvius, fructifer, & fulminator dictus; quæ verte ad Sanctos, eos encomiando, descensos humilitate: pluvios doctrina vera: fructiferos virtute, & merito; fulminatores contra vitia, & peccata. n. 314.

S. Isidorus Hispalensis Episcop.

Qui fuit doctrina, sanctitate, ac zelo Catholicæ fidei conspicuus. num. 513. Item ex moneta Aaronis, habuit Sanctus Episcopus, flores virtutum; virgam sapientiæ, & virgam potentiæ. ibid.

Isis Dea.

Ex ejus pictura, encomia Sanctos, albos puritate: croceos humilitate: roseos charitate, aut martyrio. n. 87. Item eos encomia habentes vestem stellatam virtutum: spicam meritorum: navem protectionis. ibid. Item, gestantes Sistrum Æneum fortitudinis: argenteum bonæ famæ: aureum charitatis. ibid. Item, voca Sanctos Soles, indutos vestem stellatam, varietate virtutum: luteam pœnitentiæ mœrore: rubicundam charitatis ardore. n. 89. Item habentes coronam florum virtutum: sistrum fortitudinis: navem protectionis: amphoram beneficiorum, in suos clientes effusorum. ibid. Item ruteo colore, qui ex triplici resultat, Sanctos lauda albos puritate, nigros humilitate: claros sanctitate: igneos charitate. ibid.

Juno Februa, ex ejus pictura encomia Sanctos: pulchros puritate vitæ: sceptros potentia ad mira patranda: coronatos triumphis, & gloria: nubeos, patrocinio. num. 272. Item ex donariis, quæ Junoni mulieres tribuebant: Sanctæ Virgines, & Martyres cœlesti Sponso obtulerunt, lilium pudoris: palmam fortitudinis: rosam martyrii, aut flagrantis charitatis. n. 1691. Item Sancti obtulerunt Christo regulam auream observationis Legis Divinæ: siclos argenteos doctrinæ bonæ famæ, & exempli: pallium coccineum, jam charitatis, jam sanguinis pro veritate Catholica effusi. ibid. Item Sanctos encomia ferreos fortitudine, æneos constantia in Dei servitio, & obsequio: argenteos doctrina, exemplo, fama: aureos charitate in Deum, & proximum. n. 1692.

Juncus odoriferus, est planta recta, odorifera, florida, & intus purpurea, odorem mittens velut rosa. Hinc encomia Sanctos, rectos intentione, & operatione: odoriferos exemplo: floridos virtutibus: purpureos flagranti charitate, aut martyrio. n. 1373.

Juventas, seu Hebe Dea juventutis, ex ejus pictura, encomia Sanctos, discalceatos terrenis affectibus; cinctos castitate: formosos exemplo: ornatos omnigena virtute: redimitos corona gloriæ. n 1297.

Sancti Justus, & Pastor Martyres.

Qui in Campo Laudabili nuncupato; Christum confitentes triumpharunt de infidelitate, de tormentis, & de Tyranno. num. 1092. Item sunt agni novelli. Vide Agnus.

Digitized by Google

L

Lac, est sanguis decoctus, & adumbrat Sanctos, habentes dulcedinem charitatis: candorem castitatis: nutritionem pietatis: mundificationem impuritatis. n.272. Item lac, quo adumbrantur candor castitatis: calor charitatis: dulcor benignitatis, scientiæ, & doctrinæ proficuæ ad salutem. n.571. Item lacte adumbratur, castitas in candore, charitas in calore: benignitas in dulcore. n.588.

Lampas; Sanctum significat, quia est vas clarum puritatis: habens intus oleum gratiæ: mittens ignem charitatis; dans splendorem virtutum. n. 645. Item lampas Sanctis assimilatur, quia vas vitreum adumbrat, castitatem: aqua, labores: oleum, misericordiam, & beneficentiam: lux, virtutem, & gratiam. ibid. Item lampades accensæ Sanctos adumbrant, quia lucent vitæ claritate: ardent Dei charitate: splendent animæ puritate. n. 881. Item ex quatuor, quæ sunt in lampade; Sancti fulgent, vitro puritatis, & misericordiæ: aqua, laborum, & adversitatum: luce exemplorum, & doctrinæ. n.882.

Lares.

Vocati Præstites, ex eorum sacris, encomia Sanctos, habentes thus orationis: thymiama virtutum: flores exemplorum: & coronas gloriæ. n.116. & 213. Item ex Thymiamate: Vide n. 594. Item ex Thure: Vide n.605. Item, ex rebus laribus sacratis encomia Sanctos habentes pilas paupertatis, & contemplationis: effigies virtutum: coronas meritorum, & exemplorum. num.118. Vide S. Blasius. Item ex eorum sacrificiis, encomia Sanctos: thuriferos castitate, fragrantia famæ virtutum: viniferos amore, ferventique dilectione Dei videlicet, & proximi: coronatos laurea martyrii, aut virginitatis. n.678. Item ex larium pictura, habes Sanctos discalceatos, à terrenorum amore: ornatos charitatis ardore: redimitos floribus virtutum candore. num. 1752. Item, Sancti se Deo offerebant: Thus sanctæ orationis: Fruges rectæ operationis: Coronatos sertis gloriæ retributionis. ibid.

S. Laurentius Martyr.

Ex tribus festis Bellonæ, videlicet, Cereri, ac Opi dicatis, eum encomia Bellonarium virtute, belloque christiano: cereum fruge meritorum: opem tribuendo patrocinium. n.1109. Item ex lauri proprietatibus Sanctum Laurentium encomia, virentem virtute, victorialem triumphis, decoratum sanctitate, magnitudine, & patrocinio. n.1110. Item in Laurentio habes mysticum laurum, elegantem forma christianitatis: magnam merito: miram virtute, triumphis, martyrio: odoriferam exemplo: tutantem patrocinio. ibid. Item nigrum humilitate, & martyrio: album puritate: vnctuosum mira virtute: subrufum ardenti charitate. ibid. Item Laurentius à laudo, vel à lauro dictus, vnde laurus S. Laurentium adumbrat laude dignum, quia fuit semper virens rore cœlesti gratiæ: fronde patrocinii: spe vitæ æternæ. ibid. Item fuit vt laurus semper virens, quia vivens Deo: aromaticus, quia odorans proximo: quia gratissimus Christo: Domum Dei ornans virtutibus. n. 328. Item Laurentius fuit in martyrio ob lauri virtutem ab igne præservatus: ob lauri victoriam, in terra coronatus: ob lauri triumphum, in Cœlo laureatus. ibid. Item lauro assimilatur, quia magnus meritis, & honore: elegans formæ virtutum decore: aromaticus sanctitatis odore: miræ efficatiæ, ac virtutis, orationis fervore. n. 972. Item S. Laurentius mysticè laurus habuit fructus sphericos, ob vitæ perfectionem: intus, albos ob candoris imitationem: foris, nigros per christianam humiliationem. ibid. Item S. Laurentius attritus vt laurus, ignem charitatis concepit: in hyeme tribulationis, nihil detrimenti accepit: ferro circumcisus, pulchrior evadit: à fulmine defendit; est arbor victorialis, quæ quot ramusculos germinat, tot coronas sibi adaptat. n.971. Vide Laurus.

Laurus, ex ejus proprietatibus lauda Sanctos: virentes virtute: aromaticos exemplo, fumoque sanctitatis: gratissimos benignitate, & patrocinio: exornantes Ecclesiam dictis, factis, & gestis. n.328. Item laurus fuit triumphis dicata, victoriarum nuntia, domorum exornatrix, ac lætificatrix Romanorum: sic pariter S Laurentius. n. 348. Item lauri plures sunt species, ob quas Sanctos victores adumbrat, quia se Deo totaliter dicarunt, quia animæ inimicos vicerunt, quia clientes tuentur. n.328.

Lectulus triplex: 1. tenebrosus, in quo jacent pœnitentes: 2. armis obsessus, in quo pugnantes: 3. floridus, in quo contemplantes. n.440.

Lemuria ex eorum ritu moraliter sumpto; humana sapientia expulsa, claude sensuum januas peccato: ora Deum: ejice, ac expelle omnem tentationem, & sic liberaberis à lemuribus infernalibus. num. 637.

Digitized by Google

S. Leo Hierarcha.

Ob excellentiam in doctrina, constantia, ac virtute, meritò dictus est magnus; cui primam Apollinis picturam applica; quia habuit sagittas amoris: arcum potentiæ: citharam sapientiæ, & doctrinæ. n. 537. Item ex tertia Apollinis pictura Sanctus hic habuit Flavam Cæsariem contemplationis, amoris, rectitudinis: flagellum, quo Attilam compressit, orbavit, flagellavitque: fulmen, quo terruit Nestorium, aliosque Hereticos. ibid. Vide Apollo. Item Leo Græcè, idem est, ac Rex, Latinè, eo quod sit omnium animalium Rex, qui adumbrat pectore virtutem: capite firmitatem: oculis vigilantiam. n. 538. Item Leo est signum cœleste: domus filiorum: novorum vestimentorum, librorum, & honorum. Ita S. Leo. Item, est signum igneum, masculinum, diurnum, fixum, domus Solis, & illius exaltatio, in quibus Prælatos adumbrat, qui debent esse ignei, per severitatem: masculini per probitatem: diurni, & clari per veritatem: fixi per constantiæ firmitatem, hæc habuit S. Leo. ibid. Item fuit domus, & habitaculum Solis Christi per gratiam, per charitatem, & per æquitatem. n. 539. Item: tres facies habet hoc signum, 1. Saturni, qua adumbratur pietas, & saturatio pauperum: 2. Jovis, qua adumbratur authoritas: 3. Martis, qua adumbratur strenuitas in adversis: sic fuit S. Leo. ibid.

Leo signum cœleste, ob ejus tres facies Sanctos adumbrat habentes faciem Martis, pro fide dimicando: faciem Saturni, pauperes saturando: faciem Jovis, infirmos adjuvando. n. 363. Item habentes cœleste dominium elementis imperando: lumen sapientiæ mundum illuminando: ardorem charitatis homines inflammando. ibid. Vide S. Leo.

Liber Pater, aut Dionysius. Vide S. Joannes à Capistrano.

Libra signum cœleste, tres habet facies: 1. Lunæ, designat Sanctorum claritatem: 2. Saturni, designat devotionem, id est totalem mortificationem passionum: 3. Jovis, designat potentiam. n. 530. Item, Libra dicitur Mna, mina, & pondo: quibus designatur gratia, doctrina, justitia, & perfectio. ibid.

Lilium, adumbrat Sanctos: quia retinent castitatis odorem: habent bonæ famæ opinionem: olent proximis suaviter. n. 459. Item Lilia sunt orta de terra: nitentia super terram: eminentia in floribus terræ, fragrantia super odorem aromatum. ibid. Item triplex Lilium; 1. innocentia: 2. continentia: 3. patientia. ibid. Item tres flores sunt: 1. in corde puritas: 2. in ore veritas: 3. in opere sinceritas. ibid. Item ex ipsomet Lilio, habet virorem virtutum, candorem castitatis; ardorem charitatis. n. 466. Item ex variis liliorum coloribus, adumbrat Sanctos; virides spe; albos castitate; rubeos charitate; purpureos martyrio, aut majestate, ac potentia regnantium cum Christo. n. 498.

S. Longinus Martyr.

Longinus Græcè hasta, sive lancea dictus: undè hunc Sanctum encomia rectum intentione, constantem in passione, longum merito, & virtuosum. n. 432.

S. Lucas Evangelista.

Ex quatuor animalibus, Ezech. 1. v. 10. Bovi assimilatur. Vide Bos. Item Sanctum Lucam encomia sacrum chemosphorium suo Evangelio, quo leges, & Christi documenta ad mores, & perfectionem expectantia, dedit: lucidum ve Luna, prædicatione: datorem gaudii, patrocinio. n. 1476. Item ex pictura Minervæ Sanctum Evangelistam lauda mysticam facem: lucentem doctrina: splendentem virtutibus, ardentem miraculis. ibid. Item cinctum puritate, virginitate, ac charitate. ibid. Item redimitum corona donorum: serto meritorum: laurea præmiorum. ibid. Item Lucas latinè Bovem lucentem sonat; est igitur S. Lucas Bos lucens: 1. puritate vitæ: 2. Evangelio: 3. prædicatione, & labore: 4. martyrio: 5. patrocinio. n. 1477. Item ex nominis interpretatione: est Doctor, sapientia cælitus accepta: lotor, prædicatione; lucidus vita, gestis, merito. ibid. Item, Lucas dicitur à luce; idem ac Lucius, ibid. Vide Lucius, & lux.

Lucerna, ob quatuor quibus constat, adumbrat Sanctos, lucentes vitro puritatis, aqua laborum: oleo benignitatis, & miserationis: luce gratiæ, & gloriæ. num. 1623.

S. Lucia V. & M.

Ex Luce lauda eam, pulchram virginitate; ac vitæ puritate: excrescentem augmento ponderis à Spiritu Sancto fixo, ut immobilem columnam: rectam, in Deum intentione, locutione, & operatione: diffusam patrocinio in suos clientes, verosque devotos. n. 1707. Item fuit B. Lucia mystica columna, ex qua eam encomia, firmam fide: solidam virtute: altam merito. ibid. Item S. Lucia luci assimilatur. Vide Lux, & lumen, & S. Lucius. Item fuit sicut lux directiva in agendis per rectam intentionem: confortativa in adversis per sanctam consolationem: inflammativa in vitæ Christi meditationibus,

Digitized by Google

bus, per flammigeram dilectionem. num. 377.

S. Lucius Martyr.

Assimilatur pisci Tobiæ, qui Lucius dicebatur. Vnde ex triplici piscis nomine, ipsum encomia Lucium à luce gratiæ, doctrinæ, & sanctitatis. n. 298. Item Collyonimum, id est pulchri nominis, quia fuit pulcher gratia labiorum, Christum prædicando: gratia donorum, virtutes operando: gratia miraculorum, mirabilia patrando. ibid. Item Vranoscopum, id est oculos in vertice capitis habentem, quia terrena caleavit, cœlestia meditando: mentem elevavit divina contemplando: sursum evolavit Deum amando. ibid. Vide Crystallus. Item, ex luce, fuit S. Lucius, lux Stellarum, temperantia vitæ: lux Lunæ, abundantia virtutum: lux Solis excellentia meritorum, & gloriæ. num. 377.

Ludi.

Ex Ludis Olympicis, encomia Sanctos veros victores, per cursum obedientiæ; per saltum bonarum operationum, & perfectionum: per discum paupertatis Apostolicæ, aut contemplationis. n. 105. Item ex materia disci, seu pilæ, voca Sanctos, plumbeos humilitate: ferreos fortitudine: saxeos constantia. ibid. Item Sancti habuerunt cursum virtutum: saltum, seu nemus exemplorum: fructus meritorum, & doctrinæ: Pisam adversitatum, & tormentorum pro Christo toleratorum. n. 1059. Item Sanctos encomia per cursum in Dei obsequio: per cantum laudationis divinæ: per vocem confessionis Dei, veræque religionis: per pugnam contra inimicos, vsque ad palmam obtinendam. num. 346. Item cœlites encomia, veros Christi athletas: nudos affectibus terrenis: victores in stadio virtutum: coronatos triumphis: laudandos in Christi Ecclesia. ibid. Item Sanctos encomia mysticas naviculas, aut arculas, æneas fortitudine: argenteas sapientia, fama sanctitatis, exemplo: aureas charitate in Deum, & proximum. ibid. Item ex coloribus, Sanctos encomia, albos puritate: palidos pœnitentia; cæruleos vita cœlesti; rufos flagranti charitate, aut martyrio. ibid. Item ex Ludis votivis Sanctos encomia; datos Deo vero, mente; oblatos, corde; sacrificatos, operę; agentes gratias, quia digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. num. 1044. Item ex Ludis Equestribus, encomia Sanctos, galeatos fide; armatos virtute; aureatos charitate; argenteos fama sanctitatis, virtutum, ac miraculorum. n. 1136. Item ex floribus habes Sanctos lilios puritate; hyacinthinos cœlesti vita; roseos flagranti charitate, aut martyrio. ibid. Item, ex quatuor ludis concurrentibus, encomia Sanctos pugnatores Christi; victores hostium; celebratos pompa ritè ab Ecclesia; acclamatos magnos apud Deum, & homines. n. 126. Item ex Ludis Cerealibus Christianizatis Sancti meruerunt sociari cœlestibus veste alba castitatis; face accensa fidei, flagrantisque charitatis; corona spicarum vbertorum meritorum. n. 541. & 542. Item Ludi in honorem Consi, aut Neptuni acti, ex eorum coloribus, encomia Sanctos, albos puritate; virides spe firma; cæruleos vita cœlesti; coccineos flagranti charitate, aut martyrio. num. 1149. Item ex colore coccino, eos encomia, spadiceos fide, religione, sapientia: Phœniceos raritate, ac splendore virtutum: roseos ardenti charitate, aut martyrio. ibid. Item ex pictura Apollinis Sanctos encomia, sacratos Deo, fide, religione, virtute: conspicuos puritatis splendore: compactos vt harmoniosas Lyras acorde varietate virtutum. n. 1150. Item ex Ludis Romanis, encomia Sanctos ludentes triumphando, de Mundo, de Carne, & Dœmone. n. 1248. Item ex Ludo Pilæ, & pilarum varietate voca Sanctos, eburneos candore vitæ: argenteos claritate sapientiæ, famæ, ac virtutum: aureos ardenti charitate. ibid. Item ex pilarum coloribus, encomia Sanctos, nigros humilitate, abjectione, abnegatione sui: albos castitate: rubicundos flagranti charitate, aut martyrio. ibid. Vide Ariadna.

S. Ludovicus Epis.

De quo canit Ecclesia: rosa vernans charitatis: lilium virginitatis: Stella fulgens Ludovicus: Vas sanctitatis. Item ex eloquio Mercurii, qui ter magnus fuit dictus; hic Sanctus fuit maximus, vt rosa mystica, charitate: vt lilium, virginitate: vt Stella fulgentissima sanctitate, doctrina, miraculis. n. 1155. Item ter maximus; vt lux, operibus, vt Sol, exemplo, vt Æther, virtute, merito, patrocinio. ibid. Item fuit maximus, vt minor despiciens purpuram, sceptrum, & Regna: maximus vt Præsul zelo, doctrina, humilitate: maximus, vt moriens, gloria, miraculis, patrocinio. ibid.

S. Ludovicus Francorum Rex.

Ex Opis, aut Junonis flore, qui est lilium, in variis numismatibus depictum, extitit spes publica, vel spes augusta, vel spes populi Romani. n. 1184. Item ex lilii symbolo S. Ludovicum encomia lilium regium pudicitia, puritate vitæ, cellsitudine operum, meritorum, & gloriæ. ibid. Item Ludovicus interpretatur lucis dator.

Digitized by Google

dator. Vide Lux, & ex ipsius Sancti hymno, vales plura Themata efformare. num. 1185.

Lumen.

Dei gratiam in Sanctis adumbrat, ex quo, eos encomia luminosos directè ad Deum, omnia in Deum ferendo, & propter Deum agendo; reflexè ad proximos, eos illuminando doctrina, instruendo exemplo, diligendo charitate; fractos passione, & martyrio. n. 685. Item adumbrat Sanctos directè luminosos; perfectivè, erga se ipsos proficendo lumine gratiæ; decorativè, erga Ecclesiam; lætificativè, erga suos devotos. ibid. Item, ob ejus proprietates, lumen adumbrat Sanctos, vera lumina directa in Deum; reflexa ad proximos; fracta laboribus, pœnitentia, aut martyrio. n. 1619. Item adumbrat Sanctos perfectos, decoros, & suos lætificantes clientes. ibid. Item reflexos humilitate, & sui cognitione; fractos pœnitentia, & laboribus pro Christo; directos in Deum, intentione, & opere. n. 216.

Luna.

A lucendo dicta, & Sanctos adumbrat, inter nocturnas infidelitatis tenebras, lucentes fide, religione, puritate; luciferos doctrina, & exemplo; splendidos operibus, merito, & gloria. n. 1176. Item ex placentis, quas Lunæ offerebant, voca Sanctos, placentas compactas farina puritatis vitæ; aqua adversitatum pro Christo toleratarum; sale prudentiæ, melle, ac butyro dulcedinis gratiæ, & donorum. n. 1177. Item ex Luna encomia Sanctos magnos apud Deum, simillimos Christo, gratia, virturibus, donis; luminaria Ecclesiæ. ibid. Item speculares puritate vitæ; dominatores maris terrenarum passionum; decor noctis vitæ præsentis. ibid. Item ex quatuor Lunæ facicbus Sanctos encomia, sanguineos gratia; nigros humilitate; rubeos flagranti charitate, aut martyrio; pituitos consolationum dulcedine, & gloriæ, ac patrocinio. ibid. Item ex Luna lauda Sanctos, lucidos quia candidos castitate; aureos, quia flammantes charitate; gestantes facem fidei, quia illuminantes veritatem; laureatos, quia triumphantes victoriarum diversitate, martyrio, & gloria. num. 776. Vide Hecate.

Lupercalia, ex quibus Sancti habent nuditatem per abstractionem à terrenis; flagella & verbera patienter pro Christo tolerata; Lac vitæ puritatis; sanguinem, quem fuderunt pro Fidei defensione. n. 272.

Lux, per eam Sanctos encomia virtuosos, gratos, caritativos, constantes, famosos sanctitate, &c. n. 367. Vide 377. Item directivos doctrina; inflammativos amore; argutivos exemplo; confortativos patrocinio. n. 377. Item lux Sanctorum excellentias adumbrat; quia lucent virtutibus, gratia, charitate, ac fama. n. 367. Item anima Sancta est sicut lux clara, vitæ sanctitate; splendida, nitida puritate; lucens miraculorum novitate. ibid. Item est tenebras expellens, alios purificando; generans alias luces, sibi similes procreando; concilians animos, charitate adunando. ibid. Vide Lumen.

Lydia Regio, cum Sancta Lydia Purpuraria confertur, ex qua, & hanc Sanctam, & alios Sanctos, encomia, irrigatos gratia; fructiferos virtutibus; locupletes meritis; aureos charitate; Mœonios fortitudine. n. 1079.

Lyra, instrumentum musicum, ex cujus proprietatibus, Sancti sunt Lyræ, illicientes doctrina; mulcentes exemplo; oblectantes patrocinio. n. 144. Item Sanctus, sicut Lyra sonat Evangelica prædicatione; mulcet doctrinæ delectatione; allicit efficaci persuasione; oblectat suavi exhortatione. n. 625. Item Sancti sunt sonantes oratione, doctrina, prædicatione; mulcentes charitate, beneficentia; allicientes exemplo; oblectantes beneficio. ibid.

M

Magna mysteria, vel Bacchi sacrificia, ex quibus Sanctos encomia, magnos virtute vera; decoratos operibus; magnificatos gloria. num. 1159. Item ex sacris vinalibus, encomia Sanctos, eis proprietates vini tribuendo; nam Sanctus sicut vinum nutrit, confortat, sanat, & lætificat. Nutrit fideles doctrina; sanat intercessione; lætificat protectione. ibid. Vide Vinum.

Maia Dea, à qua Maius, quæ bona Dea, mater Deorum, & Mellaria nuncupata; à virginibus, ac honestis Matronis, ramis, ac floribus in mense Maii culta, adumbrat B. Virginem Dei genitricem, sub floridotitulo de Rosario. num. 607. Vide Mariæ Rosarium.

Malum punicum, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos; albos, sublimi castitate; roseos, sublimi charitate; purpureos, sublimi constantia in patiendo adversa, pro Christo. n. 968. Item, ex eo Martyres tripliciter florent; 1. desiderando martyrium; 2. ad ipsum se offerendo; 3. voluntariè martyrium sufferendo. numer. 423.

Digitized by Google

Mandragoræ, ex illo Cant. 7. v. 13. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris; sic Sancti in prima porta Sacramentorum Ecclesiæ, odorem dederunt prædicando; in secunda, odorem virtutum justè vivendo; in tertia odorem perfectionis, soli Deo vacando. n. 427.

Manes Dii, ex eorum sacrificiis, encomia Sanctos, juvencos fortitudine; pecudes humilitate, & mansuetudine; lacteos puritate; melleos beneficentia. num. 1771. Item ex oblatis pro defunctis, encomia Sanctos, violaceos humilitate; flores purpureos, martyrio, aut flagranti charitate, coronatos gloria. ibid. Item ex eorum pictura Sanctos lauda, nigros humilitate; cinctos castitate, obedientia, prudentia, & vitæ puritate; gestantes faces ardentes bonorum operum, & exemplorum. num. 1424.

Mare, quod, & Pelagus, & æquor vocatum, Sanctos adumbrat, Maria ob tot amara pro Christo passa; pellentes adversarias undas; æquores ob æqualitatem semper tendendi sursum. n. 1583. Item Sancti navigarunt fœliciter, inter hujus mundi adversas procellas, devictis hostibus Carne, Mundo, & Dæmone. ibid.

S. Marcus Evangelista.

Ex festis Robigalibus, ipsi Christianizatis, ob nomen quod limatus, fricatus, aut expolitus, id est à rubigine absterstus, interpretatur; Sanctum voca electum frumentum expolitum à rubigine peccatorum; limatum vera religione, verisque virtutibus; fricatum laboribus, & martyriis pro Christo patientissimè toleratis. n. 582. Item in Robigalibus sacrabant ovem, cum vino, & lacte: ex quo Sanctus Evangelista habuit lac castitatis, & candoris: vinum amoris, & dilectionis; fuitque ovis Christo sacrata, ac mactata pro ipso. ibid. Item S. Marcus fuit ovis placida, benignitate: lanifera virtutum fœcunditate: inermis patientia, & humilitate: apta fortitudine ad pœnitentiam, adversa, & martyrium: videns receptione donorum supernorum. ibid.

Margarita gemma.

Ex ejus proprietatibus Sanctos adumbrat, albos puritate; claros doctrina; flavos pœnitentia; rotundos humilitate; speculares exemplo, purpureos flagranti charitate, aut martyrio. n. 320. Item albos castitate; speculares exemplo; claros vita, & virtutibus: rotundos obedientia, abstractioneque à terrenis; purpureos flagranti charitate, aut martyrio. n. 1000. Vide n. 1017. Item adumbrat Sanctos: albos virginitate: claros meritis, puritate; speculatores conversationis sanctitate; rotundos meritorum, operum nobilitate. n. 628.

S. Margarita de Cortona.

Quæ rectè Margaritæ Gemmæ assimilatur: quia fuit alba vitæ candore; clara virtutum splendore; purpurea charitatis ardore. n. 320. Item fuit in mari concepta per perfectam contritionem: speccularis per Christi imitationem: rotunda per mundi despectionem. ibid. Applica Sanctis.

S. Margarita V. & M.

Cum Margarita Gemma confertur: hæc de igne, dracone, ac tyranno triumphavit. n. 1016. Vide Margarita.

Maria Virgo Deipara.

Maria Conceptio.

Beatissima Virgo, in sua Immaculata Conceptione extitit triumphatrix tripliciter: 1. de concupiscentia, quia Concepta, absque omni prorsus libidine: 2. de peccato, quia ab omni macula libera; imò, & immunis, ab omni debito Originalis culpæ: 3. de Dæmone, quia caput serpentis contrivit. n. 1689. Item ex coloribus triumphantium, Deiparam in sua Conceptione invenies, albam puritate Originali: purpuream charitate: cœlestem, abundantia donorum cœlestium; ibid. Vide n. 82. & 144. Item ex triumphantium Coronis, B. Virgo in sua Purissima Conceptione, habuit triplicem Coronam. 1. auream pro Regia Majestate, quia omnium Regina fuit Concepta: 2. argenteam, pro mira puritate, quia ab omni macula peccati immunis: 3. stelliferam, pro divina maternaque dignitate, quia amicta Sole justitiæ, velut Stella matutina ipsum mundo nuntiavit. ibid. Item ex Veneris eburneo simulachro, in hoc dulcissimo mysterio, ob Conceptionis Dei-Paræ trophæum, ipsam B. V. encomia crystallinam puritate: conspicuam donis supernis, omnigenaque virtute: eburnea fortitudine: calcantem Caduceum venenatorum serpentium infernalium, quorum victrix Maria caput contrivit. ibid.

Maria Nativitas.

In qua ipsam B. V. encomia Matrem vitæ: expultricem tenebrarum: reparatricem Adæ: renovatricem Evæ: fontem immortalitatis: interitum corruptionis. n. 1252. Propter quod in mense Septembris nata. n. 1253. Item per Mariam natam, ridet Cœlum, lætatur terra, congaudent Angeli. ibid. Item ex die Sabbato, qua orta fuit, Deiparam encomia, Templum Domini: arcam fœderis: nebulam splendidam protectionis. n. 1254. Item ex Beatæ Virginis ortu hora, enitit

Digitized by Google

tic quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol &c. Cant.6. v.9.num. 1255. Vide Aurora, Item ex triplici Nativitate vocat Mariam, natam vt Lucifer, aut Stella gratiosa, & splendida: vt Aurora rorem Lætitiæ, & consolationis adducens: vt Sol electa in Dei genitricem. n.1256. Item ex Feriis, quæ solemnes dicuntur: feriatum, & solemnem hunc Diem celebremus, quia noscimus natam Reginam Angelorum, & hominum: quia decoratam immunitate à primeva culpa, & ornatam gratiis, donis, &c. quia natam ad solamen laborantium. n.1257. Item ex his Verbis Apoc. cap.12. & in capite ejus Corona Stellarum duodecim, habes duodecim epitheta. n.1258. Item, nata est B.V. Maria Deo vt ex ejus sanguine carnem assumat: vt ex ejus vtero nascatur: vt ex ejus lacte nutriatur. n.1251. Item V. Maria non solum sibi, sed, & Parentibus, patriæ, fratribus, & vniversis suam opem implorantibus nata. ibid.

Mariæ Præsentatio, in templo. Vide lumen, & n.1619.

Mariæ Annuntiatio.

Spiritus Sanctus in ipsam B.Virginem venit, pervenit, & supervenit. Venit, cum virtute castitatis; pervenit, cum virtute humilitatis; supervenit cum mysterio Incarnationis. n 474. Item hodie meritò exclamandum, ò Cænaculum, quod sicut dies verni, violæ saltuum: flores rosarum: lilia convalium! Etenim redolet humilitas, feruet charitas, floret virginitas. Humilitas in violis: charitas in rosis, virginitas in liliis. n.474. Item juxta illud Cant.1. v.11. dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum; quod Cœnaculum, sivè accubitum præparatum considera, lectulo tranquilatis, & pacis; mensa devotionis: Sella propriæ humiliationis: candelabro contemplationis. num. 475. Item B. Virgo fuit hoc die candelabrum quatuor lucernarum: Stella scilicet; Luna, aurora, & Sol. Stella fuit errantibus, vt reducat ad viam: luna, in peccatis dormientibus vt eis impetret veniam: Aurora pœnitentibus, vt illis leviget pœnitentiam: Sol diligentibus, vt eos deducat ad lucem supernam. n.475. Item ex illo Cant.1. v.1. osculetur me osculo oris sui: tria notantur in osculo: 1. osculantium labia se consotiant: 2. interiores anhelitus conspirant: 3. corpora sibi appropinquant. In primo, adumbratur conjunctio naturarum, scilicet, hominis, & Verbi, in secundo Vnio Spirituum Divini, & humani: in tertio comparticipatio passionum Christi, & Christiani. n.476. Item est triplex osculum: 1. ad pedes, & reconciliatorium: 2. ad manus, & remuneratorium: 3. ad Os, & contemplatorium. In primo adumbratur remissio peccatorum: in 2. munus virtutum, in 3. cognitio secretorum, & gratiæ spiritualis: Itaque habemus, de primo charitatem, de secundo claritatem, de tertio gratiam multiformem. n.477. Item triplex osculum adapta: 1. ad confessionem: 2. ad devotionem: 3. ad contemplationem. ibid. Item ex cap.5. v.6. Cant. Pessulum ostii mei, &c. triplex est Pessulum, scilicet, fervor, timor, & amor. Hæc tria aperiamus dilecto, qui venit: declinavit, atque transiit: venit, vt nos redimeret: declinavit, vt incorruptionis avidos nos faceret: transiit, vt nos ad regnum vocaret. num.478. Item venit ad nostram consolationem: declinavit, ne tepescamus per servitutem: transiit, vt demonstraret, quod non habemus hic manentem Civitatem. ibid.

Mariæ Visitatio.

Fuit in Visitatione Sanctæ Elisabeth mystica navis Favonio, seu vento Spiritus Sancti gravida, sine gravedine: deductiva Verbi incarnati suo in virgineo claustro; refrigerativa laborum suorum clientum; causativa imbrium beneficiorum in suos devotos. n.918. Item ex Aurora B.Virgo in solemnitate Visitationis fuit aurea hora, aurea domus, vehiculum solis justitiæ. n.919. Vide n.823.

Mariæ Purificatio.

In cujus solemnitate sit thema, nempe Purificatio, Præsentatio, & oblatio. num. 209. Item ex tribus Gentilium purificationibus, encomia Deiparæ, aquam lectissimam: facem accensam; sulphurem vivum virentem. n.210. Item ex sulphuris purificatione, Virginem voca, vivam omni puritate, & gratia: virentem virtute, singularique humilitate: translucentem exemplo. ibid. Item B.Virgo Purificationem non indigens, tota pulcha extitit puritate: rutilans exemplo; explendens ferventi charitate. n.209. Item ex Junonis pictura, encomia B. Virginem pulchram, omnimoda puritate fulgentem; cinctam iride pacis vti veram mediatricem, inter Deum, & homines: coronatam nube protectionis. ibid. Vide candela.

Mariæ Assumptio.

Ex cap.12.v.1. Apoc. fuit Beatissima Virgo in ejus gloriosa Assumptione, amicta triplici Sole scilicet, Sole amoris: Sole splendoris, quoad lucem gloriæ in anima: sole fulgoris, quoad lucem in corpore, ex animæ redundantia. n.1131. Item hoc die Cœlum magnificavit, nova, & præcellenti irradiatione suarum virtutum: decora-

vit

Digitized by Google

vite nova, & ineffabili gloria: perlustravit immensa luce gratiarum. ibid. Item ex Psal. 8. v. 2. Elevata est magnificentia tua super Cœlos; & quidem altissimè super omnes Angelos: firmissimè inamissibiliter: latissimè protectione ad omnes. ibid. Item elevata est super Cœlos sublimiter, triplici fructuosa elevatione: directiva, expediendo viam: protectiva, repellendo pugnam: irrogativa, impetrando gratiam. ibid. Item fuit B. Virgo in triplici Cœlo elevata: in Cœlo Ecclesiæ militantis, virtute, & exemplo: in Cœlo Ecclesiæ triumphantis, gloria & dignitate; in Cœlo animæ, devotione; juxta illud: signum magnum aparvit in Cœlo. Apoc. 12. ibid. Item Maria Virgo, in ejus gloriosa Assumptione, comparatur Rhodo, Civitati solis, quæ, & Rosa dicta, in qua pluit aurum. n. 1131. Nam Rhodus in fundamentis rosa Civitas Solis nuncupata, auro celesti locupletata. ibid. Fuit enim B. Virgo, rosa in morte, Sol in resurrectione; aurum cœleste in coronatione. ibid. Item fuit B. Virgo Mariæ in regia claritate adumbrata, quam pingebant Ægyptii, mulierem pulchram, tribus coronis regiis caput insignitum, quo significabant eam Regis filiam, Regis vxorem, ac Regis matrem: nam verius B. Virgo, in ejus assumptione, extitit coronata, vt filia Dei Patris, vt Mater Dei filii, & vt sponsa Spiritus Sancti. n. 953.

Sancta Maria ad Nives.

Spes nostra in nive cœlitus delapsa adumbrata: eximia puritate; eximia conjunctione virginitatis, cum maternitate: eximia amore, & patrocinio. n. 1089. Item ejusdem Virginis, & Matris devoti, debent esse, candidiores nive: nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo; saphiro pulchriores, ex Thren. 4. ibid. Item ex spei inscriptione, ac symbolis, B. Deigenitrix est vera, ac Augusta spes populi Catholici, quam encomia per lilium, candore niveo altam; per vestem viridem, spe certa latam, per nubem, rore cœlesti protectricem. n. 1090.

Mariæ Rosarium.

Beatissima Virgo Deigenitrix, sub florido titulo de Rosario in Maria adumbrata. Vnde Maiæ pictura B. Virgini rectè convenit, quia est pulchra rosco decore; gratiosa florido amore: ornata splendenti candore. n. 607. Item est pulchra velut rosa; viridis in mysteriis gaudiosis; rubea in dolorosis; alba in gloriosis. ibid. Item fuit B. Virgo rosa gaudiosa in annuntiatione: tristis in passione; gloriosa in resurrectione. ibid. Item in Sanctissimo Rosario gestat B. Virgo sceptrum potentiæ: imperium clementiæ; regnum beneficentiæ ibid. Item B. Virgo, sceptro Sanctissimi Rosarii imperat in Cœlis; regnat in terris: dominatur in infernis. ibid. Item ex vitice, seu Agno casto, cujus flores Sanctissimum Rosarium adumbrant; scilicet, per flores albos, mysteria gaudiosa: per purpureos mysteria dolorosa: per claros, mysteria glorioſa. num. 1431. Item est quedam rosa triplici decorata colore, videlicet manè candida, in meridie rubea proxima jam nocte viridis, quod in B. Virgine Maria sub titulo de Rosario adimpletur; nam ipsa est Rosa candida in mysteris gaudiosis: rosa purpurea, in dolorosis; rosa viridis in gloriosis. n. 1432. Item Maria mystica rosa cordi humano quadruplicem tribuit virtutem: primo impetrat charitatem 2. confortat, & roborat, fortitudine: 3. reprimit à peccatis, timore: 4. illuminat intellectum, superna luce, juxta illud Ecclesiastici cap. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, timoris, agnitionis, & Sanctæ Spei. n. 1433. Item ex proprietatibus Rosæ B. Virgo est rosa, Regina florum, munda, aurea, rubea, odorata, & benigna. n. 1434. Item, juxta illud Eccles., & sicut dies verni, circumdabant eam flores rosarum, & meritò, nam hi dies nitent præ omibus aliis: absunt longè à tenebrarum caligine: sunt longiores reliquis diebus. n. 1434.

Maria Virgo, sub titulo de Monte Carmelo.

Quæquidem, Stellæ caniculæ assimilatur, quia semper est sub sole Christo, suos devotos adjuvando: ferventissima pro ipsis orando: clarissima miraculis protegendo. n. 993. Item, ex Stella: quia B. Virgo in Cœlo in præexcelsa altitudine stat, illuminat, & succurrit. Ibid. Item B. Virgo, est Stella Matutina in medio nebulæ, quia amorem influit; quia in principio noctis innotescit: quia majorem secum fert lucem; & quia velut Aurora Solis, & diei prænuntiat. n. 99. Vide Stella.

Maria Virgo de bona Via.

Quæ Piscatorum, navigantiumque Patrona; in pictura Isidis adumbrata: ipsa enim Deipara fuit induta veste lucida, quia amicta Sole: ornata colore albo, quia semper virgo immaculata: colore crocco, & roseo propter duplicem charitatem, qua Deum, hominesque dilexit. n. 85. Item caput ejus redimitum corona florum, id est, Corona Stellarum duodecim: gestans super frontem, cornutam lunam; quia humanam, divinamque naturam in Christo, prius mente, quam ventre concepit: manu dextera gestans navem, & sinistra spicam, quia facta est quasi navis institoris de longe portans panē suum. ibid.

Mariæ

Digitized by Google

Mariæ Variæ Mysteria.

Ex Diana virgo, & amoris mater nuncupata, merito, Virginem Mariam adumbratur, nam Diana dicitur à Dya, quod est lux, & ana, quod est gratia, vel alta. Vnde B. Virgo mater pulchræ dilectionis, extitit lux gratiæ in sua Conceptione: lux alta in Verbi Incarnati: lux gloriæ in triumphali Assumptione. n.331. & 332. Item Diana est Luna, & B. Virgo, pulchra vt Luna, fuit quasi Luna plena in diebus suis, id est, plena gratia in animatione: plena dolore in Filii passione; plena gaudio, in ejus resurrectione. ibid. Item B. Virgo est clara per omnimodam puritatem: lucifera, per divinam Maternitatem: integra, per perpetuam Virginitatem. ibid. Item ex prima Dianæ pictura, extitit B. Virgo succincta miseris succurrendo: jaculis armata, dæmones terrendo: arcum manu tenens suos defendendo. n.333.

S. Maria Magdalena.

Assimilatur aquæ, quia conversa ad Christum, fuit pura lacrymis; penitentia, exemplari vita: spacularis, aut speculum amoris: fœcunda virtutibus, donis, meritis. n.1023. Item ex aquæ locis, encomia eam, terram fœcundam virtutibus; Cœlum mysticum donis supernis, mirabiliter ornatum: nubem protectionis erga suos verè devotos. ibid. Vide aqua, Item, Magdalena, interpretatur Turrita, aut Turris, magnifica, magnificata, & exaltata: Vnde huic Sanctæ convenit pictura Telluris, seu Cybelis, ex qua Sanctam encomia, cinctam magnitudine pœnitentiæ: ornatam heroicis virtutibus; redimitam turrita fortitudine: tenentem sceptrum potentiæ à Deo acceptæ, ad mira patranda, & clavem insignis sapientiæ. n.1224. Item, Magdalena interpretatur vexillum ducens, insignita, elevata; nam erexit vexillum pœnitentiæ, dilectionis, & vitæ contemplativæ. n.1025. Item fuit Magdalena vexillo amoris insignita, quatuor signis. 1. signum fuit assiduitas recordationis: 2. solicitudo inquisitionis: 3. sinceritas affectionis: 4. fervor æmulationis. ibid. Item, considera Sanctam Magdalenam; vexillatam amore; insignitam virtutibus, donis, ac miraculis: elevatam quotidiè septies ab Angelis in æthera. ibid.

Marmor ob ejus species encomia Sanctos, albos castitate, nigros humilitate: virides honestate; rubeos martyrio, flagrantique charitate. n.797. Item virides honestate; optimos sanctitate, charisteos beneficentia, & patrocinio. ibid.

Mars; ex ejus pictura prima, encomia Sanctos, armatos virtute: feroces potentia in Dæmones: hastam gestantes amoris in Deum, & proximos. n.166. Item habentes armaturam virtutis: flagellum pœnitentiæ: clypeum protectionis. ibid. Item habentes galeam fidei, thoracem spei, clypeum charitatis. ibid. Item Sancti pro armis induti sunt clypeum fidei; galeâ charitatis; thoracem justitiæ. n.426. Item ex alia pictura, encomia Sanctos; armatos virtutibus quibus vicerunt regna, triumpharuntque de Mundo, Carne, & Dæmone. ibid.

Sancta Martha V.

Quæquidem extitit valde facunda, gratiosa omnibus mirabilis puritate, sanctitate, ac miraculis. n.1056. Item ejus nomen interpretatur amaricans, provocans, doctrix, & domina; amaricans, stupenda pœnitentia: provocans, exemplo: doctrix christiana prædicatione, ac doctrina; domina potestate à Christo accepta, ad mira patranda. ibid.

S. Martinus Epis. Turonensis.

Qui Mari assimilatur, ex quibus epithetis ipsum encomia caput suarum ovium, dignitate: fontem imbrium spiritualium, doctrina; subsidium pauperum, eleemosyna: refugium egentium, patrocinio. n. 1583. Item compendium itineris ad Cœlum, vita, doctrina, & exemplo. ibid. Item Sanctum Martinum Lauda; clarum doctrina, & puritate: turbidum, zelo contra vitia: viridem, spe; cœruleum cœlesti vita. ibid.

Martyres Gasarangustani.

Ex Ludis olympicis, eos encomia, victores tribus in Christo globulis ludentes: 1. argenteo, ob vitæ puritatem: 2. aureo, ob ardentem charitatem: 3. æneo, ob veram humilitatem, fortitudinemque in patiendo pro Christo. n.1555. Item, Sanctos Martyres encomia, diaphanos, vitæ claritate; igneos in Deum charitate: claros, gloriæ æternitate. ibid. Item, puros castitate; igneos, zelo fidei; claros, virtute, merito, fama, miraculis, gloria. ibid.

S. Mathias Apostolus.

Ex ejus nominis interpretatione, fuit donatus à Deo hominibus, ad imitationem; Ecclesiæ, ad propagationem: apostolatui ad perfectionem. n.323. Item fuit parvulus puritate, innocentia, & humilitate. ibid. Item, humilis nomine; exaltatus virtute; parvulus in oculis suis; magnus in oculis Dei. ibid. Vide Alectoria gemma. Item fuit donatus à Domino, quoniam ipsum de mundo elegit Christus; donatio Domini fuit, quoniam sorte electus, inter Apostolos computatus; parvus fuit, quia semper servavit veram humilitatem. ibid. Item humilitas triplex fuit in Sancto

Digitized by Google

Saneto Mathia: 1. considerationis, se ipsum despiciendo: 2. devotionis; majestatem Dei contemplando, & admirando: 3. afflictionis, martyrium patiendo. ibid. Item ex Alectoria gemma parva, encomia Sanctum Apostolum, gratum gratia; constantem fortitudine: discretum solertia, christianaque prudentia: oratorem prædicatione; victorem martyrio. ibid.

S. Matthæus Apostolus, & Evang.

Fuit multiplex virga, scilicet, ducens, & decorans, Evangelio; florens, virtutibus: protegens, patrocinio. n.1336. Item, fuit triplex virga; ferrea feriens gladio Evangelicæ prædicationis; argentea sonans virtutibus, fama sanctitatis, ac miraculorum; aurea ardens charitate. num.1337. Item ex virga aurea Mercurii encomia Sanctum Apostolum; ornatum, omnigena virtute: dignificatum, dignitate Apostoli, & Evangelistæ: excelentem, donis, miraculis, patrocinio. ibid. Item, ex victima coronata, lauda S. Matthæum; laureatum virtute, doctrina, martyrio, protectione. n.1338. Item ex Matthæi nominis interpretatione: fuit Donatus, Donum, Donator Consilii. ibid. Item Matthæus dicitur à magno, & Theos, quasi magnus Deus; vel à manu, & Theos, quasi manus Dei. Dicitur & levi, id est assumptus, applicatus, additus, aut appositus; vndè fuit assumptus ab exactione vectigalium, ad perfectam sequelam Christi; applicatus numero Apostolorum, & consortio Evangelistarum: appositus cathalogo martyrum, & hinc magnus apud Deum. ibid.

S. Mauritius Martyr.

Qui dicitur à Mari, quod vomens interpretatur, vel durus, & vs id est consiliator, vel festinans; vel dicitur, à Mauro, Grecè nigrum. Ipse namque fuit amarus pro Idolatricis offensis, contra Deum commissis: Vomens per abjectionem superfluorum; durus, & firmus, per tormentorum perpessionem; consiliator, per commilitonum exhortationem: niger, per humilitatem, & sui despectionem; festinans, per fervorem charitatis, religionis, ac bonorum operum multiplicationem. n.1345.

Medritina, dea Bona nuncupata, ex ejus pictura encomia Sanctos, pulchros castitate; discalseatos affectibus terrenis: Serpenteos prudentia, myrteos viriditate bonorum operum: gestantes sceptrum potentiæ à Christo datæ, ad mira patranda. n.1387.

Mel, ob ejus proprietates Sanctos adumbrat, albos castitate, calidos charitate: dulces benignitate, beneficentia, donis spiritualibus: rufos martyrio. n.1032.

Mercurius.

Ex ejus pictura, encomia Sanctos; cinctos castitate; pulchros virtutibus, gratia; alatos contemplatione, ac charitate in Deum, & proximum: gestantes Caduceum pacis, & concordiæ; super humeros, arietem, id est Christum Crucifium; Crucem gestando, eum imitando, n. 980. Item ex Mercurii elogiis Sanctos encomia, ter maximos, fide videlicet virtute, & gloria. n.81. Vide S. Blasius, & n.1185. Item, ex Mercurii pictura, habes Sanctos, belligeros, contra animæ inimicos; nudos, terrenis affectibus; gestantes virgam Crucis, mortificationis, & potestatis; alatos charitate in Deum, & proximos. n.216.

Merula avis, ex qua voca Sanctos, merulos pœnitentia; lætè adversa tolerando, & laudes Dei, æternáliter canendo. n.124.

S. Michael Arcangelus.

Laribus, qui cœlites, Præsides, tutelares, & custodes putati sunt, adaptari potest. n.601. Vide 632. Item ex quatuor laribus Ægyptiorum, qui appellabantur. 1. Dynamis, id est Princeps armatus: 2. Tyche, id est fortunatus, aut felix: 3. Eros, id est amator: 4. Anance, id est necessitas; quia S. Michael est Princeps armatus, ad conterendum luciferum, ac suos; fortunatus, & felix patronus, Ecclesiæ Sanctæ Dei: amator clientum suorum, devotorumque; necessitas, quatenus in necessitatibus nastratum, auxiliator, & refugium. n.633. Vide 1382.

Milium herba, cannæ similis, ob ejus proprietates Sanctos adumbrat, parvos humilitate; minutos adversitate; siccos austeritate Vitæ n.371.

Minerva.

Ex ejus pictura, Sanctos encomia, aureos charitate; cœlestes vita, virtutibus, exemplo, purpureos martyrio, puritate, regiaque dignitate in Cœlis. n.77. & 510. Item, armatos clypeo fidei; hasta fortitudinis; galea aurea divini splendoris. num. 510. Vide S. Blasius. Item ex Minervæ pictura, encomia Sanctos, Clypeatos fide; galeatos charitate; præcinctos zona castitatis; armatos virtute, donisque Supernis, ad magna, pro Dei gloria, patranda. n.691. Vide 213.

Montes Sanctos adumbrant, solidos virtute, profundaque humilitate; compactos charitate: erectos in Cœlum, spe, & merito. n. 1702. Item; solidos in humilitate; fortes in charitate; candidatos in puritate; elevatos in sanctitate. ibid.

Mulieres in festo Cereris, quæ & Luna nuncupatus

Digitized by Google

cupatur à Cibis abſtinebant, humi jacebat, viticum foliis cubilia ſternebant; caſtitatem ſervabant, ſe ipſas expiabant. n. 1107.

Mulſus, Sanctos adumbrat, melleos dulcedine converſationis: albos, candore operationis: calidos, ardore dilectionis: dulces, ſuavitate contemplationis. n. 1039. Vide Mel.

Mundus, ejus quatuor partes: excubat homo ad Orientem, vt ſuos exceſſus videat, & corrigat: ad Meridiem, vt ſuperna diligat, ad eaque, cor erigat: ad Occidentem, vt dum temporalia adminiſtrat, Mundum ſibi ſubigat: ad Aquilonem, vt teſtationes prævideat, & abigat. n. 445. Item, Mundi quatuor partes ſunt Oriens, Meridies, Occidens, & Aquilo; quæquidem myſticè Oriens, eſt gratiæ illuminatio: Meridies, charitatis inflammatio: Occidens, temporalium adminiſtratio: Aquilo, tentationis inquietatio. ibid. Vide n. 446. vſque ad 448. Item Mundus ſuper tria fundatur, ſuper juſtitiam, ſuper veritatem, & ſuper pacem. Ita Sancti. n. 495.

Muſæ, ex earum pictura, encomia Sanctas virgines, cinctas caſtitate: pulchras virtutibus: coronatas triumphis in hac vita, & in altera gloria. n. 907.

Myrrha pretioſa, ſunt Sancti, ex qua eos encomia, candidos caſtitate: virides ſpe: electos à Deo, ad magna opera, mirabiliaque patranda: rufos amore, aut dilectione, aut martyrio: lucidos gloria. n. 594.

Myrthus eſt arbor, alia nigra, & alia alba, & Sanctos deſignat, nigros exterius, per pœnitentiam, & humilitatem: albos interius, per gratiam, & puritatem. n 504. Item ex Myrti proprietatibus Sancti ſunt læti gaudio ſpirituali: floridi virtutibus: aromatici bona fama, & exemplo. ibid. Item, ſunt imputribiles ſolidate fidei: conſolatores patrocinio; reparatores animarum, doctrina, & prædicatione. ibid. Item Myrtus adumbrat Sanctos lætificantes clientes, per certam protectionem: virentes per floridam conſolationem: medicinales, per ſalutarem curationem: valentes, contra veneni infectionem. n. 234. Item habentes virtutem lenitivam, iram mitigando: conſolidativam, debiles roborando: mundificativam, peccata purgando: reparativam, virtutes reſtaurando: imputribilem, à vitiis præſervando. Vide n. 234. & 1301.

N

NArdus, Sanctos adumbrat, parvos humilitate: ſpinoſos pœnitentia: calidos charitate: odoriferos, vita, ſanctitate, ac bona fama. n. 598. & 1163.

Nativitas.

Triplex eſt in Eccleſia. 1. Sancti Joannis Baptiſtæ: 2. Beatæ Virginis Mariæ: 3. Chriſti Domini. Joannes fuit lucifer: Maria, Aurora: Chriſtus Sol. Per has nativitates, tres ſpirituales deſignantur. 1. cum Joanne, id eſt gratia Dei per Baptiſmum: 2. cum Maria, id eſt amara, per pœnitentiam: 3. cum Chriſto, Rege gloriæ, per gloriam. n. 1256. Item Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti, fuit mirabiliter facta, multipliciter oſtenſa, & vtiliter exhibita. n. 1767. Item ex ſigni Virginis pictura, encomia Chriſtum natum ex Virgine, duplicem ſpicam, ob duplicem naturam, divinam, & humanam, in vnitate perſonæ. ibid. Item ſpicam duplicem, confundentem diabolum; deſtruentem idola; & allicientem bonos. ibid. Item per triplicem Nativitatem, ſcilicet æternam, quà ineffabiliter à Patre genitus; temporalem, quà mirabiliter in tempore natus, ex Maria Virgine; myſticam, quà miſericorditer in animabus devotis per gratiam renatus. ibid. Item, encomia Jeſum parvulum, jacentem in præſepio; Omnipotentem in Cœlo, in terra, & in Inferno. ibid.

Navigatio myſtica, qua Sancti navigaverunt fœliciter inter hujus Mundi adverſas procellas, devictis hoſtibus, carne, pœnitentiæ aſperitate; Mundo, voluntaria paupertate; Dæmone, chriſtiana humilitate. n. 1583.

S. Nazarius Martyr.

Qui interpretatur conſecratus, Mundus, ſeparatus, floridus, ex quibus Sanctum, encomia, conſecratum, Dei obſequio; Mundum, vitæ puritate; ſeparatum à terrenis affectibus; floridum virtute, merito, & exemplo; cuſtodem patrocinio. n. 1053.

Nemus, ob varia nomina Sanctos adumbrat, lucos, luce fidei, & gratiæ; paradiſos virtutum; arbores, fructiferos meritorum; aſyla protectionum. n. 1013.

S. Nicolaus Epiſcopus.

Ex ejus nominis etymologia fuit tripliciter victor, vita ſcilicet, doctrina, & patrocinio. n. 1670.

S. Nicolaus de Tolentino.

Vide Pegaſſus. num. 1268.

Nitrum.

Gemma, ob ejus proprietates Sanctos adum-

Digitized by Google

adumbrat, habentes, salis naturam, per sapientiam prædicationis: virtutem medicinalem, per gratiam curationis: virtutem sordium absterſivam, per Sacramentum confeſſionis. num.280. Item, Nitri pulvis melle confectus, faciem mundificat, clarificat, & decorat: ſic Sancti faciem animæ mundificant pœnitentiæ abſutione: clarificant divina contemplatione: decorant glorioſa illuminatione. ibid. Item, animam mundificant, per viam purgativam; clarificant, per viam illuminativam; decorant, per viam vnitivam. ibid. Item ex Nitri coloribus Sancti ſunt albi vitæ candore: rubei devotionis fervore: citrini, ſeu croceí pœnitentiæ pallore. n.280. Item Sanctos encomia decoros puritate; mundificativos doctrina; claros vita, exemplo, geſtis, gloria. ibid. Item, albos puritate: rubeos flagranti charitate, aut martyrio: citrinos, ſeu rutilantes, vita, geſtis, exemplo. ibid.

Novendialia, ex quibus encomia Sanctos, luſtrando illos per aquam laborum pro Chriſto toleratorum: per ſulphur amoris: per facem exemplorum, vt victimas Chriſto ſacratos. n.102.

Nudipedalia feſta, & alia cũ ipſis concurrentia, ex quibus Sanctos encomia, victores hoſtium animæ, ſcilicet Mundi, Dæmonis, & Carnis: Nudipedales, id eſt affectibus terrenis nudi, & ſoluti: aras candidas, & caſtitate, & vitæ Chriſtianæ candore; erectas Deo vero, vno, & trino. n.814.

Numerus ternarius, habens figuram triangularem; & ideo Juſtitiæ, Palladi, & Minervæ ſacratus, & etiam defunctis, quia ex juſtitia, hæredes, ex Pallade, id eſt fidelitate, amici; & ex Minerva, id eſt miſericordia, proximi debent ſuis defunctis ſuffragare. n.74.

O

OLea victoriæ ſymbolum, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, virides honeſtate vitæ: albos caſtitate, fœcundiſſimos meritis: vtiliſſimos patrocinio: nuncios pacis: triumphatores de inimicis. n.997. Vide Pianepſia.

Oleum adumbrat Sanctos, lucidos vita, & doctrina: ſpeculares exemplo: dulces eloquio: lenes benignitate: pingues virtute, ſuaves patrocinio. n.1301.

Sancta Oliva Virgo.

Ex hujus nominis arbore, eam encomia, viridem honeſtate: nigram humilitate: ſubrubeam, flagranti charitate: hyacinthina, propter cœleſtem vitam. n.784; Vide Olea, & n.588.

Ophiucus ſidus cœleſte, ex ejus cognominibus, encomia Sanctos, ſerpentes, prudentia: herculeos fortitudine chriſtianas phæbigenos amore Dei, & proximi: cannobantas, regia potentia. n.871.

Ops, ſeu Tellus dea, ex ejus ſacrificiis, encomia Sanctos, per ceram, puros; per ſerpentes, prudentes: per bovem fortes. n.128. Item, ex ejus pictura habes Sanctos pulchros puritate: cinctos virtutibus: extenſos patrocinio. n.1731. Item, fœcundos doctrina, & exemplo: floridos virtutibus: latos merito, & patrocinio. ibid.

Orion Stella, ſeu conſtellatio, Sanctos Martyres adumbrat, magnos magnitudine fidei: pulchritudine charitatis: virtute miraculorum: fulgore meritorum. n.486. Item Orion habet ſpeciem accincti, & armati militis; vnde Sanctus Martyr armatur, ſcuto fidei: accingitur fortitudine virtutis: militat pro Chriſto, vſque ad mortem. ibid. Item Orion ſe extendit per tria ſigna, Tauri videlicet, Arietis, & Geminis, ſic Sancti Martyres primò, propter tolerantiam: ſecundo propter manſuetudinem: tertio propter duplicem charitatem extenduntur. ibid. Item adumbrat Sanctos, ornatos gratia: purificantes doctrina, & exemplo: decoratos virtutibus: mittentes pluviam beneficiorum, in ſuos verè devotos. n.892. Item adumbrat Sanctos armatos virtutibus: patientes, juſtos, prudentes, cautos, & diligentes; quare verè victores. n.893.

Ornamenta triumphantium ex quibus (in veris pro Chriſto triumphatoribus) ſella eburnea, puram doctrinam adumbrat: ſcipio, aut baculus, potentiam Sanctorum, à Deo acceptam: toga picta, virtutes: palmata tunica triumphos: & aurea corona, ipſorum gloriam. n.953.

Oſculum, eſt ad pedes pro peccatorum remiſſione; ad manus, pro gratiarum actione, ad os pro dilectione. n.877. Item 1. oſculum eſt in confeſſione: 2. in devotione: 3. in contemplatione. ibid. Vide Annuntiatio.

Oſyris, ex ejus pictura, encomia Sanctos, myſticos baculos, rectitudine in operando: fortitudine in ſuſtinendo: potentia in mira patrando: protectione in ſuos defendendo. n.1614.

Ovis, ob ejus proprietates, Sanctos adumbrat, placidos benignitate: laniferos virtutum fœcunditate: inermes, & mites patientia, & humilitate: videntes receptione donorum ſupernorum: aptos fortitudine, ad ſe Chriſto ſacrificandum: pœnitentia, mortificatione adverſa tolerandum, & martyrium patiendum. num. 1038.

Digitized by Google

P

Pallas.

Ex ejus pictura, Sanctos encomia; armatos virtutibus; galeatos fide; tenentes haſtam rectitudinis, & conſtantiæ. num. 373. Item ex nomine Tritoniæ, encomia Sanctos myſticos Tritones, quia judicantes juſtè, conſulentes benè, agentes rectè. ibid. Item Tritonia, adumbrat Sanctos habentes tres ſapientiæ partes, videlicet, meminiſſe præterita, fide credendo: noſſe præſentia, ſpe progrediendo: prævidere futura, charitate perveniendo, ex n. 372. Item tria præcepta tradunt Sancti, videlicet conſulere benè; iudicare juſtè; agere rectè. ibid.

Pales, Paſtorum, Hortorumque dea, ex ejus ſacrificio Chriſtianizato, Sancti habent milium humilitatis, adverſitatis, & auſteritatis vitæ. n. 571. Item, lac caſtitatis, charitatis, benignitatis, ſcientiæ, & doctrinæ ſalutaris. ibid. Item habent ſapam velut aurum purgatum, purificatum, & purpuratum. ibid.

Palma, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos; victoriales, martyrii labore: nobiles, ſanctitatis honore: pulchros, virtutis decore. n. 225. Item ſunt glaciles, per corporis mortificationem: alti, per mentis contemplationem: ſuaves, per ſanctam converſationem: vberrimi, per virtutum operationem. ibid. Item ex Palma, encomia Sanctos; pulchros puritate; nobiles gratia; victoriales triumphis. ibid. Item; glaciles gratia, & benignitate: altos virtute, & merito: dilatatos charitate, ſuaviſſimos patrocinio. ibid. Item, ex illo Cantic. 7. v. 8. aſcendam in Palmam Sancti aſcendunt triplici aſcenſu. 1. ſuper Mundum: 2. ſuper cor, propriis calcando paſſiones: 3. ſuper palmam, carnem macerando, Crucem, ac mortem pro Chriſto ampleetendo. num. 480.

Pamboeotia ſacra, ex quibus voca Sanctos; marciales veros, Chriſto ſacratos: pugnantes virtutibus; triumphantes de Carne, Mundo, & Dœmone. n. 1498. Item Soles myſticos fulgentes virtute, religione, exemplo. ibid. Item Pallades, ſuos verè clientes tuentes miraculis, auxilio, ac protectione. ibid.

Pan, Paſtorum deus, ex ejus pictura, & nomine Sanctos encomia, verè magnos, radiantes ſideribus, id eſt virtutibus: rubicundos, flagranti charitate, aut martyrio: geſtantes fiſtulam harmoniæ vitæ cœleſtis: decoratos, baculo protectionis: redimitos corona gloriæ. n. 1494. Item, ex ſignificatione alterius Panis picturæ, Sanctus eſt velut Mundus abbreviatus, continens æthera, id eſt thronum Dei; Solem, & Lunam, id eſt duo charitatis præcepta, Dei videlicet, & proximi: varietatem ſiderum, id eſt cœleſtes virtutes: arbores, plantas, &c. id eſt frondes, flores, ac fructus bonorum operum: continens ſoliditatem terræ, id eſt profundam humilitatem: harmoniam Cœli, id eſt, altiſſimam arcanorum Dei contemplationem: virgam in manu curbam, id eſt, inclinationem ad aſſiduam pœnitentiam; & hinc Pan, id eſt, totus dictus, quod omnia in ſe myſticè contineat. n. 1495.

Pandora, quæquidem idem eſt, ac omnium donorum aggregatio, adumbrat Sanctos à Deo decoratos potentia, ſapientia, charitate, caſtitate, fortitudine, humilitate, cæteriſque virtutibus. n. 808.

Papaver, ob ejus proprietates Sanctos adumbrat; albos caſtitate, nigros humilitate; roſeos charitate, purpureos martyrio. n. 150. Vide n. 963.

S. Paſchalis Baylon

Quem ex Solis ſacrificiis, encomia, myrrham, ſtupenda pœnitentia, reſidam, virtutibus, gratiiſque à Deo acceptis; Thymiama, id eſt gratum Deo, & hominibus. n. 682. Vide Vinum ad n. 683.

S. Paulus Apoſtolus, in ejus Conver.

Vas electionis, & quidem vas altum, per contemptum temporalis ſubſtantiæ: clarum, & lucidum, per donum ſapientiæ: purum, per donum continentiæ: ſolidum, per donum patientiæ. n. 154. Item fuit ejus converſio triplex. 1. lapis in aquam, quia induratum cor, in aquam lachrymarum verſum: 2. aqua in vinum, dum contritio in dilectionem, lachrymæ timoris, in lachrymas amoris mutantur: vinum in ſanguinem, dum Dei dilectio veram animæ vitam in Chriſto operatur. ibid.

Pax dea, ex ejus cultu, encomia Sanctos, habentes hordeum pœnitentiæ: cultum doctrinæ: ignem amoris: ſertum meritorum gloriæ, & exultationis. n. 179. Item ex tribus coronis voca Sanctos, roſeos virtute, & exemplo, oliveos pietate, miſericordia, beneficentia: laureos triumphis. ibid.

Pegaſus conſtellatio cœleſtis, ex qua encomia Sanctos, & præcipuè Sanctum Nicolaum de Tolentino, famoſos virtute, ſanctitate, conſtantia: ſapientes doctrina: beneficos patrocinio, tutela: admirabiles poteſtate à Deo accepta patrandi miracula, & fulgore in patria. n. 1268. Item Sanctos voca myſticos Pegaſos, fortes in Dei obſequio: alatos charitate in Deum,

Digitized by Google

Deum, & proximos: fulgentes in Cœlo velut Stellas in perpetuas æternitates. ibid. Item ex ejus Stellis, quæ sunt puræ castitate; altæ contemplatione: sphericæ Mundi contemptu: pulchræ decore virtutum: virtuosæ operatione: luminosæ exemplo: operosæ sanctitate. n.402.

Penates Dii, ex eorum pictura Sanctos lauda; galeatos fide, cinctos puritate: armatos virtute, merito, donis. n.185. Item, magnos virtute; patrios Cœli; custodes suorum clientum, patrocinio. ibid.

Sancti Apostoli Petrus, & Paulus.

Ex Romuli pictura, eos encomia, vectos curru gloriæ: albos puritate: armatos, hasta, sivè lancea rectæ fidei, sanæque doctrinæ: indutos purpura ferventis charitatis: laureatos martyrio, quorum patrocinio floreseit Respublica Catholica. n.904. Item rota currus Ezechielis quatuor habens facies, adumbrat S. Petrum Apostolum, ejusque quatuor insignia à Christo accepta; videlicet, per faciem vituli, Sacerdotium ad jugulandum quod animale est, vt vivat quod spirituale. Per faciem Leonis, potestatem ad mira patranda. Per faciem Hominis, ingenuitatem, benignitatem, atque labores pro Christo toleratos. Per faciem Aquilæ, evolatum in Cœlum. num.905. Item ex Pauli nominis interpretatione, fuit Sanctus Paulus maximus, quà humilis: maximus, quà tuba prædicationis: maximus miris operibus. n.908. Item Sancto Paulo sex ex hoc competunt prærrogativæ: 1. lingua fructuosa: 2. charitas viceresa: 3. conversio miraculosa: 4. manus operosa: 5. contemplatio deliciosa: 6. humilitas virtuosa. ibid. Vide S. Petrus ad Vincula, & Conversio S. Pauli.

S. Petrus de Alcantara.

Qui fuit pœnitentia admirabili, & altissima contemplatione decoratus: dono scientiæ, linguarum prophetiæ, ac miraculorum glorioſus. num.1479. Item fuit Hercules Christianus, triumphis, ac victoriis, de Carne, Mundo, & Dœmone obtentis. num.1482. Item habuit veram Minervæ sapientiam, cœlitus acceptam: Palladis armaturam donorum, & potentiæ à Deo acceptæ, ad mira patranda. ibid. Vide Hercules, & Minerva. Item Sanctissimus Petrus fuit, admirabilis, pœnitentia, innocentia vitæ immaculatæ: altissima contemplatione: donis supernis: prodigiis ingentibus. n.1483. Vide Sol. Item B. Petrus, martialis Christi, lustratus, exornatusque extitit, galea fidei, thorace justitiæ, ancile protectionis, erga suos verè clientes. n.1484.

S. Petrus Regalatus.

Vide Pleiades ad n.660.

B. Petrus Baptista, & Socii Mart.

Ex coronis militaribus, laureati sunt corona castrensi, ob fidei defensionem: corona murali, ob veritatis confessionem: corona oleagina, ob victoriæ consecutionem: corona triumphali, ob gloriæ exaltationem. n.220. Item, ex triumphantium ornamentis: meruerunt currum triumphali acclamatione: equos albos veloci progressione: sceptrum regali dominatione: coronam glorioſa exultatione. n.221.

S. Petrus ad Vincula.

Quæquidem Vincula cingunt Ecclesiam: reddunt contra hostes invictam: coronant vertices Christianorum; operantur in fideles consolationem, & miracula. n. 1072. Item S. Petrus Apostolus suis vinculis ligat animarum vulnera: devicit barbaros: educit captivos, nosque armat, munit, victoriis, ac triumphis coronat. ibid.

Phallagogia festa, ex eorum ritu encomia Sanctos ficulneos, fœcunditate Christianarum virtutum: argenteos puritate vitæ: æneos fortitudine, & constantia: corios separatione à carnalibus desideriis: rubeos flagranti charitate, aut martyrio. n.1190. Vide Triumphus.

S. Philippus, & Jacobus Apost.

Ex laribus præstitibus, encomia eos præsides regnorum Mundi, Dœmonis, & Carnis: familiares Christi: tutelares, & custodes hominum. n.605.

S. Philippus Nerius.

Mysticus Arctophylax, quæ est constellatio cœlestis; signum mirabile Bootes, Septentrio, & Arcturus dicta. Arcturus dicitur iste Sanctus, quia se cinxit ad tantam pœnitentiam, suique abnegationem. Septentrio dicitur, quia plaustrum continuò, & indefesso cursu in animas excolendas, & ad Deum perducendas Bootes dicitur, quia hærens, & adhærens Deo, per amorem, ferventissimamque dilectionem. Arctophylax dicitur, quia suorum clientum velut custos, eos patrocinat. n. 733. Vide Arctophylax.

S. Philippus Benitius.

Ordinis Servorum B. Mariæ institutor, Patriarcha præclarissimus: clarus prædicatione, humilitate, & miraculis. n.1170. Vide Ignis.

Philomena, ob ejus proprietates Sanctos significat; credulos fide: lucinios doctrina, & exemplo virtutum: cantilenos laudatione Dei: philos amore, ferventique charitate, vsque ad mene defectus vitæ. n.935.

Phœbus, aut Sol, ex ejus sacrificiis Sanctos habes, melleos gratia: vniferos amore in Deum, & proximum: farinaceos can-

Digitized by Google

candore; mortificatione; aut martyrio. n.1031.

Pileus. Vide Ignis.

Pinus arbor, ob ejus proprietates abumbrat Sanctos, leves abstractione à terrenis: rectos operatione, & intentione: pinguosos charitate: proceros altitudine sanctitatis. n.1611.

Piscis, aureum vellus nominatus, adumbrat Sanctos, aureos charitate: pretiosos virtutibus, & meritis: altos gloria. n.853.

Piscium festum, ex quo encomia Sanctos, Christi pisces, pastos aquis pœnitentiæ, adversitatum, aut martyrii: pastos floribus virtutum, & fructibus meritorum. n. 1264. Item ex Rota pisce, voca Sanctos, pisces rotas, radiantes virtute, merito, gloria, patrocinio. ibid. Item, ex Stella Pisce, encomia Sanctos; molles obedientia: duros fortitudine, & constantia: igneos charitate: Stellas virtutibus. ibid.

Platanus, Sanctos adumbrat; pulchros virtutibus: fervidos charitate: siccos per vitæ austeritatem: lenitivos, per compassionem. n.568. Item altos meritis: magnos potentia à Deo accepta, ad suos clientes fovendos, hostesque terrendos. ibid.

Pleiades.

Sunt septem Stellæ, quæ Sanctos ex earum nominibus adumbrant; nam Sancti sunt Nimbosi rore gratiæ: vergilei, id est, delicioſi cœlesti contemplatione: micantes splendore virtutum. n. 506. Item Sancti sunt floridi odore bonorum exemplorum: fructiferi fœcunda operatione: conjuncti nexu charitatis Dei, & proximi. n.507. Item, per septem Stellas quibus constat hæc constellatio, designantur septem virtutes, quibus fulget vniversitas electorum: quatuor cardinales, prudentia videlicet, justitia, fortitudo, & temperantia: & tres theologales, fides, spes, & charitas. n.660. Item, ex Pleiadum ordinatione Sancti (præcipuè Prælati, Fundatores, aut Reformatores) habuerunt ordinationem regularis disciplinæ, pacis, concordiæ, ac fraternalis charitatis. ibid. Item ex Pleiadum ortu, qui est vernali tempore, quo Sancti florent gratia, quieta contemplatione: frigore, id est, tribulatione, quia electi per frigus tribulationis ad virtutes consurgunt. ibid. Item, ex earum aspectu; quia Santi aspectu humilitatis, nec ex toto se occultant, nec ex toto se manifestant, sed charitate exigente in publico opera bona faciunt. ibid. Item, ex effectu; quia Sol Justitiæ Christus gratiæ suæ radiis, eos decorans, terra rationalis florum pulchritudine adornatur. ibid.

Poma tria picturæ Herculis, tres in heroe insigniores virtutes significabant. 1. est moderatio excandescentiæ; 2. temperamentum avaritiæ; 3. contemptus voluptatum. n.1118. Item; 1. moderatio, pace, & mansuetudine Christiana; 2. temperamentum, abstractione rerum caducarum; 3. contemptus voluptatum, puritate amplexa. ibid. Vide Herculis pictura.

Pompeius, sic Jovis vocatus, qui etiam Sol, victor, & conservator cognominatus; vnde Sanctos encomia fulgentes sicut Sol, doctrina, virtute, & exemplo; victores, in certamine contra Mundi vanitatem; contra Carnis voluptatem; contra Dæmonis malignitatem; conservatores legis divinæ, operando, Christi fidem prædicando, clientum suorum patrocinando. n.535.

Populus arbor, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, albos castitate; nigros humilitate; viridos spe; vmbrosos patrocinio erga suos devotos. n.676. Item, ex ejus materia, Sancti sunt molles subjectione; teneri compassione; vmbrosi protectione. ibid. Item effluentes resinam medicinalem, qua corpora sanantur, animæ curantur, & ab omni malo præservantur. ibid.

Prælatus per signum Leonis designatur, qui debet esse; igneus per severitatem; masculinus per probitatem; diurnus; & clarus per veritatem; fixus per constantiæ firmitatem. n.539. Item bonus Prælatus debet esse; igneus paternali charitate erga subditos; masculinus modesta gravitate; diurnus assidua strenuitate; clarus ingenua veritate: fixus constanti firmitate. ibid. Item ex tribus faciebus hujus signi; prima Saturni qua adumbratur pietas, & saturatio pauperum; secunda Jovis qua adumbratur authoritas: 3. Martis qua adumbratur strenuitas in adversis; quæ tria debet habere Prælatus. ibid. Vide Sagittarius.

Præmium Sanctis pro Christo triumphantibus promissum, ex illo Apoc. 2. v. 7. vincenti dabo manna, &c. vndè Sancti habent manna supernæ consolationis: calculum candidum divinæ electionis; & nomen novum æternæ glorificationis. num. 1099. Item ex calculo, encomia Sanctos; limpidos puritate: lucidos doctrina, & sapientia: floridos virtutibus: fœcundos meritis. ibid.

Proserpina dea, ex ejus pictura encomia Sanctos; pulchros castitate; cinctos zonis justitiæ, aliarumque virtutum; discalceatos terrenis affectibus: gestantes sceptrum potentiæ ad vincendos hostes,

Digitized by Google

stes, fovendosque clientes. num. 560.

Psalmi graduales 15. assignantur, & significant tres gradus, eorum qui pergunt ad patriam, scilicet 1. gradus incipientium in quinque primis Psalmi: 2. proficientium in quinque secundis: 3. gradus perfectorum in quinque vltimis Psalmis. n. 266.

Pulcher dicitur, quasi rubens pellis: vnde pulchritudo hominis mysticè, est in vultu, rubore honestatis; in ore loquela veritatis: in capillis, privatione superfluitatis; in oculis, aversione vanitatis; in manibus, operatione charitatis. n. 519. Item, pulchritudo Justi apparet in facie, rubore dilectionis; in ore, zelo exhortationis; in capillis, fervore cœlestis cogitationis; in oculis splendore mortificationis; in manibus verò, candore bonæ operationis. ibid.

Pulchra est anima perfecta, morum maturitate: decora, cordis puritate: charissima supernarum delitiarum aviditate, juxta illud Cant. 7. quam pulchra es, & quam decora, charissima! Per primum est hominibus grata: per secundum Angelis cognata: per tertium dilecto approbata. n. 519.

Purificatio Gentilium triplex, adumbrat triplicem purificationem: 1. fit gemitibus lachrymarum perfectæ contritionis: 2. accensis candelis mysticis, scilicet, firma fide cum ardenti charitate, quæ in cereo accenso adumbratur: 3. vento, & sulphure quibus symbolyzatur illuminans, vrensque gratia Spiritus Sancti. n. 210. Item Sanctis adapta, eos encomiando aqueos contritione, veraque pœnitentia: sulphureos amore, & candore: faceos exemplo. ibid. Item, hæc purificatio adumbrat Sanctos vivos gratia: virentes virtute: translucentes vita, & exemplo. ibid. Vide Dies 15. Junii.

Puritas, ex quatuor coalescit. 1. abjectione mundanæ voluntatis: 2. deploratione peccati: 3. oratione quærendo superna: 4. dilectione, misericordiam in proximos exercendo. n. 519.

Pupura liquor pretiosus, ex ejus colore, encomia Sanctos pretiosos, quia violaceos humilitate: puniceos patientia: roseos, & sublucidos fervore charitatis: purpureos, aut passione, & martyrio; aut regia potestate à Christo accepta, ad miranda opera patranda. n. 692. Vide Beryllus. Item, Purpura Hebraicè Argaman, quæ vox quatuor constat literis, quæ sunt initiales quatuor Angelorum; nimirum R. Raphael: G. Gabriel: M. Michael: N. Nuriel: ac significat quatuor virtutes; nam Michael, significat justitiam, & sanctitatem: Gabriel, fortitudinem: Raphael, mansuetudinem, & clementiam: Nuriel, veritatem, & doctrinam. n. 1382. Vide 1414. & 692.

Pyramidis, cum Sole Phœnicæ, & Palma Sanctos adumbrat, Soles vitæ claritate: Phœnices, flagranti charitate: palmas, victoriæ immortalitate. n. 958.

Pyanepsia celebritas, ex ejus ritu Sanctos encomia; pulchros puritate: ornatos lanis Divinæ Gratiæ: gestantes ramum victorialis olivæ, cum viride spe, fructuque meritorum: intrantes festivè in Templum Gloriæ. n. 588. Item ex Olivæ proprietatibus; quia Sanctus plantatus in domo Domini, est sicut oliva speciosa castitatis decore: solida firmitatis amore: florida virtutis odore. ibid. Item fructifera vbertate donorum: excellens, magnitudine meritorum: victorialis laurea præmiorum. ibid. Item, Sanctus est oliva amara, pœnitentia: vtilis, patientia: medicinalis, abstinentia. Item olivæ fœtus sunt in triplici differentia: primi, virides: secundi, subrubei: tertii, nigri; sic Sancti: 1. sunt virides spe ad Deum gradientes: 2. subrubei charitate procedentes: 3. nigri morte ad ipsum pervenientes. ibid.

Q

QVinquatrum festum, vel Quinquatria, ex quibus nos Christi milites, compositè incedamus in observatione legis: invicem ad id nos hortemur: ita modestè pergamus, vt populi oculi in nos convertantur, & admirationem spectantibus parturiamus. n. 453. Item ex attributis Deorum in quorum honorem hoc festum agebatur: encomia Sanctos: verè sapientes doctrina Christiana: verè belligeros contra Mundum, Carnem, & Diabolum: verè fortes laborando pro Christo, aut martyrium sustinendo. n. 690.

R

REsina est vtilis, & medicinalis, quæ adumbrat Sanctos exhibentes peccatoribus resinam lachrimarum, conversatione: vtilitatem doctrinæ, prædicatione: medicinam delictorum, correctione. num. 594.

Rex Sacrorum adumbrat Sanctos Martyres, qui se abstinuerunt à populari conversatione: fugerunt peccandi occasiones: perrexerunt ad sacrificium se totos Deo offerendo. n. 468. Item ex fuga, quæ triplex

Digitized by Google

plex est; 1. corporalis à consortio maligno, & occasione peccati; 2. spiritualis à detrimentis, quærendo virtutum incrementa; 3. vtilis, & gloriosa à timore, se pro Christo exponendo angustiis, tribulationibus, passione, & morte. ibid.

Robigalia festa, ex quibus Sanctos encomia, segetes expolitas à rubigine peccatorum: limatas vera religione, verisque virtutibus: fricatas laboribus, aut martyriis pro Christo toleratis. n. 582. Item ex Robigalium sacris; Sancti se ipsos Deo offerebant, vt lac castitatis, & candoris: vt vinum amoris, & dilectionis: vt ovem mansuetudinis, & humilitatis. ibid. Item ex ove, quæ Sanctos adumbrat, placidos benignitate: laniferos virtutum fœcunditate: inermes patientia, & humilitate: aptos fortitudine ad pœnitentiam, adversa, & martyrium: videntes receptione donorum supernorum. ibid.

S. Rochus, Tertii Ordinis S. Francisci.

Qui fuit ex ore Crucifixi matri prænuntiatus his verbis: ecce concipies in vtero, & paries filium, ita fortem, virilem, atque robustum, vt solidissimum saxum, Hispanè Roca; vnde vocatus Rochus. num. 1137. Item ex ejus elogiis Rochus fuit dux, & redux pauperum, ac infirmorum factus, surgendo ex sepulchro in eorum auxilium, & levamen. n. 1138. Item ex cinere vt Phœnix renacitur, qui ex ejus pictura adamantina extitit Adamas, ita fortis, vt nec ferro frangatur, nec igne calescat, nec vlli pœnitus cedat materiæ. n. 1139. Item Adamas extitit habens colorem ferri per vitæ asperitatem: splendorem crystalli, per virtutis claritatem: ignisque contemptor, per miram sanctitatem. ibid. Item in Adamante intuetur peregrinus vir, funiculo cineris colore præcinctus, luem fugans, sic S. Rochus. ibid. Item extitit Adamas fortitudine, & pretiositate: crystallus splendore virtutum: cinctus funiculo cinericio paupertatis: fugans pestilentiæ luem patrocinio. ibid. Item fuit Adamas parvus humilitate: crystallinus, austeritate pœnitentiæ. n. 1139. Item ex peregrina Neptuni pictura, fuit nudus paupertate voluntaria: cœruleus vita cœlesti: peregrinus baculo protectionis contra pestiferam luem. n. 1140.

S. Romulus Martyr.

Ex historia, & fabula Romuli, Romæ fundatoris Christianizata, & huic Sancto applicata; extitit armatus hasta rectæ, erectæque fidei: viriditate spei frondens: flores virtutum producens: proprii cruoris purpura fundens: lauro coronatus ad cursum gloriæ evectus, in suorum clientum tutelam. n. 292. Item, ex Romuli hasta, Sanctum Romulum encomia, germinantem virtute: florentem, doctrina, & exemplo, habentem folia virentia patrocinii erga suos verè clientes. ibid. Item, ex Romuli pictura Sanctos, & præcipuè S. Romulum encomia: purpuratos ferventi charitate, aut proprio cruore pro Christo effuso: laureatos exemplis: evectos ad currum gloriæ, ibid.

S. Rosa V. Viterbiensis.

Cui adapta themata ex classibus, coloribus & desumpta ad n. 1238. Item, ex Rosa Jericuntina Sanctam encomia, Rosam spinosam, pœnitentia admiranda: parvam, humilitate magna: maximam, virtute, miraculis, vitaque stupenda. num. 405. & 1239. Item ex Rosarum colore, lauda Sanctam; albam puritate: viridem integerrima virginitate, spe firma: corporis post tot sæcula integritate stupenda: rubicundam, ardenti charitate. ibid. Item Rosa inter flores obtinet principatum ratione decoris, odoris, suavitatis, ac virtutis: vndè encomia Sanctam Rosam suavem corona: mollem patientia: odoriferam exemplo: decoram, aut decoratam virtutibus, donis, &c. num. 1240. Item ex quinque folliculis, quibus rosa continetur, Sanctæ adapta, vt rosa quinque virtutes, quæ in hoc versu continentur: ververor, & vigilo, jejuno, largior, oro. ibid. Item Sancta Rosa extitit florum Regina, charitate: spinosa, pœnitentia: parva, humilitate. ibid. Item, medicinalis, gratia curationis virtute maxima in flore, exhibitione, miraculis, & protectione. ibid. Item, Rosa est alba, candore virginali; rubea ardore charitatis; viridis spe salutis animarum: odorifera fama virtutum; decora gratia labiorum; nobilitata cultu Ecclesiastico. ibid. Vide num. 405.

Rosarium. Vide Mariæ Rosarium.

Rota. Vide Piscium festum.

S

SAbina herba, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, virides honestate: spinosos mortificatione, pœnitentia, laboribus: medicinales, doctrina, patrocinio: odoriferos exemplo, fama, celebritate, ob magnalia ab ipsis gesta. n. 941.

Sacrificium, in eo quinque notantur: 1. quis debeat dare sacrificium, id est humilis, & pœnitens: 2. cui, id est Deo: 3. qui, id est spiritus: 4. ad quid, id est vt ædificentur muri Hierusalem: 5. vbi, id est super altare tuum, super cor, rotum offe-

Digitized by Google

offerendo Deo. n. 949. Item ex sacrificiis Apollini dicatis, encomia Sanctos, per bovem, fortes: per vaccam, diligentes puritatem: per aurum, aureos charitate: per capram, altos meritis. n. 930.

Sagittarius, signum cœleste; ob ejus tres facies, adumbrat Sanctos, habentes faciem Mercurii, per eloquentiam sermonis; faciem Lunæ, per augmentum perfectionis; faciem Saturni, per eminentiam contemplationis. n. 375. Item, Sagittario attribuunt domum itineris fidei, sapientiæ, magisterii, & honoris. Hæc Sanctis applica, qui mysticè sunt Templum Dei, & domus orationis. ibid. Item, Sagittarius, adumbrat Sanctos Prælatos sagittantes amore, vita, doctrina, & exemplo. num. 1520. Item, eos adumbrat igneos, per charitatem; masculinos, per probitatem; diurnos, per veritatem; mediocres, per maturitatem. ibid. Item, habent faciem Mercurii, propter sapientiam, veramque doctrinam; faciem Lunæ propter claritatem vitæ; faciem Martis, propter constantiam in bellando bella Christiana. ibid. Item, Sancti dicuntur itinera fidei, ostentione vitæ ad Cœlum; sapientes doctrina; magistros, prædicatione; honoratos ob præclara gesta; astra mystica in gloria. ibid.

Sal, ex ejus colorum differentia, vir Sanctus est albus, candore puritatis; rufus, zelo veritatis; purpureus, ardore charitatis; lucidus, doctrina claritatis; splendidus, fama sanctitatis. n. 490. Item, Sal à Salo, Sole, & exilio dicitur; quia vir perfectus est salitus sapientia, docendo; Sol charitate, ardendo; exiliens vitia fugiendo. ibid.

Sambucus arbor, ex qua Cruces fiebant, adumbrat Sanctos, molles, patientia; parvos, humilitatate; symphonios, laudatione Dei. n. 1214. Item, planos, cinceritate vitæ; rotundos, obedientia; longos, charitate. ibid. Item, minutos, humilitate; candidos; puritate; aromaticos, exemplo. ibid.

Sancti, à quibus Dii Gentilium superati, vicerunt carnem, rigida pœnitentia; mundum contemnentes præsentia; Dœmonem, oratione, & abstinentia. n. 346. Item, Sanctos per Solem, ignem, Lares, & Belum encomia, solares, doctrina, & exemplo; igneos, charitate in Deum, & proximum; Lares, patrocinio, & tutela; Belos, belligerando bella Domini, exercitio Christianarum virtutum. n. 468. Item, ex more Regis sacrificuli, Sancti se abstinuerunt à populari conversatione; fugerunt occasiones peccandi; perrexerunt ad sacrificium, se totos Deo offerendo. ibid. Item, ex cap. 12. Apoc. mulier fugit, &c. Hæc mulier animam Sanctam adumbrat, fœcundam, sedulam, & gratiosam. ibid.

Sanguis, vegetat, sustentat, vitamque confirmat, sic sanguis Christi, in Eucharistiæ Sacramento, vegetat mores, virtute; sustentat fideles, gratia: vitam eis confirmat, gloria. n. 1327. Item ob ejus proprietates sanguis Sanctos adumbrat, quia sunt Mundi, per castitatem: subtiles, per humilitatem: calidi, per charitatem. num. 272. Item veloces, operatione: dulces, conversatione: temperati, discretione: conservativi, dilectione. ibid. Item ex sanguine alæ dextræ columbæ, vel hirundinis extracto: vndè Sancti, ob ejus sanguinem, habent virtutem macularum animæ absterfivam: oculorum, illuminativam: infirmitatum, sanativam. ibid. Vide Lac.

Sardonix, triplicem habet colorem, & Sanctos adumbrat, nigros, circulo humilitatis: albos, circulo castitatis: rubeos, circulo charitatis; quibus quasi triplici corona coronantur. 1. laurea, exaltatione: 2. argentea, candidatione: 3. aurea, glorificatione. n. 317.

Saturnus, à saturando dictus, ex cujus colore, invenies Sanctos; nigros, pœnitentiæ austeritate; plumbeos, humilitate: candidos, puritate. n. 1627. Item claros, doctrina, operibus, vita ibid. Item, ex ejus pictura encomia Sanctos, senes, prudentia: roteos Mundi despectu, & adversariorum tolerantia: vrneos arcana magnitudine. n. 1726. Item ex alia pictura voca Sanctos, pannosos, paupertate: discalceatos, terrenis affectibus: discoopertos, capite, quatenus cinceros, veritatisque amatores: falceos, vt potentes contra vitia, & in suorum clientum, patrocinio. ibid. Item, ex cognominibus Saturni lauda Sanctos, eos nuncupando Gœlum, virtutibus: Sol, sapientia, ac vite claritate: conservatores suorum devotorum, patrocinio. ibid. Item, ex Moloch Saturni statua, encomia Sanctos; æneos, fortitudine: accensos intus igne amoris Dei, & proximi: consedentes, solio virtutum: ornatos, & corona gloriæ, & virga, seu sceptrum potentiæ. ibid.

Scorpius triplex est; signum cœleste, piscis, & instrumentum ferreum, quo triplex continentia Sanctorum adumbratur. 1. in doctrina, in signo cœlesti adumbrata: 2. in virtute, in Scorpione mario: 3. in fortitudine, ac passione, in Scorpione ferreo: qua triplici continentia armantur Sancti, n. 628. Item ex tribus faciebus Scorpii signi, encomia Sanctos habentes: 1. faciem veneris, id est amoris in Deum, &

Digitized by Google

proximos; 2. faciem Martis, id est certatoris, contra carnem, vitia, Dæmonem, tormenta, & tyrannos: 3. faciem Solis, id est fulgoris in Cœlo, beneficentiæ, & patrocinii in terris, erga suos clientes, ac devotos. ibid.

Scutum adumbrat Sanctos, qui verè sunt scutum fidei, virtutis, & protectionis. n. 408.

Setim, est arbor pulcherrima, levis, imputribilis, ineremabilis, ac spinosa, & Sanctos adumbrat. n. 398. Item habet virtutem stipicam, constrictivam, & sedativam fluxus sanguinis, sic Sancti. ibid. Item folia ejus sunt aspera, spinosa, & albida, cum flore purpureo: virgulas habet longas, cum capitellis spinosis, habentibus semen rotundum, valens contra venenum, fugans serpentes. Ex hoc forma themata. ibid.

Sigilla, ex eorum materia, encomia Sanctos, æneos fortitudine: argenteos, exemplo, ac vitæ claritate: aureos, in Deum, & proximum charitate. n. 1739. Item ex sigilli mystica significatione Sancti sunt sigillati, fide, charitate, triumphis. ibid.

Signa militaria, ex quibus encomia Sanctos, aquiliferos, contemplatione: draconarios, fortitudine: vexilliferos fide, & Cruce Christi: flammulos rufos, martyrio flagrantique charitate: igneos altitudine meritorum. n. 1105.

Signum Libræ, ex quo voca Sanctos, libratos, mansuetudine, justitia, rectitudine, æquitate. n. 1275. Est signum aëreum. Vide aër.

Sanctus Smaragdus Mart.

Cum Smaragdo gemma confertur, quæ omnium gemmarum virentium, obtinet principatum; sic S. Smaragdus, est viridis vbertate virtutum: specularis exhibitione perfectionis: micans splendore gratiæ. n. 435. Item Smaragdus est oculis gratiosa, quæ & morbum curat, visum conservat, debilem confortat ibid.

Smaragdus gemma, ob ejus proprietates Sanctos adumbrat, speculares claritate vitæ: virides honestate: gratiosos gratia, donisque supernis: confortativos debilium, virtute, exemplo, patrocinio; micantes, meritis: fulgentes, gloria. n. 861.

Sol.

Qui vocatur indiges, clarus, splendidus, beneficus, & adumbrat Sanctos claros, puritate: splendidos doctrina, merito, gestis: benefices, & indigetes, patrocinio. n. 1102. Vide n. 526. & Apollo. Item, Sol, cognominatus calidus, ardens, lucens, vniens, & vivificans, sic Sancti sunt calidi, & ardentes, dilectione Dei, & proximi; fulgentes operibus virtuosis: vnientes, charitate discordes: vivificantes, doctrina, & exemplo, & patrocinio, aliis administrando vitam, spem, & formam vivendi. n. 630 Item ex gemma Solis, sic dicta, quia ad Solis similitudinem in orbe lucentis, splendet; quæ quidem est candida, splendens, ac micans radiis, & Sanctos adumbrat, candidos castitate: splendentes, per vitæ sanctitatem: micantes, exemplo, doctrina, beneficentia, patrocinio. ibid. Item ex Solis pictura Sanctos encomia; veros Soles, veroque victores, quia barbatos; id est perfectos: indutos thorace æneo justitiæ, & fortitudinis; discalceatos terrenis affectibus: tenentes læva florem, id est fragrantiam, & exemplum Christianarum virtutum: gestantes capite aureum calathum, id est ardentem in Deum charitatem: habentes dextera hastam victorialem, id est virtutem, & potentiam ad hostes vincendos. n. 723. Item, ex præfata pictura, quæ est triplicis victoriæ signum; Aquila ad pedes adumbrat Mundum despectum; Medusæ caput pendens, carnem devictam; virga victorialis erecta, virtutem, ac potentiam Sanctorum ad Dæmones coercendos, devictosque comprimendos adumbrat. ibid. Item ex alia pictura encomia Sanctos flavos cesarie cogitationum cœlestium; gestantes flagellum pœnitentiæ; fulmen amoris; spicas meritorum. n. 1102. Item, Sol in cujus sacrificio offerebant, resinam, myrrham, & thymiama, quæquidem melius Sol justitiæ Christo offerunt Sancti, resinam orationis; myrrham meditationis; thymiama contemplationis. n. 594. Item, resinam, peccatorum, confessione; myrrham eorum, contritione; thymiama operum bonorum, satisfactione. ibid. Item Sol triplex mystice justos decolorat; Primo amore; 2. dolore; 3. tentatione. Primus Sol decolorat animam, dum amore, de sublimitate descendit ad humilitatem; secundus Sol, dum voluptas qua delectatur in Domino, minuitur per tribulationem; tertius, dum claritas qua cœlestia speculatur, obscuratur per sugestionem. n. 456. Item Sol est oculus Mundi, jucunditas diei, pulchritudo Cœli, vigor nascentium, decor Stellarum; sic Sanctus. n. 481. Item, Sol rubet in manè; lucet hora tertia; fervet in meridie; pallet in vespere. ibid. Item fabularunt quatuor habere equos; Primus Eritheus, id est rubeus; secundus Atricheus, id est splendidus; tertius Lampas, id est ardens; quartus Philogeus, id est, amans terram; sic Sanctus, est rubeus charitate; splendidus virtute; ardens, desiderio cœlestium; amans terram viventium.

Digitized by Google

tium. ibid. Item Sol adumbrat potentiam, sapientiam, & amorem. ibid. Item ex Solis nominibus, Sanctus dicitur Sol, quia Solus lucet: Phæbus, quia pulcher decore virtutum; Apollo, quia medicus animarum, & corporum; Titan, quia robustus adversa sustinenda; excellens, mira operando; vltor potentia, se vindicãdo. n.482.

Solemnitas omnium Sanctorum. Vide celebritas Theogenia. n.1540. & 1544. hoc solemne festum, propter quatuor institutum fuit: 1. propter dedicationem Pantheonis (in quo omnes Dii Gentium colebantur) in Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Martyres: 2. propter supletionem omissorum festorum: 3. propter expiationem negligentiarum nostrarum in festis, vt in hoc solvatur, quod in aliis omissum: 4. propter faciliorem impetrationem. n.1545. Item ex illo Psal. 83. v.5. Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te; vnde nota tria: 1. stipendium præmiale, & gloriosum, beati qui habitant: 2. habitaculum regale, & gloriosum; in domo tua. 3. officiũ eternale, & gaudiosum; laudabunt te, in sæcula sæculorum. ibid.

Soteria sacra, ex qua festivitate, quam vestibus albis celebrabant, Sancti dicuntur albi, quia puri castitate: perspicui vitæ claritate, ac doctrinæ puritate: impermixti terrenis affectibus. n.1561.

Spectaculum est multiplex: 1. compassionis: 2. admirationis: 3. venerationis: 4. exempli: 5. fortitudinis in fide: 6. patientiæ, & mansuetudinis: 7 Sanctæ conversationis: sic Sancti facti sunt spectaculum. num. 1045. Item Sancti spectaculum facti sunt, mundo, mundana despiciendo: Angelis eos puritate imitando; hominibus eos in admirationem, virtute, sanctitate, ac constantia ducendo. n.1055.

Spes, ex ejus Symbolis Sanctos adumbrat, lilios vitæ candore; roseos charitate, aut martyrio: Cornices, quà industriosos in Dei obsequio; diligentes clientes suos: obtinentes voce deprecativa pro ipsis, pluviam beneficiorum. n.1073. Item lilios puritate, altitudineque meritorium: roseos virtute, & exemplo: cornices custodia, & patrocinio. n.1088. Item ex prima ejus pictura encomia Sanctos, cinctos virtutibus; ex secunda; lilios puritate, & castitate, ex tertia pictura, virides honestate vitæ, & exemplo: ex quarta, nubeos protectione suorum clientum. n.1073.

Stella.

Quæ dicitur à stando, illuminando, succurrendo: sic Sancti, stantes in gratia Dei, illuminantes Ecclesiam; succurrentes clientes. n.993. Item Stella Matutina, quatuor nominibus nuncupatur, nempè Venus, quia amorem influit; Hesperus, quia in principio noctis innotescit: Lucifer, eo quod majorem secum ferat lucem, quam reliquæ Stellæ, & Stella Matutina, quia velut aurora Solis, & diei est prænuntia. n.994. Item Stellæ sunt puræ, altæ, sphericæ, pulchræ, virtuosæ, luminosæ, & operosæ; hinc habes plura themata. n.402. Vide n.872.

Stella piscis. Vide Piscium festum.

Stigmata S. Francisci.

Quæ quidem sunt verè stupenda, decora, regalia, & æstimanda. n.1309. Item iis stigmatibus, præ omnibus aliis Sanctis, Franciscus fuit à Christo constitutus Vexillifer, sicque decoratus, & exaltatus. ibid. Item ex plagis, seu stigmatibus Gentilium, in signum militiæ, dilectionis, nobilitatis, vt notatur. n.1304. Sancti Francisci stigmata encomia, signa militiæ Christi, dilectionis Dei, nobilitatis à Christo acceptæ, servitutis ipsius Dei. n.1309. Item, ex festo quinquatro, quod à numero quinario, aut à lustrando scutum, è Cœlo delapsum, dicitur &c. encomia ipsa sacra Stigmata, cœlica, quia à Deo facta: inflammantia, in Dei amorem; protegentia adversus mundi insidias; armantia, adversus diabolum: propugnacula humani generis. n.1310. Item, ex numero quinario, ab Ægyptiis designato per Stellam quinque fulgentem radiis &c. Encomia Sacra Stigmata, pulcherrima, venustissima, lucida, splendentia, & odorifera, vt astrum his quinque radiis decoratum. n.1311. Item Stigmata Sancti Francisci sunt fontes lucis, Scaturgines gratiæ, præsidia fidelium: propugnacula validissima, contra hostes: refugium necessitantium. n.1312. Item, ex quinque Civitatibus refugii, à Isa.19. v.18. annumeratis, encomia per eas quinque stigmata: per primam Memphim, id est favum. distillationem, elevationem; per secundam Bubastum, id es contemptum terrenorum; per tertiam Taphim, id est cooperimentum, & protectionem; per quartam Alexandriam, id est auxilium virile, aut fortissimum; per quintam Heliapolim, id est Civitatem Solis, ad vulnus laterale. n.1313. Item ex numero quinario per literam VV. duplicatam, quinque Sacra Stigmata Francisci terram illustrant, protegunt, servant vt vulnera Christi. ibid. Item, per numerum quinarium, encomia Sacra Stigmata, circulos cœlestes, lampades accensas, stollas decoras quondam visas, velut quinque splendidissimas Stellas. n.1314. Item, ex Absinte, quæ est gemma prætiosa, voca San-

Sanctum Patriarcham mysticum Absiatem, nigrum humilitate, ponderosum virtute, decoratum rubeis Stigmatibus Christi; calefactum amore Seraphico. n. 1315. Item, est lapis Argyrites nuncupatus, quadrangularis, fortis vt Adamas, argenteus colore, habens aurea stigmata, ex quo Sanctum encomia mysticum Argii ritem Ecclesiæ, quadrangularum omni virtute: fortem constantia; argenteum fama sanctitatis, miraculorum &c. Auratum Sacris Stigmatibus. n. 1316.

S. Stephanus Protomartyr.

Græcè Stephanus, Latinè, corona dicitur; Hebraicè, norma: vel dicitur quasi strenué, aut laudabiliter fans, instruens, & regens: vnde ex nomine ipsum habes strenue fantem prædicatione, normam vita, & exemplo; coronatum martyrio. n. 1771. Item ex sacrificiis, in Parentationibus oblatis, encomia ipsum, juvencum, fortitudine: nigrum, humilitate; cœruleum, vita cœlesti; coronatum, inclyto martyrio. ibid.

Sulfur, ob ejus qualitates Sanctos adumbrat, qui per ignem tribulationem transierunt pro Christo, evaseruntque; albi, castitate: virides, spe: vivi, gratia: splendentes, operibus. n. 567. Item, ex ejus quatuor generibus Sanctos encomia; candidos, castitate; virentes, spe, & vitæ honestate: igneos charitate: translucentes in aquis adversitatis, persecutionum, & martyrii, mirabili constantia; immò velut Sol fulgentes in gloria. n. 846.

Summanus Deus, ex cujus pictura, encomia Sanctos habentes galeam virtutis, patientiæ, & benignitatis: clavem orationis, sapientiæ, ac bonorum operum: sceptrum potentiæ acceptæ à Deo ad mira patranda. n. 1297. Item ex corona Hebeni, coronatos, prætiosos sanctitate; nigros, humilitate: duros constantia, & fortitudine; ponderosos magnitudine; odoriferos exemplo. ibid. Item, ex Hebeni speciebus encomia Sanctos; nigros, humilitate; albos, puritate; rubicundos martyrio, aut flagranti charitate &c. ibid.

S. Sylvester Pontifex Max.

Qui dicitur à Syle, id est luce, & terra, quasi lux terræ; id est Ecclesiæ, quæ instar bonæ terræ, habet pinguedinem bonæ operationis: nigredinem humiliationis, & dulcedinem devotionis; & hoc ab ipso cultore Sylvestro; quem encomia pinguem, operatione: nigrum, humiliatione; dulcem, devotione, exemplo, patrocinio. n. 1789. Vide Lux. Item Sylvester dicitur à Sylva, & Theos, quasi Sylva Dei, quia homines Sylvestres, id est incultos, & duros ad Christi fidem perduxit: Vnde Sanctum Pontificem, mysticam Sylvam habes; Viridem, virtute; fertilem, predicatione, & merito: vmbrosam, patrocinio. ibid. Item, Sylvester dicitur viridis, agrestis, vmbrosus, & nemorosus, & hinc Sanctum encomia; viridem contemplatione cœlestium: agrestem excolendo seipsum: vmbrosum refrigeratione, ab omni concupiscentia: nemorosum exaltatione, qua inter arbores Cœli plantatus. ibid.

Syrena triplex, triplicem concupiscentiam designat, mundum scilicet carnem, & hostem, de quibus Sancti in Arca testamenti adumbrati triumpharunt. n. 549.

T

Taurus, adumbrat Justum, honestum, pacificum, humilem, devotum, & elatum, per affectum ad cœlestia, n. 662. Item, Taurus triplex, & animal, & avicula, & signum cœleste. Ex proprietatibus primi Sanctos encomia, puros castitate; veloces in Dei obsequio: generosos charitate: flavos, & fortes in Dei amore, aut patiendo pro Christo ibid. Item, ex secundi proprietatibus: quia Sancti, sicut avis nidum petit ad meditationem; se elevat ad contemplationem; expandit alas, ad protectionem. ibid. Item ex proprietatibus tertii Tauri: quia Sanctus sicut signum cœleste, fulget virtutibus: illuminat exemplis: influit beneficiis. ibid. Item Taurus niveus designat justum, qui est velox, in stadio perfectionis: fortis in tolerantia passionis: generosus, in nobilitate operationis. n. 588.

Terra sigillata inter gemmas posita, ob ejus proprietates Sanctos adumbrat, subalbidos, per externam mortificationem: claros per internam illuminationem: argenteos, per sonoram prædicationem: aromaticos, per famosam sanctitatis opinionem. n. 314. Item, ex ejus proprietatibus Sanctos encomia; subalbidos, puritate: claros, doctrina: aromaticos, virtute, & exemplo; argentos, celebritate famæ sanctitatis. ibid.

Terminus, pro Deo habitus, tutelaris, ac patronus finium agrorum, ex ejus sacrificiis, encomia Sanctos, vero Deo sacrificantes in Ara suæ Crucis proprium Sanguinem, martyrium tolerando, fidem propagando; Christum exaltando. n. 308. & n. 310. Item se ipsos offerentes agnos, per humilitatem, patientiam, & innocentiam: Boves fortitudine, labore, & mansuetudine. ibid. Item, habentes flores, virtutum; fructus meritorum; coronas præmiorum. ibid.

Tem-

Digitized by Google

Tempus; ex ejus Symbolis adumbrat Sanctos; per Serpentem, prudentes; per falcem, mortificatos, pœnitentes fortes; per arborem populum, virides honestate vitæ: per Stellam, fulgentes virtutibus, gratia, & gloria. n.833.

Sancta Thecla, V. & Mart.

Quæ quidem discipula, & primogenita S. Pauli Apostoli, columna immortalis pudicitiæ, protomartyr Fœminarum; caput victoriarum, ac tropheorum mulierum. n.1350.

Theogenia, vide solemnitas omnium Sanctorum.

Sancta Theresia Virgo.

Quæ fuit præclaritissima Matriarcha, reformatrix, doctrix, spiritualis doctrinæ magistra, ac protectrix suorum Clientum. n.1463. Item, Deboræ assimilatur. Vnde ex ejus Canonizationis Bulla B. Mater Theresia, victoriam obtinuit, qua carnem suam perpetua Virginitate, mundum admirabili humilitate; cunctas adinventiones diaboli, multis, maximisque virtutibus superavit. ibid. Item extitit excelsiora moliens, & virtutem sexus, animi magnitudinem, supergressa, accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum, & instruxit exercitus fortium. ibid. Item, Sanctissima Virgo Theresia fuit repleta spiritu sapientiæ, & intellectus illustrata thesauris gratiæ, splendens tanquam Stella in firmamento. ibid. Item fuit ornata corona sponsæ Christi: decorata monilibus in gloria miraculorum: laureata meritis in plenitudine Sanctorum. ibid. Item; dies hujus inclytæ Heroinæ dicatus, & faustus, & felix, & triumphalis, & solemnis est. num.1464. Item fuit Sancta Matriarcha Bellona triumphans de carne, mundo, & Dæmone, mira virginitate, eximia paupertate, summa humilitate. ibid. Item fuit Belligerans bella christiana, melius quam Mars gentilia; potens opere, & sermone ad vera miracula patranda, verius quam Jovis: sapientissima, cœlesti doctrina fulgens, rectius quam Mercurius, ibid. Item habuit hæc insignis virago, non vt Verrannus fabulosam facultatem se in varias formas vertendi; sed divinam virtutem, qua extitit angelica, puritate; cherubica, sapientia: Seraphica, amore, ac Dei dilectione. ibid. Item melius quam Mercurius fuit à Deo omnipotenti missa ad salutem magnam, nuntia Dei, & ductrix viæ cœlestis. ibid. Item Theresia, quasi ter ipsa, ter inquam maxima, scilicet virtute, sapientia, & amore. ibid. Item ex quodam hymno; fuit Virgo, Mater Virginum; cœlitus edocta; terrena culmina sanctitate, & litteris vincens. num.1465. Item ex Thersa Civitate Regia, encomia Sanctam Theresiam, insignem gestis, & vita: gratiosam donis, & gratia cœlesti: pulchram, puritate; suavem doctrina; amœnem prole. n.1466.

Theseus; ex ejus attributis Sanctos quatuor coronatos Martyres encomia fortes in fide: benignos in proximis; victores in tormentis; patronos clientum suorum. num. 1573.

Thymiana componebatur ex stacte, onycha, galbano, & thure; per thus religio, & oratio adumbratur; per galganum (quod est calidum, & pingue) charitas, & misericordia; per stactem, mortificatio, nam stacte myrrha est electa; per onycham (similem odore Nardo) castitas. Hæc quidem inveniuntur in Sanctis. n.594.

S. Thomas à Villanova. Epis.

Fuit magnus virtute: clarus doctrina: Taumaturgus miraculis. n.1318. Item, ex Traiani laudibus, encomia Sanctum, patrem pauperum miseratione, & eleëmosyna; optimum Principem, & Archipræsulem zelo animarum, Religionis, & Ecclesiasticæ disciplinæ: decus Præsulum clarissimum omni virtute, sanctitate, exemplo. n.1319. Item Traianus in columna insidebat, columna, trophæum, & decus imperii; sic encomia S. Thomam: columna fidei, & Religionis; trophæum ob partas insignes victorias de animæ hostibus; decus Augustiniani cœtus, Valentinæ Ecclesiæ, ac Orbis Christiani. n.1320. Item columnam rectam per fidem, justitiam, intentionem; firmam, per constantiam; formosam per puritatem, exemplum, & modestiam: erectam, per eminentiam sanctitatis. Item encomia Sanctum Archiep. columnam lucidam omni splendore virtutum; sustinentem culmen miserationis in pauperes; sublimem in gloria. n.1321.

S. Thomas de Aquino.

Doctor Ecclesiæ. Ex Pegaso; quæ est Cœlestis constellatio: vocat Stellam puritatis: altum sapientia: sphericum cœlesti doctrina; pulchrum virginitatis decore. num. 402. Item virtuosum mira Sanctitate: luminosum luce sapientiæ: operosum confutatione hæresum. ibid. Vide S. August, S. Bonaven. & applica.

S. Thomas Apostolus.

Ex Herculis sacrificiis, encomia eum juvencum fortitudine; Pyram accensam amoris Dei, & proximi: mulsum mysticum suavitatis, doctrinæ, & beneficientiæ. n.1746. Item ex Herculis attributis S. Apostolum encomia; Sanctum, gratia; invictum fortitudine, adversa superando,

Idola

Digitized by Google

Idola deſtruendo: paciferum prædicatione, vita, miraculis innumeram multitudinem convertendo ad fidem, & pacificando cum Chriſto. ibid. Item, S. Thomam voca clavigerum ob dexteram in latus Chriſti miſſam: triumphalem contra idola, idolatra, & tyrannos: cuſtodem ſuorum clientum. ibid. Item Thomas dicitur aut à Theos, quod eſt Deus meus, vnde Thomas, quaſi Deus meus, propter illud, quod dixit: Dominus meus. Vel dicitur à Thomas, quod eſt diviſio; quia mentem ſuam ab amore Mundi diviſit; aut quia ab aliis in fide reſurrectionis diviſus fuit. Vel dicitur Thomas, quaſi totus means in Dei amore, & contemplatione. ibid.

S. Thomas Cantuarienſis Epiſc.

Ex nomine encomia eum, abyſſum profundum in humilitate: geminum in prælatione, verbo, ſcilicet, & exemplo: ſectus in paſſione, & martyrio. num. 1781. Item fuit myſticus Sol. Vide Sol, & S. Thomas Apoſt.

Thus nomen arboris, & gummis, inde emanantis, adumbrat Sanctos, magnos per virtutum ſanctitatem: lauro ſimiles, per virentem honeſtatem: gummoſos, per pietatem: lenes in cortice, per voluntariam paupertatem; & in acceſſis rupibus per ſtatum contemplationis, & eminentiam perſeverantiæ. n. 679.

Tibia, inſtrumentum muſicum, adumbrat Sanctos cordatos, per charitatis vnionem: patientes per humilem reſignationem: erectos in Deum per altiſſimam contemplationem. n. 346.

Tintinabulum, ex quo Sancti ſunt myſtica Tintinabula; jam docendo, ſalutarem doctrinam: jam exhortando verbo, & opere; jam conſolando patrocinio. num. 130.

Tirſus frutex; ob ejus proprietates adumbrat Sanctos: virides virtute; pulchros puritate: erectos in Deum, rectitudine, intentione, cogitatione, verbo, opere, & merito. n. 1728. Item adumbrat Sanctos medicinales doctrina: perfuſos rore cœleſti gratiæ, & donorum; plenos ramiculis tenerrimis, & foliis pietatis, & patrocinii, erga ſuos verè devotos. ibid.

Toga, myſticè eſt veſtis Sanctorũ, pura fidei: alba caſtitatis: recta operum: virilis fortitudinis, & libera gloriæ. n. 440. Item, Sancti habent Togam puram, caſtitate; candidam, & ſplendentem, heroica charitate; prætextam purpura martyrii; pictam, varietate virtutum. ibid. Item, Toga triplici cingulo cincta fidei, ſcilicet, ſpei, & charitatis. ibid.

Topazius, ob ejus proprietatem Sanctam Chriſtinam Virginem, & Martyrem adumbrat, ſpeculum Chriſtimitatis; reſplendentem omni colore virtutum; lucentem aurea charitate, ac ætherea claritate; ſuperantem, & compeſcentem idola, tyrannos, & tormenta; ſpargentem jubar in ſuos verè devotos; madentem (ſtupendo miraculo) loco ſanguinis lacteum liquorem. n. 1034. Item Chriſtina dicitur, quaſi Chriſmate vncta. Vnde ex Chriſmate, hæc inclyta Virgo, habuit oleum gratiæ, lucem doctrinæ, & devotionis in mente: Balſamum boni odoris, in converſatione: tum, & oleum benedictionis in ore. n. 1035.

Trabea fuit ornamentum Regum, Nobilium, & Militarium, ſic Sancti vt Reges, Nobiles, & Chriſti milites Trabea Sanctæ Crucis, ſunt ornati. n. 1292. Item ex triplici Trabea, encomia Sanctos, jam purpureos cruore martyrii; jam purpureos, & albos, charitate, & virginali puritate; jam purpureos, violaceos, & cæruleos: 1. zelo ſalutis animarum: 2. demiſſa humiliatione: 3. elevata contemplatione. ibid. Vide Crux.

Transfiguratio Chriſti.

Quæquidem triumpho victorum Romanorum adaptatur: ramis palmarum, olivarum, & florum, triumphatores honorabant; ſic & Chriſtus transfiguratus, honoratur per palmam victoriæ: olivam miſericordiæ, & florem virtutis. n. 1093. Vide 1094. Item, ex illo Apoc. 6. v. 2. ecce equus albus, &c. Chriſtus dominus, fuit in hoc myſterio equus albus, cujus ſeſſor divinitas; propter pugnæ animoſitatem: propter gratiam virtuoſitatem: propter obedientiæ ductilitatem. n. 1094. Item in hac Transfiguratione invenies Chriſtum, animoſum ad pugnam: velociſſimum ad prædicandum: promptiſſimum ab obediendum. ibid. Item, ipſum Dominum invenies, album ſapientia ſpeculari, innocentia ſingulari: refulgentia exemplari. ibid. Item, habebat arcum: Chriſti arcus eſt fortitudo omnipotentiæ: lignum, eſt rectitudo militiæ: corda, dulcedo miſericordiæ. ibid. Item, & data eſt Chriſto corona triplex, perſonalis excellentiæ: vniverſalis præſidentiæ, & judicialis ſententiæ. ibid. Item, quadruplici corona coronatus fuit Chriſtus: carnea, à matre in vtero: ſpinea à noverca Synagoga: gemmea, ex dotibus ſui corporis glorioſi: aurea, qua coronatus fuit in Mundo. ibid. Item, hanc auream coronam habuit Chriſtus, propter converſionem fidelium; contextam, ex liliis virginum: roſis Martyrum: violis humilium. Ibid. Item, ex Thetidis transformationibus,

Digitized by Google

bus, & pictura, encomia Christum avem Phœnicem, candidiorem nive: serpentem mysticum, renovatum gloria: arborem protectione. n. 1095. Item, ex Angelo Apoc. 10. v. 1. Christum transfiguratum invenies, nubem protectionis: iridem reconciliationis: Solem glorificationis. ibid.

Triangulus, Sanctos adumbrat, triumphatores de Mundo, Carne, & Dœmone. num. 444. Item, ex interpretatione trium nominum, Judæ, videlicet, Issachar, & Zabulon, habent Sancti, per Judam, fidei Christi confessionem: per Zabulon, fortitudinem in exercitio virtutum, & patiendo pro Christo: per Issachar, mercedem, & gloriam in æterna vita. n. 445. Item, ex interpretatione trium nominum, Ruben, scilicet, Simonis, & Gad, habent Sancti, per Ruben, oculum apertum, id est vigilantiam, nè animus mundana sollicitudine turbetur: per Simonem, promptam obedientiam, & propria voluptate, non curbatam: per Gad, gressus rectos progrediendo. n. 446. Item Sancti sunt vigilantes, obedientes, accincti, & recti. ibid. Item, qui ad miridiem, id est ad inflammationem charitatis, vult figere tentorium, oportet, vt videat tendendo ad contemplationem gloriæ: vt obediat subjectus justitiæ Dei; vt accingat se expeditus ad viam patriæ. ibid. Item, ex interpretatione trium nominum, Ephraim, scilicet, Benjamin, & Manasses. Ephraim, Sanctos invitat, ad vbertatem fructuum. Benjamin, ad amoris suavitatem: Manasses, ad fugiendam ambitionis vanitatem. n. 447. Item, ex interpretatione trium nominum, Dan, scilicet, Asser, & Nephthali. Dan, Sanctos invitat ad judicium veritatis: Asser, ad amorem supernæ felicitatis: Nephthali, ad spem Divinæ Misericordiæ. n. 448.

Trinitas in unitate Personarum.

Pro ineffabili Sanctissimæ Trinitatis Mysterio, est Fidius, fidei Præses, sanctus, & semipater dictus; cujus simulachrum, honore, amore, & virtute conjunctum, numen verbis trinum, & re, vnum vocatur, ex quo; Trinitatis Mysterium adumbratur. n. 740. Item, hoc simulachro inspecto, per imaginem dexteram designatur Pater æternus, cui debetur honor: per imaginem sinistram; Dei sapientiam, id est Filius à Patre genitus, cui debetur veritas: per imaginem in medio duarum positam, charitas, id est Spiritus Sanctus ab vtroque procedens, cui amor; & hi tres, vnum sunt. ibid. Item, Filius, Fidei præses, fidelis est, qui Deum Patrem, honorat, fide credendo: Deum Filium cognoscit, veritate confitendo: Deum Spiritum Sanctum intelligit, amore diligendo. ibid. Item fidelis hic Trinitatem laudat, honore: credit, veritate; diligit charitate. ibid.

Triumphus Romanorum, ex quo encomia Sanctos: 1. armatos virtutibus, stematos, honorificis gestis pro Christo actis; coronatos triumphis. 2. fulgentes veste verè triumphali: togatos virtutibus: aureatos donis: purpuratos ferventi charitate, aut martyrio: laureatos gloria. 3. habentes ensem, veræ religionis, & doctrinæ: Coronam triumphorum inimicis Christi, & animæ: Clypeum protectionis suorum clientum. 4. redimitos Corona obsidionali, quæ est graminea, ob virorem virtutum: Corona Civica, quæ, & protectionis, ob servatos clientes in præliis, & adversitatibus: Corona triumphali, quæ, & aurea, aut laurea, ob partos triumphos. 5. habentes Coronam castrensem, ob pugnam; navalem, ob meritum: muralem, ob præmium, fortitudinis, & protectionis. n. 134. Item, triumphatoribus, dabatur laurus, Palma, & Corona; ita Sanctis, laurus, pro certamine; Palma pro victoria; Corona pro præmio. n. 493. Item, ex insignibus triumphantium, Sancti verè victores, habent Togam pictam, virtutibus: Tunicam palmatam triumphis: Purpuram martyrii, & Coronam Gloriæ. n. 783. Item, ex variis triumphantium Coronis, Sancti habuerunt Coronam auream, ob charitatem: Palmeam, ob nobilitatem, insignem virorem, & pulchritudinem virtutum: lauream, ob singularem excellentiam gratiæ, & virtutis: oleam, ob beneficentiam Sanctorum in suos devotos protegendo. Vide Coronæ triumphantium.

Tuba, quadruplex: 1. cornea, adumbrans castitatem: 2. Ærea, fortitudinem: 3. Aurea, charitatem: 4. Argentea, famam, celebritatemque sanctitatis, ac magnitudinis, miraculorum, & virtutis. n. 697. Item, ex Tubæ vsu, nos Tubis vti debemus convocando Tuba Christianæ prædicationis, ad Sanctorum cultum, ac venerationem: laudando Deum, qui eos ad tantam evexit celsitudinem, vt de hoste Mundo, & Carne triumpharent: lætificando, ob ipsorum, erga suos clientes, patrocinium. n. 698.

Turtur, ex ejus mystica significatione, encomia Sanctos, puros castitate; gementes, clamantes, & suspirantes pro suis devotis: amantes vera dilectione Deum. n. 652.

Tympanum, ex quo encomia Sanctos mystica

Digitized by Google

ſtica Tympana, Ænea; fortitudine: argentea, vitæ, claritate, & exemplo: aurea charitate. n. 1726.

V

VAs, ex ejus varia materia Sanctos encomia vaſa myſtica: ænea fortitudine, & conſtantia: chriſtalina puritate: aurea charitate: argentea fama ſanctitatis, & miraculorum. n. 1587.

Ventus, Sanctos adumbrat; eſtque triplex: 1. ventus, ſeu ſpiritus timoris: 2. ſpiritus pietatis: 3. ſpiritus fortitudinis. num. 918. Item, venti in anima Sancta ſunt quatuor, ſpiritus ſapientiæ, intellectus, conſilii, & ſcientiæ: ex quibus à meridie ſpirat, ſpiritus ſapientiæ: ab Oriente, ſpiritus intellectus: ab Aquilone, ſpiritus conſilii: ab Occidente, ſpiritus ſcientiæ. ibid. Item, ventus eſt, navigantium deductivus, refrigerativus, imbriumque cauſativus; ſic Sancti ſunt deductivi peccatorum, per hujus Mundi mare, navigantium, ad portum pœnitentiæ: refrigerativi, ſuavitate Divinæ Clementiæ: cauſativi in eis imbrium lachrymarum, ſecuritate conſcientiæ. ibid. Item venti cardinales quatuor, adumbrant Sanctos: 1. ſolano vento aſſimilantur, quà renati gratia Chriſti, eaque in finem moti: 2. favonio aſſimilantur, quà foverunt virtutes, ac ſpiritualem vitam; foventque clientes: 3. Borea, quà tolerarunt adverſa, tentationes, perſecutiones, & deſolationes: 4. auſtro aſſimilantur, quà adjuti Spiritus Sancti gratia, adverſa ſervierunt vt in Sanctos fluerent aromata virtutum, exemplorum, meritorum. n. 850. Vide S. Eulalia Emerita.

Venus.

Ex cujus pictura, Sanctos encomia, pulchros puritate; galeatos fide; diſcalceatos affectibus terrenis; cinctos virtutibus; ornatos allatis victoriis. num. 1372. Item ex nomine Aſtarte ab Aſtro dicta, Sanctos encomia puros, puritate vitæ; ſimplices, intentione recta; incorruptos, virginitate, aut meritis, & corporis integritate. ibid. Item ſolidos virtute in ordine ſuo manentes, & conſtantes; ſphericos obedientia, paupertate, & temporalium contemptu; luminoſos, & radioſos exemplo, doctrina, & operibus. ibid. Item, ex ornamentis Virginum Veneri ſacratarum, encomia Sanctos cinctos puritate; floridos virtutibus; junceos exemplo charitate, famaque virtutum. ibid. Vide juncus. Item, ex altera pictura Sancti habent in Cœlo ſtolam immortalitatis; palmam victoriæ; coronam gloriæ. n. 573. Item ex quinta Veneris pictura, Sancti habuerunt in vita palmam; in morte victoriam; poſt mortem gloriæ coronam. n. 232. Item, ex ſacris Veneri oblatis, Sancti ſe ipſos Deo obtulerunt velut Cycnos, ob candorem caſtitatis; velut Columbas, ob ſtudium pietatis; velut roſas ob ardorem charitatis. n. 233. Item, Sancti habuerunt per Cycnum, ſuavitatem, & harmoniam vocis, & cantus in fide, doctrina, & exemplo; per Columbam, candorem vitæ, ac rectitudinem intentionis; per roſam, maximam virtutum fragrantiam, principatum. n. 234. Item ex alia Veneris victricis pictura, Sancti ſunt Tintinabula fidei, religionis, & virtutis; ſpecula imitanda, & admiranda; victores, qui cum Chriſto regnant, ſtolati, ſtola gloriæ. n. 249.

Ver, ex veris tempore Sanctos encomia virides puritate: ornatos virtute: floridos geſtis, exemplo, patrocinio. n. 243.

Verbena herba, ob ejus proprietates adumbrat Sanctos, directos fide: columbinos puritate: virides virtute; Sacratos Deo. n. 1592.

Vervex, ſive Aries à viribus, quaſi virtuoſus dictus, ex ejus proprietatibus Sanctos encomia placidos hilaritate in Dei obſequio: manſuetos, pace, & tolerantia in adverſis: fortes contra Chriſti, & animæ adverſarios: duces noſtratum exemplo: tutores patrocinio. n. 118.

Vergiliæ Stellæ à vere dictæ, flores, fructus, micantes, & nimboſæ nuncupatæ; hinc encomia Sanctos, flores puritatis; Vergilias vere virtutum: fructus meritorum magnorum: micantes miraculoſis operibus: nimboſos patrocinio. n. 1361. Item ex proprietatibus Vergiliarum Sanctos encomia, illuſtratos fide ad cognoſcendum verum: erectos ſpe ad malum declinandum: incenſos charitate ad diligendum bonum. n. 1362. Item juſtos, per juſtitiam: prudentes per prudentiam dirigentem: temperatos per temperantiam continentem: fortes, per fortitudinem roborantem. ibid. Vide Arcturus.

Veſta Dea, ex ejus pictura, encomia Sanctos, albos caſtitate; pulcherrimos virtutibus: cinctos juſtitia: habentes tympanum jam celebritatis nominis: baculum potentiæ à Chriſto acceptæ ad mira patranda; & candida gloriæ corona redimitos. n. 816.

Veſtes Antinæ, floribus variis contextæ, Sanctorum virtutes quibus decorantur, deſignant; quia Sancti habuerunt flores albeos caſtitatis candore: purpureos charitatis ardore; hyacinthinos

Cœli

Digitized by Google

Cœli splendore. num. 592. Vide Magna mysteria.

Vertumnus Deus; ex ejus pictura encomia Sanctos, discalceatos affectibus terrenis: cinctos, obedientia, puritate, virtute: redimitos merito, doctrina, & gloria. num. 1124. Item, ex Vertumni coronis: Sancti habuerunt coronam pampineam, ob viriditatem virtutum: floridam ob exempla odorifera: spiceam; ob plena merita. ibid.

Via-Lactea. Vide Zona.

Sancta Victoria, Virg. & Mart.

Ex ipsius nominis litteris encomia eam, V. Victricem; I. Insignem; C. Cæsarum; T. Totius; O. Orbis; R. Romani, aut Romulei; I. Insignitam; A. admirabilem. Junge litteras victoria. n. 1755. Item, in universis nominis litteris, sic lege; V. Victrix; T. Tota; A. Admirabilis; O. Orbi; R. Romulei; I. Ipsius puritate; Cæsari, fortitudine; I. Jovi, religione. ibid. Vide n. 801.

Victoria, ex ejus pulchra pictura, encomia Sanctos pulchros, puritate; alatos amore Dei, & proximi; coronatos lauro martyrii; blandos, ac liberales protectione. n. 141. Vide 801. & 968. Item, ex alia pictura Sanctos encomia pulchros, castitate; cinctos, justitia; discalceatos terrenis affectibus; tenentes galeam protectionis, erga suos clientes; porrigentes malum punicum beneficentiæ, ac misericordiæ. n. 968. Item, ex alia pictura, habes Sanctos pandentes alas amoris Dei, & proximi; gaudentes viride palma honestatis vitæ; amictos trophæis de Carne, Mundo, ac Dæmone, & tyrannis partis; custodes suorum clientum patrocinio. n. 1082.

S. Victricius Martyr.

Victricius à vincendo dictus; undè ei applica illud. Apoc. 2. v. 2. Vincenti dabo manna absconditum, &c. n. 1099. Item, calculus est lapis limpidus, lucidus, & fœcundus; hinc lauda Sanctum, limpidum puritate, lucidum doctrina, & sapientia; floridum virtutibus, fœcundum meritis. ibid. Vide num. 328. Hæc omnia applica etiam aliis martyribus.

Vigilia Nativitatis, Domini.

Vt ab omnibus Christianis fiat, ad tantam Nativitatem devota præparatio; erigamus aras cordium virtutibus; devotas fundendo Deo preces; vsque ad terram nos prosternendo, quantum poterimus humilitate; quia Patris Æterni Filius dignatus est homo nasci in Bethlehemitico stabulo pro nobis. n. 1758.

S. Vincentius Mart.

Acclamatur Auspex virtutis; signifer victricium; victor tormentorum, & Tyranni; applica tanto Martyri, dicta. num. 141. 801. & 968. Item, acclamatur; lux vincens; decor Hispaniæ; splendor Olympi. n. 141.

S. Vincentius Ferrarius, Ord. Prædicat.

Luci assimilatur; vt merito appelletur lux vincens; decor Hispaniæ; splendor Olimpi. n. 141. Item quadruplex est lux: Prima, in documentum ad fidem: Secunda in exemplum ad imitationem: Tertia, spirituale donum: Quarta, in Cœlo ad Dei visionem. n. 515. Item, ex nomine vincens Mundum paupertate: diabolum humilitate: carnem castitate. ibid. Item ex Cap. 50. Eccl. v. 8. Quasi Sol refulgens, sic ille effulcit in Templo Dei: quia B. Vincentius effulsit in Ecclesia Dei; luce doctrinæ: splendore miraculorum: candore virtutum. ibid. Item, juxta illud, Apoc. 6. v. 2. Et data est ei Corona, & exivit vincens, vt vinceret: data est B. Vincentio Corona Doctorum, propter veram sapientiam: Corona Virginum, propter Angelicam continentiam: Corona Apostolorum, propter fructuosam prædicationem. Item, Vincentius, exivit vincens se ipsum; vt vinceret infideles Verbum Dei prædicando: peccatores ad pœnitentiam exhortando: obstinatos judicium extremum annuntiando. ibid.

Vinum, quo Sancti Martyres præcipuè adumbrantur: ex eo habent odorem suavitatis: calorem charitatis: saporem divinitatis. n. 576. Item, in calore adumbratur honestas: in sapore charitas: in odore formositas. Item ex vini speciebus; quod est nigrum; ecce humilitas: album ecce castitas: rubrum ecce charitas. ibid. Item in sacris vinalibus offerebant, Thus, Myrtum, & Rosas: sic Sancti offerunt Deo, Thus igne orationis: Myrtum amaritudine passionis: Rosas fervore dilectionis. ibid. Item vinum, ita dictum, quasi in vite natum, nutrit, confortat, sanat vulnera, lætificat corda. Sic viri Sancti, nutriunt doctrina: confortant charitate: sanant pietate: lætificant fama sanctitatis. num. 683. Item, vinum, quod Theriaca Magna vocatum; est quadruplex, album, nigrum, roseum, & citrinum, seu aureum: ex quo Sanctos encomia: albos castitate: nigros humilitate: roseos charitate: citrinos adversitate, & passione, adversa tolerando pro Christo. ibid. Item in vino quatuor sunt considerandæ: liquor, calor, sapor, & odor; quæ vertendo, & Sancto Paschali accommodando, considera liquorem triduò ex ejus cadavere miraculosè manatum: calorem flagrantissimæ ejus charitatis: saporem cœlestium in contemplatione dulcedinum: aurum la-

Digitized by Google

borum, adversarumque pro Christo tolerandarum, ibid.

Viola parva herba, triplex in specie, triplici colore depicta, adumbrat Sanctos: albos, castitate: mellinos, melliflua pietate: purpureos charitate, aut martyrio: floreos, odoriferosque famosa conversationis exterioritate. n. 598. Item viola triplex; alba, purpurea, & mellina, Sanctos adumbrat; albos, per puritatem; purpureos, per charitatem; mellinos, per conversationis suavitatem. n. 814.

Virtus dicitur; quod virum maximè honestet: vndè Sancti, quia hic verè virtuosi, gloria, honore, decore, & dignitate, perpetuò à Deo coronati sunt. n. 741. Item, ex septima virtutis pictura; habet virtuosus, caput aureum, per sapientiam; & prudentiam; guttur argenteum, per sonoram vocem exempli; pectus calybeum, & ferreum, per constantiam, & fortitudinem propositi. ibid. Item habet manus ex electro, per candorem operum contemperatorum sinceritate, & prudentia; pedes ex gemmis decoros, atque splendidos, in similitudinem ambulantium, per sublimitatem virtutis, vitia præmendo, & fructus bonorum operum, exaltando. n. 739. Item, ex triplici festo virtuti, honori, & opi dicato; Sanctos encomia virtuosos, veris virtutibus ornatos; honorabiles, ob præexcelsam sanctitatem, gestaque præclara; opes, ob verum adjutorium, & patrocinium erga suos devotos. n. 742.

Vitex arbor, Græcè Agnus castus, ob ejus proprietates, adumbrat Sanctos, floridos tripliciter; claros, doctrina, vita, & exemplo; albos puritate; purpureos flagranti charitate, & martyrio. n. 1109.

Vitrum, Sanctos adumbrat, quia puros castitate; diaphanos, & translucidos gratia; absterſivos immunditiarum peccatorum, doctrina, & exemplo. n. 646. Item, instar vitri, inmitantes gemmarum colores, encomia Sanctos mysticos hyacinthos, cœlicos, fulgentes vita cœlesti: smaragdos recreantes aspectu excellentis viroris virtutum, in ipsis fulgentium: amethistos violaceos humilitate, purpureos charitate, aut martyrio. ibid.

Vitulus, à virtute dictus, ob ejus quatuor facies; Sanctos adumbrat, homines, per prudentiam, & mansuetudinem: leones, per fortitudinem: vitulos per temperantiam: aquilinos per justitiam, & contemplationem. n. 721. Vide Apis.

Vmbra triplex, ex qua Sanctos encomia, rotundos obedientia: tendentes in acutum, contemplatione: tendentes in latum, patrocinio. n. 1245. Item, temperatos, & temperantes, recreantes, consolantes, ac fœcunditatis inductivos, doctrina, & exemplo. ibid. Item, per vmbram adumbratur gratia, virtus, favor, refrigerium, & protectio; ex qua, voca Sanctos, gratiosos, virtuosos, protegentes, &c. ibid.

Vox, quæ est consona, dulcis, ordinata, & lætificativa: sic clamemus voce consona fidei, dulci, benignitate: ordinata charitate: lætificativa, consolando afflictos, vti Sancti fecerunt prædicatione, correctione, & oratione. n. 652.

Vrsa, ex ejus proprietatibus, adumbrat Sanctos; lambentes, benignitate; lactantes, doctrina; nutrientes virtute, & exemplo. n. 361. Item, vrsa Stella polaris, Sanctos adumbrat, radiantes virtutis splendore; dulces fidelium exemplo, & amore; protectores, auxilio, & favore. n. 362.

Sancta Vrsula, Virg. & Mart.

Fuit virgo regia, Christiana, ac pulcherrima: mirabilis, honestate morum, sapientia, & fortitudine. n. 1499. Item, robore, ac animi fortitudine exuperavit; inter Volscos Camillam; inter Assyrios Semiramidem: inter Amazones Penthesileam: inter Græcos Palladem. ibid. Item, Vrsula anagrammate, laurus. Vide laurus, & ei applica. Item, ex triplici fine quem reperire putabat, triplicem honorem invenit; nam: 1. desponsatur Christo: 2. fœcundatur numerosa in Christo filiarum prole: 3. coronatur martyr gloriosa. ibid. Item, Vrsula nupsit Christo tripliciter, vt Christiana, vt Virgo, & vt Martyr. n. 1500. Item, vt Christiana fœcundissima fuit virtutibus: virgo virginibus: vt martyr martyribus. ibid. Item, Sancta Vrsula trinam laureolam meruit: 1. servans virginitatis florem: 2. erudiens socias, ipsas docendo cœlestia: 3. constans in patiendo fortiter, pro Christi fide. ibid. Item, fuit mulier divitiarum terrenarum, & cœlestium: mulier virtutis, seu virginitatis: mulier sedula, & prudens. n. 1501. Item, fuit mulier virilis, & mascula fortiter vsque ad mortem dimicans: mulier militans, seu Exercitus, vndecim mille Virgines inducens, & copias distribuens. ibid.

Vva, in qua quatuor notantur, ex quibus adumbrat Sanctos, habentes pellem bonæ conversationis: glaream dulcorosæ pietatis: succum doctrinæ, & veritatis: grana virtutum, & meritorum. n. 1439.

Vulcanus, ex cujus pictura, & inscriptione, encomia Sanctos, religiosos, vero in Deum cultu: fortes contra vitia, & tyrannos: vigilantes in Dei obsequio: pios in suos verè devotos. num. 99. Vide, ex

Digitized by Google

igne. n. 941. Item, ex ejus pictura, & attributis, Sanctos encomia, nigros humilitate: discalceatos terrenis affectibus: vetè pios, & religiosos, à quibus vera pietas, veraque discatur religio: coronatos gloria. n. 807.

Z

Zephyrus ventus, ex cujus pictura, encomia Sanctos, per formam juvenilem, constantes: per faciem decoram, ornatos virtutibus Christianis, decoratos gratia: per humeros alatos, veloces charitate in Deum, & proximos: per coronam omnium florum, coronatos hic virtutibus, ac meritis, in Patria, gloria. num. 851. Item, ex ejus pictura encomia Sanctos, discalceatos affectibus terrenis: decoros puritate: alatos charitate: redimitos gloria, laureolis, virginitatis, & martyrii. n. 225.

Zona, circulus cœlestis, via lactea dictus; Sanctos adumbrat, cinctos zonis virtutum; lacteos, candore vitæ; dirigentes alios doctrina, & exemplo; maximos meritis, potestate à Deo accepta, ac patrocinio suorum devotorum. n. 877. Item, ex via lactea Sanctos, ac Sanctas Virgines, encomia, per decorem, & virginitatis pulchritudinem, flores Ecclesiastici germinis: decus, atque ornamentum gratiæ spiritualis: per honorem, sublimes, similes Angelis: per candorem lacteos gratia, donisque supernis: per splendorem, lucentes maxima claritate, operum meritorumque. n. 878. Item, ex Zona Orionis, quæ adumbrat Sanctos, pulchros castitate: armatos virtutibus: fulgentes meritis: magnos potentia à Deo accepta. n. 891.

Digitized by Google

INDEX III.

RERVM SACRARVM, QVÆ IN hoc ſecundo Tomo continentur.

A

Aaron, obiit in monte Hor. n. 914.
Abſiſtes gemma nigra, & prætioſa, quid myſticè ſignificet. n. 1315.
Accipiter avis, quid myſticè ſignificet. n. 967.
Adam caro facta interpretatur: cujus nomen quatuor litteris conſtat, quæ quatuor Mundi climata deſignat: ejus myſterium. Nomina quatuor Mundi partium, ſeu quatuor Stellarum cardinalium, Græcè ſunt Arctos, Dyſis, Anatole, Meſembria, hoc eſt Latinè, Oriens, Occidens, Septentrio, & Meridies; hinc ex ſingulis litteris Stellarum cardinalium, tolle initiales, & habebis nomen Adam. n. 268. Item Adam myſticè, quid ſignificet. ibid.
Adamas, quid myſticè. n. 1139.
Adonis myſticè Chriſtus: planctus quo erat cultus, & quod de ejus morte, ac reſurrectione fabulatur, verè Chriſto adaptatur. n. 772.
Aër, quid myſticè. n. 1275.
Aeter, quid myſticè. n. 1050.
S. Ætherius Epiſc. quaſi æter dictus. ibid.
Agatha, dicitur ab Agios, quod eſt Sanctus, & Theos, quod eſt Deus, quaſi Sancta Dei. n. 222. Vide Sancta Agatha in indice Thematum.
Agna; Græcè Pia, quid myſticè. n. 588.
Agnus Caſtus herba, quid myſticè ſignificet. n. 616.
Alabandina, vel Alabandia gemma prætioſa, quid myſticè. n. 1019.
Alauda avis, à laudando dicta, quid myſticè. n. 1020.
Allectoria gemma parva, adumbrat Sanctos, & præcipuè S. Mathiam Apoſtolum, qui parvus interpretatur. n. 323.
Amaranthus flos quid myſticè ſignificet. n. 1569. S. Amaranthus Mart. Amarantho flori aſſimilatur. ibid.
Ambroſia, propriè eſt Manna, & Sacra Euchariſtia, ob plures rationes. num. 1673. & 1674.
Amethiſtus lapis indicus, quid myſticè, n. 264.
Amiantus gemma, plura myſticè ſignificat, & præcipuè animam in Purgatorio exiſtentem. n. 245.
Sancta Anna genitricis Dei Mater, Annæ Perennæ oppoſita, n. 1046. Ejus nominis interpretatio, ejuſque elogia, n. 1047.
S. Anatolius Epiſc. Græcè Encyclopedian, hoc eſt, circulus nuncupatus. n. 921.
Ancile, ſeu Scutum, ſymbolum fidei, Crucis, protectionis, virtutis, &c. n. 409.
S. Andreas Apoſt. ejus elogia. n. 1645.
B. Angela Fulginatis, Ordin. Minorum, ejus encomia. n. 496.
Animæ in Purgatorio exiſtentes, Amianto aſſimilantur. n. 245.
Anſer avis, quid myſticè ſignificet. n. 560.
Antonius ab Anthos, Græce flos, dictus, n. 252. & 590.
Apium herba, quid myſticè. n. 563. & 1119.
S. Appollinarius Epiſc. & Mart. ejus nomen, etymmon. n. 1027.
Aquila, Martyres, & Sanctos, & alia deſignat. n. 546. & 857.
Ara dicta, quaſi alta, & à terra elevata. n. 941. quid myſticè ſignificet. ibid. & 1711. Vide n. 20.
Arabia, beata, ſacra, & thurifera nuncupata. n. 317.
Sancta Arabia, cum Arabia Provincia confertur. n. 423.
Arbor Vitæ, ejus fructus duodecim. n. 251.
Area fœderis in Templo Salomonis collocata die Sabbatho 8. Septemb. n. 1254.
Argyrites lapis quadrangularis, quid myſticè. n. 1316.
Aries triplex, piſcis, pecus, & ſignum cœleſte, quid myſticè ſignificet. n. 862. & 863.
Ariſtoteles, quomodo moriturus Deum invocavit. n. 3.
Arctophylax conſtellatio, quæ currus dicitur Sanctos adumbrat. n. 733. & 734.
Armabellica, quid myſticè. n. 578.
Asbeſtus lapis incombuſtibilis, Sanctos Martyres adumbrat. n. 644.

Digitized by Google

Ascensio Domini in Cœlum, Ganymedis raptu adumbrata. n. 785.
Asterites, aut Asteria gemma prætiosa, quid mysticè. n. 777. & 922.
Astra Cœli sunt Sancti. n. 921.
Astrion gemma indica Sanctos adumbrat. n. 317. & 922.
S. Augustinus, re, & nomine Augusti gloriam superavit, ejusque encomia. n. 1200.
Aurora, est B. Virgo. n. 919. & etiam gratiam, pœnitentiam, & Sanctos adumbrat. n. 823.
Aurum, quid mysticè. n. 852.

B

Baculus, adumbrat Monachos, & alia. n. 127.
Sancta Barbara Virgo, & Mart. à devicta barbaric dicta, ejus elogia: cum Mercurio confertur. n. 1662.
Begad, bonam fortunam significat. n. 977.
Benjamin filius Jacob ex Rachele; hujus nominis interpretatio: in cujus Tribu sunt duo rosarum genera. n. 1239.
Beryllus lapis pretiosus, Sanctos adumbrat. num. 693.
S. Bonaventura, Ecclesiæ Doctor, ejus elogia. n. 981. Vndè dictus. n. 982.
Bos, fortitudinem adumbrat. n. 930. Sanctos, & alia designat. n. 553. & 931.
S. Bruno Carthusianæ Religionis institutor, ejus epitaphium. n. 1428.

C

Canicula, quid mysticè significet. n. 993.
Canis, quid mysticè. n. 99.
Capra, à carpendo selecta dicta, quid moraliter significet. n. 930.
Capricornus signum cœleste, quid mysticè. n. 1345.
Carna Dea, quid moraliter significet. n. 914.
S. Carolus Borromeus, ejus nominis anagramma: Carus Sol. n. 1557.
S. Casimirus Conf. qui stupendo exemplo, virginitatem, quam ab incunabulis servavit illæsam, sub extremo vitæ termino, fortiter asseruit, decernens potius mori quàm castitatis jacturam pati. n. 376.
Castor, & Pollux, quid mysticè significent. n. 1085.
S. Catharina, Virg. & Mart. ejus elogia, & miracula. num. 1632. & 1633. & alia digna scitu. ibid. Vide Rotæ.
Cathedra S Petri Apost, Antiochiæ posita die 22. Februarii. n. 317. Item, Cathedra lignea in qua ipse S. Apost. Romæ sedit, in Basilica Vaticana adhuc servata perhibetur, ejusque Mysterium. num. 129.
Centenarius numerus, quid mysticè. n. 1008.
Centaura arbor, quid mysticè. n. 617. & 618.
Cera est virgo, alba, pura, odorata, & dulcis, Sanctosque adumbrat. n. 1028.
Cerei accensi ob plures causas in die Purificationis Virginis Mariæ, in manibus gestantur. n. 209.
Chrisma quid sit, & quid mysticè significet. n. 1035.
Sancta Christina Virg. & Mart. Topazio assimilatur. n. 1034.
S. Christophorus Mart. triplici Caniculæ comparatur. n. 1040. Et Canis proprietatis ei attribuuntur. ibid.
Christus Dominus per Vnicornem, & Deum Panem adumbratur: Fabula, & pictura Panos adaptatur verò Pani Christo. num. 470. Item Christus Dominus, recens natus diebus 40. mansit in antro Bethlehemitico: post 40. dies à Matre Virgine in Templo præsentatus: 40. diebus jejunavit. n. 240. Vixit in hoc Mundo 34. annis. n. 212. Horæ quadragintæ fluxerunt à morte Christi, vsque ad ejus Resurrectionem; & post 40. dies ascendit in Cœlum. n. 240. Item, feria sexta conceptus, & dominica natus: & sexta feria Crucifixus, & in dominica resurrexit. n. 1765. Item, natus die 25. Decembris cum Sol esset in Capricorni signo, & Cancer dimidium Cœlum teneret: libra adhuc duo brachia in Oriente monstrante, & Aries in Occasu ruens. ibid. Item in Christi Domini nativitate multa prodigia fuere: Templum Pacis, & omnia idola, ibi, & diversis in locis culta corruerunt: Octavianus Augustus, oraculo Sybilæ motus, edicto mandavit, vt eum nemo Dominum diceret. n. 1759. & 1760. Item, quædam Sybila sublatis in Cœlum oculis vidit propè Solem, aureum circulum, & in ejus medio pulcherrimam Virginem inter brachia foventem infantulum: & protinus vox fuit de Cœlo audita dicens: hæc est Ara Cœli. ibid. Item, magnus Philosophus Calcidius affirmavit Sydus esse in Cœlo, quo Dei hominis nativitas notabatur. Item, in Hispania visi sunt tres Soles, postea in vnum coeuntes: & in ipsa nocte, qua Christus natus, visa fuit nubes lucis splendore ita mirabilis, vt instar diei noctem illustravit. n. 1763. Item, imperante Augusto ante Christum natum, crebro, & passim plus solito, pleraque in Cœlo, & in terra ostenta prodigia visa sunt: consultisque Astrologis, ipsi responderunt: Principem, Dominumque terrarum, naturam parturire. n. 1764. Item, ipsa nocte Nativitatis Christi vineæ Engaddi, & floruerunt, & fructum statim

Digitized by Google

fecerunt: Romæque trans Tiberim olei fons ortus narratur. num. 1762. Vide n. 1406.
Ciconia, Triumphum, & protectionem adumbrat. n. 124.
Citrus arbor, Sanctos adumbrat. n. 280.
Civitates quinque refugii, quid mysticè. n. 1313.
Sancta Clara Virgo; primogenita Spiritus Sancti Franciſci, ex clariſſima Scyphorum proſapia: cui myſticè attribuitur Scyphus gemmeus nectareo liquore plenus, quem Hercules manu dextera geſtabat. n. 1120.
Clypeus Martyres ſignificat. n. 1327.
Cœleſtis color, quid myſticè. n. 1172.
Cœlum à cœlando dictum. n. 1131. & quaſi cœlatum, & ſculptum luminibus. n. 1173.
Commemoratio Sanctæ Mariæ de Victoria, ſeu Sanctiſſimi Roſarii à S. Pio V. Pont. Max. inſtituta, ob Victoriam Navalem de Claſſibus Othomanis, ipſius B. Virginis ope obtentam. n. 1430.
Columna, quid myſticè ſignificet. n. 958.
Conceptio Virginis Mariæ abſque labe Originali. Vide Mariæ Conceptio.
Concilium Nicenum habuit initium die 20. Maii à quo liberatores noſtri divinitas, adverſus Arrium defenſa eſt. n. 690. In eo Antiſtitum conſenſu vera religio confirmata, ac ſtabilita fuit. n. 876.
Conventus quinque, aut ſex Ægypti præcipui, qui fidem Chriſti amplexuri erant, numerantur. n. 1313.
Converſiones mirabiles tres enumerantur. n. 154.
Cornix, concordiam, & vitam ſolitariam deſignat. n. 124.
Corona Sanctorum duplex, aurea ſcilicet, & aureola; aurea dicitur præmium ſubſtantiale: aureola eſt quædam gloria, accidentalis. n. 1500. Item, ſlorea aureola datur virginibus: ſtellata Doctoribus: gemmea martyribus. ibid. Item Coronæ figura, quid myſticè ſignificet. n. 1008. Item, Corona Stellarum duodecim qualis in B. Virg. Maria fuerit. n. 1258.
Coruſcatio, quid myſticè. n. 868.
Crux Chriſti ejus inventio. n. 616. 617. & & 618. Ex fici materia facta. n. 950. Eſt nobilitatis ſignum. n. 986.
Cupreſſus, ſive Cypreſſus, quid myſticè ſignificet. n. 1113.
Cygnus avis candidiſſima; juſtos, & Sanctos adumbrat. n. 754.

D

DEdicatio Templi. Vide Templum.
Defuncti, pro quibus luctum, Orationes, & Eleemoſynas Ægyptii, Æthiopes, & Galli, per 40. dies faciebant. n. 241. Vide 172. 173. & 208.
Debora vxor lapidoth, ejus nominis interpretationes Sanctæ Thereſiæ adaptantur. n. 465.
Delphinus piſcis qui, & Simon, quaſi auditor, dictus Sanctos adumbrat. n. 825.
Deus verus, vnus in eſſentia, & trinus in perſonis. n. 1. Vide Trinitas.
Diana adumbrat Virginem caſtiſſimam, ſemper armatam. n. 338.
S. Dionyſius Areopagita, cum Dionyſii gemma confertur: ejus nominis interpretationes. n. 1442. & 1443. Varie cognominatus. n. 1444.
S. Dominicus Ordinis Predicatorum fundator, cui Victoriæ pictura adaptatur, n. 1082. & Mercurio aſſimilatur. n. 1083. vſque ad n. 1085.
Draco, quid myſticè. n. 1611.

E

ELectrum triplex, quid myſticè ſignificet. n. 1612.
Elephans, quid myſticè. n. 954.
S. Eliſabetha Regina Portugaliæ, bellorum triumphatrix dicta. n. 929. & 953. Cui regia claritas convenit. Vide n. 955.
Enoch, quem Cabaliſtæ colligunt fuiſſe translatum anno ætatis ſuæ 365. Quot ſunt dies anni ſolaris: fuit Aſtronomiæ inventor, & Atlas putatus. n. 1787.
Equus, quid myſticè. n. 1291. & 1401.
Euchariſtia. Vide S. Ambroſius, & chariſtia in primo indice.
S. Eulalia Barcinonenſis Patrona Virg. & Mart. Nobilis genere, ejus educatio, virtutes, martyrium, & laudes: in Provincia Tarraconenſi primiceria in confeſſione Chriſti, in fidei prædicatione: dona ſapientiæ divinitus: Cruci affixa, inſtar columbæ animam efflavit; ejus Reliquiarum inventio, in ſepulchro marmoreo, ex quo mira odoris ſuavitas ſpirat, à navigantibus præcipuè culta: ſiccitatem, ac ſterilitatem avertit: cum Junone confertur: florida, & Arenaria meritò nuncupata. n. 252.

F

FAba, quid myſticè ſignificet. num. 638. & 915.
Favonius à fovendo dictus, Sanctos adumbrat. n. 917. & Spiritum Sanctum. n. 918.
Feſta, in quibus pugnantes quatuor habebant factiones diſtinctas, per quatuor colo-

Digitized by Google

colores, eorum mystica intelligentia. n. 974. & 975.
Festum triplex, quid mysticè. n.951.
Festum Purificationis, Candelariæ dictum. Vide Mariæ Purificatio.
Festum solemne omnium Sanctorum. Vide Pantheon.
Ficus, Christi Crucem, & alia adumbrat. n. 950. Vide Crux Christi.
Fides Catholica. Vide Deus.
Fides pro dea habita, ejus elogia, cultus, & picturæ. n.1603.
Fidius fidei præses, Sanctus, & semipater vocatus, ejus mysteriosum simulachrum Sanctissimæ Trinitatis Mysterium adumbrat. n.740.
Flores, Sanctos significant. n.622.
Fontes, Sanctos adumbrant. n.1455.
S. Franciscus Ordinis Minorum Patriarcha die quo mundus conditus, venit in Mundum, abiit in Cœlum, in Terris suum stigmatizatum corpus relinquens; natus, plagatus, & mortuus die 3. Octobris. num. 1406. Item, fuit curru raptus; in sepulchro non jacens vt mortuus, sed stans in aëre vt vivus oculis apertis, vulnera resentis sanguine servans, & alia. n.1412. Item, Francisci nomen, lingua Hetrusca secundum literarum computationem, continet numerum *666.* quid hoc innuat contra Antichristum. ibid. Vnde dictus; sui nominis literarum significatio, ejus quadraginta Epitheta. n.1418. & 1419.
Fraxinus arbor, Crucem; & Sanctos adumbrat. 1425.
Fulmen, Verbum Dei: & gratiam simbolizat. n.867. & 897.

G

GAbriel fortitudo Dei interpretatur. num. 1382.
Gad, quid significet. num.977.
Ganymedes puer, qui ob præstantissimum ejus formam Jovis jussu ab Aquila in Cœlum raptus, Christi Domini admirabilem Ascensionem adumbrat. n.785.
Gemmæ Sanctos adumbrant. n.744. & præcipuè gemma solis. n 630.
Gladius quid mysticè. num.279.
Gemma prætiosa Kauma, à caumate dicta Sanctos designat. n.744.

H.

HAlcyon, avis, & Christum, & bonum, ac vigilantem Prælatum, sanctosque adumbrat. n.1700.
Hebenus arbor peregrina, ac prætiosissima, quid mysticè significet. n.1297.
Hedera ab hærendo dicta; virum perfectum, & præcipuè: S. Bernardum Abb. designat. n.1162. & 390.
Heliotropium gemma viridis, sanctos adumbrat. n.750.
S. Henricus 3. Imperator Hungaros vicit. n.934.
Hercules, quid mysticè. n.672.
S. Hermes Mar. cum Mercurio, Hermete vocato, confertur. n.81. Vide 984.
Heroes, quid mysticè. n.781.
Hierarchia Angelorum triplex, & Sanctissimam Trinitatem, & perfectos, perfectiores, & perfectissimos adumbrat. n. 239.
S. Hieronymus Ecclesiæ Doctor, cum Pompeio magno confertur. num. 1388. S. Joanni Baptistæ in vita, & gloria assimilatur, ejus encomia. n.1390. & deinceps. S. Hippolytus mar. ejus nominis interpretatio. n.1125.
Hirundo Sanctos designat. n.325.
Honor, ejus definitio; sicut virgo pulchra depictus. n.740.
Hor mons; in quo obiit Aaron. n.914.
Horæ Canonicæ, vnde sumptæ ab Ecclesia. n.239.
Humilitas triplex est, affectionis, considerationis; & devotionis. n.323.
Hyacinthus, sivè Flos, sivè Lapis, sivè Lana; quid mysticè. n.614.
Hyades Stellæ, Sanctos adumbrant. n.551.

I

S. Jacobus Apost. Hispaniæ Patronus, filius tonitrui, impiorum fulminator, & Vindex dictus; cui potestas tradita: evocandi fulmina. n.1038. velut fulmen, & tonitruum extitit. n.1041.
B. Jacobus à Marchia Ord. Minorum, miraculis in vita, & post mortem insignis, bis in aëre apparens, vrbem Neapolitanam suo protegens patrocinio, ab instanti Montis Vesuvii incendio liberavit, ejus elogia. n.1641.
Ianitrices Potestates, Cœlestes Throni, Principatus, & alii Angelorum Ordines per eas adumbrantur. n.68.
Ianus, & Ianitor, & Claviger dictus, D. Petrum Apost. adumbrat: vnde; quæ de Iano dicuntur, ei applicantur. n.68.
Iehovah, vide nomen Iehovah.
Iericho Civitatis palmarum, tertium Ordinem pœnitentiæ S. Francisci alumbrat. n. 1239.
Iesus. Vide nomen Iesu.
S. Ignatius de Loyola, ejus nominis interpretatio. n.1063.
Ignis, quid mysticè. n.237.

Digitized by Google

Inaures, quid mystice. num. 829.
Indulgentia Portiunculæ perpetua, quam Christo Domino, Sanctissimæ Virginis interventu, Seraphicus Patriarcha Franciscus, in omnium fidelium favorem concessam, impetravit, & Sanctissimus Pontifex, Honorius 3. confirmavit, publicareque salemniter mandavit. n. 1075.
S. Ioannes Evangelista, ejus plura elogia, martyrium. & mors. n. 1775.
S. Ioannes à Capistrano Ord. Minorum, ejus plura elogia, à num. 1511. vsque ad n. 1515.
Iovis facies, authoritatem adumbrat. n. 539.
Iubileum centesimo anno institutum, & quare. n. 1006. ad annum quinquagesimum, & postea ad vigesimum quintum reductum. ibid.
Iuno, à juvando dicta, Deorum mater: in qua Dei Mater B. Virgo adumbrata. num. 58. & 59. Vide n. 69.
Iustitia, in cujus signum octo deorum nomina in Ægyptia columna scripta ponebant. n. 226.
Iuventas, aut Hebe dea, quid mystice. num. n. 1297.
Liber, quid mystice. n. 127.
Lilium, Sanctos significat. n. 459. & 598.
Litera H. præcipua est nominis Dei Tetragramaton; bis in eo posita, indicat Messiam, puta Christum, ex Abraham, & Sarah nascicturum. Hæc litera H. quinque significat, ejus mysterium. n. 267. Vide nomen. Iehovah.
Sanctus Lucas Evangelista cum Bove, & face confertur: ejusque nominis interpretatio. n. 1477.
Lucerna, quid mystice. n. 1623.
Lucerna in cujus medio Angelus visitur alis expansis, Zona in Crucis modum pectori alligata: manu dextera lauri ramum porrigit, sinistra coronam gestat. n. 986.
S. Lucius primus Britanorum Rex, qui fidem Christi Susceptit, tempore Eleuterii Papæ. n. 1657. Vide n. 298.
Lucus, quid mystice. n. 1013.
Lumen, quid mystice significet. n. 685. & 1619.
Lux, quid mystice. n. 367.
S. Lydia purpuraria, vnde sic appellata; n. 1079.
Lyra, Sanctos adumbrat. n. 625. & 346.

L

Lac, quid mystice significet. n. 571. & 588. & 272.
Lampas, quid mystice. num. 645.
Lana, gratiam adumbrat. n. 252.
Lancea, quæ Salvatoris latus aperuit, sub Terra Sancta inventa, qua vsus Carolus magnus contra Saracenos semper victor evadit. n. 432.
Lapides quinque, quos David sumpsit de Torrente, in primo scripsit nomen Abraham: in secundo Isaac; in tertio Jacob: in quarto Moysem: in quinto Josue, aut Jesum Nave. n. 218.
Lapis quo in cubito percussus fuit Sanctus Stephanus Protomartyr, Anconæ servatur; ex quo multa miracula, velut mel de petra, oleumque de Saxo durissimo, emanant. 1078.
S. Laurentius Mar. dictus à Lauro, quasi lauream tenens. n. 1110. Lauri proprietates ei applicantur. ibid.
S. Laurianus Hispalensis Epis. à lauro dictus, ob partam lauream, sivè victoriam de Getis, Getorumque sæviissimo Rege Ariano Totila. n. 929. & 972. Vide num. 971.
Laurus, quid mystice significet. num. 971; & num. 1112.
Leo, quid mystice. n. 99. & 536.
Leo signum Cœleste, Prælatos designat; num. 539.

M

Magnificentia, est omnium virtutum decus, & ornamentum. n. 1159.
Magnificus, est qui in omni opere virtutum eligit. ibid.
Mala punica, Martyres, & alia alumbrant; n. 423. & 968.
Mandragora, justos significat. n. 427.
Manus dextera, & sinistra, quid moraliter significent. num. 1007. quid numeraliter. ibid.
Mare, quid mystice. n. 1583.
Sancta Margarita. Vir. & Mar. cum Margarita gemma confertur. n. 1000.
Sancta Margarita de Castellò Monialis S. Dominici, cujus pectus post Sanctæ mortem apertum fuit, & intra ejus cor inventæ tres imagines ex carne factæ quarum vna præseferebat valdè pulcherrimam virginem, aureo diademate coronatam: altera puerum jacentem inter duo animalia: tertia verò venerabilem Senem, barba candida, rejecto in humero palliolo; quibus simulacris apertè notabantur Iesus, Maria, & Ioseph. n. 1763.
Margarita gemma, in qua Sancti Martyres, Virgines, Confessores, ac pœnitentes adumbrantur. n. 320. Vide n. 628.

Maria Virgo.

Quæquidem sola inter filios Adæ sine macula Originalis peccati Concepta, imò omni gratia, & virtutibus ornata; cujus imma-

Digitized by Google

Immaculatæ Conceptionis diem Angeli in Cœlis celebrarunt, & Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum, hoc mysterium Sanctissimum prædicarunt. n.1680. Atque in Hispania, & prædicatum, & hoc festum celebratum fuit à S. Jacobo Apostolo; & valdè probabiliter hoc Mysterium plures tenuisse diffinitum de fide in Concilio Apostolorum. ibid. & n.1681.
Item Conceptio Immaculata Virginis Mariæ in pictura 3. Junonis adumbrata. n.59. Vide n.1678. & Venus.
Mariæ Nativitas. Vide n.1263. & deinceps.
Mariæ Purificatio: à Sergio Papa festum Purificationis in honorem Matris Domini institutum fuit, mense Februario, & quare. n.196. Mystica de hoc festo interpretatio, & cur Candelaria nuncupatur. n.209.
Sancta Maria ad Nives; in monte Equilino culta: ejus pulchra imago, miraculis inclyta; pestem fugavit, salus, & spes nostra vera: quo loco spes, & salus fabulosæ deæ colebantur. n.1088. & 1089.
Maria Virgo de Monte Carmelo, per caniculam designata. n.993. & 1040.
Maria Virgo sub titulo Santissimi Rosarii, cujus festum à S. Pio Quinto institutum. Vide Commemoratio.
Sancta Maria Magdalena quibus assimilatur. n.1023. ejus nominis interpretatio. n.1024. & 1025.
Sancta Martha, soror Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ejus encomia, & nominis interpretatio. n.1056.
Sanctus Matthæus Apost. & Evang. ejus encomia: in Æthiopia prædicavit, in Salerno quievit: ex ejus corpore manna fluit. n.1336.
Sanctus Mathias Apost. ejus nomen interpretatur donatus, donatio, expectatio, vel spes Domini, humilis, & parvulus. n.324.
Mars, ejus facies strenuitas in adversis adumbrat. n.539.
Martyrium est triplex: 1. voluntate, & opere: 2. voluntate, & non opere: 3. opere, & non voluntate. n.1167.
Martyres Abulenses, quorum corpora inhumata relicta, à Serpentina bellua, quæ viventes consueverat deglutire, mirabiliter custodita. n.1528.
Martyres Cæsaraugustani, eorum Corpora, simul cum Corporibus sceleratorum hominum concremata, in cineres redacta, ab iniquitatis cineribus, Sanctorum cineres divinitus separatæ, & sicut massa candida in vitum conglobatæ sunt. n.1553.
S. Mauritius Mart. ejus nominis interpretatio. n.1341.
Mel, quid mysticè significet. n.1032.
Merula, symbolum Martyrum, & Pœnitentium. n.124.
Michael justitiam, & sanctitatem significat. n.1382.
Milium herba Sanctos designat. n.571.
Minerva dea, sapientiam, & vitam contemplativam adumbrat. n.76.
Mitraton, id est Princeps facierum, quomodo B. Mariam signat. n.1253.
Mulsum, quid mysticè significet. n.1039.
Mundus, ejus quatuor partes, quid mysticè, n.445.
Musæ novem traditæ; earum mystica significatio. n.527.
Myrtus, quid mysticè. n.1301. & 504. & 234.

N

NArdus herba, quid mysticè significet. n.1163.
S. Nazarius Mart. ejus nominis interpretatio. n.1053.
Nicolaus dicitur à Nicos, quod est victoria, & laos, quod est populus, quasi populi victoria: vel à Nicos, & laus, quasi victoriosa laus. n.1670. Item, interpretatur Nitor populi, & anagrammatismo dicit; tu Divus Pater Nicolaus: en juva dulcis Pastor: aut: tu plane carus divis. ibid.
Nomen Jesus, hujus nominis literarum mysteria, ejusque sanguinis virtutes. n.70.
Item, nomen Jesu, Græcè literis I, & H designatur: quæquidem literæ numerum 18. conficiunt, qui est victoriæ signum. n.294.
Nomen Jehovah quatuor literis Hebraicis scribitur, nempè Jod, id est principium, & Patrem representat: he, significans vivere, & filium representat; Vau habens vim copulativam, & Spiritum Sanctum, qui est amor, & nexus Patris, & Filii, significat: & he, quæ litera geminatur, adumbrans in filio duas naturas, scilicet, divinam qua Deus est, & humanam qua homo factus. n.267.
Nomina Abraæ, & Sarai mutata à Deo, addita illi litera h, nuncupatus est Abraham; ab illa, sublata litera Jod, & addita h, nuncupata est Sarah: ejus mysterium. n.267.
Numerus videlicet 1. & 2. &c. Vide in Indice primo, & sub vnoquoque numero invenies, singulorum mysticam, ac moralem significationem.
Nuriel, vel Vriel, veritatem, & doctrinam significat. n.1382.

O

OLeum, quid mysticè. n.1301.
Ophiuseus Sydus, quid mysticè significet. n.871.

Digitized by Google

Opinio pia Conceptionis Virginis Mariæ, minorum opinio dicta, sed jam communis, & ab vniversa Ecclesia recepta. num. 1687.
Orion, constellatio cœlestis Martyres significat. n.486. & 892.
Ornamenta triumphantium, quid mysticè n.953.

P

PAlma Sanctos, & præcipuè S. Josephum Virginis Mariæ Sponsum, & alia significat. n.452.
Pan deus, adumbrat Christum panem de Cœlo verum. n.470.& 471. Vide n.215.
Pantheon, omnium Idolorum templum, Beatæ Virgini Mariæ ad Martyres, & omnibus Sanctis dicatum, ac sacratum. num. 1540.1544. & 1545.
S. Paphnutius Anachoreta, Hispanus, Mart. ejus historia, & martyrium. num. 1353. & 1354.
Pastores tres, illi qui Christi natalem ab Angelis primi audire meruerunt, die quo agnus immaculatus natus est, sed post 40. annos obierunt in Domino. n.1766.
S. Paulus Apost. die 6. Julii, cum Puteolo vinctus Romam ingressus. num.938. ejus nomen interpretatur, os tubæ, mirabilis, & minimus. n.908.
Pecus, quid mysticè. n.582.
Pegasus, constellatio cœlestis, quid mysticè adumbret. n.1266.
S. Petrus Apost. primùm Romam ingressus die 18. Januarii. num.129. Cum Jano confertur. n.68. Item, Sanctus Petrus ad Vincula, Templum Romæ in esquiliis, ipsi dicatum, vbi olim à gentibus Lucina, dea partuum celebatur. n.1071.
S. Petrus de Alcantara, Ord. Minorum, ejus elogia. n.1479. vsque ad n.1481.
Sancta Philomena Virgo, cum Philomena ave confertur. n.935.
Pinus arbor, quid mysticè. n.1611.
Pisces, aureum vellus nominatus, & Christum, & B. Virginem, & Sanctos adumbrat. n.853. Vide n.1262.
Piscis Tobiæ, quomodo vocatur, in cujus cerebro lapidem crystallo similem gerit; ejus mystica significatio. n.298.
Platanus, Sanctos adumbrat. n.568.
Pleiades, sunt septem Stellæ per quas significantur Prædicatores, Sancti omnes, septiformi spiritus virtute fulgentes. n.506. & omnium electorum universitas. n.660.
Poma tria Herculis, tres in Heroe insigniores virtutes significat. n.1118.
Populus arbor, quid mysticè. n.676.
Portæ Cœlestis Hierusalem duodecim. num. 251.
Psalmi graduales, cur 15. assignentur, ejusque mysteria. n.266.
Purificatio Gentilium tria genera, quid mysticè. n.210.
Purpura, quid mysticè significet. n.698.

R

RAphael mansuetudinem, & clementiam significat. n.1382.
Regina, quid mysticè. n.594.
Rhodus Civitas Solis, quid mysticè significet. n.1131.
S. Rochus Confessor, ejus familia à Cruce cognominata. n.1137. duabus Crucibus insignitus ab vtero è sepulchro surrexit in pauperum auxilium. n.1138. Ejus encomia, epitaphia, & alia. ibid. Rochus à Roca dictus. n.1139. In Adamante, non arte, sed natura depictus. ibid.
S. Romulus Fesulanus Episc. & Mart. quasi alter Romulus Romam suo sanguine expiavit. n.998.
S. Rosa Viterbiensis, ejus encomia. n.405.
Rosa, Sanctos adumbrat. ibid.
Rota Sanctæ Catharinæ Virg. & Mart. in circulo Cantabriæ, regione Alava propè vrbem victoriam extat montis rupium densitata famosus; è quarum visceribus minutè lapidum formæ in humani cordis figuram eructant, in quarum altero latere; à natura incisæ, ac radiis quinque ornatæ visuntur Rotæ, quas Sanctæ Catharinæ Rotas devotio existimat, & pro hujus Sanctæ Reliquiis impertit fidelibus, n.1633.

S

SAcrificium Hebraicè Zenach, à radice significante macture. n.949.
Sacrificium, in eo quinque sunt consideranda, scilicet quis, cui, quid, ubi, & ad quid. ibid. Quatuor sacrificiorum genera in veteri Testamento erant: & totidem in lege Evangelica, & eorum mystica significatio. ibid. Item, sacrificium, id est sacrum factum quid est. n.39.
Sagittarius signum cœleste, quid mysticè. n. 1520. & 375.
Salus dea, in monte Equilino culta, vbi extat Templum Virginis Mariæ ad Nives dictum. n.1087 & 1088. Vide ejus picturam. n.489. & 495.
Sanguis Christi, ejusque virtutes. num.70. Item, sanguis, quid mysticè significet. ibid. & n.272.
Sardonix, Sanctos adumbrat. n.317.
Saturnus ejus facies, pietatem, & saturationem pauperum adumbrat. n.339.

Digitized by Google

Sceptrum, & Sceptra, quid mysticè. n.546.
Scotus Doctor subtilis, & Marianus, fuit primus, qui Mysterium Conceptionis Immaculatæ Deiparæ publicè, & scholastice defendit. n.1685. Ejus disputatio Parisiis facta, in qua veritatem hujus Mysterii subtiliter, ac validissimis rationibus statuit. n.1686.
Scutum, quid mysticè. n.578.
Sedes 12. judicantium in judicio futuro. n.251.
Septembris: in hoc mense nata B. Virgo Maria die Sabbato quo Sol recedens à signo Leonis, ingreditur in Virginis signum, & quid mysticè per hoc designatur. num.1253. & 1254. Qua hora nata. n.1255.
Serim, quid mysticè. n.398.
Sidera, quid mysticè significent. n.584.
Sigillum, quid mysticè. n.1739.
Signum Virginis, quid mysticè significet. n.1261. Item signum Libræ. num.1275. Item signum Geminis, quod sunt duo sidera adumbrantia virtutem, auxilium protectionem Sanctos Patronos, & Spiritum Sanctum. n.160. & 688. Item, signa cœlestia, quid mysticè. n.628. Item, signi Virginis pulcherrima pictura, qua B. V. Maria, & puer Jesus adumbrantur. n.1764.
Smaragdus, quid mysticè significet. n.435.
Sol Sanctos significat. n.456. & potentiam, sapientiam, & amorem. n.481.
Sancta Sophia, cui Justinianus Imperator Templum Constantinopoli celeberrimum dedicavit. n.1776.
Spectaculum, quid mysticè significet. num. 1045.
Spes, ejus picturæ. n.1073.
Spicæ, & virtutes, & Sanctos adumbrant. n.150.
Stellæ, quid mysticè. n.872.
Stigmata S. Francisci, eorum in laudem hymni: 20. mirabilia in eis apparuerunt, eorumque elogia, à n. 1305. vsque ad n.1308.
Sulphur, Sanctos adumbrat. n.567.
Sus ad pedes S. Antonii Abbatis, quid significet. n.127.
S. Sylvester Papa, ejus nominis etymologia. n.1789.

T

TAbernaculum Judæ, cor nostrum significat. n.445.
Tau litera numerum 300. continet, estque signum vitale, & salutiferum, habet Crucis figuram T. fuit nota suffragii, judicii, supplicii, salutis, & vitæ, quam literam in Serapidis pectore inscribebant, quasi signum futuræ vitæ: & Christum, Crucem, perfectionem, & alia plura significat. n.1526.1527. & 1713.
Taurus signum cœleste, quid mysticè. num. 662.
Templum à templando, vel tuendo dictum: ejus triplex significatio. n.158.544.725. 791. & 189.
Tempus quid mysticè. n.833.
Terra sigillata, quæ vena terræ frigidæ est dicta, quid mysticè. n.314.
Tertius Ordo S. Francisci per terram Benjamin significatus. n.1239.
Sancta Thecla Virg. & Mart. ejus historia, conversio, & martyrium. n.1348. Ejus translationis, & miracula. n.1349.
Sancta Theresia Virgo, cum debora confertur. n.1464. & 1466.
Theseus positus pro emblemate amicitiæ, prudentiæ, & rosarii, cum filio in labyrintho. n.153.
S. Thomas Apost. ejus nominis, etymologia, ac significatio. n.1746.
S. Thomas à Villanova, Archiepisc. Valentinus, ejus encomia, cum Trayano Imperatore confertur. n.1319.
Thus, Sanctos adumbrat. n.679.
Tibia instrumentum musicum, quid mysticè. n.346.
Tintinabula, quid mysticè. n.130.
Topazius, quid mysticè. n.1034.
Trabea, quid mysticè significet. n.1292.
Transfiguratio Christi. Vide Triumphus.
Triangulus, quid mysticè. n.444.
Tridens Neptuni, quid mysticè significet. n.1023.
Trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate adumbrata. n.212. & quamvis Trinitatis Mysterium non adversetur rationi naturali; tamen adhuc supposita Fide nequit naturali medio demonstrari. n. 2. Item, hoc Mysterium, in Fidii simulacro adumbratum invenies. n.740. Vide Vnitas.
Triumphus victoriam à Romanis celebratus, triumphalem Christi Transfigurationem adumbrat. n.1093.
Tuba, quid mysticè. n.697.
Turtur, quid mysticè significet. n.952.

V

VAcca, quæ aquam claram diligit bibere, puritatem & sanam doctrinam adumbrat. n.930.
Valerianus Sanctæ Cæciliæ sponsus ab ea ad S. Vrbanum Pontificem missus, vt ab eo baptizaretur. n.5. Vidit seniorem niveis indutum vestibus qui hunc titulum aureis literis scriptum manu tenebat: vnus Domi-

Digitized by Google

Dominus ; vna fides ; vnum Baptisma, vnus Deus, & Pater omnium, &c. ibid.
Vas, quid mysticè. n. 1587.
Venus amoris mater, & gratiarum dea : cujus conceptio ex maris spuma fabulata, celebrataque apud Cycladeas insulas die 8. Decembris : ejus in hac festivitate, rara pictura, quæ non fabulosæ Veneri, sed Virginis Mariæ Immaculatæ Conceptioni adaptatur. n. 1678.
Ventus, quid mysticè significet. n. 848. & 918. Item Venti cardinales quatuor, quid mysticè. n. 848.
Verbena herba, columbina dicta, quia ea Columbæ delectantur, quid mysticè. n. 1592.
Vergiliæ Stellæ, quid mysticè. n. 1361.
Vervex, sivè aries, à viribus dictus, quasi virtuosus, quid mysticè adumbret. num. 118.
Victima est sacrificium quod post victoriam, devictis hostibus, immolatur : vndè dicta. n. 39.
Victoria navalis de Othomanis, ope Dei genitricis Mariæ à Christianis reportata, ac ipsamet hora Sancto Pio Quinto à Deo revelata. n. 1430.
Vinum, quid mysticè. n. 576. & 683.
Viola Sanctos, ac perfectos designat. num. 598.
Virga, quid mysticè significet. n. 1336.
Virtus, ejus diffinitio, & pulchra descriptio, in septima virtutis pictura. n. 739.
Vitrum, quid mysticè. n. 646.
Vitex, Græcè agnus castus, quid mysticè. n. 1109.
Vitis arbor pura ; & casta dicta. num. 1468.
Vitulus in Horeb ab Hebræis conflatus fuit die 10. Julii, vel Junii. num. 960. & 964. Item, vitulus à virtute dictus, quid mysticè. n. 721.
Vmbra symbolum pœnitentiæ, & Sanctorum, & alia adumbrat. n. 1245.
Vnctio Athletica, quid mysticè. n. 515.
Vnitas, trina est, quia tria hæc, scilicet, vnitas, æqualitas, & connexio sunt vnum, quo Sanctissimæ Trinitatis Mysterium adumbratur. n. 193. Ejus differentia, & mystica significatio. ibid.
Votum, quidam Judæus in summo vitæ periculo constitutus, fecit credendi in Christum, & corpora Sanctorum martyrum Abulensium sepeliendi, & eis Basilicam edificandi : quo facto, illicò à serpentina Bellua mirabiliter liberatur. n. 1528.
Vriel. Vide Nuriel.
Vrsa animal, quid mysticè. n. 361. Item, Vrsa Stella polaris. n. 362.
Sancta Vrsula, Virg. & Mart. ejus elogia anagrammate laurus : à n. 1499. vsque ad n. 1501.
Vulcanus, peccatoris, & filii degeneris emblema. n. 98.

Z

Zona circulus cœlesti, via lactea dictus, quid mysticè significet. n. 877.
Zona, seu cingulum, erat signum virginitatis. n. 1370.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Biblioteca Episcopal de Barcelona
13030000003250
BIBLIOTECA EPISCOPAL
Reg. 15.425
Sig. 291
N.º Pol
Digitized by Google

Digitized by Google